NE autem sibi quicquam commentum novitatis deesse queratur, jam nunc ipsa Virginis pudenda modo nomine dicta, & per ea genitricem Salvatoretem in medium conlucimus. Hieronymus sacre legis interpres, omnium penitissimus disciplinatum, fidei certis inconvulsa, sapientie lampade splendidissimus, eloquio facundissimus, Latini, Greci, Hebraeque facundissimus, in libello adversus Helvidium, constituens primò ipsius Helvidi super hac re dicta, postea suam sententiam profert, quã benè ab hæretico minuzata confirmat. Sic enim legitur: « Nunquam non quotidie Dei manibus parvuli finguntur in ventribus, ut merito acerbescere debeamus. **MARIAM** novissime post partum? Quod si hoc illis turpe videtur, superest, ut non erodamus etiam Deum per genitalia Virginis natum. Turpes est enim juxta eos, Deum per Virginis pudenda genitum, quàm Virginem vero suo novissime post partum. » Hæc tamen hæreticus de proprio Virginis post partum sanctissima lætæ. Sed & generatorem Iam Iesum per hominem verissimè narrat, quod sequens oratio doctorum nostris declarat manifestè. Talis enim est: « Junge, si liber alias natura contumeliam, novem mensibus uterum insolentem, sustulisti, partum, sanguinem, pannos, infantem regimine membrarum solito convolutum, subito convolutus: ingerantur duæ præsepis, vagitus parvuli, octavi diei circumcisio, tempus purgationis, ut probetur immundus, non erubescimus, non filemus. **Quinto** sunt humilitas nota que pro me passas est, tanto illi plus deo. Et cum omnia replicaveris, nihil cruce contumeliosius profertis, quam profitemur, & credimus, & in quã de hostibus triumphamus. Sed ut hæc, que serapta sunt, non negamus, ita etiam que non sunt scripta, renuimus: natum Deum esse de Virgine credimus, quia legitimus: Mariam novissime post partum non erodimus, quia non legimus.

Distinctione prudenti vir doctissimus quæ facti ab adversario male ingesta removit, & quæ Catholicè prolata suscepit; quæ verè dicta contumeliam, & quæ ore blasphemio jaculata redarguit. Per genitalia Virginis natum esse Deum contumeliosum est: post partum novissime Mariam reprobari: quod genitalia & pudenda in injuriam sacri partus depromptæ, execratum est; quod Verbum caro factum per læteram ventris janam exire non repudiaverit, approbatum. Inde est quòd & alias natura depositionis amplexur, novem mensibus uterum insolentem, sustulisti, partum, sanguinem, pannos, infantem regimine membrarum solito convolutum, dura præsepis, vagitus, circumcisio, tempus purgationis, novissime crucis contumeliam; hæc universa tanquam Carolicus amplexatur, suscipit, veneratur. Quanto namque humilitata pro electis passus est Creator, tanto plus illi debent hæc oratione Doctoris egregii considerare, quia non pauca denumerat, quæ parvulus nequiverit sustinere, si non humani partus lege natus est, ut partum, sanguinem; pannos, membrarum convolutum, vagitus. Universa hæc & genitalis Vir-

ginis secretum, & humanæ nativitatæ legem proferantur.

Pariter quoque dicere Spiritum sanctum hunc sacro-sanctum qui procreatus est ortum, & sanctus doctorumque homines, qui eum postea verbis scripturæ hæc commendare populo, magis illum voluisse firmam honestatis intinere curam, quàm simplicis eloqui servando proprietatem, aliquid quod offendere audientes, ut medium proficere: decebat enim tantam rem non humilibus, sed magnis, non fortassis, sed honoris exponere verbis, ut illud: *Origenes stella ex Jacob, & confertur homo de Israel, & exire virgo de radice Jesse, & flos de radice ejus defendet. Rorare celi desuper, & nubes placentur solum; aperiantur terra, & germinet Salvatorum.* Neque enim desudare Spiritum sancto verba, quibus generale Virgineum valeret aperire, sed res præclaræ acque magnificæ præclaris magnificèque designat figuris edocere. Accessit tamen & propolis, & legitimus propolis decore adasperat feromonias: propterea Propheta: *Eccæ Virgo concipiet in utero, & pariet filium, Et, Puer natus est nobis, & filium datum est nobis.* Et Angelus ad Mariam: *Eccæ concipiet & pariet filium.* & multa horum similia: in omnibus istis & naturalibus & decentibus Christi nativitas commendatur verbis.

Vitatur tamen suo vocabulo pars illa membrorum, quæ partus egredietur, commemoratur, ut pote nec honestum, nec necessariam. Alioquin quando nomina ponitur officiosum & verbo, quæ non de ea membra, quibus illa peraguntur officia, sicut intelligit? Si quidem & valere per oculum, & audire per aures, & ambulare per pedes intelligimus, nec quando de aliquo predicatur, ut videt, audit, ambulat, ponitur partur oculi, aures, pedes, nisi dilucidationis & intelligentie gratia, nec sic nos significare verborum adverbum, ut non partem, etiam membra illa sine quibus talia ministeria non implentur, sentiamus. Quòd de re quod superfluum & turpe erat spes sacri partus aditu rursus conmutare oraculum celeste, refugerunt & sancti homines. Porro quod plenum significationis, & commodationis modestiam habeat, exposuere. Nec tamen & hoc usquequaque vitantur, sive propter futuræ veritatis amicos, sive propter tollendæ dubietatis occasionem. Inde est quod ait Lucas & evangelista: *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, voluerunt Jesum in Jerusalem ut offerret eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaptavit vulvam, sanctum Domino vocabitur.* Nec mirum si voluerit graves, & reverendi Doctores illi super gloriosissima nativitatæ contumeliam referre, quales nec vulgus super cuiuslibet pauperule partu non erubescit confiteri.

Ergo & iste Doctor insignis, cuius hæc testimonium protulimus, eum recepisset ab inimico veritatis testimonium veritatis super divini generacionis, indignatur tamen verborum injurias in Virginis contumelias, quòd illis verbis quamquam naturalibus, quamquam propriis, humanibus tamen, minusque modestis virginis lætaverit partum.

CAPUT X.

AMplius ergo jam non est quid requiras, quando nil superius de sancto partu quid dicatur: si quidem pervenimus jam ad genitalia Virginis, transivimus ad pudenda puerperæ, ut eut non dabit in-

g aut non erodamus] Alias erodere, ait Aethelus in margine, æque in lectio nostra magis placet. Ex hoc loco liquet, tam de Partu Virginis, opinionem quam Rattamus

peripnarat, in commone fuisse, ut de aliis nemo cogitaret.

telligentiam conceptus, partus, generatio, natiuitas, apertio vuluæ, tandem docuit pudenda, eruditus genitalia; non dederit intellectum naturalia & honesta, deit saltem turpia & fignata. Quomodo tantum docuit sunt nollit fecerunt peruestigatores, ut potius ubi curis & alienis, quam clari & propriis silentantur significacionibus.

Verum Postarum jam suffragii convocemus, ut omnes eloquentiam testimonium ferat veritati. Prudentius, vir liberalium studiorum non ignarus, in Apotechii diuis de inparis quas passa est vita mundi pro libertate mundi disputaret, atque ab eis inuolubidem naturam, si est, diuinam, segregaret, castique passibili substantiam, si est humane assignaret, sic ait:

*Ido afflata est cara homini, quem femina progenerat
Euxa est sub lege veteri, sine lege moris.*

Falsi proferunt & Sapientia narratione, & concubitus fecerit, & prolem naturaliter eneam dederit. Legem remouit mariti, & legem subiecit uteri; ut de Spiritu sancto conceptis monstraret, per vuluam peperisse non crederet. Huic simile Fortunatus Ps. lxxxvii. pergenerat, sed castis ciuis, pauper rebus, ceteris fidei diues, in laude Virginis dicitur sic fatur:

Sed rebus quæ Virga tribus laude canenda

Qualis nulla fuit, nulla futura venit.

*Que neque plauis nubes jactans de rose ferocem **

Hæc Saluatorem gerens terra dedit.

Hæc porta est clausa, in quam introitus nemo pregenit,

Ne Dominus solus, qui quoque clausa patens.

Non differunt suspensio, in dicitur verbis hoc aliam designat; nam gemina periodo tandem sententiam commendans, & Virginitatis perducit integritatem, & humano de more natiuitatis indicat expositionem, & Saluatorem conceptum diuinis narat, & naturalis semine vera germinatum; utque clari claresceret quod loquebatur, attestat Mariam portam clausam Hic zacheliticam, per quam vultus nullus est introitus, vel exitus; sed verum omnipotens, cui nihil est clausum, per eam transit, ut qui concepti decerit ex Virgine, humani partus lege de claresceret.

Post omnes Athanasius Alexandrinus venit, ut qui dote virtutum, constantia probata fidei, sapientie doctrinæ, perleueranti confessionis, solus, ut na dixerit, Arriane perfidie subvertit multitudinem numerofam, & vexillum veræ credulitatis propugnator genus inuidis Ecclesie restauravit murum, roboravit flatum; nullum quoque disputacionis confirmat assidit, & erroris scilicet valenter evertat. Ad Epitaphium aduersus eos agens, qui unus substantie Verbum & corpus quod assument pro nostris redemptione dogmatizabant, cum hæc tenet Christiana, duas substantias, diuinam scilicet humanamque in Christo conjunctas, ut in unâ personâ utraque natura suam possident distinctiōnem sic inquit inter reliqua: « Propter hoc ergo necessaria Maria, ut ex ipsa corpus assumeret, & ut suum pro nobis corpus offerret; & hanc illius Prophetias ostendit dicens: *Ecc. Virgo: Gestat autem nititur ad ipsam non transiit Virginitatem sed ad Virginitatem, desponsatam viro, ut ipsa ostendit et Mariam verè hominem fuisse. Et partus meminit scriptura, & dicitur: *involuit partum. Et, *breuius in suis utero que fuerit. Et, oblatum est sacrificium, quomodo aperuit qui natus est vuluam. Hæc autem omnia partum virginis erant indicia, &***

Gabriel cœcissimè angelizavit ipse dicens non transiit, quod videtur ex te; ut non de foris inditum ei corpus videtur, sed, ex te; ut ex ipsa, naturaliter quod natus est, esse manifestè creditur; & hoc naturæ demonstrante, qua impossibile est virginem lac proferre, & impossibile est lacte nutrire corpus, & panis involvi non ante naturaliter natum.

Orthodoxus fidei constantissimus, quem Dominus pulsauerat in civitatem muniam, in murum ænem, & in columnam firmam Regibus Jude, Principibus eius, & omni populo terræ, non sicut de Virginis partu aut sententia potuit, aut eff. Quis sentit & prædicat Ecclesie, que est domus edificata super solidissimam petram, columnam, & firmamentum veritatis; propter quod cum enumeret plura quibus approbat Incarnatum natum Christum de Virgine, ut etiam novam depellit hæresim, dicitur quomodo qui natus est aperuit vuluam. Hancque verè confessionis doctrinam, magis ac magis inculcans, infensis auertit: « Impossibile est virginem lac proferre, & impossibile est lacte nutrire corpus, & panis involvi, non ante naturaliter natum. Quod amplius vultis, novæ & laudat præteritis fidei hæreses, vel auctores, vel defensores? En consistit aduersum curiam vestram Athanasius, qui olim contra peribulum Arianam dimicavit. Ille certamine diuinam Verbi defendit, hoc agone humanitatem propugnat. Tunc natiuitatis que est de Patre veritati contradicebatur, nunc natiuitatis que est de matre veritati resistit. Hæresis illi confitebatur non esse natum Filium de substantia Patris, sed ex nihilo factum, illis oppugnant non naturaliter ortum Christum de matris utero, sed prodigialiter exceptum. Ubique Christo contradicitur, ubique mundi liberato molochorum linguis injuriam, sed propugnatorem dicitur vincere, nescios colere, non de se tamen præsumere, sed in ipso pro quo pugnat confidens, accedit, & ceteram superbiam tumidam, vanitatem subnixam, veritatis mucrone concidat.

Interque pars aduersa est, & iactas; Non est natus Deus per naturam mulieris. Opposit huius scutum vir hinc, & recitæ gladium verbi Dei. « Oblatum est sacrificium, quomodo qui natus est, aperuit vuluam. Quod si aperuit vuluam, natus est per naturam mulieris. Veterinos angus quo conuertit aciem; quo lubricum captas caput obsecraret. An adhuc conans in vulnus & miltibus erit trinitus? Se aperuit vuluam, cortus? Sed os piffurum obice Danilico jam nunc opulter, ut inquamus Draco per partes disjunctus, cædit demerit Chaldæos. « Illius Propheta: *Ecc. Virgo: & Gabriel mittitur non transiit ad Virginitatem, sed ad Virginitatem desponsatam viro, & post partum, post involucionem parvuli, post lactationem, post oblatum, quomodo aperuit qui natus est vuluam, iustitiam. Hæc omnia partum virginis erant indicia. Ergo virgo part, non corruptus, Virginitatis nescit. Deus aperuit vuluam, nec vultu vitæ postoris sigillum.*

Nec ad hæc forsitan penitus conuictis, sed audes rursus contractum concitamus que in istis manum moliri: Deo nascatur, nihil fuit clausum, sed vo-

h. resus passibilis Posterior vox addita est & cod. Dull. dicitur hinc iniquis experientia vtrum Galvini post Prof. hinc, ista que virgo, Hæc marginis istius magis placuit.

quoniam que erat in vestra que Virgo; hinc in marginibus h. hinc de ree signum.

Precedenti.
Contra hære-
sem que Pat-
rem passum
asserunt.

Fortunatus
lib. 2. poem.
s. post ist.

Athanasius
Alexandrinus
ad Epitaphium.

hitas ad educti nascendi, sicut mos egestus, nec motus passus est natiuitati, cui sine processu factus est ortus. Et hanc perdidit calumniam sic elide defensor fidei, non quò diuinitatis subrogat potentie quiddam, sed quò humane naturæ hominis Deo commiscetur veritatem, ut ex ipsâ, naturaliter quod natum est, esse manifestè credatur. Igitur naturaliter natum esse Deum hominem factum prædicat, ut per naturæ vuluam humani partus lege processisse cognoscatur. Inde quoque docet haud aliter Virginem lege naturæ potuisse lac proferre, vel lacte nutrire corpus; vel consequenter panis involuere non ante naturaliter natum.

Ergo omnimodum aduersario deivcto tenemus verè fidei constantiam ore veridico, Verbum carnem factum per ministerium vuluæ naturaliter natum, & secundum rationis consequentiam, & secundum di-

vinarum testimonia scripturarum, & secundum doctorum non contemnendam auctoritatem: liti abundantè, ut ultimo, monstratum est; Dominum Salvatorem de Virgine sicut hominem natum, non ut interpretem valeret illa natiuitas, quia MARIA Virgo fuit ante partum, Virgo in partu, Virgo mansit & post partum. Sed ut qui de Virgine corpus assumpsit, & intra gremium Virginali concevit, per aulam quoque Virgineam naturaliter nascitur. Quòd si alicui ista non fuissent, vel tarditate sensus, vel contradicendi studio, non dixerit unde utrique subueniatur. Si tamen de vuluæ aperite suum maluerint, & contentions pernicium non amare. Lustris hæc de more studentiam; que si quis comminet, exercitia nobis nostra complacent.

M O N I T U M.

HOT *Libros Episcoporum bartath, iussive elucubrasse Rattramum persuadere videntur isthæc libris quarti verba postrema: Egimus vel potuimus respondentes ad ea quæ nobis scripta misisti. Quæ si placuerint, Deo gratias agimus, sin verò displicuerint, vestræ correctionis censuram prætolamur. Etiam Summus Ecclesiæ Hæterarcha Nicolaus I. Gallie Episcopus literis commoverat, ut Græcorum Romanæ Sedis aduersariorum objectis occurrerent; non autem ex Frodoardine in Hist. Ecclæs. Remens. lib. 3. cap. 17. Nicolaus Papa epistolam eidem (Hincmaro) & cæteris Archiepiscopis & Episcopis in regno Caroli constitutis transmissit, innotescens præfatos Græcorum Imperatores, sed & Orientales Episcopos calumniari sanctam Romanam Ecclesiam, imò omnem Ecclesiam quæ Latinâ utitur lingua; quòd jejunamus in Sabbatis: quòd Spiritum sanctum ex Patre, Filioque procedere dicimus: quia Presbyteros christinate linire baptizatorum frontes inhibemus: dicentes ipsi Græci, quòd christina ex aquâ fluminis Latini coniciamus; reprehendentes nos Latinos quòd octo hebdomadibus à casti & oviotum esu more suo non cessamus; dicentes etiam, quòd in Pascha more Judæorum super altare pariter cum Dominico corpore agnum benedicamus & offeramus; succensentes etiam nobis, quia Clerici apud nos barbas suas radunt; & dicentes, quia Diaconus non suscepto Presbyteratus officio apud nos Episcopus ordinatur, &c. Deinde Nicolaus epistolæ verba subiecit: Tua, Hincmare, caritas cum hæc epistolam legerit, mox ut etiam ad alios Archiepiscopos, qui in regno filii nostri Caroli gloriosi Regis consistunt, deferatur, summopere agere studeat, ut & de his singuli in suis Diocæsis propriis unâ cum suffraganeis suis, in cuiuscumque regno sint constituti, convenienter tractare, & nobis quæ refererint suggerere curent, eos incitare non negligat, &c. En summa Schismatis in Oriente à Phœto Pseudopatriarcha Constantinopoli. & Gregario, excitati, satique à Græcorum Imperatoribus Michæle & Basilio.*

Itaque Rattramum noster, id muneri sibi impostum accuratè, elegantè, & profusè emittit, quatuor peregit Libris. In prioribus totus est cum in sacris Scripturis, tum in Græcorum, Latinarumque placitis, quo Novatorum propellat blasphemias, & stabiliat de Spiritu sancto Catholicam veritatem. Quarto verò in libro de variâ Quadragesimæ obseruatione, deque vario eorum usu; de jejuniis Sabbati apud Latinos: de Vtricornum barba & capitis tonsurâ, ac cælibatu; de Confirmationis Sacramento à solo Episcopo conferendo; de Romani Pontificis in Patriarcham Constantinopolitanam, atque adeo in universos orbis Christiani Præfules summo jure: deque aliis Ecclesiæ ritibus agit omnino feliciter. Quàm porò in Sacra Scriptura, & in antiquorum Patrum ac Conciliorum lectione versatus fuerit Rattramus, scilicet qui Libros hæc quatuor evoluerint, animadvertent. Non enim sine Præfationis auspiciis præfatori sulo Laudes tanti viri percussere, de quo nonnulla duntaxat Scriptorum testimonia hic subiicienda existimavi.

Sed antequàm ulterius progrediar, non abs re fuerit Lectorum præmonere, Jacobum Sirmondum immortalis memoriæ dignum, edendo S. Fulgentii Opuscula quedam, tam in calce firmamentis: eorum que hactenus Lutere, recentè, illos ipsos Rattrami Libros Hincmaro Remens. adscriptissimè fragmento ultimo, in hunc modum: Ex libro 3. Hincmari Archiepiscopi Remens. aduersus objecta Græcorum, ad Odonem Bellovacensem: Deinde ipsissima Rattrami verba subiecit: Fulgentius Episcopus literarum studiis admodum eruditus, &c. Quæ infra lib. 3. c. 5. videtur Deum idem loca ego Fulgentii inedita à Rattramo locis citatis allata profert. Quid Sirmondus

perijurere prolem hanc extraneo parenti fupponere mihi prorsus incomperium: cum alioquin ceteris Hincmarii Operibus per duodequadraginta propi annos à se summo iudice, summaque diligentia denquisiis, illud non ignobilis opus accensere debuisset. Nunc testimonio in medium afferamus.

SIGIBERTUS de Scripseribus Eccles. cap. 95. Bertramus (sive Ratramnus) scripsit librum de Corpore & Sanguine Domini: & ad Carolum librum de Prædestinatione.

JOANNES Trithemius Abbas de vita Illust. Ordinis S. Benedicti, lib. 2. cap. 48. Bertramus Monachus in divinis Scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis nobiliter instructus, scripsit non parvipendendæ lectionis Opuscula, quibus suum magnificè exercitavit ingenium, è quibus ego tantùm reperi de Corpore & Sanguine Domini lib. 1. ad Carolum de Prædestinatione lib. 1. Claruit A: D. 870.

Claudius Espencans Dilect. Parisiensis de Eucharistia lib. 4. c. 19. sub med. Et meritò sanè, cum verus, ut ita loquar, ille Bertramus, totos annos septingentos, nec à quosdam hæreseos fuerit infimularus, vel reprehensus quasi malè scripsit, sed in catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum relatus, ut vir non tantis vitæ, quàm doctrinæ, ingenio & eloquio insignis.

Claudius de Sanctis Episcopus Ebricitensis, de Eucharistia controversis repet. 2. c. 14. Verùm illum Bertramum totos annos septingentos nemo hæreseos reprehendit, quasi malè scripsit; sed refertur in catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum ut vir non minus vitæ, quàm doctrinæ, ingenio, & eloquio insignis & Catholicus.

AUBERTUS Marcus in Scholiis ad præfatum Sigiberti caput: Bertramus scripsit librum de Corp. & Sang. Domini excusum Colonia: 1531. Basileæ in Micropresbytico, & alibi, sed damnatum à Tridentinis Censoribus: ita Molan. in Biblioth. MS. Hærenici cum primi typis ediderunt, videntorque illi inferuisse quæcumque vel obscura, vel in speciem pravè sonantia leguntur. Plurimis certè locis veram Christi præsentiam adstruit, & transubstantiationem docet, ut ne ipse quidem interpolator id sub finem dissimulet, dicens multa non coherere, & prætedentia sequentibus contradicere. Hoc inter alios observavit Bartholomæus Petrus Lintrensis Doctor Theologus.

DIONYSIUS Petrus S. J. Theologorum dogmat. to. 2. lib. 7. cap. 1. ante finem: Ratramnus tamquam Catholicus, nobilisque Scriptoris auctoritate utitur, explicans vocem; Filioque additam ad Symbolum Constantinopol. Quin etiam Ratramnus Corbeienfis Monachus in lib. 2. pro Romanâ Ecclesiâ conerà Græcos, quem circa annum 865. scripsit Photii tempore, tamquam ab illo objectum corrupti symboli crimen diluit, &c. At præter: Scripsit autem Ratramnus, ut jam dictum est, post acceptam Nicolai Encyclicam, quam ad Hincmarum & alios Episcopos in regno Caroli Calvi constitutos miserat anno 867. ut eos hortaretur ad refellendas Græcorum calumnias, adversus Romanam Ecclesiâ objectas à Michaële Imperatore, & Basilio in Epistolâ quâdam ad se scriptâ.

JOANNES de Lannoy Dilect. Parisiensis in Dissertatione de Pætri ciborum delectis, Et. pag. 15. Græcorum objectioni sic respondet Ratramnus Corbeienfis Monachus in Opere, quod tum Episcoporum auctoritate conerà Græcos vir ille doctissimus conscripsit. Ex lib. 4. hujus Operis, &c. Inde proxima pericopa excerpta.

GILBERTUS Maignin Regi à Consilio, in Historica & Chronologica Dissertationi capite 17. ad annum 850. Hoc etiam anno Ratramnus Corbeienfis Monachus, non levis armatus in Ecclesiâ Christi Miles, regio mandato obtemperans duos Libros de Prædestinatione composuit: quos ille primis luci dedit.

JACOBUS DE SAINTE BEFFVE Socius Sorbonicus, ac Regius Professor, Tractatum de Eucharistia in Sorbonæ Scholis ipse prælegens, Ratramnum multo, usque non vulgarè eruditione referit, egregiè vindicat, primò quidem post Sigibertum, Trithemium, Espencam, & Sanclæsum, inter Ecclesiasticos Scriptores Ordo: hocque locum obtinuisse Ratramnum: deinde Catholicum Opus de Corpore & Sanguine Domini composuisse docet; fieri non tantùm Sigiberti, & aliorum testimonio, immò hisce possimum rationibus adductis. Altera est, septingentis per annos hæresis hanc infimularum sub illo scriptore, nedum damnatum Ratramnum. Altera vero, neque ab ipso Berengario Hæresiarca, neque ab ejus discipulis utquam Leudarum repererit. His accedit, quòd innovans existens liber ille Ratramni, à consensu Consilii Pæcellensis, in quo Berengarius impium dogma, similique Joannis Erigenæ sive Scoti ejusdem sententiæ Opuscula æterno anathemate scire percussa. Posticæ subiungit Sorbonicus: Hæc Opus illud de Corpore & Sang. Domini, quod Bertrami præ se fert nomen, genuinus estet ipsius sentis, minimeque corruptus, interpolatusve, jam esse nihilominus Ratramnum nostrum, vel suæ hæresis faventem, ob novos eo in Opere tentatas, incassum persuadere conatur Hæretici: quippe qui constanti in Ecclesiâ sua vixit, ac placidè in ejus obdormio communiōne. At enim Facundus lib. 10. c. 5. Non ex levi sono verborum, sed ex intentione dicentis æstimanda sunt quæ dicuntur. Dicentis autem intentio, cum jam persona defuncta est, ex communiōne religiosius æstimatur. Et sanè ab heterodoxorum calumniâ catholicè defendi potest Ratramnus, non secus atque olim Dionysium Alexandrinum vindicavit Athanasius. Magni certè argumenti est: inquit ipse in Epistolâ de Dionysii sententiâ conerà

Arrianus.) ne in hoc quidem illos verum dicere, sed calumniis virum premere, quod ille nunquam ab aliis Episcopis de impietate convictus est, neque hæresim propugnando ab Ecclesiâ secessit, sed in ea cum pietate obdormivit: quodque ejus memoria hæcendus cum Patribus hoc usque celebrata est, & in catalogum relata: qui si cum istis ejusdem opiniois fuisset, aut si scriptorum suorum rationem non reddidisset, minimè dubium quin eadem quæ illi, passus fuisset. *Tandem vero cum tam præclara & aperta in præfatio Rotrameni Opere realem Corporis & Sanguinis Christi præsentiam sub speciebus Eucharisticis præbent ac transfubstantiationem, obsecratur prorsus & difficiliora ad orthodoxam sententiam benignè querere elucidari: ex egle nuntium Fatuendi lib. 9. c. 5.* Quemadmodum calumniantium hæreticorum est, ex dubiis & obscuris, quæ certa & manifesta sunt malè interpretari, ita saluum est prudentiæ ac pietatis Catholicæ ex indubitatis atque evidentibus, & firmare ambigua, & latentia declarare. Si qui verò Orthodoxi etiam aliud faciendum putaverint, non sunt in hoc à prudentibus imitandi.

Hæc Acherius qui præsertim monet eos libros à se editos esse ex codice Thuanico. Hunc eodem demum Balazius consulis in Bibliothecâ Colbertinâ, eumque diligentia sua fructum retulit, quod in nonnullis locis deprehendit Acherii librorum in Rotrameni opere exscribendo nimium ingenio suo cuiuslibet.

R A T R A M N I
CORBEIENSIS MONACHI,
ORDINIS SANCTI BENEDICTI,
CONTRA GRÆCORUM OPPOSITA,
Romanam Ecclesiam infamantium

LIBRI QUATUOR.



LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

tholicè dictum, procedere Spiritum sanctum à Patre, sicut & sui majores sunt amplexi, qui sacris literis indixit optimè cooverunt utriusque Spirituum esse, videlicet tam Patris quàm Filii. Quod si sequentibus claris demonstrabitur.

CAPUT II.

JAm quod argute canitur, quid in Sabbato jejunamus, vel quòd Paschæ jejunium non eadem cum eis regulâ celebremus: quos non videat quanto tumore, quantâque stultitiâ vel insanti vel exæcratione talis dicant? Arguunt jejuniatis, iterum reprehendunt non jejuniatis; aut enim bonum est jejunium, aut malum; si bonum: cur acculant à illud malum; cur exercent quod acculant? Porritan res non sui merito sancienda, sed pro personarum accipione judicanda est; ut jejunium quod celebrat Latini sit arguendum; quod verò Græcos, sit venerandum, sic judicant vel elatione decepti, vel scientiâ privati. Quis autem ferre possit quod reprehendere gestant continentiam asserentes, à seminarum consuetudine se removens, carnis & animæ sanctitatem tenuantes? Que cum sint in cunctis mortalibus præconio laudis extollenda, tum præcipuè in sacri Altaris ministris, quorum est officium in sacris semper assistere, Divinitati servitibus obsequium jugiter exhibere, pro commissis populis divitum mentis statim diebus omnibus jurgi peccati placere: Hoc qui nostri Sacerdotes agere de more majorum non omittunt, infamantur neptasdamate. Quid hæc impugnant, nisi Religionem? Quid hæc destrucere nituntur, nisi sanctissimum sine quâ nemo placere potest Deo? Quis veto non videat quanto sit terendum ridiculo, de barbæ ronsione quod culpant: vel

Item Græcorum ob-
p. 64.

Anno 167.
Michael &
Bisio Inopp.
respondet op-
posita.
Ann. 16. 9.
Opposita
Græcorum.
Ann. 17. 7.
Ann. 18. 9.
Ann. 19. 19.

OPPOSITA quibus Michael & Basilium Græcorum Imperatores Romanam Ecclesiam infamare conantur, vel falsa, vel hæretica, vel superstitiosa, vel irreligiosa fore cognoscuntur. Quapropter merito contemptus subiicere debent, nisi consideraretur quòd simplicibus minusque capacibus scandalum lesionis inferre valeret, illudque Salomonium Spiritui sancto prolatum: *Responde sicuti secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.* Cum enim dicant, quòd Christiana conciliamus ex aquâ: Et quòd Agnum de sancto Paschæ super altare unâ cum domino corpore sacrandum Judæorum de more pomamus, nonne manifestè mentiantur? Nec timeant illud Psalmistæ Spiritui sancto loquentis: *Perdet omnes qui loquuntur mendacium.* Et quod alibi Spiritus sanctus comminatur: *Falsus testis non erit impunitus.* Item, quòd culpate nituntur non solum Romanam, verum omnem Latinam Ecclesiam, quòd Spiritum sanctum de Patre Filioque, procedere confirmamus, secundum Catholicam fidem, cum illi tantum dicant, eum de Patre procedere, nonne se hæreticos privitate condemnant, & ab Ecclesiæ communione remouent, & in Spiritum sanctum blasphemant? quòd peccatam irremissibile esse Salvatore in Evangelio præfatur. Nisi forte monstrare possint à suis majoribus Catholicis viris hoc aliquando denegatum. Eteum cum dicant Spiritum sanctum procedere à Patre, non negant & à Filio procedere. Quòd si majores ipsos lequi voluerint, amplebantur Ca-

quod Presbyteri penes nos baptizatorum frontes
 chrismate sancto non unguunt, sed hoc privilegium
 Pontificibus relinquunt? Nunc in barbe vel tonsio-
 ne, vel consecratione, preceptorum divinarum
 praevaricatione cognoscitur illa? vel si presbyteri quos
 baptizant eorum frontes unctioe sacra non unguunt?
 num ideo baptisui gratiam non perhibent, Tri-
 nam meritorum per invocationem sancte Trinitatis
 facientes? Superfluous illa deprehenduntur esse,
 non alieque religiose considerantur.

Quid mirum huiusmodi si calumnias procedant ab
 hominibus sacre legis penes, seculari potentia ful-
 sis, Imperii facta conhibentibus? De sacris dogma-
 tionibus, de Ecclesiastico ritu, non Imperatorum, sed
 Episcoporum fuerat disputare. Discendum illis, non
 docendum, in Ecclesia ministerium consociatum est.
 Nam quamvis Imperiali dignitate precellat, res
 illis publica commissa est, non Episcopale ministere-
 um. Imperatores de seculi legibus tractare de-
 bent; Episcopi vero de divinis dogmatibus dispu-
 tare. Suum modum iudicant tenere, non officium
 Episcopale preterire, ne illis proveniat quod Oziae
 Regis Pontificale ministerium sacramenti contigit;
 qui divinitus lepra percussus non solum in Templo,
 verum & in communione populi nocivus egressus.
 Cur ergo recentis illi doctores, & moestruali, ut
 ita dicamus, preceptores, suo tunc tempore in eri-
 men devocare consuevit, quod sui proceres, si ta-
 men Ecclesie filii sunt, & unitatis catholice sectato-
 res, duxere semper venerandum? Nullus novus
 cultus apud Romanam Ecclesiam nunc agitur:
 nulla nova Religio, nulla nova doctrina, institutio
 nova nulla. Majores nostri quae tenebant, quae do-
 cuerunt, quae servanda suis posteris reliquerunt,
 haec tenemus, haec servamus, nihil supra ponentes,
 nihil eis adimentes. Quod de sancto Spiritu sen-
 tiant, hoc sentimus. Perceperunt illi ab Apostolis,
 Apostoli à Christo acceptorum. In eadem hinc tam
 Orientalis quam Occidentalis semper remansit Ec-
 clesia. Novarum etenim Apostoli dictum, quod est
 una fides, unum Baptisma. Et licet haeretice fre-
 quenter exaruerint, quae tamquam mali pices Christi
 retia rumpere; Christi tamen tunica permansit inte-
 gra. Instructa vero majorem suis quibuscumque lo-
 cis edita, sicut non omnibus Ecclesiis talem, sic
 unitatem fides nullo modo dividitur: nec propter
 alterius consuetudinis commutationem mutae societa-
 tis amittere communionem. Quoniam aliud est de
 habitu, de conversatione discernere, & aliud de
 unitate fidei similiter sentire. Sed de his postea.

Nunc ad proposita veniamus, & de singulis quae
 gratia sancti Spiritus donaverit, disputemus, non
 ordinem propositarum sequentes quaestionum. Est
 enim minus prudenter disputatus, quis levitate men-
 tis non producat gravitate de gestis esse cognoscitur.
 Et primum de Spiritu sancto quae donaverit ipse di-
 camus: hoc enim & primum est & praecipuum, &
 de Catholice fidei pertinentis sacramentum. Offici-
 dare namque est animo, quod sine de eo ieiunium &
 consistitur, sicut & Patres nostri sentierunt & con-
 fessi sunt; & sic ipsi sentierunt & professi sunt, sicut
 Apostoli sentierunt & docuerunt. Apostolorum au-
 tem doctrinam si quis arguere maluerit, Christi
 necesse est magistrum redarguat, & Prophetarum ora-
 cula refutet.

CAPUT III.

Arguitur quod Spiritum sanctum ex Patre Fi-
 lioque procedere dicamus, cum ipsi ex Patre

tantum procedere dicatur. Consideremus Evange-
 liohem, & ex eo responsum tenorem capiamus.
 Loquitur enim Salvator in sermone, quem i. can-
 dum Joannem ad discipulos nocte qua tradendus
 erat, fecerat; inter reliqua sic: *Cum autem venisset
 Paraclitus, qui cum Patre procedit, ille testimonium prohi-
 bebis de me. Legisti qui a Patre procedit, & audire
 non vultis dicentem Filium, quem ego mitto: vobis
 à Patre. Dicite quemadmodum mittatur à Filio: hoc
 namque dicere Filium non negatis, si tamen Evan-
 gelium legitis, aut Evangelio si creditis?* Aut ergo
 missionem hanc confitemini processionem, aut,
 quod est impium, dicentis obsequium? & eritis,
 quod abist, cum Arno, qui maiorem dogmate per-
 verso Spiritum sanctum afferens Filio. Abist autem
 ut Arri partes vultis alterare; abist ut Spiritum
 sanctum maiorem Patre Filioque vultis affirmare.
 Igitur cum dicit Filium mittitur esse Spiritum
 sanctum qui à Patre procedit, profecto fecerit quod à
 se dicit eum procedere, dum confirmat eum se
 mittere. Fortassis quaestionem facit, quomodo non sim-
 pliciter dixerit Salvator? *Quem ego mitto vobis:*
 sed addidit, à Patre. Hoc Arriani movere primi,
 gradum facere volentes in divinitate. Sed Evangelii
 veritas consubstantialitatem totius Trinitatis ostendit
 unitatem. Procedit Spiritus sanctus à Patre, illius
 quae de substantia manat. Mittit quoque Spiritus Spi-
 ritum sanctum à Patre, qui Spiritus sanctus ut à
 Filio procedat, ipse natus est ex Patre; & sicut ac-
 cepit de Patre Filium nascendo substantiam, sic ite-
 dem accepit à Patre ut Spiritum sanctum mitteret in
 se procedendo. Alioquin cum dicit: *Qui à Patre pro-
 cedit, non negat à se procedere: quoniam missio
 Filii, processio est Spiritus sancti; ut mittat Spiritum
 veritatis, non tamquam maiorem iubendo ipse ma-
 jor existendo; sed missiois verbo monstratur, quia
 sicut procedit Spiritus veritatis à Patre, sic etiam
 procedit & à Filio. Hinc in consequentibus: *As ille
 me testificabit: quia de me accepit, & annuntiabit
 vobis.* Quid enim accipit Spiritus sanctus à Filio,
 cum unus sint substantiam, uniusque potentiae? Ni-
 mirum, ut non accipit, dicit; ad eum à se procedit,
 qui sicut sine unius substantiam Pater & Filius, sic
 & de utroque procedendo Spiritus sanctus accepit
 consubstantialitatem existentiam.*

Nec debet movere quod accipit, futuri tempori-
 dia, hoc enim ad illud respicit quod futurum erat,
 quod discipulis mitteretur; non ad illud quod à Pa-
 tre Filioque procedit: sine tempore namque proce-
 dit à Patre, procedit & à Filio; qui Pater & Filius
 & Spiritus sanctus tres quidem personae, sed unius
 ejusdemque essentiae existunt & substantiam.

Sequitur: *Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt,
 propterea dicit, quia de me accepit, & annuntiabit
 vobis.* Si omnia quaecumque habet Pater, habet &
 Filius, profecto sicut est Spiritus sanctus Patris Spi-
 ritus, sic est & Fili Spiritus; alioquin si Patris est
 tantum, non etiam Filii, non omnia quaecumque
 habet Pater, sunt Filii. Sed habet omnia quaecumque
 habet Pater, Filius. Igitur sicut est Spiritus sanctus
 Patris Spiritus, sic est & Fili Spiritus. Sed hanc ha-
 bitationem possessionem non potentes vel memoratio-
 nem depositionis, vel conditionis addeunt. Ver-
 rum illud declaratur, quia sicut procedit Spiritus
 sanctus à Patre, sic quoque procedit à Filio. Paulo
 superius Christus ait: *Cum autem venisset ille Spi-
 ritus veritatis, qui cum Patre procedit, ille Spi-
 ritus veritatis.* Veritas Salvator est; ipse Philippo testi-

Prober An-
 tione Spi-
 ritum et
 Patre Filio-
 que procedo-
 re. Joan. 17. 26.

Arrio affi-
 rantur. Grat.

ibid.

ibid.

ibid. 16. 24.

ibid. 15.

ibid. 16. 13.
 ibid. 17. 24.

Quid mo-
 neris impo-
 sitiones in-
 canibus.

2. Paral. 16.
 27.

Epist. 4. 1.

a Dicitur assequium] Verissima lectio, antea legebatur,] implere dicitur, assequium.

dicatur: Ego sum via, veritas, & vita. Si ergo veritas Salvator est, & Salvator Filius Patris est, quid est aliud dicere Spiritum veritatis, quam Spiritum Filii? Cognoscitur ergo Spiritus Patris esse, qui procedit à Patre; sicutque Spiritus Filii, quem Salvator constituitur Spiritum esse veritatis.

Si quis inquit sit Spiritus veritatis, quare simul unde sit Spiritus Patris? procedendo namque à Patre Spiritus Patris est; simulque procedendo à Filio, qui est veritas, Spiritus est Filius. Non propter substantiam dicuntur ista, sed propter unam ejusdemque substantiam significationem. Quoniam sicut sunt Pater & Filius unius ejusdemque substantie, sic ab invicem procedit Spiritus Sanctus. Nec pater duos habere Patres Spiritum sanctum, quia procedit à Patre, procedit à Filio; quoniam Spiritus sanctus non est Filius, & qui Filius non est, habere patrem non potest.

Dicitur quoque Spiritus sanctus charitas esse, unde Beatus Joannes: *Deus charitas est. Quam charitatem commendatus scribit fidelibus: Et vos unitionem quam accepistis ab eis, maneat in vobis; & necesse non habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus. Hinc simile Salvator: Cum autem veneris, inquit, ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Sicut igitur dicit: Deus charitas est; sic dicat: Sicut unctio ejus docet vos de omnibus; sive dicat: Spiritus veritatis, quod docet omnem veritatem; Spiritum sanctum significat. Est autem charitas Patris, quæ nos dilexit: est charitas Filii, quæ nos redemit. Sed non diversâ propterea charitas, quia Patrem esse dicitur atque Filii; qui namque charitate Pater diligit Filium, eisdem charitate Filius diligit Patrem; est etiamque charitas Patris Spiritus sanctus, est charitas quoque Filii Spiritus sanctus. Procedit charitas Patris à Patre, ut diligit Filium; procedit etiam charitas Filii à Filio ut diligit Patrem. Igitur utriusque una charitas, quoniam utriusque unus Spiritus ab utroque procedens.*

Christus clama bar dicens: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibet: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, fons in de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Subjungit Evangelista: Hoc autem dixit de Spiritu quem acciperitis erant erudientes in eum. Aquæ vivæ flumina, Evangelista docentes, inundationem dicimus Spiritus sancti, quæ docet Salvator in se credentes irrigandos. Unde igitur flumina, nisi de fide Christi manantis? Et unde fides, nisi ex Christi doctrinâ? Quæquid modum igitur doctrinâ Christi de Christo, & fides illius doctrinæ de Christo: sic flumina aquæ vivæ, id est Spiritus sanctus procedit à Christo: Christus namque & homo perfectus, & Deus perfectus. Ex quo perfectus Deus, Spiritum sanctum in se credentibus, qui à se procedit, largitur, infundit; cuius fluentis corda credentium æternæ vitæ fontibus inundant.*

Samaritanæ quodam dicit: *Qui bibitis ex aquâ hęc, sitietis iterum: qui autem bibent ex aquâ quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Sed aqua quam ego dabo ei, sit in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Quod alibi flumina dixerat aquæ vivæ; nunc appellat fontem aquæ salientis in vitam æternam; in utroque Spiritum sanctum volens intelligi, quem manifestissime dicit à se dari cum dicit: *Aquam quam ego dabo ei, sit in eo fons aquæ. Quod enim dat, ex semetipso dat; ut autem fontem aquæ salientis in vitam æternam, sit est, Spiritum sanctum in se credentibus copiosissime largitur. Demonstrans à se procedere, quem à se dicit credentibus donari.**

Refurgens à mortuis & discipulis in conclavi residentibus, post pacis salutationem, & post mandatum pacis legationem: *Injussa vos, & dicit eis: Ad-*

*spire Spiritum sanctum, & reliqua. Quid enim per insufflationem, nisi Spiritus sancti processionem significat? Non ut status ille corporis, esse acie sumptus, & pulmenum immittens per oris organum effusus, Spiritus sancti fuerit substantia; verum talis modo volens edocere, Spiritum sanctum ex seipso procedere, & de substantia Filii Spiritus quoque sancti substantiam manare. Sicut Pater Filii naturam de sua substantia volens edocere, propagatam, ac per hoc Filium sibi fore consubstantialium, loquitur in psalmo eodem Filio: *Ex aëre autem locutus sum genitrix. Non quod uterum Deus Pater habuerit, de quo solum ante sæcula generet; sed quod testificatus fuerit, quod Filius non de nihilo, non ulterius de se substantiam, sed propriam de utroque substantiæ generet. Sic & Filius insufflando dicit Spiritum sanctum Apollolis, ostendit de sua substantia procedere, quem talis insufflatione volens donare.**

De Sacramento Corporis & Sanguinis sui loquens discipulo ait: *Et ista que loquutus sum vobis, Spiritus & vitæ sunt. Unde igitur procedunt verba, nisi mentis ab intimo? Igitur verba que loquitur Christus Spiritus & vitæ sunt, quia Spiritus, qui de corde Christi procedit, vita est. Non quod in Divinitate cor sit, carnis videlicet partícula; sed quod tali vocabulo volens intersens substantiam monstrare sacramentum, ut deo dicit procedere Spiritum qui vita est. Ergo procedit Spiritus sanctus à Filio, & est unius ejusdemque substantie cum Filio.*

CAPIT IV.

IN Evangelio Lucae sic legitur: *Exgressus est Christus in virtute Spiritus in Galileam. De Salvatore legitur, quod sit Virtus Patris, & nunc Spiritus Virtus appellatur. Numquid alia Virtus Christus, & alia Virtus Spiritus? Non utique: sed uterque Virtus dicitur, ut una utriusque substantia monstraretur. Quid est autem quod ait: *In virtute Spiritus? Numquid majorem voluit ostendere Spiritus sancti virtutem Filii virtute? Non omnino. Quid est ergo quod ait: *In virtute Spiritus? Non enim externam Christo voluit ostendere virtutem, & velut aliunde concessam, sed propriam; que cum sit Spiritus sancti, sit etiam simul & Filii, tamquam in una natura non in essentia dixerit. & ammodo simul in uno alter procedat ex altero, Spiritus videlicet sanctus ex Filio; uterque veru de Patre: sed Filius nascendo, Spiritus verò sanctus procedendo. Non quod alterius temporibus de Patre procedat vel Filio, sed quod nullo interveniente tempore de Patre procedat simul & Filio.***

Beatus Paulus Apollolis scribit ad Galatas: *Quoniam estis à tunc Deus, nisi Deus Spiritus sit in corda vestra clamantem Abba Pater. Non ait. Nisi Deus Spiritum sumum. Quod si diceret, non penitus excluderet Filium; quoniam Deus est etiam Filius, quemadmodum Pater est Deus, & utique non duo di, sed unus est Deus: quod enim persona separata, substantiam conjugat. Velens autem omnem autere questionem, personam Filii specialiter dicit, mittit Deum Spiritum Filii sui in corda nostra. Nam alius est Spiritus Filii, quam Spiritus Patris? Quod si idem est Spiritus amborum, protecto procedit ab utroque; non enim sic dicitur Spiritus Filii utquam sit minor Filio; hoc qui sentit, vel dicit, non est catholicus. Quæ de re non est quare dicitur Spiritus Filii, nisi quia procedit à Filio; sicut dicitur Spiritus Patris, quia procedit à Patre.*

Ad Philippen quibus ante scribens, inter cetera sic ait: *Solo enim quia hoc mihi præsertim in salutem se vestram oratio est, & substantiam Spiritus Jesu Christi, Jesus Christus, Deus & homo. Numquid d*

Tom. 14. 6. Spiritus est veritas.

Spiritus est Spiritus veritatis, id est Charis.

Chalcedonensis Synodus in Pat. 8. 14. Ibid. 6. 52.

Tom. 14. 14.

Ibid. 7. 17.

Ibid. 6. 11.

Ibid. 4. 31.

Ibid. 10. 14.

Tom. 10. 1.

Tom. 6. 41.

Tom. 4. 16.

Ibid.

Ibid.

Gal. 4. 6.

Philipp. 1. 19.

de homano ſpiritu loquebatur Apoſtolus, hæc quando dicebat? In cruce namque JESU CRISTUS huminum poſuit ſpiritum, Evangeliiſta teſtante, qui de illo dicit: Et inclinato capite tradidit ſpiritum, & de quo dicit etiam ipſe: *Poenitentiam habere parandi animam meam, & iterum venendi tam.* Ille verò Spiritus, de quo nunc loquitur Apoſtolus, per cujus ſubminiftrationem certà ſpe conſtat, quòd in nullo ſuper Chriſti adminiſtratione conſiſtat, Deus eſt: qui etiam Spiritus Sanctus appellatur ad diſtinctionem Patris & Filii, de quo teſtatur Apoſtolus, quòd diſtinctione gratiarum ipſe diſtribuat, qui operatur omnia prout vult. Hic ergo Spiritus eſt Chriſti, non ſubjectione ſervi, ſed proceſſione divini; Patri, Filioque in naturam, in majeſtate, in dignitate æqualis.

Sicut ſanctus Lucas in Actis Apoſtolorum: *Cum veniſſent datum in Aſiam, teſtabatur ut dicitur, & non permittit eis Spiritus Jæſu.* De quo Spiritu dicitur, ſuperius narraz, dicitur: *Tranſiſtans autem Pſorgram & Galatiam egreſſus, veniſſe ſunt à ſancto Spiritu loqui verbum in Aſia.* Quem dicitur ſuperius ſanctum Spiritum, ipſum pollebat dicit Spiritum Jæſu, manente ſignans non alium eſſe Spiritum Jæſu, quàm Spiritum ſanctum. Car autem dicitur Spiritus Jæſu, frequenter eſt dictum, quoniam procedit à Jæſu. Non ex eà naturà, quia factus eſt miſericorditer homo, ſed ex eà, qua natus de Patre æqualis eſt Patri.

Item loquitur ad Titum: *Secundum ſuam miſericordiam factus non ſecit per levitatem regenerari, & renouari Spiritus ſancti quem effudit in nos abundè per JESUM CHRISTUM SALUTATOREM NOſTRUM.* Quomodo effudit per JESUM CHRISTUM Spiritum ſanctum? nunquid velut minore per majorem? Hoc Arrianus voluerunt: ſed Patrem dicit effuſiſſe Spiritum ſanctum per JESUM CHRISTUM, ut offenderet effuſionem Spiritus ſancti factam ex JESU CHRISTO, non tamquam aliunde accipiendo, ſed eam ex ſcripto mittere: neque enim vult dicere ut Pater Spiritum ſanctum effunderet per JESUM CHRISTUM, tamquam ſi per hitulum effundatur aqua, ut nihil in hac effuſione fuerit illi, præterquam miſterium et pectus eſt. Verùm effudit Pater Spiritum ſanctum in nos abundè per JESUM CHRISTUM SALUTATOREM NOŒTRUM, qui procedit à Filio, ſicut procedit à Patre: & dicendo effudit per Filium, monſtravit proceſſionem ejus à Filio, nec tamèn negavit eum à Patre procedere; quia cum procedit à Filio, procedit & à Patre.

De hac effuſione Spiritus ſancti teſtatur beatus Petrus in Actis Apoſtolorum de Domino JESU CHRISTO, Jodanis ſic loquitur: *Dextera igitur Dei exaltatus, & promiſſionis Spiritus ſancti accepti à Patre, effudit hæc quem non vidisti & audiſti.* De quo loquitur Lucas in eodem Actis teſtatur: *Cum conſpiceretur, inquit, à ſis Petros, erat omnis pariter in eodem loco, & factus ipſi reperiò de celo ſonus tamquam adueniente ſpiritus tubecantur, & replevit totam domum ubi erant ſedentes. Et apparuerunt illis à Spiritu lingua tamquam ignis ſedente ſupra caput eorum: & repleti ſunt omnes Spiritus ſancto, & ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Et in conſequentibus: Et erit in novem diebus, dicit Dominus effundam de Spiritu meo ſuper omnes carnes, & propheſabunt ſibi viſi, & reliqua. Et paulo poſt: Et quidem ſuper ſervos meos & ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & propheſabunt. Hoc tocum poſuimus ut beato Petro docente nolceremus Spiritum ſanctum effuſum ſuper Apoſtolos, & reliquos credentes, qui pariter fuerant congregati die Pentecoſtes, ab JESU. Unde ſcriptum eſt: *Hanc JESUM reſurrexerat Deus, cui omnes**

nos teſtes ſumus Deinde intulit: *Dextera igitur Dei exaltatus effudit hæc, id eſt Spiritum ſanctum, nimirum JESU, quem Deus reſurrexit, quem vidisti & audiſti.* Valde in æqueſ lingua, audiſti in linguarum varietate: nam Spiritus ſanctus in propria natura nec videtur corpori à viſione, nec audiri poteſt auditu corporato, ſed aſſentiri habetur, ignis ſpeciem ſub linguarum imagine, quòd poſſet intueri, & diſcipulorum potius eſt vocibus, quòd poſſet audiri. Quod autem ait: *Promiſſionis Spiritus ſancti que te à Patre effuſiſſe hæc Spiritum, non Divinitatis, ſed humanitatis commendat gratiam.* Nam ſecundum Divinitatem non accepit promiſſionem, quoniam omnia que habet Pater ſua ſunt, non temporaliter accipiendo, ſed æternaliter habendo.

• CAPUT V.

ET comparemus hæc Pauli ſententiã ſuprà jam poſitam, quòd dicit loquitur ad Titum, de Spiritu ſancto, quem effudit in nos abundè per JESUM CHRISTUM SALUTATOREM NOŒTRUM. Paulus teſtatur quòd Pater effudit Spiritum ſanctum per JESUM CHRISTUM SALUTATOREM NOŒTRUM. Petrus verò dicit, quòd JESUS effudit hæc eundem Spiritum ſanctum reſurgens à mortuis. Quibus docetur & Patrem eam effundere & JESUM CHRISTUM, ut diſcimus ab utroque procedere Spiritum ſanctum, quem uterque effudit: neque enim cogitare debemus hæc effuſionem localem exiſtiſſe, ut de Patre manans localiter tranſierit ad Chriſtum tamquam Patrem relicto, vel ut poſſet ad Filium venire ſemetipſum extendendo, ut alter à ſua parte Filium conſpiceret, alter à verò in Patre maneret. Spoliatur eum à Filio in diſcipulos fuerit effuſus, vel Filium reliquerit & ad diſcipulos venerit, vel certe quòdam proceſſione factà, proportione quidam ſui, diſcipulorum corda irradiaſſet, & quidam in Chriſto ſederet, veluti radii ſolis ſi conſideres alia ſui parte ſphæram ipſius illuſtrantem, alia verò terras attingentem. Sed iſta in corporibus ſunt; at verò in Divinitate ſanctæ Trinitatis nil ſhorum deprehenditur, ſed abſque temporis intervallo vel loci Spiritus ſanctus à Patre effunditur, ſimiliter & à Filio. Effunditur à Patre in Filium, quia genitx Pater Filium, effunditur & à Filio, quia omnis que Patris ſunt, habet Filioſ.

Teſtatur quoque ſanctum Evangelium quòd Spiritus ab utroque ſpirat. Quod eſt ſpirat nimirum quia quodcumque vult, ubiqueque vult ſemetipſum effundit. Videmus totius Trinitatis unam operationem. Pater effundit, Filius effundit Spiritum ſanctum. Spiritus ſanctus ubi vult ſpirans, ſemetipſum effundit. Quibus congruenter Apoſtolicè dicit effuſionem Spiritus ſancti factam per JESUM CHRISTUM, per quem Pater Deus omnia ſecit, quàm conſuevit quoque Petrus Apoſtolus teſtatur Filium effuſiſſe Spiritum ſanctum, de quo dicit Evangelium quòd omnia que ſecit Pater, hæc etiam & Filius facit ſimiliter. Effundit igitur Pater Spiritum ſanctum, effundit & Filius, quoniam ſicut datur à Patre, datur & à Filio. Non igitur arguere Græcorum Imperatores Latinos, quòd conſtruantur Spiritum ſanctum procedere à Filio, ſicut procedit à Patre, ſed potius dicant ſibi veritatem à Chriſto, diſcant & ab Apoſtoliſ illiſ.

Item in Actibus Apoſtolorum loquitur Petrus: *Et nos ſanctiſſis heronæ verbis, & Spiritus ſancti, quem dedit Deus omnibus obediſſimus ſibi.* Quem Deum dicit ad illiſ Spiritum ſanctum, niſi de quo ſuperius ait: *Dextera Dei igitur exaltatus, effudit hæc quem vidisti & audiſti, JESUM CHRISTUM* (ſicut dictum eſt) intelligi monſtrans? Sed quomodo dedit

lib. 11.

lib. 11.

Effuſio Spiritus Sancti Tit. 3. 6.

Qui Spiritus Sanctus Joan. 3. 8.

lib. 14. 6.

lib. 3. 11.

lib. 4. 11.

Joan. 19. 30.
lib. 14. 12.
1. Cor. 12. 13.
lib. 4. 11.
lib. 4.
lib. 4.
lib. 1. 5.
lib. 4. 11.
lib. 3. 1.
lib. 3. 1.
lib. 17.
lib. 13.
lib. 4. 11.

ignis confumens, non quidem naturalis, & corporea, sed spiritalis & invisibilis. Ignis ergo Deus Pater, ignis Deus Filius, ignis Deus Spiritus sanctus: sed ignis ex nullo igne Deus Pater, quia de nullo functus originem; ignis Deus Filius, sed de Patre igne, quia natus ex illo; & ignis Spiritus sanctus, sed de Filio igne, quia procedens ex Filio. Ergo dicendo quod Deus fit ignis, & ignis Spiritus sanctus, unam substantiam totius Trinitatis ostendit, Patris quidem & Filii sociam personam, dicendo, ignis Deus; & inde substantiam Spiritus sancti, dicens, & ignis Spiritus sanctus. Cur autem locum Patris & alii personam posuerit sub Dei vocabulo communitate sociatas, & Spiritus sancti locum distingueret maluerit, res in evidenti est. Voluit utique monstrare tali distinctione, ignem Spiritum sanctum de igne Patre Filioque procedere.

Sandus Gregorius cum in Ecclesia Constantino-politana de Spiritu sancto talia tractasset, & literis mandavit, quibus provocavit Spiritum sanctum substantialem Patris Filioque esse, & de Filio procedentem, nec tamen processionem ejus à Patre vel Filio, vel derogans, sed omnipotentiam ejus, & dominationem ejus Patre Filioque per omnia aeterna, non repulsi est ab Ecclesia? Num illius sermo reprobaris? Num vel à civibus, vel ab Imperatore in communionem minime susceptus? Fuit certe venerabilis ille Doctor Gratianus, sive Theodosii Majoris Imperatorum Romanorum temporibus, ex quo usque ad nostra tempora plerumque quingenti transferuntur anni, & nunquam à Filio Spiritus sancti processio denegata est, nec ex eo inter Catholicos ulla questio facta, praeterquam modò vestris temporibus; verum semper & Orientalis & Occidentalis Ecclesiae simul eademque de Spiritu sancto hodiè manet pectus. Quis nam res ita post tot secula quaestio hujus generis propositionem, vos valeat; nulla tamen vel probata, vel sapientiae ratio comprobatur, eae in hoc deventis, quomam talia dicit Catholicæ hodiè repugnant, & veritate nullius, & factis paginis obviant.

CAPUT IV.

AMANCOS Mediolanensis Episcopus, vir omnium splendore virtutum decoratus, adversus Arianos etiam non pauci conficiens, nec paucis ab eis persecutioem injuriis appetitis, in libro quos de Spiritu sancto adversus Arianos pravitate cloquentissimè scripsit, & Evangelicè veritate roboravit, ait: « In Christum dicas, & Deum Patrem à quo unctus est Filius, & ipsum qui unctus est Filium, & Spiritum qui unctus dignatus: & si Patrem dicas Filium ejus & Spiritum oris ejus pariter indicatis: si tamen etiam id corde comprehendas. Et si Spiritum dicas, & Deum Patrem à quo procedit Spiritus, & Filium, qui Filii quoque est Spiritus. » Docet Beatus Ambrosius uno uno uto, Filio, vel videlicet, vel Filio, vel Spiritu sancto, totius Trinitatis fieri comprehensionem; & demonstrans tantam in tribus personis similitudinem; ut uno vocabulo tres personae constituantur, et in uno vocis distinctione, unum tamen agnoscant. Quod autem dicit à Patre procedere Spiritum, nulla hinc querita; nobiscum enim id fatemini: quod autem à Filio nuncupato, Spiritum patrem nuncupari, qui Filius fit Spiritus, hinc à nobis dicitur: qui enim profertur diffingit Spiritum à Filio procedere,

pariter quoque diffingit dicere quod fit Spiritus Filius: si non enim ab illo procedit, non recedat dicitur Spiritus ejus; dicitur autem Spiritus Patris, quia procedit à Patre, ac per hoc, nuncupato Filio, non simul intelligitur nuncupatio Spiritus sancti; non enim potest alius nuncupatione comprehensus ostendi, cujus non est Spiritus; non est autem ejus à quo procedit, sanctus autem Ambrosius dicit quia Filius fit Spiritus, procedit igitur à Filio.

In consequentibus idem loquitur: « Qui Spiritum sanctum negabit, & Deum Patrem negabit, & Filium; quomam idem est Spiritus Dei, qui Christi Spiritus est: unum autem esse Spiritum, nemo dubitavit. » Quarta si unicus, quanta communitas substantias Spiritus cum Patre Filioque monstrat, dum dicit: quia qui negat Spiritum, negat quoque patrem Patrem & Filium, quia unus Spiritus est amborum. Unde namque Patris est? quia procedit à Patre: hinc quoque Filius pariter est, quia procedit à Filio: non enim dico, sed unus est Spiritus: nec enim alius dicitur esse Patris, & alius Filius Spiritus, sed unus amborum; procedit igitur ab utroque. In posteroribus: « Non ergo quasi ex loco mittitur Spiritus, aut quasi ex loco procedit, quando procedit ex Filio, sicut ipse Filius cum dicit, de Patre procedit & veni. » Manifestè Spiritum ex Filio procedere testatur. Verum nec illa processio de corporalibus spatis metiatur, ipse Filius hanc opinionem excludens, ait de Patre, *Procedit & veni*. Procedit autem Filius de Patre, non spatio loci, sed naturae egressu: procedit Spiritus sanctus à Filio nec loci spatio, nec naturae egressu, sed existentiæ processio.

Inferas loquens de processione Filii ex Patre sic inquit, « Neque cum de Patre exit, de loco recedit, & quasi corpus à corpore separatur. Neque cum est cum Patre, tamquam in corpore corpus includitur: Spiritus quoque sanctus cum procedit à Patre & à Filio, non separatur à Patre, non separatur à Filio. » Praecipue ille Doctor, & clarissimus Christi Confessor, dicens procedere Spiritum sanctum à Patre, procedere & à Filio, Arianis adversus quos agebat, blasphemandi iussu occasionem, ait, qui dicebant eum fore creaturam, & minorem non solum Patre, verum etiam Filio, victoriam palmam referens: verum audientes eum ex utroque procedentem, cognoscerent Patris Filioque consubstantialitatem, & pariter cum eis coaeternitatem & coequalitatem. Ex infernis Filium dicentem testatur: *Qui diligit me, servum meum servabit; & Pater meus diligit me, & ad nos venimus, & manserimus apud nos factum.* Sic igitur venit Spiritus, quemadmodum venit Pater, quia ubi Pater est, ibi est & Filius; & ubi Filius, ibi est & Spiritus sanctus. Quod est autem quod ait, quia ubi Pater est, ibi est & Filius, nisi quia Filius de Patre natus est, à quo nunquam dividitur: & quod est, ubi est Filius, ibi est Spiritus sanctus? nisi quia de Filio procedit Spiritus sanctus, à quo nunquam separatur, & insubstantialem ostendit totius Trinitatis consubstantialitatem, eum Filium testatur semper in Patre esse, & Spiritum sanctum semper esse in Filio, ut ubi Pater sit, sit & Filius; & ubi Filius, sit quoque Spiritus sanctus, non loco, non tempore, non voluntate, non actione, non essentia divisi. Item posterius: « Sicut Pater tradidit Filium, & Filius ipse se tradidit: accipe quia Spiritus sanctus cum tradidit: scriptum est enim: »

est: credentes, plures tamen hanc Deum appellari Gregorius ait: hinc enim, quia in scripturis aliquam Deum appellatur. Quod cum ponderandos quippe Paulum in processum esse intelligit, ut inde eandem Iulianam Christianam

ides doctrinam pati possit, à Spiritu sancto Deo appellando servavit: nec in hunc diligit & recipit non Gregorius testatur, sed etiam Iulianus Magnus ejus sermones assuet exhibet.

Ibid. cap. 10.

Joan. 3. 14.

Ibid. 16. 10.

Ibid. cap. 10.

Ambrosius. lib. 1. de Spiritu sancto cap. 10.

¶ **Tunc** *Jesus dicitur esse in desertum à Spiritu, ut tentaretur à Diabolo. Ergo & Spiritus diligens tradidit Filium: est enim una charitas Patris & Filii. Dumque charitatem unam esse à Patre & Filio, testificatur unum esse Spiritum utriusque: est enim Spiritus charitas. Dicit Apostolus: *Fructus enim Spiritus charitas.* Manifestatur ergo Spiritus à Patre & Filio procedere, quoniam est charitas: non enim potest charitas Patris esse nisi de Patre procedat: quia significandi charitatem accipit: neque ipsa charitas potest esse, nisi procedat à Filio: quomodo quæ sitigit charitas, ex ipso procedit: & quomodo una charitas est Patris atque Filii, unus Spiritus est utriusque procedens ab utroque.*

In secundo libro sic dicit: « De Filio Spiritus sanctus accipit. Accipit autem per unitatem substantiæ, sicut accipit à Patre Filius. » Hoc dicens, nomine clarissime docet, quid accipit Spiritus sanctus à Filio: & quod accipit, procedendo accipit; quemadmodum Filius quod accipit à Patre, non dendo accipit. Nam aliud potuit accipere Spiritus sanctus à Filio quod aut non habebat, cum licet unus substantiæ cum Filio, unus potestate: & quæcumque Filius habet, habet etiam & Spiritus sanctus: si subjungit sanctus Ambrosius testimonium ex Evangelio: *Ite, inquit, me clarificabit, quia de meo accipit. & annuntiabit vobis. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt: propterea quæ de meo accipit. & annuntiabit vobis.* Subjungitur: *Quid igitur hæc videtur dentas unitate? Quæ habet Pater, Filii sunt: quæ habet Filius, accipit & Spiritus. »* Hæc sancti Ambrosii verba planissime testantur Spiritum sanctum à Filio substantialiter procedisse, ut namque: *Quæ habet Pater Filius sunt, id est, substantiæ unitatis de Patre, quæ sunt Patris sunt & Filii: similiter & Spiritus sanctus substantialiter procedens de Filio, accipit à Filio, ut quæcumque Filius habet, habet & Spiritus, id est, ut sit ejusdem substantiæ cum Filio, sicut est Filius ejusdem substantiæ cum Patre. Item in consuetudinibus: « Quod loquitur Filius, loquitur & Pater; & quod aut loquitur, loquitur & Filius: & de Spiritu Filius Dei dicit: « *Non enim loquitur à se, hoc est, non sine me, & Patris communiōne (non enim divisus ac separatus est Spiritus) sed quæ a Patre loquitur: auditur videlicet per unitatem substantiæ, & proprietatem scientiæ. »* Dum confiteretur Doctor ille Catholicus Spiritum sanctum non loqui sine Patris Filiique communiōne, videlicet loquente Spiritu, loquitur Pater, loquitur & Filius, testatur eandem esse Patris & Filii substantiam, et, eandem operationis, nec divisum, nec separatum. Et quod addidit: *Quæ audit loquitur, processionem ejus insinuat: non tamen quibusdam inter-Christiis, vel aliquibus firmiteribus audit Patris Filiique locutionem Spiritus, cum sit ejusdem substantiæ. Et sic dicit Filius:**

Quæ quæ a Patre meo, non feci vobis: nascendo videlicet de Patre, & in Patris substantiâ permittendo, non aliquibus intervallis Patris locutionem percipiendo: sic & Spiritus quæ audit loquitur, procedendo scilicet de Patre à filioque, quæ substantiæ unitatis manens in utroque, & procedens ab utroque, audit quæ loquitur per unitatem substantiæ & proprietatem scientiæ.

Et infra: « Omnia Patris habet Filius, qui ut: « *Omnia quæ Patris sunt, mea sunt. & quæ accipit ipse per unitatem naturæ, ex ipso per eandem unitatem accipit Spiritus: sicut ipse Dominus. »* **Jesus** declarat de Spiritu suo dicens: *propterea dico, De meo accipit. & annuntiabit vobis. »* Dicitur omnia Patris quæ sunt habere Filium, rursus & omnia quæ accipit ipse à Patre, per unitatem natura-

tem Spiritum accepisse ex ipso, id est ex Filio; non per manus, licet dicitur Filium ex Patre natum, id est, ex potestate substantiâ, Spiritum quoque sanctum ex Filio procedere, id est, ex substantiâ; & sicut Filius nascendo omnia quæ Patris sunt, accipit sic & Spiritus sanctus procedendo de Filio, quæcumque sunt Filii suscipit: Et infra: « Quod ergo loquitur Spiritus, Filius est: quod dedit Filius, Pater est. » Igitur si quod loquitur Spiritus Filius est, manifestè dicitur ut testatur quæ quæcumque Spiritus habet, à Filio suscipit, quia procedit ex ipso: & si quod dedit Filius, Pater est, cui verò dedit? Numquam Spiritus sanctus qui de illo procedit: & si quod dedit Pater est, accipit de Patre nascendo Filius, ut ex ipso procedat Spiritus sanctus. Subjungit: « Itanquid à se quæ Filius loquitur aut Spiritus, quia nihil extra se Trinitas loquitur. » Totâ Trinitas in Patre, Filio, Spiritu, consistit. Nihil autem loquitur Filius à se, quia non est à se, sed à Patre. Similiter: nihil loquitur Spiritus à se, quia non est à se, sed à Filio: solus autem Pater ex nullo. Ergo cum loquitur Filius, totâ Trinitas loquitur; & cum loquitur Spiritus, totâ Trinitas loquitur; & cum loquitur Pater, totâ Trinitas loquitur; quia nihil est à se Trinitas loquitur, quia non dividitur à se, nec separatur.

Item epistolæ Operis in tertio libello: « Nam secundum divinitatem non super Christum est Spiritus, sed in Christo: qui sicut Pater in Filio, & Filius in Patre: ita Dei Spiritus & Spiritus Christi in Patre est & Filio. » Sanctus Ambrosius dicens secundum divinitatem Spiritum non esse, super Christum, sed in Christo, discernit humanitatem ejus à divinitate. Legimus in Evangelio, quia venit Spiritus sanctus super Salvatorem, & mansit super eum: & Pater loquitur Jobanai: *Super quem videtur Spiritum descendentem & manentem super eum. Itaque secundum humanitatem vult Spiritus super Christum, & mansit super ipsum; ut verò secundum divinitatem manet in Christo, quantum æqualis est ipsi, utriusque substantiæ cum ipso: sicut & de Patre scribitur, quod manet in Filio, & Filius in Patre. Quod subjungit, Spiritum Dei, & Spiritum Christi in Patre manere, sic Filio, testatur unum utriusque Spiritum, eo quod ab utroque procedat, & maneat per consubstantialitatem in ambobus: subjungit: *Manet enim in Deo, quia ex Deo est, sicut scriptum est: « Non autem non Spiritum habet in mundo: accipimus, sed Spiritum qui ex Deo est: »* Et manet in Christo quia à Christo accipit, & in Christo est. Quæ iterum scriptum est: *Ille de meo accipit.* Unde iterum ex Deo Spiritus: nempe quæ procedit ex Deo. Et unde accipit à Christo? Certe quæ procedit à Christo. Et unde manet tam in Deo quam in Christo? Propterea quæ consubstantialis est utriusque. Dicit in sequentibus loquens de Antichristo: « *Quem Dominus Jesus interfecit Spiritu vero suo. Fidei non acquiritur gratia est, sed iniquitas manet unitas, quæ neque Christus sine Spiritu, neque Spiritus potest esse sine Christo: non enim potest divinitate unam separare. »* Hæc quoque sanctus Ambrosius humanitatem ac divinitatem Christi separationem ostendit, non quod alius sit homo, & alius Deus Christus, sed quod perfectus Deus, & perfectus homo, sit unus Christus: homo tamen gratia factus est Deus: Deus verò natura existit Deus. Itaque cum dicitur: *Quem Dominus Jesus interfecit Spiritu vero suo.* Et subjungitur, non hic acquiritur gratia esse: humanitatem remota, si Spiritus oris, quo fit Antichristus interficiendus, divinitatis intelligatur Spiritus, videlicet Spiritus sanctus, qui est in sanctâ Trinitate una persona: ut quod ait, *Quem Dominus Jesus interfecit Spiritu**

Lib. l. c. 1.

Joan. l. 31.

1. Cor. 3. 16.

Joan. 16. 16.

1. Theo. 1.

Ibid. cap. 7.

& cap. 8.

Mat. 6.

Gal. 3. 16.

Ibid. Lib. 1. cap. 16.

Joan. 16. 16.

Ibid. 16.

Joan. 16. 16.

Ibid. 16. 11.

Joan. 16.

Ibid. 16.

oris sui, Spiritum sanctum intelligas, qui sit Spiritus Domini Jesu. Simul videndum, quia cum de eodem Spiritu dicitur quod sit Spiritus oris Domini, & nunc dicitur quod sit Spiritus oris Domini Jesu, clarissime monstratur Spiritus sanctus procedere ex ore Domini Jesu, non quod secundum divinitatem eo habeat, sed quod de substantia illius procedat; quemadmodum dicitur Spiritus oris Domini, quoniam procedit de Patre substantia. Igitur evidentialiter monstratur assertio procedere Spiritum tam de Patre quam de Filio, dum legitur quod sit Spiritus oris & Patris & Filii.

Proficiscitur beatus Ambrosius Individuum manere unitatem tam Christi quam Spiritus sancti, neque Christum sine Spiritu, neque Spiritum posse esse sine Christo. Non potest esse Christus sine Spiritu, tamquam sibi consubstantialis, & quae ex se procedat; neque rursus Spiritus potest esse sine Christo, tamquam cum consubstantialis est, & à quo accepit quemque Christus habet. Connecitur causa cur non sit, videlicet quoniam non potest divinae naturae unitas separari. Hoc dicitur factorem naturam Christi, naturam esse Spiritus, & naturam Spiritus naturam esse Christi, nec unitas compagem aliquo modo posse separari, praeter quam filius natus, Spiritus vero procedens; sed haec non substantiam facit, sed relationem ostendunt. Inferius loquitur: Lectum est, quia Verbi gladius Spiritus sancti similiter lectum est, quia Spiritus sancti gladius Verbum Dei sit. Et nonnullis per assumptionem interponitur colligendo conclusit, ita: Cum igitur Verbi gladius Spiritus sanctus sit, & Spiritus sancti gladius Verbum sit, utique unitas est potentia. Sed gladius Verbi, quid est nisi ipsum Verbum? Et gladius Spiritus quod est, nisi ipse Spiritus? Ex quo colligitur quia Spiritus sanctus Verbi est Spiritus, cuius est gladius, & Verbum Spiritus sancti est, cuius est gladius; quoniam nec Verbum sine Spiritu sancto, nec Spiritus sanctus sine Verbo, quoniam unus sunt operationis, ejusdemque potentiae. Cum ita sit, non possunt substantiae separari, neque voluntate dividi; igitur unus substantiae uniusque voluntatis Filius & Spiritus sanctus exsurgens, procedit alter ab altero, id est, Spiritus ex Filio, quoniam Filius uterque de Patre, omnia que nascendo accepit à Patre, dedit Spiritui, non quia minori, nec tamquam exarcano, sed tamquam à se procedenti.

Videndum autem quia cum dicitur Spiritus sancti gladius Verbum, & Verbi gladius Spiritus sanctus, non personarum sit conjunctio, sed substantiae monstratur copulatio, ut unus sint substantiae, cum non sint unius personae. Est autem alter ex altero, Spiritus videlicet ex Filio, non vero Filius de Spiritu, sed de Patre. Hoc modo sanctus Ambrosius de Spiritu sancto sentens atque disputans, non Imperatoribus Generorum, Gratiano videlicet & Theodosio Majori, quorum temporibus insitit, vel ingratus vel haereticus visus est, qui totum sanctum verum amore coluerunt, & praecipua veneratione semper habere. Cuius disputatio, & pro Catholicae fide labor indefessus, Arianos Ecclesiam impugnantes expugnavit, vicit, oppressit. Valde nunc vos Imperatores quorundam fideles, vel idem descendere, vel religionem imitari: ecce negando spiritum sanctum à Filio procedere, Catholice obvias fecistis manus Episcopis, qui Arianos pravè de Spiritu

sancto sentientes protrivere, & vestrorum majorum, Romanorum videlicet Imperatorum, pietatem evectis, qui hanc fidem semper colere, & pro ea decertantes multa veneratione dilexere.

CAPUT V.

DIENUS Alexandrinus, & corporalibus quidem à puero aspectu oculis, verum spiritali visioe factis illius re, in libro quoniam de Spiritu sancto scriptis, sic inquit: Igitur quicumque communicat Spiritui sancto, statim communicat & Patri & Filio. Et qui charitatem habet Patris, habet eam à Filio contributam per Spiritum sanctum, & qui participat ex gratia Jesu Christi, eandem gratiam habet à Patre per Spiritum sanctum. Ex quibus omnibus apparet eandem operationem esse Patris & Filii & Spiritus sancti. Diligenter [quae] dicit, retractemus, At ergo: Quicumque communicat Spiritui sancto, is autem communicat Spiritui, qui participat illi, ut Spiritus, & ille statim communicat & Patri & Filio: participat enim illi factus tam Patris quam Filii per Spiritum sanctum. Monstratur ex hoc Spiritus consubstantialis esse Patris Filiaeque, & adeo consors, ut non possit haberi Spiritus, nisi pariter habeatur Pater & Filius. Subjungit: Et qui charitatem habet Patris, habet eam à Filio contributam per Spiritum sanctum. Superius consubstantialitatem tantummodo Patris & Filii monstravit, jam verò doctrine accipit processionem Spiritus. Charitatem autem Patris appellat Spiritum sanctum, sicut ex posterioribus approbatur, dicitur eam contributam per Spiritum sanctum. Non enim tribuit Spiritus sanctus nisi propriam manus cum tribuit charitatem. Et de charitate scribitur quod sit Deus; ergo tribuens charitatem Spiritus, semetipsum tribuit, quoniam ipse charitas est: sed haec charitas Patris esse dicitur, quoniam Spiritus, Pater est Spiritus: & unde illius Spiritus? quia procedit ex ipso: non enim tractaturam unus est Spiritus, ut sit alteras quam Patris substantiae. Quapropter non tamquam ab eo creatus ejus esse dicitur, sed tamquam consubstantialis, & ex illo procedens. Dicit autem habenti charitatem Patris, contributam à Filio per Spiritum sanctum; quemadmodum igitur contribuit Filius manus Spiritus sancti? Videlicet velut cooperatur Patri Spiritui, sed quemadmodum potest tribuere sibi coequaltem: vel alteras, id est Spiritus sancti donum? Certè quia charitas, quae est Patris, & quae à Filio contribuitur per Spiritum sanctum, eadem est Fili; quia quae unque sunt Patris, sunt & Filii. Sed non quid charitas quae est Spiritus sanctus, sic est Fili, ut sit creatus; nequam profertur; sed tribuitur à Filio, quia procedit ex illo; & est Fili, quoniam consubstantialis est illi.

Subjungitur: Et qui participat ex gratia Jesu Christi. Gratiam hoc in loco Jesu-Christi dicit, quam superior charitatem Patris appellavit. Quia est autem quod gratiam Jesu-Christi nunc dicit, quam consistit esse manus Spiritus sancti? Proculdubio monstrat à Jesu-Christo contribui, cuius esset gratia, ut sicut dicitur charitas Patris, quae procedit à Patre, sic eadem charitas, quam appellat gratiam Jesu-Christi, procedere cognoscatur à Jesu-Christo. Eandem autem gratiam quisquis habet Christi, dicit et datam per Spiritum sanctum; ut quidem videamus cooperantem sibi totam Tri-

c. DIENUS Alexandrinus] Hunc D. Ilym librum, Aeneas Patricius, Ratramni corbiciensis, in eo opere quod Ratramni subest scriptus, videtur ab H. 1003960 in Lucanum

fronem vestrum esse. Idem deinde scriptus Auctoris Hae. Dialog. lib. 2, cap. 24.

natam, & tenemus Spiritum sanctum, qui est
 charitas Patris & Filii, procedere tam à Patre quam
 à Filio. Subsequitur: « ex quibus omnibus appro-
 batur eandem operationem esse Patris & Filii &
 Spiritus sancti. » Quorum autem est eadem ope-
 ratio, una est quoque voluntas: & quorum una
 voluntas, una est substantia. Hinc est quod sub-
 jungit: « Quorum autem est una operatio, una
 est & substantia; quia que ipsam substantiam
 « sunt, eandem habent operationes: & que
 « aliter substantiam sunt, dulcius atque diventer.
 Approbat Spiritum sanctum unum cum Patre Filio-
 que substantiam, quoniam eandem cum eis habet
 operationem. Sed offensum est superioris Patris & Filii
 Spiritum esse, quoniam procedat tam à Patre quam
 à Filio. In posterioribus ait: « Cum enim dicunt
 « in tempore respondendi, nimirum Filium, doceri
 « discipulos à Spiritu, qui debent respondere, in-
 « sequentibus ait: *Ego enim dabo vobis sapientiam*
 « cui non poteram resistere & contradicere. Ex qui-
 « bus ostenditur sapientiam, quæ discipulis datur à
 « Filio, Spiritus sancti esse sapientiam; & doctrinam
 « Spiritus sancti, Domini esse doctrinam. » Quomodo
 autem sit sapientia, quæ datur à Filio, Spiritus
 sancti? Non aliter, nisi quia procedit Spiritus
 sanctus à Filio, cujus sapientia, sapientia est quo-
 que Spiritus sancti. Et quomodo doctrinam Spiritus
 sancti, doctrinam dicit esse Domini? Valde hoc co-
 quod omnia que sunt Spiritus sancti, sunt etiam
 doctrinam Jesu Christi, quoniam procedit ex ipso.
 Unde subiungit: « Uniusque & nature & volun-
 « tatis consortium Spiritus esse cum Filio. » Testatur
 hæc Spiritum sanctum procedentem à Filio, dom-
 inum de nature & voluntatis sit Spiritus cum Filio:
 alioquin si non procedat ab ipso Spiritus, non est
 ejusdem voluntatis, cujus est Filius; nam quæ se-
 parantur consortio, separantur etiam voluntate.
 Dicit etiam: « Et quia superior demonstratam est
 « socium esse per naturam Spiritum Unigenitum Deo,
 « & Deo Patri: Filius verò & Pater unum sunt,
 « à justis illud: *Ego & Pater unum sumus*; individua
 « & inseparabilia secundum naturam ostensa est Tri-
 « nitatis. » Si per naturam sociatur Spiritus Unigenitus
 Deo, & Deo Patri, procedit ab Unigenito Deo.
 Quod si tantum procedit à Deo Patre, & non pro-
 ceat ab Unigenito Deo; Pater quidem sociatur per
 naturam, unigenito verò Deo non conjungitur:
 non enim jungi potest ei per naturam, à quo non
 procedit. Sed Auctor testatur esse socium hæc per
 naturam Spiritum unigenitum Deo: testatur ergo pro-
 cedere Spiritum ab unigenito Deo. Et quoniam
 indivisum & inseparabilem secundum naturam dixit
 esse Trinitatem, fatetur Filium de Patre genitum,
 Spiritum verò de Patre Filioque procedentem.
 Quod si de Patre docetur tantum procedere Spiritum,
 jam non est indivisus & inseparabilis Trinitas;
 quoniam Spiritus dividitur à Filio, à quo non pro-
 ceat: separatur ab unigenito, cujus non est Spiritus.
 Proceat hæc sit à catholicis membris impietatis
 opinio: est enim indivisus & inseparabilis secundum
 naturam sancta Trinitas; quoniam Pater de nullo,
 Filius verò de Patre genitus, Spiritus autem sanctus
 de Patre Filioque procedens.

Item dicit: « In alio quoque Evangelio legitur:
 « *Non enim vos estis qui loquamini, sed Spiritus Pa-
 « tris vestri qui loquitur in vobis.* Si ergo Spiritus
 « Patris in Apostolis loquitur, docens eos que de-
 « beant respondere, & que docentur à Spiritu, sa-
 « pientia est, quam non possumus aliam præter Fi-
 « lium intelligere: liquid apparet ejusdem nature
 « Spiritum esse cum Filio, & cum Patre: cujus est Spi-
 « ritus. Porro Pater & Filius unum sunt. » Dicit Ab-
 « rones ille sapientiam, quomodo docet Spiritus Patris
 « Apostolos, Filium esse. Si sapientia filius est, &
 « Spiritus sanctus sapientiam, quæ filius est, loquitur
 « in Apostolis, accipit à Filio. Quomodo autem
 « accipit? procedendo certe, non participando: quod
 « ante non habuerit: non enim fuit aliquando Spi-
 « ritus sine sapientia, sed accipit à Filio ut semper. Sic
 « sapiens, ab ipso procedens; quia unum est nature
 « cum Filio & cum Patre, cujus est Spiritus: quod
 « sic non dicit, ut non etiam Spiritum illi signifi-
 « care; cujus sapientiam dicit loqui Spiritum, sed
 « quia superior dicit: *Non enim vos estis qui lo-
 « quimini, sed Spiritus Patris vestri.* Nam dicit in
 « posterioribus: Porro Pater & Filius unum sunt. Si
 « Pater & Filius unum sunt, Spiritus qui Patris est,
 « est etiam & Filii; ac per hoc ex utroque procedens.
 « In posterioribus cum non pauca de Patris & Filii &
 « sancti Spiritus consubstantialitate tractasse, con-
 « cludit: « Ex his colligitur, quomodo indivisa
 « sit substantia Trinitatis, & Patrem tamen verè
 « Filii esse Patrem, & Filium verè Patris Filium, &
 « Spiritum sanctum verè Patris & Deitatis Spiritum;
 « & insuper sapientie & veritatis, id est, à Deo.
 « Si ergo Pater Filii Pater est, quia genus illum; &
 « Filius Patris Filius, quia genus est ab illo; &
 « Spiritus sanctus verè Pater Spiritus, quia procedit
 « ab illo, consequenter & sapientie & veritatis, id
 « est Filii Dei Spiritus est, quomodo procedit à Filio,
 « id est procedit à veritate, procedit à sapientia,
 « procedit à Deo, id est Filio: alio namque cum dixit
 « Spiritum sanctum Spiritum esse veritatis, intulit,
 « Et Dicit esse Spiritum, « personam Filii volens in-
 « telligi. Sed ne inobscuro locutione confunderet, ait
 « in consequentibus, « Spiritum sapientie & veri-
 « tatis, id est Filii Dei.

In posterioribus inquit: « Porro jam frequenter
 « ostendimus eisdem esse operationem Spiritum, cu-
 « jus est Pater & Filius, & in eadem operatione unum
 « esse substantiam, & recipere eorum que: « non
 « sunt, operationem quoque non esse diversam. »
 « Operatio Spiritus eadem est que & Patris & Filii
 « operatio; quoniam consubstantiam est utriusque
 « tanquam procedens ab utroque: non enim potest
 « eisdem operatione conjungi, si non ab utroque
 « procedat: dividitur namque substantia quibus pro-
 « cessione non coheret, nec aliter potest vel Patri vel
 « Filio substantialiter copulari, quomodo ut sit sub-
 « stantia, Spiritus accipit tam à Patre quam à Filio
 « procedendo. Item mirà: « In consequentibus de
 « Spiritu veritatis, qui à Patre mittitur, & sit pa-
 « tris, Salvator ait: *Non enim loquitur à se-
 « metipso*; hoc est sine me, & sine meo & Patris ar-
 « bitrio; quia inseparabilis à me & Patris si volun-
 « tate: hoc enim ipsum quod voluit & loquitur,
 « à Patre & me illi est. Ego veritatem loquor, id
 « est, insipio quæ loquitur, si quoniam Spiritus ver-
 « itatis est. » Manifeste Doctor ille nos voluit Spiritum
 « sanctum esse à Filio: nam cum dicit: *Non enim*
 « *loquitur à semetipso*, ostendit eum à semetipso non
 « esse; propter quod explanans quod dicit: « Hoc
 « est sine me, & sine meo & Patris arbitrio; » ostendit
 « à quo sit, qui non loquitur à semetipso, à Patre
 « scilicet est & à Filio, sine quibus, & sine quorum
 « non loquitur arbitrio. Et dicens: « Hoc enim ip-
 « sum quod procedit imperfectum erat. » Quomodo
 « hoc procedit latè coheret Ratione placide prætam
 « locutionem.

Mat. 28. 19.

Luc. 11.

Thil. 1b.

Thil. 16. 19.

Mat. 10. 20.

« Sapientia Spiritus] Totum hoc quædã est à maxime
 in textum translucere avaritiam, tam atque hoc tantum
 legatur, quod spiritus qui loquitur ego verum loquit, s-

quidem, quod procedit imperfectum erat. » Quomodo
 hoc procedit latè coheret Ratione placide prætam
 locutionem.

si cum quod subsistit & loquitur, ego veritas loquor: ostendit subsistentiam Spiritus esse à Filio. Et si cum loquitur Spiritus, loquitur veritas, hoc est Filius, ostendit quia quod loquitur, & quod subsistit Spiritus, accipit à Filio. Et inculcans idipsum velut à aperiens quod dicitur, faciens; id est, inspiro quæ loquitur. Quomodo inspirat? nimirum cum ab alio procedit & conuolat. Si Spiritus Spiritus veritatis est: quod est dicere, Spiritus Fili est. Quibus omnibus demonstratur quod sic Spiritus Fili, & quod inspiro à Filio, id est procedit ab illo. Et quia quod loquitur Spiritus, & subsistit Spiritus; accipit à Filio, non tamquam minor, sed tamquam consubstantialis, & ex illo pro. d. n. s.

Item infra: « Loqui ergo Patrem, & audire Filium; vel è contrario, Filio loquente audire Patrem, eisdem naturæ in Patre & Filio, consensuque significatio est. Spiritus quoque sanctus, qui est Spiritus veritatis, Spiritusque sapientiar, non potest Filio loquente audire quæ nescit; cum hoc ipsum sit quod profertur à Filio. » Dicitur loquentem Patrem audire Filium, demonstrat Filii naturam esse Patre: similiter Filium loquentem audire Patrem, Patrem nescit quæ nescit Filium; & quo sunt unius nature Patre & Filio, sunt etiam eisdem consensu; ad hoc sit loqui Patrem ad Filium vel Filium ad Patrem, in unum consensum voluntatis venire: neque diversimodum aliquid Existere. Si tamen quoque sanctum veritatis Spiritum [&] Spiritus consensu, Spiritum in se declarat, de quo dicit, quia non potest Filio loquente audire quæ nescit; quantum cum sit eisdem cum Filio subsistat, procedat que de Filio, quæ loquitur Filium, loquitur & Spiritus sanctus; quoniam hoc ipsum quod est Spiritus, loquitur Filio est ad Spiritum, prædicti Dicitur dante. Qui cum dicitur non potest Spiritum sanctum Filio loquente audire quæ nescit, mox dicitur: « Cum hoc ipsum sit quod profertur à Filio; » hoc est prolatio Filii substantia est Spiritus: nam dicitur; cum hoc ipsum sit, substantia Spiritus: quod profertur à Filio, hoc est quod loquitur Filium. Si quod loquitur Filium, Spiritus sanctus est, quemadmodum Doctor ille testatur, non potest argui quod à Filio procedat Spiritus: siquidem loquendo à Filio procedit quod de eo cum hoc idem sit Spiritus quod profertur à Filio, procedit omnino Spiritus à Filio.

Subiungit: « Denique ne quis alium à Patris & Filii voluntate & libertate diceret, scriptum est: Non enim a seorsum loquitur, sed sicut auctor loquitur. Cuiusmodi etiam de templo Salvatore ait: sicut a seorsum. » Voluntas Patris, voluntas est Filii, & libertas utriusque Spiritus amborum: quoniam chorus, quæ est Spiritus, sicut voluntas in Patre & Filio; neque potest voluntas Spiritus à voluntate Patris & Filii huiusmodi. Ad hunc huiusmodi est utriusque, sic eisdem voluntatis amborum. Et sicut voluntas Filii in actu de Patre, sic voluntas Spiritus procedit à Filio, hinc est quod ait de Spiritu: « Non enim à seorsum loquitur, sed sicut auctor loquitur. » A quo dicitur à Voluntas à Filio, de quo procedit. Et audire Spiritum, procedit est à Filio: sicut & audire Filium, nescit est de Patre; nam non aliud est audire Filium, & aliud nescit, sed idem utriusque: sic enim aliud nescit est audire Spiritum, & aliud procedit, sed unum est utriusque. Et infra: « Scyptum est enim: Quæcumque ille facit (hanc dicitur quia Patre) hæc etiam Filius facit similiter. Quod si operante Patre & Filio, non potest credendum primo & secundo, sed iuxta idem tempus operantem eodem & simili, subsistunt utriusque quæ sunt: & Filii non potest

à semetipso quid facere, quia à Patre non potest separari: sic & Spiritus sanctus nequaquam separatus à Filio, propter voluntatis naturæque consuetudinem, non à semetipso creditur loqui; sed iuxta verbum, & veritatem Dei, loquitur universa. » Patre & Filio eadem operantur, non alio tempore Patre, & alio Filio, sed eodem simul & eodem tempore: nec potest Filium separatum operari, quoniam non dicitur à Patre, nisi sit natus ex Patre, & eisdem subsistat cum Patre: sic & Spiritus sanctus non loquitur à semetipso separatus à Filio, quoniam procedens à Filio consors est nature Filii voluntatis & eisdem, cuius & Filii: non enim voluntas dicitur quæ natura conjungit, sed iuxta verbum & veritatem Dei loquitur universa, quoniam à verbo & veritate procedens percipit quod loquitur; non enim aliud est quod procedit, & aliud loquentem esse, sed percipit loquentis procedentis est existentia, quemadmodum existentie processio, loquentis acceptio.

Et infra: « Quomodo igitur supra de naturis in corporalibus disputant intelleximus, sic & nunc Spiritum sanctum à Filio accipere, id quod sua natura iure, cognoscendum est, & non dantem & accipientem, sed unum significare substantiam, quodammodo & Filii eadem à Patre accipere dicitur, quæ est ipse subsistens: neque enim quod aliud est Filium, exceptis in quæ ei datur à Patre, neque alia substantia est Spiritus sanctus, præter id quod est datur à Filio. » Confirmat præcedentem & dicit à Filio dicitur, & dicit Spiritum sanctum à Filio accipere id quod sine natura iure, quod est, naturam Spiritus ex Filio esse, & non sit aliud accipere Spiritum à Filio, quoniam procedere de Filio; neque dantem & accipientem intelligentiam tamquam alterius & alterius substantiæ, sed personam Filii dantem, ut existat Spiritus, & personam Spiritus accipientem, ut procedat à Filio. Et confirmat opinionem suam ex eo quod Filium accipere dicitur à Patre: non enim aliud est Filium, & aliud est quod percipit à Patre; sed à Patre percipit Filium subsistentem: quod claris affirmat prosequendo: « Neque enim quod aliud est Filium, ex hoc ut his quæ ei dantur à Patre. » Quod est, non licet accipere quæ dantur à Patre Filio à substantia Filii, sed data Patre substantia est Filii, quoniam nascendo percipit omnia quæ sunt Patris sic & de Spiritu hoc dicitur, quod non sit alia substantia Spiritus sancti præter id quod ei datur à Filio: hoc est, non est aliud Spiritus sanctus, & aliud quod Spiritus sanctus datur à Filio, sed donum Filii substantia est Spiritus sanctus. Quæ manifestè commendat Spiritum sanctum esse de Filio, non tamquam partem, sed tamquam totam, quod est Filium; quia quæcumque sunt Filii, sunt & Spiritus sanctus: & accipit Spiritus sanctus à Filio, procedens ab illo sicut consubstantialis, & habens omnino quæ sunt Filii. Inferens: « Denique accipere intentionem inferens quemadmodum dicitur, de meo accipit, & proinde ad ista quæ habet Patre, mea accipit: proinde dicitur, de meo accipit. » Quod autem accipit volens; quemadmodum loquens, licet à Patre procedat Spiritus veritatis; & dicit Deus Spiritum sanctum sententiam potentibus sic; tamen quia omnia quæ habet Patre, mea sunt, & sic ipse Spiritus Patris meus est, & de meo accipit. » Hoc dicit non docet Spiritum à Filio procedere, sicut procedit à Patre: est enim Spiritus veritatis, videlicet Christi, qui veritatis est: & quia Filium habet omnia quæ Patris sunt, sic ipse Spiritus Patris testatur quod est Filium, & accipit de Filio. Quod accipit; omnino subsistentiam de illo procedens.

Joan. 16. 13.

Ibid. 16. 13.

Ibid. 16. 13.

Joan. 16. 13.

Ibid. 16.

In consequentibus: « Idem autem Spiritus Dei, & Spiritus Christi, adducens & copulans eam, » qui se habent, Domino Jesu Christo. Unde in sequentibus dicitur: *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* » Si qui est Spiritus Dei, est & Spiritus Christi, quemadmodum auctor ille fateretur; haud dubium non sunt duo Spiritus, et alius Patris, alius Filii, sed unus & idem utraque.

Et si Christi Spiritus est in qui Spiritus Dei Patris est; sicut procedit à Patre, sic procedat & à Filio; non tunc alius Dei Patris dicitur Spiritus, nisi quòd à Deo Patre procedit: sic non alter dicitur Spiritus Christi, nisi quia procedit à Christo: non enim est entitatis, quòd tamquam inferior possidetur; sed consubstantialis. Sic quoque quod addit, Spiritum Christi non habentem Christi non esse, de Christo facturum procedentem, quem dicit esse Christi; nec sufficere Christi, qui non habet Spiritum ejus; quoniam in quò non est Spiritus Christi, non est Christus: non enim habitatione separantur, qui substantialiter copulantur. Unde dicimus societatem quam habet Spiritus ad Christum, quòd habeat & ad Deum Patrem: non enim potest eorum societatem non habere, quibus est consubstantialis, & à quibus exiit. Inferius quoque: « sicut & in epistola Petri Spiritus sanctus esse Christi Spiritus comprobatur: » scilicet, inquit & excurrentes (idei est Prophetae de quibus est superius sermo superior) in quod aut in quale tempus significabit huius, qui in eis erat Spiritus Christi, testificans in Christo passionem, & ea quae post erant sequutura decreta. » Et paulo post: « Ille autem Spiritus sanctus dicitur est & Spiritus Dei: ut ibi: *ea qua Dei sunt nemo novit nisi Spiritus Dei.* » Eundem ergo fateretur Spiritum Christi, qui sit Spiritus Dei; ac per hoc de utroque procedentem; quoniam non sit aliud cur utraque dicitur Spiritus: aequalis est enim & consubstantialis. Item infra loquitur: « Per hoc quod ait: *si quis autem Spiritum Christi non habet, ipse non est eius.* Et interpretatur: *si autem Christum in vobis est, manifestissimum est demonstrare anteparabilem esse Spiritum sanctum à Christo; quia ubiqueque Spiritus fuerit, ibi & Christus est: & undecumque Christus pertinet dixerit, inde pariter procedit & Christus.* Illa societas Spiritus & Christi, quam doctore, non tantum voluntatis est, verum etiam substantialitatis, & non substantialitatis solum, verum etiam processionis: possunt enim voluntate conjugique substantialiter separantur: ut aliud quòd Christus loquitur discipulis: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus: vel quod in praesenti loco dicit, in quo est Spiritus Christi sic quoque Christus.* In quibus namque Spiritus Christi est, & Christus quoque pariter est: simul quidem sunt, sed voluntate, non substantialiter. Deus etenim & homo non unus, sed diversè sunt substantiae. Item possunt substantia copulari, sicutque naturae conjugi, ut Pater & Filius. Item copulantur substantia, non autem naturae, sed processione, Filii & Spiritus. Ergo dum dicit, ubiqueque Spiritus fuerit, ibi & Christus est; & undecumque Christi Spiritus dixerit, inde pariter procedit & Christus, monstrat societatem istam, non voluntate solum, substantialitatemque, verum etiam processionem, consistat; quòd spiritus non solum consubstantialitatis causet Christi, verum etiam exiit ab ipso.

Item postest Apostoli testimonium assumens, ait: « Non accepisti Spiritum servientis in timore, id est, non in similitudinem servorum, metu & non serare parum vos abintem à vobis, qui habetis vobis datum spiritum adoptionis, id est Spiritum sanctum, qui etiam Spiritus Patris, & Christi;

& veritatis dicitur atque sapientiae. » Quid per haec intinuat? nam veritas & sapientia Christus est (ut scriptura testatur, & non semel approbatum est,) Christus quoque Filius Patris est haud dubium. Affirmat Spiritum sanctum procedentem à Filio, procedentem à Christo; procedentem à veritate & sapientia; non quidem quod sint Spiritus diversè, quia non sunt quae posita sunt, quorum esse dicitur Spiritus, diversimodum substantiam significantis. Sapientia namque & veritas, & Christus, Filium praedicant; Christus propter humanam susceptum; veritas, quoniam ipse dicit: *Ego sum veritas.* Sapientia, quia Paulus testatur de ipso, quòd sit nobis à Deo factus Sapientia. Quid haec omnia colligunt? Procedit quòd procedat à Filio, ejus esse dicitur Spiritus; non enim vel pars ejus potest esse, vel aliquid Filio subiectum. Unde ergo dicitur? Processione, sive consubstantialitate: est consubstantialitate aequalitatem ostendit; aequalitas autem non subijctum; sed confertur. Unde ergo Spiritus Filii haud dubium quia procedit ex Filio.

Sufficiant ista de libro Didymi brevier collecta, qui dum talia de Spiritu sancto positus Alexandriae sententia & scribere, nec à Graecis, nec à Graecorum Imperatoribus esse vel reprehensus, vel communiōne suspensus: intelligebat enim qui per id temporis Imperatores; qui non solum Constantinopolim, verum etiam Romam regnabant, Catholicum esse dogma, fidem Apostolicam, perhiam haereticorum quae debellabat, & veritatis doctrinam affirmabat. Vos nunc Imperatores moderni, novi sectarum erroris insistentes, videte cujus sitis fidei; quoque habueritis in doctrina Christi magistros: nam istorum convincimus non esse discipulis, qui priores vestri fuerit, qui catholicam fidem roboraverit, qui pravi dogmatis inventa semper expugnaverit.

CAPUT VI.

His societas quid per eadem tempora Romana sentit Ecclesia de Spiritu sancto, ut comprobaverimus novam suam forte sciam quam produxit, sed olim à Patribus commendatam, & per universam tutius Ecclesiae corpus vindicatam, & contra diversa sentientes expugnatum; ostenditur pariter frustra fuisse reprehendi quod novum dogma praedicant, cum sit à prioribus nostris semper praedicatum.

PASCASUS antiquus Romanae sedis & Doctor & Diaconus, in libello, quem de Spiritu sancto scripsit, Didymi sequens Alexandrini vestigia, sic inquit: « Non cruciatur qualiter Deus sit, quoniam Deum esse manifestum est. Hic ratio late, veritas non late. Cur interrogos quomodo sit socius & aequalis Regi, quem regis constat esse & honoris & generis. Ex superfluo de nomine agitur inquisitio, ubi non est de similitudine dicitur. » Hoc adversus Arrianos, qui Spiritus sancti divinitatem denegabant, volentes consistere Patri Filioque consubstantialem, sed creaturam dicebant Filio subiectam, tamquam minorum, vos veraciter confutans, & Deum verum esse praedicat, & Patris, & Filii consubstantialitatem. Quid etiam de processione sentiat subdendo manifestat. « Ergo quia Spiritus sanctus ex utroque procedit ideo dicit: *Qui autem Spiritum Christi non habet, ipse non est eius.* Et alio loco: *in vobis est, & dicit: Accipite Spiritum sanctum.* » Testatur & Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere; sicutque assertionem roborat tam ex Apostolo, quam ex Evangelio, pariter ostendens, quia Spiritus non alter possit esse Christi, nisi

Jan. 1. 3.

1. Pet. 1.

1. Cor. 1. 10.

Rom. 8. 9.

ibid. 10.

Rom. 11. 10.

Jan. 1. 12.

PASCASUS de Spiritu sancto lib. 1. cap. 2.

Rom. 8. 9.

Jan. 1. 12.

procedat ab ipso : nec aliis dat Christus Spiritum infundendo, nisi ex substantiâ mittendo. Siquidem cum dicatur Spiritus Christi, relationem habere monstratur ad Christum : non verò tamquam servus : (non enim est creatura) sed tamquam ab illo capiens essentiam præcedendo, non creando vel generando. Similiter cum infundit cum mittendo : non mittit extraneum, nec aliunde quàm de propria natura : nec potest argui processus ejus à Filio, quoniam infundendo ex intus suæ divinitatis Filium emittit. Subjungit adhuc de eodem loquens Spiritus : « Utrum genitas an ingenuus sit requiritur : nihil ex hoc cloquia facta acciderunt, necesse est arripere deus in istis. Quod Deus scripturâ suis indicandum esse non credidit, interrogare, vel seare superflua curiositate te noluit. Hoc per venire debere judicavit ad conscientiam tuam, quod per te ad salutem curam. » Hæc adversus eos loquitur, qui Spiritus sancti personam, sanctæ Trinitatis derogantes, Deum esse non recipiebant, tantquam si Deus haberetur, vel ingenuus vel genitus confiteretur : si genitus, duo filii dicerentur ; & jam Salvator dictum non possit unigenitus ; essetque contra Catholicam fidem, que quidem confitetur credere se cum Deum Patrem omnipotentem, & in Jesu Christum Filium ejus unigenitum. Quod si confiteretur ingenuus, jam non unus Pater, sed duo comprobarentur ; & esset hoc nihilominus fidei Catholice valde contrarium. Creditus etenim in unum Deum Patrem omnipotentem. Tam perversa machinationibus præ fati eandemque respondet Doctores iste Catholicos, dicens Spiritum sanctum nec genitum, nec ingenuum debere dici, quod sanctæ scripturæ non loquitur : debere verò profecti quod affirmant, Spiritum sanctum esse Patrem Filioque consubstantialium, & de utroque procedentem.

In potestibus loquitur : « In actibus Apostolorum. Petrus de Domino Jesu Christo dicitur ista : dicit : *Dexterâ equare Ieri exaltatus, & promissus sunt Spiritus sancti accepti à Patre, & effusi hunc quem vobis & auditis.* In dextera Filius, in Deo Pater, ut nomen sui prophetice Spiritus sanctus designatur. » Hoc testimonio comprobavit Spiritum sanctum à Filio procedere, quem ab eo dicit effusum : non enim effudit nisi quod in se continebat, non vult in loco conclusum : sed tamquam in se substantialem emanentem : nec sic effudit ut sui vacationem læceret ; quemadmodum vas efficitur ex eum effunditur quod continebatur in illo : est iterum illud comparatum : est in divinis non alium. Cum enim vel Pater vel Filius Spiritum effudit, non se vacuat, sed sui muneri gratiam sine sui damno quibus vult communicat. Et istud ponens testimonium Agostinus : « *For amicus non effudit, loquitur, in carne, sed in Spiritu : si enim Spiritus Dei hoc effudit in vobis. Si quis autem Spiritus Christi non habet, hoc non est eius.* Dum dicit Spiritum Dei, & in se confiteretur Spiritum Christi, advenit quia hic personam Christi sub Dei appellatione designat. Aut si hic Patrem, cujus Spiritus sit, sub Dei unigenitose significat, ecce hic Spiritus per unitatem substantiæ, & Patris & Filii esse Spiritus declaratur, & merito procedere ex utroque designatur, & ut vinculo Trinitatis distinctam personam habere perspicitur ; & qui Spiritum sanctum non habet, nec Christum habere monstratur. Deus itaque Spiritus sanctus, quo negato negatur & Christus, qui dicit : *Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Qui Spiritum sanctum vacuus est, Christi non est, & perdit viam quâ perveniret ad Patrem. » Multis ostendit rationibus Spiritum sanctum & Deum esse, & consubstantia-

lem Patris & Filii, & ex utroque procedere, nec à vinculo Trinitatis posse discerni, cum sit æqualem, cujus & Pater & Filius est, nature. Et siculcar Christum habere non posse, qui non habeat Spiritum sanctum : & quoniam Deus est Spiritus sanctus, qui negaverit Spiritum, consequenter negare & Christum : quod non ferret, si non in Christo maneret, & ei consubstantialiter existeret. Manere verò in Christo, & consubstantialiter esse Christo, Spiritum procedentem ab eo demonstrat : non enim potest, nisi procedat ab illo, in quo manet, & ei consubstantialiter inhaeret ; & cum via sit Christus ad Patrem, qui Spiritum non habet, viam Christum habere non valet : non enim alterum habere quoniam potest præter alterum, qui nec substantiam dividuntur, nec manent. Propter quod Spiritus sancto vacuus, Christo quoque vacuus invenitur ; qui qui fontem non habet, siccus irriguo non inundatur. Quibus omnibus evidenter ostenditur à Christo procedere Spiritum sanctum.

Et intra : Nil itaque in Spiritu sancto semper minus pascitur, quia plenitudo comparatur : nam quod ab vicem Dei pignoris loco tribuitur, his non est, ut aliud quàm Deus esse credatur. « Semper enim Spiritum sanctum depunit, quicquid cum à Filio procedere deargit : & negat eum ad vicem Dei pignoris loco tribuitur, quicunque processionem à Filio illi non tribuit : non enim potest plenus Deus intelligi, cui consubstantialitas denegatur Filii ; nec vicem valet Dei representare, cui Filius non est consubstantialis. Verum Catholicus nullus sic erit, sed plenum Deum, ac consubstantialem Patri, Filioque confitetur : novit ita procedere Filium, eoqueque sumat substantiam ; & qui Patris Filioque copulatur substantiam, procedat necesse est ab utroque. Item subjungit, caputem ponens epistolam Apostoli ad Titum : « *Salvo nec fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti quem in vobis abunde per Jesum Christum.* Ecce ostendit abundantiam sancti effundit. Et, quod vel maxime advertendum est, ipsi Spiritus sancto potentiam regenerationis & renovationis adscribit. » Effudit Pater in nobis Spiritum sanctum abunde per Jesum Christum : ut ostendat quod procedat & à Patre & à Jesu Christo. Dum nobis effunditur, effundit Pater Spiritum sanctum, quoniam mittitur à Patre : effundit per Jesum Christum, quoniam cooperatur Patris simul effundendo Spiritum : nec tunc sic ut effundere Patrem per Jesum Christum, tamquam Christus non effundat ; non enim separatur Pater & Filius operatione ; sed effundit per Jesum Christum, quia cum Patre effundit, & Jesum Christus effundit, qui mittitur ab utroque ; quoniam procedit tam à Patre quàm à Filio. Potentiam verò Spiritus sancti testatur Auditor iste Patris Filiique eorumque, dum dicit adhiberi Spiritum sancto potentiam regenerationis & renovationis, ut ostendat epistolam eum esse virtutis, cujus est Pater & Filius ; ac per hoc & consubstantialis, & de utroque procedens affirmatur.

Item postquam Pfalsimæ ponens testimonium, dicens : « *Quis non a Spiritu suo ?* hoc est, ubi me à conspectu ejus abscondam, quem prelo esse oper omnium, si est, intra exarare non ambigo : Ex intra : De quo dictum evidenter intelligitur : *Nemo est qui se ostendat a calore ejus.* Cupis ineffabilis magnitudo profusa interiorum, diffusa fluctum, in extensa terrarum, excessu colorum intrat, implet, excidit, mitti à Patre & Filio dicitur, & de ipsorum substantia procedere, & unum cum eis opus agere dissoluitur. » His omnibus sancti Spiritus Ma-

Endem lib.
27. 10.
207. 4. 11.

Com. 7. 20

Jan. 14. 6.

jestas ostenditur & processio: cum enim testetur nullam esse locum à Spiritu sancto præsentia remotam, Patris Filique divinitati cuncta penetranti, sive continenti, comparatur. De quo consequenter adiens, quòd calor ejus igne nemogit qui non contingatur; aliud testatur quod de Filio quoque dicitur: *Qui illuminat omnem hominem venientem in hanc mundum*: monstrans eisdem eum esse potestate, cujus & Filius, quandoquidem Filius omnem hominem illuminat, & à calore Spiritus extorris nemo fit. Cumque & à Patre & à Filio mitti dicitur, & de ipsorum substantia procedere, monstratur pater & à quo sit Spiritus, & cujus virtutes exiit; per omnia Deum illum ostendens conequalem Patri Filioque tam potentia, quam substantia, & qui prodeat ab utroque: & infra, Filium introducens dicentem: *Paratens qui à Patre procedit*, non dixit qui à Patre creatus est, sed à Patre pro-
cedit, id est, de patris societate potentia, & de proprietate nature; & ex ipso sermone ostenditur, cum dicitur à Patre procedere, cum Patre initium non habere. Nec putes tam negare voluisse Spiritum sanctum de Filio procedere, quia dixit eum de Patre processisse: superius namque eum mitti à Patre & à Filio dicit, & de ipsorum substantia procedere, & unum cum eis opus agere. Nunc quoque dicens eum de patris societate potentia, & de proprietate nature procedere: quoniam sicut Pater & Filius non potentia, nec natura separantur; sic in existentia Spiritus non feceruntur; quoniam cum sit utriusque Spiritus, procedat ab utroque & quos æquat natura potentiaque, processione non separant.

Dicit inferius: *Quid est autem quod ex Deo à Patre Filius nasci dicitur, & Spiritus sanctus pro-
cedere significatur? Si requiras, quid inter istum & creatum & procedentem distet, evidenter hoc inter-
est, quia ille ex uno nascitur, ille ex utroque pro-
cedit.* Quibus & progressum à Patre Filioque Spiritum proficitur. Et ratio redditur cur & à Filio procedat: nam si dicamus quòd à Patre tantum procedat, fidei periculum non evitamus: qualiter enim Filius unicus esse Patris dicitur, cum etiam & Spiritus eisdem esse non taceatur? Et quomodo comprobetur non esse Filius, qui velut Filius à Patre consistit? fugienda est, imò subvertenda talis blasphemus, ut fides Catholica jaculis inimicorum non sit exposta. Dicitur itaque quod nulli dixere majores: Filius ex Patre natus, solus de solo, ac per hoc unigenitus: Spiritus verò sanctus de Patre quidem procedens, sed non de solo solo; quoniam procedat & à Filio, ne duos Filios videamur predicare, processionem Spiritus si de Patre solummodo contineatur. Igitur Doctores istos majorum doctrinam sequutus suorum, suis posteris transcripsit quòd à san prioribus accepit: cumque de Spiritu sancto Romanam sentire, sicut hodie sentit, probavit Ecclesiam, nullamodo tamen ostendit, in tali fide persistentem ab Orientalibus Ecclesiis vel aliquando fuisse divisam, vel unquam diversis de Spiritu sancto vel sentisse vel docuisse. Adhuc mirandum quid arguant novi dogmatis repetentes: cur à communione se dividant quoniam semper tenuerunt majores? Cur ante cognitionem judicium profertur? Cur accusant prius quam audiatur? Non est hoc æquitas judicium, sed iniquitatis prejudicium. Quòd si factis putant esse quod pro certo noverunt Romanam Ecclesiam predicare de Spiritu sancto, quòd à Patre Filioque procedat: & licet nulle requam quod evidenter novere dici, sciunt quia cum Romanis suis quoque judicent majores. Et dum Romanos sua cepimus communionem privare, & se pariter excommunicant à suorum societate majorem: & nulli pro-

bestur Ecclesie communicare Catholicæ, dum Romanam communionem sese faciunt alienos. Hoc factum caput sit mali cito considerent, & errorem corrigere nullum non differant; ne si Romanis communicare sulerant, ab universa Catholica Ecclesia se pavent excommunicandos.

Explicit liber secundus.



INCIPIT LIBER TERTIUS

RATRANI CORBEIENSIS MONACHI,

CONTRA GRÆCOS.

CAPUT PRIMUM.

SCRIPTURA dicit: *Ne transitis terminos quos præfata Patres tui*. Si voluissent hoc Græcorum Principes custodire præceptum, nec Romana de Spiritu sancto putaretur Ecclesia quæcumque reprehensionem, nec illi nova consentant melior, verum contenti forent fidei terminos quos catholici Patres utilitate, quosque Scriptura laxare per Spiritum sanctum edicere disposuere: sed xenodoxo morbo laborantes, vel invidiæ peste languentes; quorum similibus majorum nequæque esse contenti suorum gloriam propriam querentes, transgreduntur quos sui proceres terminos fixere. Sed dum gloriam parentum querunt obruere, incidunt in foveam, quæ, juxta Psalmistæ vocem, desiderat: non enim de processione Spiritus sancti debuissent ullam nostris temporibus movere questionem, si vel doctrinæ majorum intendere, vel scripturas sacras pro certissimis iustis percerent. Quod enim de Spiritu sancto sentire debeamus, Catholici Doctores liquido demonstrant, qui tam disputatione creberrimam, quam scriptis frequentissimas hæreticorum præva commenta de summa Trinitate, ubi etiam de Spiritus sancti potestati processione, non solum comprehendit, verim evidentiſſima assertioibus expugnaverunt; quorum auctoritatem superas jam non mihi à parte protulimus: quibus evidenter ostensum est, imò, quòd de processione Spiritus sancti sentire debeamus: quibus contradicere, imò non acquirere motum non fuerit, aperitissimè monstrat fides Catholicæ contradicere, & Spiritus sancti blasphemator. Quasi potest verò talis sit ferendus, Veritatis ore discimus loquentis, Spiritus sancti blasphemiam neque in hoc sæculo, neque in futuro remittendam. Placet etiam superioribus Patris AUGUSTINI scripta copulare, Doctores egregi, & inter Ecclesiasticos Magistros elegantissimos; cum jure certamen adversus hæreticos manit; cujus doctrinæ simul & eloquentiæ non solum Arriana subjecit impetus, verum reliquorum hæreticorum, Macedonianorum vallicæ, Manichæorum, Pelagianorum cetera manavit.

Fortassis Græcorum tumor opponit Latinarum auctoritatem se recipere nolle; verum quòd de suis dicit quos supra posuimus Auditoribus? Quòd de sanctorum scripturarum conditoribus? An nolint & ipsos recipere, quoniam erroris sui severos eorum inimicos, & expurgatos impietatis eorum acerimos; licet sustulissimum sit dicere Latinarum nolle auctoritatem recipere, etique non consentiendo schismatis novitatem, construere, alienosque ab Ecclesia catholica sese tollere. Atque autem ut sit, vel dicant vel sentiant, sanæque velint tantummodo, vel sententiam, vel consuetudinem totius Ecclesie generalitati præferre. Est enim jactantia malum studium

Jan. 1. 9.

Jan. 11. 16.

Nov. 21. 18.

Jan. 7. 16.

Feb. 11. 11.

vel optare, vel decernere, tam *secundam*, ut non sit tolerabile, verum generali totius Ecclesie Catholice terendum auctoritate: dicendo namque Salvatore suis Apostolis: *Ita in universam orbem. & predicatote Evangelium omni creatura*: non Græcos tantum commodaſſet, sed totius orbis plenitudinem commemoravit, cui predicandum Evangelium præcepit. Et superſublimiſſum eſt ſibi tanquam ſpeciale velle viſitare, quod conſtat omnibus gentibus, populis & linguis generaliter eſſe collatum. Dicit enim per Prophetam Spiritus ſanctus loquens ad Hierolimam: *Ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente converſas te. Dicam Aquiloni, da & Auſtro, ſeſe probdere*. Num de ſolo Græcis iſta dicitur? vel de Conſtantinopolitaniſſimo Hierolimam populum variatum colligendus? Univerſitas Gentium toto orbe diſcuſa nuntiat, à quibus Hierolimam eccleſiam congreganda præcederet. Non ergo ſibi tribuatur quod omnibus Gentibus eſt collatum; nec ſine præſertim ſpecialitate uſurpetur, quod univerſalitati eſt collatum. Aſpiciant Cathedram Chriſti Eccleſiam totius mundi latitudinem diſcuſam, & ab Oriente uſque in Occidentem, à Septentrione uſque in Auſtrum diſtendam. Gaudent in toto orbe Chriſtam dominantem, in ſpecto vaticinio Davi, quo Patrem inducit Filio loquentem: *Peſſima me, & daboſi Genes bartholomæum, & poſſeſſorem tuum termino terra*. Et quod alius Pſalmus in perſona Chriſti loquitur: *Et dominabitur, iniquitas, à mari uſque ad mare: & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum*. Nuſquam iſtlic uſque ad Græcos vel Conſtantinopolim meminit; nec tamen uſquequoque præterit, quoniam eos in univerſitate conſiderat: ſpecialitatem prærogativam ſubſiſte, ſe iſteſtor; in generalitate poſuit eos, ut humilietur: quatenus noverit non totius corporis Eccleſie ſe fore quantitatam, ſed portantem, & venerit Matrem à ſolo ortu in oceanum regali magnitudine ſublimem, capus ſe gaudentem eſſe nſos, non gloriatur ſine patre. Dicit enim Salvatore: *Et Patrem nultuſſetate uſque ſuper terram: unus eſt enim Pater veſter qui in celis eſt*. Salvatore cum ceteris aſcendens ſuis promittit diſcipulis: *Eſt ego uobis cum ſum uſque ad conſtantinopolim factus*. Audient Chriſti promiſſum omnibus erodentibus, univerſa vult lect Eccleſie, non autem ſpecialiter vel Græcis vel Conſtantinopolitanis. Quis de re quicumque loquitur, in quicumque gente Chriſtus loquitur, Græcorum Imperatores accipient reverentem, ne ſi contemnerint, vilitatem contemnerent iudicentur, & inde ſane ſalutis extores, unde veritatem Chriſtam ſperverſum alloquenter: non enim Spiritus ſanctus in ignis linguis ſuper Apoſtolos deſcendens Græcorum tantum ingram educit, verum omnium gentium linguaſum Karentem conſtituit; ut mouerent Eccleſiam omnibus linguis omnium populorum loquentem, & Spiritus ſancti diſtributionem unctis nationibus divinitus largiendam. Accipient igitur glorioſi Principes Spiritum ſanctum per Doctores Eccleſie, de ſomniſſo latine lingua loquentem, quatenus humilitate diſcant unde gratiant, ne uſum inſuſum deſpicientes veritatis lumen, erroris tenebras incurant.

CAPUT II.

Augustinus Epicoſopus Hipponenſis, egregius Doctor, & Catholice fidei propugnator canonicus, in libro *Quæſtionum*, quem ad Orosium Prebyterum ſcribit, inter cetera de Spiritu ſancto ſic ait: « Spiritum ſanctum neque ingentium, neque genitum ſides certa declarat. Quia ſi dicerem

ingentium, duos Patres aſſumere videbimur, ſi autem genitum, duos Filios credere culpabimur: ſed quod ſides certa tenet, nec ingentium, nec genitum, ſed ab utriusque procedens, id eſt & à Patre & à Filio. Et ut hæc teſtimoniis approbem, ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum diſcipulos ſuos audi docentem: *Cum autem, inquit, venerit Paracluſus, quem ego uobis miſicam à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, eſt teſtimoniom præbebit de me*. Et rariſm ipſe Dominus neſter Ieſus Chriſtus poſt reſurrexionem ſuam, ut ostenderet de ſe procedere Spiritum ſanctum, ſicut à Patre, inſuſſans in diſcipulos ait: *Accipite Spiritum ſanctum*. Unus ergo Spiritus eſt Pater & Filius, unus amborum Spiritus. Ignor quid Pater ſit Spiritus, ipſe Dominus & Salvator nultet diſcipulis ſuis ait: *Non enim uobis eſt quiloquentem, ſed Spiritus Pater veſter qui loquitur in vobis*. Et quod idem de Filio ſit Spiritus, Paulus Apoſtoloſus teſtis eſt: *ſi quis autem, inquit, Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius*.

Quid iſtlic, à Græcorum Principes, dignum reprehentione iudicatis? Dicit Spiritus à Patre Filioque procedere. Probat hoc Evangelii teſtimoniom. Dicit & Patris & Filii eſſe Spiritum: aſſumit tam ex Evangelio quam ex Apoſtolo. Si non vultis Latinis, Evangelio credere, ſi verbis Auguſtini auctum præbere non vultis, præbete Chriſto, præbete Apoſtolo. Quis ſi contemnit Chriſtum & Apoſtolum, videtur contemniturum. Horum enim qui non ſequitur doctrinam, ſocietatem à ſe quidem repellit Chriſti diſcipulorum; nec erat participis Eccleſie, qui doctrinam repellit Eccleſiaſticam; nec cum Chriſto ſocietatem eſt habiturus, Chriſti ingentium qui non amplectitur.

Græcorum Romanæ Sedis Epicoſopus, Tiberii Conſtantiſſimi temporibus Apocriſtarus, tunc quidem Diſcomus, poſtea vrbò Preſul eximius: Imperatoribus Tiberio, Maurice quoque, necnon Foce cariffimius atque familiariffimius: qui cum Diſcomus, & Romane Sedis Legatus Conſtantinopolim degeret, Eutychem Conſtantiſſimopolitanum Epicoſopum de Reſurrectione carnis pellimè dogmatizationem, Imperatorum in præſentia, divinum auctoritate liberorum, ipſiusque rei veritate Catholice evicte, conſtituit: de Spiritu ſancto proceſſione ſic loquitur in homilia habita ad populum octavas Paſche: « Nam ſanctum quoque Spiritum, qui cum ſit conſubſtantialis Patri & Filio, non tamen incarnatus eſt, à Patre quidam ſiſtus miſtere ſe perhibet, dicens: *Cum venerit Paracluſus quem ego miſicam vobis à Patre*. » Si cum miſi ſolummodo incarnari debere intelligi, ſanctus proculdubio Spiritus nullo modo diceretur miſi, qui nequaquam incarnatus eſt: ſed ipſus ipſa proceſſio eſt, qui de Patre procedit & Filio. Sicut itaque Spiritus miſi dicitur quis procedit, ita & Filius non incongrue miſi dicitur quaſi generatur. Miſus auctoritatem Preſulis ſi contemnitur molimur, videtur quoque ſuperbie cornu vobis erigit. Veſtes prioribus tam ſanctitatis quam Epicoſopi reverentiſſimus eſſe: magnificenti à, qui cum foret Legatus Sedis, & Diſcomus eſſeſum ſingens, tantà contraria auctoritate veſte Conſtantinopolitani Epicoſopi præva dogmata, quo non ſolum ipſius eviceret, verum dogmatis illius vires uſque ad id proſtraverit, ut ne reſurrexerit poſtea virtutem obtinuerit. Quod autem dicit de ſancto Spiritu proceſſione; rationem apponit virtute, dicens non aliud eſſe miſi pateralem à Filio, quam procedere: ſicut Filius cum miſi dicitur à Patre, ipſus natus inſuſatur. An inſus Epicoſopus in Evangelio Tractate ſecondam Joſephum, ſic ait: « Hæc aliqui ſolent »

Univerſa Eccleſia, rem omnem comprehendit.

Act. 16. 27.

Iſai. 46. 2.

Ps. 4. 8.

Ps. 71. 2.

Act. 13. 9.

Iſai. 28. 10.

Auguſt. in lib. Quæſt. 2.

S. August.
Tract. 91.
Mat. 10. 30.
Galat. 4. 6.
Eph. 4. 4.
Ioh. 7. 18.
Ibid. 7. 18.

querat utrum & à Filio procedat Spiritus sanctus : si unus enim solus Patris est Filius, & Pater solus Filius est Pater; Spiritus autem sanctus non est unus eorum Spiritus, sed amborum. Habes ipsum dicentem : *Non enim vos estis qui loquimini : sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Habes & Apostolum : *Ad ipsi Deus Spiritum Filii sui in corda vestra.* Numquid duo sunt, nlius Patris, alius Filius? abicit : *Unum enim corpus, ait, sumus cum significaret Ecclesiam, usque addit; Et unus Spiritus.* Et in conciliis pluris ponit consensum, quibus approbat Spiritum sanctum & Patrem & Filium Spiritum esse; nec alterum Patris, alterum Filii, sed quod sit Filii, sit etiam Patris Spiritus. His evidentibus testimoniis quilibet contraire conatus fuerit, sanctæ scripturæ contradicere manifestè prohibetur. Et infra : ubi ergo & de Patre & de Filio procedit Spiritus sanctus, cur Filius dicitur, de Patre procedit? cur putas, nisi quemadmodum solet ad eum referre & quod ipsius est, de quo & ipse est. Inde illud est quod ait : *Ad eam doctrinam non est mea, sed eius qui me misit.* Si quis intelligitur hic ejus doctrinam, quam tamen dixit non suam, sed Patris; quanto magis intelligendus non est & de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic ait, *De Patre procedit*, ut non diceret, de me non procedit. = Evidentissimè ratione Doctor Augustinus Spiritum sanctum monstrans tam à Patre quam à Filio procedere; testimonio quoque illo Evangelii quo ait Filius de Spiritu, quod de Patre procedat, opinionem suam affirmat. Dicit enim sic esse intelligendum quod ait, *De Patre procedit*, ut intelligatur etiam de Filio procedere : non enim voluit negare quod de se procederet, sed Patris personam pueram, suam quoque pariter vultu intelligi : sicut & illud ubi ait : *Ad eam doctrinam non est mea, sed eius qui me misit.* Hoc dicens ostendit suam quoque pariter esse; sed Patris dixit esse; quantum fuerit ab illo est, sic & ejus doctrinam Patris esse dicitur; quoniam quodcumque dicit Filium, noscenda sumit à Patre : sic quoque dicitur Spiritum de Patre procedere, de se quoque non negat procedere : ostendit tamen unde Filius habeat quod à se procedat Spiritus, videlicet à Patre, à quo genitus accepit ut ex illo procederet Spiritus. Unde consequenter sanctus Augustinus : = A quo autem habet Filius ut sit Deus, (est enim de Deo Deus) ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiritus sanctus : ac per hoc Spiritus sanctus ut etiam de Filio procedat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre. = Mirabili præsertim subtilitate Doctor egregius & Filii novitatem & sancti Spiritus processionem insinuat, dicens, accepisse Filium à Patre & ut esset tanquam Deus de Deo, & ut à se procederet Spiritus; nihilominus etiam accepisse Spiritum sanctum ab eodem Patre ut de Filio procedat, sicut procedit de Patre : quod dicens, utroque constituit & Filium & Spiritum sanctum à Patre, qui fons est divinitatis, & Filium accepisse, & Spiritum sanctum; Filium generationem, & Spiritum sanctum de processione; Spiritum vero sanctum accepisse tam de Patre quam de Filio processionem, non tamen generationem, quod est solus Filius de solo Patre.

Hic subicit illam questionem, quæ nonnullis solet movere legentes, si Spiritus sanctus natus esse dicatur? Dicit itaque : = Hic utramque etiam aliquid intelligitur, quantum à talibus quales nos sumus intelligi potest, cur non dicatur natus esse,

sed potius procedere Spiritus sanctus. Quoniam si & ipse Filius diceretur, amborum utique Filius diceretur, quod absurdissimum est : filius quippe natus est duorum, nisi patris & matris. Abicit autem, ut inter Deum Patrem & Deum Filium tale aliquid suspicemus. Nec filius hominum immul & ex patre & ex matre procedit, sed cum in matrem procedit ex patre, non tam procedit ex matre : & cum in hanc lacem procedit ex matre, non tunc procedit ex patre. Spiritus autem sanctus non de Patre procedit in Filium, & de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit; quamvis hoc Filio potius dederit ut quemadmodum de se, ita quoque de illo procedat. Neque enim possumus dicere quod non sit vita Spiritus sanctus : cum vita sit Pater, vita sit & Filius. Ac per hoc sicut Pater cum habeat vitam in semetipso, dedit & Filio vitam habere in semetipso; sic et dedit vitam procedere de illo, sicut procedit & de ipso = Veritas simul ratione comprobatur Spiritum sanctum tam à Patre quam à Filio procedere, nec tamen amborum esse Filium cum sit utraque Spiritus : Filius namque duorum, matris est ac patris; nihil enim tale novit processio spiritalis : uti est enim hic distinctio sexus, quia non est carnalis propagatio, carne vel ossibus fabricata, nec per intervalla temporum sit ista processio, ut alio tempore procedat à matre, alio vero procedat à Filio, sed simul ab utroque. Nec eo modo fit ut fieri solet in carnali generatione; non est enim hic alia defluxio, qualis solet seminis esse de viro in uxorem; sed neque propagatio qualis existit à matre in filio generatione : in his enim omnibus permutatio motus existit; qui motus à spiritali processione longe remotus existit. Procedit enim Spiritus sanctus tam à Patre quam à Filio, præter illum motum, præter illam commutationem, præter illam defluxionem : potentia namque voluntatis efficitur ista processio, non aliqua temporali permutatio, vel extensio, vel tanquam de patre seu matre procreatio, sed veluti de duobus subiectis unum jumen, non ut Pater & Filius subiecti sint spiritui, sed quod Pater & Filius dux personæ, unius tamen essentia, à quibus tertio procedit Spiritus sancti persona; non quod qualitas duorum, sed veluti consubstantialitas utraque. Sicut beatus Augustinus ait; vita Pater, vita Filius, vita Spiritus sanctus. Sed vita Pater de nullà vitâ sumenda vitam; vita Filius, de Patre vitâ capiendâ vitam; vita Spiritus sanctus de Patre Filioque vitâ procedendo sumens vitam. Non enim deitate poterit esse Trinitas perfecte consubstantialitatis, si non Spiritus sanctus hoc fuerit quod & Pater & Filius.

Et quidem quod de Patre procedat, nulla nunc vertitur questio; quod autem à Filio procedat, ipse Filius testis existit, qui loquitur : *De meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Sed hinc hæretici gradus in divinitate construere voluerunt, dicentes : si Filius accipit à Patre, & Spiritus sanctus à Filio, minor est Spiritus sanctus à Filio. Huic prævertit propositio; obvia beatus Augustinus, lapsurâ positam retractans capitalium : = Quod autem ait *De meo accipiet, & annuntiabit vobis*, catholicis auditur non auribus, catholicis percipitur mentibus. Non enim propterea, sicut quidam hæretici putaverant, minor est Filio Spiritus sanctus; quia Filius accipiat à Patre, & Spiritus sanctus à Filio, quibusdam gradibus naturarum. Abicit hoc credere, abicit hoc

Hæresicorum obprobrium
Ioh. 16. 14.

Hæc confessio S. Augustini. Ibid. Tract. 90. 20. 21.

Et à spiritali processione? Ita legendum esse verò sancti patris negaverit : quod autem accepit à spiritali processione, totam divinitatem percipiunt : & verò erroris originem sic Tom. I.

ut velit lector, moxere non gravabitur cum istis orationibus, quod amantissimi scriptura à spiritali processione.

dicere, abſit à Chriſtianiſ cordibus cogitare. Denique contentioſiſ ſolvi quaſtionem, & cur hoc dixerit exploravit: *Omnia, inquit, quacumque habet Pater, mea ſunt: propterea dixit, quia de meo accipit, & annuntiat vobis.* Quid vultis amplius? Ergo de Patre accipit Spiritus ſanctus, unde accipit Filius: quia in hac Trinitate de Patre natus eſt Filius, de Patre procedit Spiritus ſanctus. Qui autem de nullo natus ſit, de nullo procedat, Pater ſolus eſt. Non eſt contrarium quod nunc ſcit Spiritum ſanctum de Patre procedere, ſuperioribus, ubi dicit eundem Spiritum ſanctum à Filio procedere, ſed auſert memoratorem quam Heretici parabant, & commendat aequiſtatem, quam catholici credunt. Nam ſi tantum Spiritus ſanctus à Filio diceretur accipere, non etiam à Patre, prohiberetur locus Aeterni hængendi gradus in divinitate: tunc autem dicens de Patre quod procedat Spiritus ſanctus, non eſt unde fingat memoratorem; quoniam inde accipit etiam Spiritus ſanctus ut procedat, unde accipit Filius ut nateatur: & cum ambo pater natus à Patre, ſolus natus eſt, Spiritus ſanctus profectionem, non eſt unde aliter alioſi preferatur. Nec tamen ad hoc regardandum quod de Filio quoque procedat: ſit namque Filius: *Omnia quacumque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixit, quia de meo accipit, & annuntiat vobis.* Habet autem Pater ut de illo procedat Spiritus ſanctus, conſequenter & Filius habet ut de illo quoque procedat; ergo procedat ab utroque Spiritus ſanctus.

Ibid. 16. 11.

CAPUT III.

In libro de ſanctâ Trinitate, primo ſic ait: «Quantumvis Pater Filium genuerit, & ideo Filius non ſit qui Patrem; & Filius qui à Patre ſit genitus, & ideo non ſit Pater qui natus eſt: Spiritus ſanctus nec Pater ſit, nec Filius, ſed tantum Patris & Filii Spiritus, Patris & Filii etiam ipſe conſubſtantialis, & ad Trinitatis pertinent unitatem: non tamen eandem Trinitatem natam de Virgine MARIA, & ſub Pontio Pilato crucifixam, & ſepultam, tertia die reſurrexerit, & ex eorum alcediſſe, ſed tantummodo ſolum. Dantiſſimè ſingularum in ſanctâ Trinitate Perſonarum proprietates inſinuat, & ad ſolum Filium incarnationem pertinere. Licet enim Pater non eſt idem qui Filius, quoniam genuit Filium; & Filius non idem qui Pater, ſed tantummodo Filius qui ſit à Patre genitus: Spiritus quoque ſanctus nec Pater ſit, nec Filius, ſed tantum Patris & Filii Spiritus. Et quoniam utriusque dicitur Spiritus, conſequenter ab utroque procedere conſequitur. Sicut enim Pater dicitur eſſe, quia procedit à Patre: ſic Filius quoque proſequitur eſſe, quia procedit à Filio. Similis etiam cauſa ut ſit utriusque, ſimiliter conſtituitur ab utroque procedere: & cum ſit Pater Filioque conſubſtantialis, & ad Trinitatis pertinent unitatem, inſinuat tamen Filius nec ad Patrem, nec ad Spiritum ſanctum pertinere: pertinere autem ad ſolum Patrem gignente Filium; ad Filium autem hominem ſuſcepſiſ perfectionis: ad Spiritum quoque ſanctum ex Patre Filioque procediſſe, ſicut in conſequentibus: «Mortuus eſt cum quomodo Spiritus ſanctus in Trinitate ſit, quem nec Pater, nec Filius, nec ambo genuerunt, cum ſit Spiritus & Patris & Filii. In his verbis generationem removet à Spiritu ſancto, quem nec Pater ſolus, nec Filius ſolus, nec ambo genuerunt dicitur; atque ſit & Patris & Filii Spiritus: nimirum inſinuat quia qui nateando non ſit Filius, procedendo ſit amborum Spiritus: ubi

Ibid. cap. 2.

enim nativitas tollitur, & amborum eſſe dicitur, profectione ſine dubio ſignificatur, & non ab uno tantummodo, hoc eſt, vel à Patre, vel à Filio, ſed ab utroque, quoniam non unius tantum Spiritus, ſed utriusque hoc comprobatur.

Item inſit: «Jam enim obſervamus in hac Trinitate per multos loquutionum divinarum modos etiam de ſingulis dici quod omnium eſt, propter inſeparabilem operationem unius eſſentiaeque ſubſtantiae. Sicut & de Spiritu ſancto dicit: *Cum ego iero, mittam illum ad vos.* Non dicit mittimus, ſed ita quali tantum Filius eum multas eſſe eſt, & non Pater. Cum alio loco dicit: *Hac ſententia ſum vobis apud vos manens: Advocatus autem quem dico, Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vobis declarabit omnia.* Hic ratiſſimo dictum eſt, quali non eum multas eſſe eſt & Filius, ſed tantum Pater. «Frequenter dicitur eſt miſſionem Spiritus profectionem eſſe; quapropter cum teſtatur Filius eum multas eſſe eſt, profectionem eſſe à Filio ſignificat: ſicut eum dicit Patrem miſſionem Spiritum ſanctum in nomine Filii, ratiſſimo profectionem eſt de Patre ſignificat. Et dum ab utroque mitti dicitur, ab utroque procedere comprobatur. Et dat generalem ſanctae Trinitatis regulam, dicens de ſingulis dici quod omnium eſt, propter inſeparabilem operationem unius eſſentiaeque ſubſtantiae. «Quo dicto miſſiſſe docetur, quod cum dicitur Spiritus à Patre procedere, intelligendum patet quod & à Filio procedat. Itemque cum dicitur à Filio mitti, ſimul intelligendum quod & à Patre mittatur; quoniam Pater & Filius eſſe unius eſſentiaeque ſunt ſubſtantiae, ſic unius eſſentiaeque ſunt operationis. Quod de re qui negat Spiritum à Filio mitti, cum teſtatur eum à Patre mitti, negat proculdubio Filium Patri cooperari; ac per hoc ſim Patrem & Filium dicit non unius eſſentiaeque operationis: quod dicens, conſequenter negat Patrem & Filium unius eſſentiaeque eſſe ſubſtantiae. Tale eſt & illud quod Filius teſtatur, Spiritum à Patre procedere. Quisquis negare maluerit non eum quoque à Filio procedere, negat patet Filium non eſſe eſſentiaeque operationis eum Patre: ac per hoc Patrem Filiumque non unius eſſentiaeque ſunt ſubſtantiae. Quod quomodo Arianæ videmus impietatis de fonte manare, profectionem cum Catholicis totam ſibi Trinitatem cooperari, & de omnibus intelligendum de ſingulis quod dicitur: quoniam cum ſit tota Trinitas unius eſſentiaeque ſubſtantiae, ſeparari nequaquam poſſet operatione. Quod de re cum dicitur Spiritus à Patre procedere, patet quoque conſentendum dici quod procedat & à Filio.

Item in lib. 15, ſanctae Trinitatis: «Dicitur quidem in ſcripturis ſanctis Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia. Sed quemadmodum ſit intelligendum, nec Patrem Filium dicitur facere ſapientem, in libro ſeptimo diſputatum eſt. Et ad hoc ratio pervenit, ut ſic ſit Filius ſapientia de ſapientia, quemadmodum lumen de lumine, Deus de Deo. Nec aliud poſſivum invenire Spiritum ſanctum, niſi & ipſum eſſe ſapientiam, & ſimil omnem unam ſapientiam ſicut inſum Deum, unum eſſentiam. Quod ſiſtente edocetur, non profectionem Spiritus tam de Patre quam de Filio; & hanc Trinitatem unius ſubſtantiae? Dicit ſapientiam eſſe Patrem, ſapientem Filium, Spiritum quoque Spiritum ſanctum: ſed Pater ſapientia de nulla ſapientia. Non enim à Filio ſumit ut eſſe ſapientis; quoniam cum ſit ipſe ſons & principium univerſitatis, à ſemetipſo ſapientis eſt, non alienius participatione. Sicut Deus non ab aliquo, ſed à ſemetipſo lumen: non

A. R. 8719.
lib. 1. de Tri-
nitate. cap. 4.

enim habet aliquid superius, vel præcedens, alioquin non erit univèrsitatis principium; sed nec imperfectus, nec indigentis alterius Deus, sed plenus, & verus, & perfectus Deus igitur à semetipso sapiens. Filius verò sapiens, sed de Patre sapientia; quoniam hoc genuit Pater quod est. Spiritus quoque sapientia, sed non de nullâ sapientia; solus enim Pater de nullo. Unde igitur, nisi de sapientia? Pater autem sapientia, Filius quoque sapientia, ergo Spiritus sapientia de Patre Filioque sapientia. Non enim Pater sapientia, Filiusque sapientia, diversitate separantur, sed unitate copulantur. Mixti igitur uterque Spiritum sapientiam procedentem ab utroque.

Item posterius: « Ecce ergo tria illa, si est, memoria, intelligentia; dilectio seu voluntas, in illâ summâ & immutabili essentia quod est Deus, non Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt, sed Pater solus. Et quia Filius quoque sapientia est genitus de sapientia, sicut nec Pater ei, nec Spiritus sanctus ei intelligit, sed ipse sibi, ita nec Pater ei meminit, nec Spiritus sanctus ei diligit, sed ipse sibi: sua enim est & ipse memoria, sua intelligentia, sua dilectio; sed ita se habere, de Patre illi est, de quo natus est. Spiritus etiam sanctus quam sapientia est procedens de sapientia, non Patrem habet memoriam, & Filium intelligentiam, & se dilectionem; neque enim sapientia est, si alius ei meminit, etque alius intelligeret, ac tantummodo sibi ipse diligeret; sed ipse habet hæc tria; & ea se habet, ut hæc ipsa ipse sit: verumtamen ut ita sit, inde illi est unde procedit. » Subtiliter nimis atque divise Perfectionem Trinitatis distinctiones insinuans, sapientiam dicit esse Patrem, sapientiamque Filium, sapientiam quoque Spiritum sanctum; sed Filium genitum, qui est sapientia de Patre, qui similiter est sapientia; & Spiritum procedentem, qui sit etiam sapientia, sed de Patre qui sapientia est, Filioque qui similiter sapientia est. Et ut evidenter claret quod dicit, ponamus superius potissimum similitudinem. Tria enim consistunt, valde hæc memoriam, intelligentiam, dilectionem, tanquam Trinitatis similitudinem in interiori homine positam, de quibus anticum disputat, tam in decimo quam in libro, quibus & in aliis ejusdem Operis, apud probans in memoria contineri tam intelligentiam quam dilectionem, & de memoria intelligentiam nasci; de utroque verò, memoria scilicet & intelligentia, dilectionem procedere; & hæc tria simul esse atque unius substantie. Ea enim meminitur qui intelligitur, & cum voluntas intelligentiam nostram amari, non valemus nisi de memoria quodam secreto procedat, tanquam generetur; & cum approbamus intelligentiam nostram de memoria procedentem, sit amor quidam completens & intelligentiam & memoriam: nam delectatur & intelligentia, quam approbat, & memoria de qua nova vitam intelligentiam, quam diligit: unde fit, ut hæc dilectio tam de memoria quam de intelligentia nascatur. Si nulla namque foret intelligentia, nulla posset esse ejus dilectio; & si nulla foret memoria, non esset unde consideret intelligentiam. Nihil enim intelligentis cujus memoriam non habemus: distinguuntur tamen illa propriis intellectibus sui subiectis. Memoria namque non per se intelligit, sed per intelligentiam; nec intelligens per se sui meminit, sed per memoriam: sic & dilectio sine memoria vel intelligentia non diligit; subiecto namque intellectu non est quod memoria retineat; & subiecta memoria dilectio nihil meminit; quâ de re dilectio jam non erit, cum non sit quod diligit, vel non meminit quo se distindat. Sic igitur ita tria & simul sunt, & ex alterutro nascuntur, & suis subiectis distin-

guantur, & mutuo sunt indigentiam habent.

Sed non eodem modo sancta Trinitas existatur, sicut Doctores ille venerabilis insinuat. Est enim Pater & Filius & Spiritus sanctus tota Trinitas, tanquam memoria, intelligentia, dilectio. Et Pater quidem veluti fons de quo Filius nascitur, sicut memoria principium quoddam existit, ex quo formatur intelligentia. Filius quoque cum sit sapientia, de Patre nascitur, velut intelligentia de memoria generatur; Spiritus quoque sanctus, & ipse sapientia, qui tamen est dilectio, procedit à Filio & à Patre, velut dilectio de intelligentia & memoria procedit. Verum cum ita sit, non est personarum talis distinctio, ut Pater non sit sapiens nisi per Filium, & Filius non diligit nisi per Spiritum sanctum, velut in hominis trinitate videmus interiori, memoriam non per se, sed per intelligentiam intelligere, & intelligentiam non per se, sed per memoriam meminit; intelligentiam quoque non per se, sed per dilectionem diligit; dilectionem quoque non per se intelligere, nec per se meminit, sed per memoriam meminit, & per intelligentiam intelligere. Non est enim illa Trinitas, quæ est in una & immobilis essentia, si est, Deus, natura, intelligentia, dilectio, ut hæc tria sint Pater & Filius & Spiritus sanctus, tanquam Pater memoria, Filius intelligentia, & Spiritus sanctus dilectio; sed solus Pater hæc tria sit, & Filius similiter hæc tria, Spiritus quoque sanctus hæc tria pariter. Pater enim ex se & meminit & intelligit & diligit: non enim accepit à Filio intelligentiam; alioquin nihil diceretur à Filio, quod non est quidem catholicum; nec dilectionem accepit à Spiritu sancto, videtur enim de illo procedere, quod est perversum; sed à semetipso meminit, sapit, diligit. Filius quoque cum sit sapientia, genitus de sapientia, non ei Pater meminit, sed ipse sibi; sicut nec ei Pater intelligit, sed ipse sibi: nec Spiritus sanctus ei diligit, sed ipse sibi: nam ex se meminit & intelligit & diligit. Spiritus etiam sanctus, qui est de sapientia procedens de sapientia, non habet Patrem sibi memoriam, & Filium intelligentiam, & sibi solummodo dilectionem, sed habet simul hæc tria, memoriam, intelligentiam, dilectionem; per se namque meminit, per se intelligit, & per se diligit; ut tamen hæc tria sit, inde habet unde procedat, id est, tam à Patre quam à Filio: procedit enim ab utroque. Videmus enim subtilissimam verissimamque rationem monstratam, cui contradicere nemo prudens possit, quod Spiritus sanctus & de Patre procedat & Filio; & cum sit amoram Spiritus, non tamen vel amorum, vel alterutrum Filius; liquidam dilectionem nisi dicamus de memoria & intelligentia, non tamen nisi dicatur vel amorum vel alterutrum.

Item in consequentibus: « Nomen de Spiritu sancto, quantum Deo donante videre conceditur, est differendum est; qui Spiritus sanctus ex eisdem scripturas sanctas nec Patris est solus, nec Filius solus, sed amorum; & ideo commanem quâ in vicinis se diligant Pater & Filius, intimat Trinitatem. » Quod Patris solus non est Spiritus, nec Filius solus, sed amorum, causa est, quia procedit ab utroque, & ideo commanem innuit Trinitatem, quia se diligunt invicem Pater & Filius, utrumque compangens, velut ex utroque procedens: non quia quantas amorum, sed ut existens in Trinitate tertia Persona consubstantialis & conparans. Item posterius: « Est enim & Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus sanctus Deus, & simul omnes nos Deus. Et tamen non frustra in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei, nisi Filius, nec domum Dei, nisi Spiritus sanctus; nec de quo genitum est Ver-

Edem lib.
II, cap. 17.

• hunc, & de quo procedit principaliter Spiritus
 • ſanctus, niſi Deus Pater. Ideo autem addidi,
 • principaliter, quia & de Filio Spiritus ſanctus
 • procedere reperitur. Sed hoc quoque illi Pater
 • dedit, non ſam exiſtenti, & nondum habenti,
 • ſed quidpiam unigenito Verbo dedit, gignendo
 • dedit. Sic ergo eam genui, ut etiam de illo do-
 • num commune procederet, & Spiritus ſanctus,
 • Spiritus eſſet amborum. • Et hoc teſtimonio Spi-
 • ritum ſanctum procedere comprobatur à Filio; at-
 • tamen ſingula ſanctæ Trinitatis Perſonis quali aliquid
 • proprium aſſignat, cum ſic Pater Deus, & Filius
 • Deus, & Spiritus ſanctus Deus, & ſimil omnes
 • unus Deus. Eſt autem proprium Verbi Dei ut di-
 • catur ſolus Filius, & proprium doni Dei ut ſolus di-
 • catur Spiritus ſanctus, & de quo genuum eſt Ver-
 • bum, & de quo procedit principaliter Spiritus, non
 • vocetur niſi Deus Pater. Et hæc ſunt in ſanctâ
 • Trinitate ſingularium proprietates Perſonarum. Principi-
 • paliter autem Spiritum dixit de Patre procedere,
 • quoniam reperitur & de Filio procedere; & hoc
 • quoque dedit illi Pater non tamquam prius exiſtenti,
 • ſed hoc non habenti, ſed gignendo dedit; quon-
 • iam quoliſquid habet Filius à Patre gignendo præ-
 • cepit: non enim prius eum genuit Pater, & poſtea
 • dedit ut de Filio procederet Spiritus, ſed et gignendo
 • conſtituit, ut etiam de illo donum commune proce-
 • deret, hoc eſt Spiritus ſanctus, quem dicit ille do-
 • num tam Patris quam Filii, quoniam ſic: portus
 • amborum.

Ibid. cap. 19.

Item infra: « Si in donis Dei nihil majus eſt cha-
 • ritate, & nullum eſt majus donum Dei quam Spi-
 • ritus ſanctus, quid conſequens quom ut ipſe
 • ſit charitas, qui dicitur & Deus ex Deo? Et ſi
 • charitas quæ Pater diligit Filium, & Patrem dili-
 • git Filium, inſubſtancialiter communionem demonſtrat
 • amborum; quid convenientius quom ut ille pro-
 • præ dicatur charitas, qui Spiritus communis eſt
 • ambobus? Superius donum Dei Spiritum ſanctum
 • dixit, & hæc proprietate Spiritus ſancti Perſonam
 • à Patre ſedque Perſonâ diſtinxerat; quod donum
 • Dei modò charitatem appellat, quæ ſic mater dona
 • divinitate præcipuum donum, eo quod ſecundum
 • Apoſtolum, cætera dona ſine charitate nihil
 • ſunt; & hæc charitatem dicit Deum ex Deo,
 • ſignificans Spiritum ſanctum procedentem ex
 • Deo. Et quæ Deus communis vocabulum eſt
 • tam Patris quam Filii, nec apparet de quo dicit
 • eum procedere, conſequenter hoc demonſtrat, di-
 • cens: « Et ſi charitas quæ Pater diligit Filium, &
 • Patrem diligit Filium, inſubſtancialiter communionem
 • demonſtrat amborum; quid convenientius quom
 • ut ille præ præ dicatur charitas, qui Spiritus eſt
 • communis ambobus? » Quod dicens & Spiritum
 • ſanctum charitatem appellat, & communiter de
 • ambobus, Patre ſcilicet Filioque procedere conſue-
 • rit, niſi ex ambobus communiter procederet,
 • Item poſterior: « In illâ ſummâ Trinitate, quæ
 • incomparabiliter rebus omnibus antecellit, tanta
 • eſt inſeparabilitas, ut cum Trinitas hominum non
 • poſſit dici unus homo; in illâ unus Deus & di-
 • catur, & ſic, nec in uno Deo ſit illa Trinitas, ſed
 • unus Deus. Nec curioſus quemadmodum illa imago
 • quod eſt homo habens alia tria, una Perſona eſt;
 • ita eſt illa Trinitas: ſed tres Perſone ſunt, Pater
 • & Filius, & Spiritus Patris & Filii. Cum dicit
 • Patrem Filio eſſe Patrem tantummodò, &
 • Filium Patrem eſſe Filium; Spiritum verò non Pa-
 • trem ſolum vel Filium Spiritum, ſed amborum, præ-
 • ſtat, quod ab utroque procedat. Nam Pater
 • dicere Filium Patrem eſt, quod eum genuit; & Filius

Ibid. cap. 19.

dicere Patrem eſt Filium, quod ab illo ſic genitus:
 conſequenter igitur Spiritus Patris & Filii Spiritus
 dicitur, quod procedat & à Patre & à Filio. In hæc
 autem Trinitate tantum docet inſeparabilitatem,
 ut cum Trinitas hominum non poſſit dici unus ho-
 mo, (conſtat enim in tribus hominibus, quemad-
 modum Trinitas corporum in tribus corporibus,
 ac per hoc unus homo Trinitas non poſſit dici: eſt
 enim ſingulariter inſcibile unus numerus) At in illâ
 ſummâ Trinitate & Trinitas dicitur Deus & unus
 Deus, nec tamen ut in uno Deo ſit illa Trinitas,
 vulcheret ut unaquæque Perſona ſingulariter ſit Tri-
 unitas, ſed eſt, nec Pater ſolus Trinitas, nec Filius
 ſolus, nec Spiritus ſanctus ſolus; ſed cum Pater &
 Filius & Spiritus ſanctus ſit unus Deus, eſt Trinitas
 unus Deus. Nec enim quemadmodum imago Tri-
 unitatis hujus habet illa tria, ſed eſt, memoriam, in-
 telligentiam, dilectionem, & propterea in unâ per-
 ſona Trinitas eſt, non quod unus homo ſit Tri-
 unitas, ſed quod in uno homine ſint illa tria; ita eſt
 in illa ſummâ Trinitate; ſed tres Perſone ſunt Pater
 & Filius & Spiritus ſanctus, ſed hæc tria unus
 Deus; & propterea Trinitas unus Deus. Tanta
 factas eſt trium Perſonarum, tanta conſubſtantialitas,
 ut tres unum ſint, & unus Deus de tribus
 prædicatur: ſeparantur autem relatione tantum;
 ſubſtantia verò copulantur. Nam Pater relativum
 eſt Filii, Filius relativum eſt Patris, Spiritus autem
 ſanctus Patrem & Filium habet relationem, unde
 conjunctur ab utroque procedere. Item infra:
 Deinde in illâ ſummâ Trinitate, quæ Deus eſt,
 intervalla temporum nulla ſunt, per quæ poſſit
 obſervari, aut conſequenter unum prius de Patre
 natus ſit Filius, & poſtea de ambobus proceſſerit
 Spiritus ſanctus: quoniam ſcriptura ſancta Spiritu-
 tum eum dicit amborum. • Ipſe eſt enim de quo dicit
 Apoſtolorum: *Quoniam autem eſtis Filii, miſit Deus
 Spiritum Filii ſui in corda veſtra.* Et ipſe eſt de quo
 dicit idem Filius: *Non enim vos eſtis qui loquimini,
 ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.*
 Et multus alius divinerum eloquiorum teſtimoniis
 comprobatur Pater & Filii eſſe Spiritum, qui præ præ
 dicitur in Trinitate Spiritus ſanctus. De quo item
 dicit ipſe Filius: *Quom ego mittam vobis à Patre.*
 Et alio loco, *Quom mittet Pater in nomine meo.* De
 utroque autem procedere ſic docetur, quia ipſe Filius
 ait: De Patre procedit. Et cum reſurrexiſſet à mortuis,
 & apparuiſſet diſcipulis, inſufflavit, & ait:
*Accipite Spiritum ſanctum: ut eum etiam de ſe
 procedere conſideret. Et ipſe eſt veritas quæ de illo
 exiit (ſicut legitur in Evangelio) & ſanctus omnes.*
 Quis illic contradicendi locus eſt? Divinarum au-
 thentitate ſcripturarum offenditur, quod Spiritus
 ſanctus & Patris ſit & Filii, & quod ab utroque
 procedat; ſi negari conſentiantur, necetur Apoſtolorum
 veritas & Filius hoc diſſite. Creditur Filio dicenti,
 quæ procedit de Patre. Creditur quoque quod mi-
 ſerit eum ab ſe cum inſufflavit, & ait diſcipulis:
Accipite Spiritum ſanctum. Nihilominus quoque
 veritas, quæ ſanctus omnes, exiit de Jhu Spiritu-
 tum ſanctum à Filio procedere teſtificatur. Evidenter
 igitur offenditur Spiritus ſanctus procedere tam à
 Patre quam à Filio, quamquam & illud evidentiffimum
 ut proceſſionis illius ab utroque teſtimonium,
 quod dicitur eſſe Spiritus & Patris & Filii: eſt enim
 Spiritus amborum: non quia creatus per Filium à
 Patre, quod eſt miſerum, ſed quod ſubſtantialiter
 procedat ab utroque. Nec quando proceſſerit vel
 de Patre vel de Filio, vel ſi poſtquam genitus eſt
 Filius, proceſſerit ab utroque Spiritus ſanctus, ulla
 monſtrari poſſunt intervalla temporum: quod enim
 antecedit omne tempus, nullius menſuræ temporum

Ibid. cap. 19.

Galat. 4. 6.

Mat. 28. 19.

Ibid. 16. 13.

Ibid. 10. 11.

Luc. 6. 19.

continetur. Non est igitur ordo processionis querendus in tempore; quod patenteratim concludit omne tempus. Nunquam Pater sine Filio, nunquam Filius sine Patre, nunquam Spiritus Sanctus sine Patre Filioque, nunquam Pater & Filius sine Spiritu Sancto.

Item infra: « Non quid ergo possumus querere utram jam processerit de Patre Spiritus Sanctus quando status est Filius, an nondum processerit: & illo nato, de utroque processit, ubi nulla sunt tempora: sicut potuimus querere ubi invenimus tempora, voluntatem prius de humana mente procedere, ut quæteratur quid inventum proles vocetur, quâ jam partâ sui generis voluntas illa perficeret, eo sine requiescens, ut qui fuerat appetus quærens, sit amor fruens, qui jam de utroque, id est, de genente mente, & de genitâ notione tanquam de parente ac prole procedat? Non possunt processus ista ibi queri, ubi nihil est tempore inchoatur, ut consequentia perficitur in tempore. Quapropter qui potest intelligere sine tempore generationem Filii de Patre, intelligat sine tempore processionem Spiritus Sancti de utroque. Testatur Beatus Augustinus processionem Spiritus Sancti tam de Patre quam de Filio fieri. Sed movet quæstionem, de qua jam superius dictum est, utrum Spiritus Sanctus ante Filii natiuitatem processerit de Patre, & post nato Filio processerit etiam ab illo: sed in hanc quæstionem illa compellit similitudo, quâ dicitur de humana mente procedere voluntatem priusquam verbum formetur ex mente, ut fiat appetus quidam voluntatis ad quærendum, quod cum inventum fuerit, vocatur tanquam proles mentis; quâ generatâ perficitur voluntas illa quâ prole sit appetus quidam ad quærendum; sed hæc voluntas & primo de mente nata est antequam quæreretur quod inveniri desiderabatur, quo invento plena perhibetur, dum ex ipso invento multiplicatur: patet enim invenisse quod quæsitivè: unde ex utroque nata voluntas, videlicet tam de mente quam de invento, procedit ab utroque; sed prius à mente, & post ab invento; unde videlicet ad quærendum: hinc autem ut desideratur reperitur. Nec tamen ista duplex est voluntas, veluti prior mentis, posterior inventi, sed una, unus quidem rei, videlicet inventi inchoationem habens ex mente ad quærendum, perfectionem autem ejus quod quærebatur inventi: ut qui prorsus fuerit appetus quidam quærendi, post verò factus sit amor invento fruendi. Sed ista sunt in rebus creatis quæ tempore continentur; ac in divinitate tempus ubi nullum existat, tale nihil valet reperiri. Non enim dicitur ibi vel ante fuisse Patrem, vel post genitum esse Filium, sed semper Pater in Filio, & Filius in Patre manet; nec Spiritus Sanctus procedendo potest prævenire natiuitatem Filii: quoniam sibi nullum existat tempus, nec ante vel post valet inveniri. Non enim potest consequentia prius tempore, quod ætérnorum nullum habet ex tempore. Quâ de re qui potest generationem Filii de Patre cogitare sine tempore, cogitet quoque processionem Spiritus Sancti tam ex Patre quam ex Filio sine tempore. Sicut igitur non est quærendum quando sit status Filii de Patre, sic nullo modo quærendum quando processerit Spiritus Sanctus ab utroque; vel si natiuitatem Filii præveniat de Patre procedendo. Isti utriusque simplicitatis inest, temporis ordo desit. Nec ex humana conditione creaturæ lex est illa divinitatis æstimationis; quoniam ista facta sub tempore temporis ordinem servat: illa verò conditrix temporis nullo temporis jure disponitur; prævaluit enim omnia

quæ tempore continentur.

Subjungit etiam aliud unde comprobet procedere Spiritum Sanctum à Patre & à Filio sine tempore, sicut constat genitum esse Filium de Patre sine tempore: Dicit autem: « Et qui potest intelligere in eo quod dicitur: *Sicut habet Pater vitam in semetipso, sic dedit Filio vitam habere in se semetipso*: Non sine vita existenti jam Filio vitam à Patre dedisse, sed ita eum sine tempore genitum esse, ut vita, quam Pater Filio generando dedit, cœterna sit vitæ Patris qui dedit: intelligat sicut habet Pater in semetipso, ut de illo procedat Spiritus Sanctus, sic dedisse Filio, ut de illo procedat idem Spiritus Sanctus, & utramque sine tempore: atque ita dictum, Spiritum Sanctum de Patre procedere, ut intelligatur, quod etiam procedit de Filio, de Patre esse & Filio; si enim quid quid habet de Patre Filium, de Patre habet, utique ut & de illo procedat Spiritus Sanctus. Sed nulla sibi tempora cogentur, quæ habeat prius & posterioritas, quia omnino nulla ibi sunt. « I procedere Spiritum Sanctum de Filio, sicut procedit de Patre, testificatur; quod tamen procedit à Filio desisse Patrem Filio, non prius existenti, sed generando: quoniam quæcumque dedit Pater Filio, non tanquam minori, vel prius existenti, dedit, sed generando dedit. Et dat similitudinem quâ clarus hæc quod approbat: « qui potest, inquit, intelligere quod non sit Filius: *Sicut habet Pater vitam in semetipso, sic dedit Filio vitam à Patre in semetipso*. Non sine vita existenti jam Filio vitam à Patre dedisse. « Evaderet Filius sine vita, si prius aliquo modo fuisset quam viveret, ac existenti jam postea fuerit illa vita contributa. Quædam modum Genesis de primo Adam loquitur, dicens: *Formavit igitur Dominus hominem de limbo terra. Et post iniecit: Et iniecit vitam in faciem eius spiraculum vitæ*. Prius namque cum dicit fuisse formatum, & postea jam formatum, videlicet per propriæ formationis qualitatem existenti, spiritum vitæ contributum. Sed non sic Filio vitam dedit tanquam jam pignoret, cui postea genito vitam donaret: sed generando vitam dedit; quoniam substantialiter vita talis est, cui generando vitam dedit. Homo denique prius formatus existit, & post vitam accepit, quoniam participando non nascendo vitam accepit: non enim substantialiter vita fuit, sed participatione vitæ vivit. At verò Filius Patris unigenitus non participatione vitam accepit, sed substantialiter de Patre genitus est vita: non enim existenti tanquam sine vitâ momenti data est vita, sed genitus est totus vita corporalis & consubstantialis vitæ Patris, qui generando dedit ei vitam.

Sequitur: « Sed ita eum sine tempore genuisse, ut vitam quæm Pater à Filio generando dedit, cœterna sit vitæ Patris qui dedit. « Hoc dicens ostendit vitam esse Patrem, & vitam esse Filium; sed vitam Patris accepit à Patre, ut esset vita; non prius existens sine vitâ, sed genitus vita, quæ cœterna sit & consubstantialis vitæ Patris, qui dedit Filio vitam generando. Quisquis hæc intelligit quomodo fit valet, intelligat quoque sicut habet Pater in semetipso ut de illo procedat Spiritus Sanctus, sic dedisse Filio ut de illo procedat idem Spiritus Sanctus. Valet enim approbare accepisse Filium à Patre sicut generando vitam, sic etiam generando ut de illo procedat Spiritus Sanctus, non alter, sed idem qui procedit à Patre. Et cum negare nemo sanæ mentis valet vitam fuisse Filium de Patre ut fit vita sicut est Pater, sic consequenter negare non possit accepisse Filium à Patre ut de illo procedat Spiritus Sanctus: & hoc utramque sine tempore; quoniam sicut sine tempore procedit à Patre, sic quoque

Jan. 1. 11.

Gen. 1. 7.

oris ſui, Spiritum ſanctum intelligas, qui ſit Spiritus Domini JESU. Simul videndum, quia cum de eodem Spiritu dicitur quod ſit Spiritus oris Domini, & tunc dicitur quod ſit Spiritus oris Domini JESU, clariffimè monſtratur Spiritus ſanctus procedere ex ore Domini JESU, non quod ſecundum divinitatem eo habeat, ſed quod de ſubſtantia illius procedat; quemadmodum dicitur Spiritus oris Domini, quoniam procedit de Patre ſubſtantia. Igitur evidentiffimè monſtratur aſſertione procedere Spiritum tam de Patre quàm de Filio, dum ſcribitur quod ſit Spiritus oris & Patris & Filii.

 « *doctrina non est mea, sed eius qui me misit.* Signatur
 « intelligitur hic ejus doctrina, quam tamen dicit
 « non suam, sed Patris ; quanto magis intelligendus
 « est & de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic
 « ait, *De Patre procedit,* ut non diceret, *de me*
 « non procedit. » Evidentissimâ ratione Doctor Au-
 « gustinus Spiritum sanctum monstrans tam à Patre
 « quàm à Filio procedere ; testimonio quoque illo
 « Evangelii quo ait Filius de Spiritu, quod de Patre
 « procedat, opinionem suam asseruit. Dicit enim
 « esse intelligendum quod ait, *De Patre procedit,*
 « ut intelligatur etiam de Filio procedere : non enim
 « voluit negare quod de se procederet, sed Patris per-
 « sonam ponens, suam quoque partem voluit intelli-
 « gi : sicut & illud ubi ait ; *Alia doctrina non est*
 « *mea, sed eius qui me misit.* Hoc dicens ostendit suam
 « quoque partem esse ; sed Patris dicit esse ; quoniam
 « sicut ab illo est, sic & ejus doctrina Patris esse di-
 « citur ; quoniam quodquid habet Filius, sciendum
 « fuisse à Patre : sic quoque dicitur Spiritum de Patre
 « procedere, de se quoque non negat procedere ;
 « ostendit tamen unde Filius habeat quod à se pro-
 « cedat Spiritus, videlicet à Patre, à quo genitus ac-
 « cepit ut ex illo procederet Spiritus. Unde conse-
 « quenter sanctus Augustinus : « A quo autem habet Fi-
 « lius ut sit Deus, (est enim de Deo Deus) ab illo habet
 « utique, ut etiam de illo procedat Spiritus sanctus :
 « ac per hoc Spiritus sanctus ut etiam de Filio proce-
 « dat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patrem.
 « Mirabilis præsertim subtilitate Doctor egregius & Filii
 « naturam & sancti Spiritus processionem insinuat,
 « dicens, accepisse Filium à Patre & ut esset tamquam
 « Deus de Deo, & ut à se procederet Spiritus ; nihilomi-
 « nus etiam accepisse Spiritum sanctum ab eodem Patre
 « ut de Filio procedat, sicut procedit de Patre : quod
 « dicens, utramque constituit & Filium & Spiritum
 « sanctum à Patre, qui boni est divinitatis, & Filium ac-
 « cepisse, & Spiritum sanctum ; illum generationem,
 « & Spiritum sanctum de processione ; Spiritum verd
 « sanctum accepisse tam de Patre quàm de Filio pro-
 « ceptionem, non tamen generationem, quod est so-
 « lus Filii de solo Patre.

Hic subijcit illam quaestionem, quæ nonnullis
 solet movere legentes, si Spiritus sanctus natus esse
 dicatur ? Dicit itaque : « Hic utrumque etiam il-
 lud intelligatur, quantum à talibus quales nos sumus
 intelligi poterit, cur non dicatur natus esse,

sed potius procedere Spiritus sanctus. Quoniam
 si & ipse Filius diceretur, amborum utique Filius
 diceretur, quod absurdissimum est : filius quoque
 nullus est duorum, nisi patris & matris. Abiit
 autem, ut iter Deum Patrem & Deum Filium
 tale aliquod suspicerem. Nec filius hominum ut
 mul & ex patre & ex matre procedit ; sed cum
 in matrem procedit ex patre, non tamen procedit
 ex matre ; & cum in hanc lucem procedit ex ma-
 tre, non tamen procedit ex patre. Spiritus autem
 sanctus non de Patre procedit in Filium, & de
 Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed
 simul de utroque procedit ; quamvis hoc Filio Pa-
 ter debet ut quemadmodum de se, ita quoque
 de illo procedat. Neque enim possumus dicere
 quod non sit vita Spiritus sanctus : cum vita sit
 Pater, vita sit & Filius. Ac per hoc sicut Pater
 cum habeat vitam in semetipso ; dedit & Filio
 vitam habere in semetipso ; sic etiam vitam pro-
 cedere de illo, sicut procedit & de ipso. Veris-
 simâ ratione comprobatur Spiritum sanctum tam à
 Patre quàm à Filio procedere, nec tamen amborum
 esse Filium cum sit utraque Spiritus : Filius nam-
 que duorum, matris est ac patris ; ubi enim tale
 novit processio ignota ; non est enim hic distin-
 ctio sexus, quia non est carnalis propagatio, carne
 vel ossibus fabricata, nec per intervalla temporum
 sic ista processio, ut alio tempore procedat à matre,
 alio vero procedat à Filio, sed simul ab utroque.
 Nec eo modo fit ut heri solus in carnali generatione ;
 non est enim hic ulli defensus, qualis loqui solent
 esse de vero in uorem, sed neque prologo quibus
 exstat à matre in filio generationem : in his enim om-
 nibus permutationis motus exstat ; qui motus à spi-
 rituali & processione longè remotus exstat. Procedit
 enim Spiritus sanctus tam à Patre quàm à Filio,
 præter illum motum, præter illam commutationem
 namque, præter illam defensionem ; potentia namque
 voluntatis efficitur ista processio, non aliqua tem-
 porali permutatione, vel cæcutione, vel tamquam
 de patre seu matre procreaturus, sed veluti de duobus
 subiectis unum lumen, non ut Pater & Filius
 subiecti sint spiritui, sed quod Pater & Filius due
 personæ, unus tamen essentia, à quibus tertia pro-
 cedit Spiritus sancti persona ; non quasi qualitas
 duorum, sed veluti consubstantialitas utraque.
 Sicut beatus Augustinus ait ; vita Pater, vita Filius,
 vita Spiritus sanctus. Sed vita Pater de nullâ verâ
 sumendo vitam ; vita Filius, de Patre vitâ capiendo
 vitam ; vita Spiritus sanctus de Patre Filioque vitâ
 procedendo sumens vitam. Non enim detrahe poterit
 esse Trinitas perfectè consubstantialitatis, si non
 Spiritus sanctus hoc fuerit quod & Pater & Filius.

Et quidem quid de Patre pro-
 ceat, nulla unquam
 vertitur quaestio ; quod autem à Filio procedat, ipse
 Filius testis existit, qui loquitur : *De meo accepit.*
 & *annuntiavit vobis.* Sed hinc hæretici gradus in
 divinitate construere voluerunt, dixerunt : si Filius
 accipit à Patre, & Spiritus sanctus à Filio, minor
 est Spiritus sanctus à Filio. Huc præteritæ propo-
 sitioni obviat beatus Augustinus, superius positum
 tractans capitulum : « Quod autem ait *De meo*
 « *accepit,* & *annuntiavit vobis,* catholicis percipere mentibus. Non enim
 « propterea, sicut quidam hæretici putaverunt, mi-
 « nor est Filio Spiritus sanctus ; quia Filius accipiat
 « à Patre, & Spiritus sanctus à Filio, quibusdam
 « gradibus naturarum. Abiit hoc error, abiit hoc

Hæretico-
 rum chrysol.
 Jan. 16. 16.

Hæc confu-
 tar S. Au-
 gustinus. hîc
 Tull. theo-
 nas Rom.

& à spiritali processione ; ita legendum esse necesse sani
 iudicij sagaciter quod supra legitur à spiritali processione,
 tantam intentionem pertinebat : si verd etiam originem scri-
 Tom. 1.

re vellet lectos, movere non gravabitur etiam ledere omni po-
 tuiti ; quod amantibus scripturæ à spai processione,

Ioh. 16. 27.

dicere, abſit à Chriſtianiſ cordibus cogitare. Denique contumidi ſolvi quaſitionem, & cor hoc dixerit explanavit: *Omnis, inquit, quocumque habet Patrem, mea ſunt: propterea dico, quia de meo accipit, & annuntiat vobis.* Quid vult amplius? Ergo de Patre accipit Spiritus ſanctus, unde accipit Filius: quia in hac Trinitate de Patre natus eſt Filius, de Patre procedit Spiritus ſanctus. Qui autem de nullo natus ſit, de nullo procedat, Pater ſolus eſt. Non eſt contrarium quod nunc agit Spiritum ſanctum de Patre procedere, ſuperioribus, ubi dicit eundem Spiritum ſanctum à Filio procedere, ſed auſert minorationem quam Hæretici garrubant, & commendat æqualitatem, quam Catholici credunt. Nam ſi tantum Spiritus ſanctus à Filio diceretur accipere, non etiam à Patre, præberetur locus Arianiſ ſingendi gradus in divinitate: nuſc autem dicitur de Patre quòd procedat Spiritus ſanctus, non eſt unde fingent minorationem; quoniam inde accipit etiam Spiritus ſanctus ut procedat: unde accipit Filius ut natiſcar: & dum ambo participant à Patre, Filius natiſcatem, Spiritus ſanctus proceſſionem, nec eſt unde alter alteri præferatur. Nec tamen aliquid negandum quòd de Filio quoque procedat: ait namque Iſtaſ: *Omnia quocumque habet Pater, mea ſunt. Propterea dico, quia de meo accipit, & annuntiat vobis.* Habet autem Pater ut de illo procedat Spiritus ſanctus, conſequenter & Filius habet ut de illo quoque procedat: ergo procedat ab utroque Spiritus ſanctus.

Ibid. 16. 18.

At. 6. 47. Iſtaſ. de Trinitate. cap. 4.

CAPUT III.

In libro de ſanctà Trinitate, primo ſic ait: *Quomodo enim Pater Filium genuerit, & ideo Filius non ſit qui Pater eſt; Filiusque à Patre ſit genitus, & ideo non ſit Pater qui non eſt: Spiritus ſanctus nec Pater ſit, nec Filius, ſed tantum Patris eſt: ad Spiritum, Patris & Filii etiam ipſe coequalis, & ad Trinitatis personam unitatem: non tamen eandem Trinitatem maxime de Virgine MARIA, & ſub Pontio Pilato crucifixam, & ſepultam, & terrena deſcendit, & in coelum aſcendiſſe, ſed tantummodo Filium. = Daliuſcè ſingularum in ſanctà Trinitate Perſonarum proprietates inſiſtunt, & ad ſolum Filium Incarnationem perſinere. Licet enim Pater non eſt idem qui Filius, quoniam genuit Filium; & Filius non idem qui Pater, ſed tantummodo Filius qui ſit à Patre genitus: Spiritus quoque ſanctus nec Pater ſit, nec Filius, ſed tantum Patris & Filii Spiritus. ſit quoniam utriusque dicitur Spiritus, conſequenter ab utroque procedere conſuetudus. Sicut enim Patris dicitur eſſe, quia procedat à Patre: ſic Filii quoque proſtitetur eſſe, quia procedat à Filio. Similiter etiam caſus ut ſit utriusque, ſimiliter conſtituitur ab utroque procedere, & cum ſit Patri Filioque coequalis, & ad Trinitatis pertinet unitatem, Incarnatio tamen Filii nec ad Patrem, nec ad Spiritum ſanctum pertinet: pertinet autem ad ſolum Patrem genuiſſe Filium; ad Filium autem humanum ſuſcepſiſſe perſonam: ad Spiritum quoque ſanctum ex Patre Filioque proceſſiſſe. Item ut conſequentibus: *Mo- vet enim quomodo Spiritus ſanctus in Trinitate ſit, quem nec Pater, nec Filius, nec ambo genuerunt, cum ſit Spiritus & Patris & Filii. = Iſta verba generationem removet à Spiritu ſancto, quem nec Pater ſolus, nec Filius ſolus, nec ambo genuerunt dicitur; attemptum ſit & Patris & Filii Spiritus: nimirum inſiſtens quia qui natiſcendo non ſit Filius, procedendo ſit amborum Spiritus: ubi**

Ibid. cap. 2.

enim natiſcitur tollitur, & amborum eſſe dicitur: proceſſio ſine dubio ſignificatur, & non ab uno tantummodo, hoc eſt, vel à Patre, vel à Filio, ſed ab utroque, quoniam non minus tantum Spiritus, ſed utriusque hoc comprobatur.

Item inſiſt: *Jam enim obſervandum in hac Trinitate per multos loquutionum divinarum modos eſt eam de ſingulari dicit quod omnium eſt, propter inſeparabilem operationem unius eſſe ſubſtantie ſubſtantie. Sicut & de Spiritu ſancto dicit: *Cum ego ito, mittam illum ad vos.* Non dicit mittentis, ſed ita quaſi tantum Filius cum miſſurus eſſet, & non Pater. Cum alio loco dicit: *Hæc loquutiones ſunt vobis apud vos manens: Advocatus autem ille, Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vobis declaratus erit.* Hic rursus ita dicitur eſſe, quali non cum miſſurus eſſet & Filius, ſed tantum Pater. = Frequenter dicitur eſſe miſſionem Spiritus proceſſionem eſſe; quapropter cum teſtatur Filium cum miſſurum eſſe, proceſſionem ejus à Filio ſignificat: item cum dicit Patrem miſſurum Spiritum ſanctum in nomine Filii, rursus proceſſionem ejus de Patre ſignificat. Et dum ab utroque miti dicitur, ab utroque procedere comprobatur. Et dicit generalis ſanctæ Trinitatis regulam, dicens de ſingulari dicit quod omnium eſt, & propter inſeparabilem operationem unius eſſe ſubſtantie. = Qui dicitur miſſiſſe docetur, quòd cum dicitur Spiritus à Patre procedere, intelligendum patet quòd & à Filio procedat. Itemque cum dicitur à Filio miti, ſimul intelligendum quòd & à Patre mittatur; quoniam Pater & Filius licet unius eſſe ſubſtantie ſunt ſubſtantie, ſic unius eſſe ſubſtantie ſunt operationis. Quòd de re qui negat Spiritum à Filio miti, cum teſtatur eum à Patre miti, negat proculdubio Filium Patri cooperari; ac per hoc ſim Patrem & Filium dicit non unius eſſe ſubſtantie operationis: quòd dicens, conſequenter arguit Patrem & Filium unius eſſe ſubſtantie. Tale eſt & illud quòd de Filio teſtatur, Spiritum à Patre procedere. Quicquid negare valuerit non eum quoque à Filio proſolvere, negat pariter Filium non eſſe eſſe operationis cum Patre: ac per hoc Patrem Filiumque non unius ſed diverſe ſunt ſubſtantie. Quòd quoniam Ariane valens impetata de fonte manere, prædicatur cum Catholicis totam ſibi Trinitatem cooperari, & de omnibus intelligendum de ſingulari quòd dicitur: quoniam cum ſit tota Trinitas unius eſſe ſubſtantie ſubſtantie, ſeparari nequaquam poteſt operatione. Quòd de re cum dicitur Spiritus à Patre procedere, patet quoque ſentendum dicit quòd procedat & à Filio.*

Item in lib. 15. ſanctæ Trinitatis: *Dicitur quidem in ſcripturis ſanctis Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia. Sed quemadmodum ſit intelligendum, nec Patrem Filium videatur ſacere ſapientem, in libro ſeptimo diſputatum eſt. Et ad hoc ratio pervenit, ut ſit ſit Filii ſapientia de ſapientia, & quemadmodum lumen de lumine, Deus de Deo. = Nec aliquid potuiſſe invenire Spiritum ſanctum, & miſi & apſum eſſe ſapientiam, & ſimul omnes unam eſſe ſapientiam, ſicut unum Deum, unam eſſe ſapientiam. = Quòd etiam edocuit, niſi proceſſionem Spiritus tam de Patre quàm de Filio; & hæc Trinitatem unius ſubſtantie? Dicit ſapientiam eſſe Patrem, ſapientiam Filium, ſapientiam quoque Spiritum ſanctum: ſed Pater ſapientia de nulla ſapientia. Non enim à Filio ſunt ut eſſet ſapientia; quoniam cum ſit ipſe ſons de principium univerſitatis, à ſemetipſo ſapientia eſt, non aliquid participacione. Sicut Deus non ab aliquo, ſed à ſemetipſo ſua lumen: non*

1b

7a

1a

7b

6c

enim habet aliquid superius, vel procedens, alioquin non erit univertitatis principium; sed nec imperitius, nec indigentibus aliquid Deus, sed plenus, & verus, & perfectus Deus: igitur à finitipio sapientia. Filius vero sapientia, sed de Patre sapientia; quoniam hoc genuit Pater quod est. Spiritus quoque sapientia, sed non de nulla sapientia: solus enim Pater de nullo. Unde igitur, nisi de sapientia? Pater autem sapientia, Filius quoque sapientia, ergo Spiritus sapientia de Patre Filioque sapientia. Non enim Pater sapientia, Filiusque sapientia, diversitate separantur, sed unitate copulantur. Mixta igitur uterque Spiritus sapientiam procedentem ab utroque.

Item posterior: « Ecce ergo tria illa, si est, memoria, intelligentia; dilectio seu voluntas, in illa sunt & immutabili essentia quod est Deus, non Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt, sed Pater solus. Et quia Filius quoque sapientia est generatus de sapientia, sicut nec Pater ei, nec Spiritus sanctus ei intelligit, sed ipse sibi, ita nec Pater ei meminit, nec Spiritus sanctus ei diligit, sed ipse sibi: sua enim est & ipse memoria, sua intelligentia, sua dilectio; sed ita se habere, de Patre illi est, de quo natus est. Spiritus etiam sanctus quia sapientia est procedens de sapientia, non Patrem habet memoriam, & Filium intelligentiam, & se dilectionem: neque enim sapientia est, si alius ei meminit, neque alius intelligeret, ne tantummodo sibi ipse diligeret; sed ipse habet hæc tria; & e sic habet, ut hæc ipse sit: verumtamen ut ita sit, inde illi est unde procedit. » Subtiliter nimis atque divise Perlorum Trinitatis distinctiones infirmas, sapientiam dicit esse Patrem, sapientiamque Filium, sapientiam quoque Spiritum sanctum; sed Filium genitum, qui est sapientia de Patre, qui similiter est sapientia; & Spiritum procedentem, qui sit etiam sapientia, sed de Patre qui sapientia est, Filioque qui similiter sapientia est. Et ut evidenter claret quod dicit, ponamus superius positam similitudinem. Tria enim conlinitur, videlicet memoriam, intelligentiam, dilectionem, tamquam Trinitatis similitudinem in interiori homine positam, de quibus nunciam disputat, tam in decimo quinto libro, quam & in aliis ejusdem Operis, approbamus in memoria contineri tam intelligentiam quam dilectionem, & de memoria intelligentiam nasci; de utraque vero, memoria scilicet & intelligentia, dilectionem procedere; & hæc tria simul esse atque unita substantia. Ea enim meminimus quo intelligimus, & cum volumus intelligentiam nostram intueri, non valemus nisi de memoria quodam secreto procedat, tamquam generetur: & cum approbamus intelligentiam nostram de memoria progenitam, sit amor quidam completens & intelligentiam & memoriam: nam delectatur & intelligentia, quam approbat, & memoria de qua novit naturam intelligentiam, quam diligit: unde fit, ut hæc dilectio tam de memoria quam de intelligentia nascatur. Si nulla namque foret intelligentia, nulla posset esse ejus dilectio; & si nulla foret memoria, non esset unde consideret intelligentiam. Nihil enim intelligimus capis memoriam non habemus: diffinguntur tamen ista propriis intellectibus sui finibus. Memoria namque non per se intelligit, sed per intelligentiam; nec intelligentia per se sui meminit, sed per memoriam: sic & dilectio sine memoria vel intelligentia non diligit; subitaneamque intelligentiam non est quod memoria retinet; & subiecta memoria dilectio nihil meminit; quæ de re dilectæ jam non erit, cum non sit quod diligit, vel non meminit quo se distendat. Sic igitur ista tria & simul sunt, & ex alterutro nascuntur, & suis finibus detin-

guantur, & mutuo sinit indigentiam habent.

Sed non eodem modo sancta Trinitas estimatur, sicut Doctor iste venerabilis hincinat. Est enim Pater & Filius & Spiritus sanctus tota Trinitas, tamquam memoria, intelligentia, dilectio. Et Pater quidem veluti fons de quo Filius nascitur, sicut memoria principium quoddam eorum, ex quo formatur intelligentia. Filius quoque cum sit sapientia, de Patre nascitur, velut intelligentia de memoria generatur; & Spiritus quoque sanctus, & ipse sapientia, qui tamen est dilectio, procedit à solo de à Patre, velut dilectio de intelligentia & memoria procedit. Verum cum ita sit, non est personarum talis distantia, ut Pater non sit sapiens nisi per Filium, & Filius non diligit nisi per Spiritum sanctum, velut in hominis trinitate videmus interiora, memoriam non per se, sed per intelligentiam intelligere, & intelligentiam non per se, sed per memoriam meminit; intelligentiam quoque non per se, sed per dilectionem diligit: dilectionem quoque non per se intelligere, nec per se meminit, sed per memoriam meminit, & per intelligentiam intelligere. Non est enim illa Trinitas, quæ est summa & immobilis essentia, si est, Deus, numerus, intelligentia, distinctio, ut hæc tria sint Pater & Filius & Spiritus sanctus, tamquam Pater memoria, Filius intelligentia, & Spiritus sanctus dilectio; sed solum Pater hæc tria sit, & Filius similiter hæc tria, Spiritus quoque sanctus hæc tria pariter. Pater enim ex se & meminit & intelligit & diligit: non enim accepit à Filio intelligentiam; alioquin natus diceretur à Filio, quod non est quidem catholicum; nec dilectionem accepit à Spiritu sancto, videtur enim de illo procedere, quod est perversum; sed à seipso meminit, sicut, diligit. Filius quoque cum sit sapientia, genitus de sapientia, non ex Patre meminit, sed ipse sibi; sicut nec ex Patre intelligit, sed ipse sibi: nec Spiritus sanctus ei diligit, sed ipse sibi: nam ex se meminit & intelligit & diligit. Spiritus etiam sanctus, qui est de sapientia procedens de sapientia, non habet Patrem sui memoriam, & Filium intelligentiam, & sibi solummodo dilectio, opera, sed habet simul hæc tria, memoriam, intelligentiam, dilectionem: per se namque meminit, per se intelligit, & per se diligit; ut tamen hæc tria sit, inde habet unde procedat, id est, tam à Patre quam à Filio: procedit enim ab utroque. Valde enim subtilissima verisimilique ratione monstratum, cui contradicere nemo prudens possit, quod Spiritus sanctus & de Patre procedat & à Filio; & cum sit amborum Spiritus, non tamen vel amborum, vel alterutrum Filius: liquidum dilectio, quam nasciturus de memoria & intelligentia, non tamen filius dicitur vel amborum vel alterutrum.

Item in consequentiis: « Nunc de Spiritu sancto, quantum Deo donante videre concedatur, si discendum est; qui Spiritus sanctus secundum scripturas sanctas nec Patris est solus, nec Filii solus, sed amborum; & ideo communem quæ invicem se diligunt Pater & Filius, intimat Trinitatem. » Quod Patris solus non est Spiritus, nec Fili solus, sed amborum, causa est, quæ procedit ab utroque, & ideo communem infimat Trinitatem, quæ se diligunt invicem Pater & Filius, utrumque conjugens, velut ex utroque procedens: non quæ quantas amborum, sed ut exultans in Trinitate tertia Persona consubstantialis & coequalis. Item posterior: « Est enim & Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus sanctus Deus, & simul omnes unus Deus. Et tamen non frustra in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei, nisi Filius, nec dicitur Deus nisi Spiritus sanctus; nec de quo genitus est Ver-

Ensim lib. III. cap. 17.

bum, & de quo procedit principaliter Spiritus sanctus, nisi Deus Pater. Ideo autem addidi, principaliter, quia & de Filio Spiritus sanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi Pater dedit, non iam existenti, & nondum habenti, sed quidquam unigenito Verbo dedit, generando dedit. Sic ergo cum genuit, ut etiam de illo donum commune procederet, & Spiritus sanctus, & Spiritus estis amborum. * Et hoc testimonio spiritum sanctum procedere comprobatur à Filio; acumen singulis sanctæ Trinitatis Personis quasi aliquod proprium assignat, cum sit Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus sanctus Deus, & simul omnes unus Deus. Est autem proprium Verbi Dei ut dicatur solus Filius, & proprium doni Dei ut solus dicatur Spiritus sanctus, & de quo genitum est Verbum, & de quo procedit principaliter Spiritus, non vocetur nisi Deus Pater. Et hæc sunt in sanctæ Trinitate singularium proprietates Personarum. Principaliter autem Spiritum dixit de Patre procedere, quoniam reperitur & de Filio procedere; & hoc quoque desiderat illi Pater non tamquam prius existenti, & hoc non habenti, sed generando dedit; quoniam quidquam habet Filius à Patre generando percipit: non enim prius cum genuit Pater, & postea dedit ut de Filio procederet Spiritus, sed et generando contulit, ut etiam de illo donum commune procederet, hoc est Spiritus sanctus, quem dicit esse donum tam Patris quam Filii, quoniam sit: genitus amborum.

Hid. cap. 19.

Item infra: « Si in donis Dei nihil majus est charitate, & nullum est majus donum Dei quam Spiritus sanctus, quod consequentius quam ut ipse sit charitas, qui dicitur & Deus ex Deo? Et si charitas quæ Pater diligit Filium, & Patrem diligit Filium, instabiliter communionem demonstrat amborum; quod convenientius quam ut ille pro præ dicitur charitas, qui Spiritus communis est ambobus? Superius donum Dei Spiritum sanctum dixerat, & hæc proprietate Spiritus sancti Personæ à Patre solumque Personæ diceretur; quod donum Dei modo charitatem appellat, quæ sit inter dona divinitatis præterquam donum, eo quod secundum Apostolum, cætera dona hoc charitate nihil sunt; & hæc charitatem dicit Deum ex Deo, significans Spiritum sanctum procedentem ex Deo. Et quæ Deus commune vocabulum est tam Patris quam Filii, nec apparet de quo dicitur tam procedere, consequenter hoc demonstrat, dicens: « Et si charitas quæ Pater diligit Filium, & Pater diligit Filium, instabiliter communionem demonstrat amborum; quid convenientius quam ut ille proprie dicitur charitas, qui Spiritus est communis ambobus? » Quod dicens & Spiritum sanctum charitatem appellat, & communiter de ambobus, Pater sicutet illoque procedere conficitur: non enim aliter posset ambobus communis existere, nisi ex ambobus communiter procederet.

1. Cor. 13.

Hid. cap. 19.

Item patribus: « In illa summâ Trinitate, quæ incomparabiliter rebus omnibus antecellit, tanta est inseparabilitas, ut cum Trinitas hominum non possit dici unus homo; in illa unus Deus & dicitur, & sic, nec in uno Deo sit illa Trinitas, sed unus Deus. Nec rursus quemadmodum illa imago est quod est homo habens illa tria, una Persona est; ita est illa Trinitas: sed tres Personæ sunt, Pater Filius, & Spiritus Patris & Filii. Cum dicat Pater in Filio esse Patrem tantummodo, & Filium Patris esse Filium; Spiritum vero non Patrem solum vel Filium Spiritum, sed amborum, præferebatur, quod ab utroque procedat. Nam Pater idcirco Filius Patris est, quod cum generat; & Filius

idcirco Patris est Filius, quod ab illo sit genitus; consequenter igitur Spiritus Patris & Filii Spiritus dicitur, quod procedat & à Patre & à Filio. In hæc autem Trinitate tantum docet inseparabilitatem, ut cum Trinitas hominum non possit dici unus homo, (constat enim in tribus hominibus, quemadmodum Trinitas corporum in tribus corporibus, ut per hoc unus homo Trinitas non potest dici; est enim singulariter inestabile unus numerus) At in illa summâ Trinitate & Trinitas dicitur Deus & unus Deus, nec tamen ut in uno Deo sit illa Trinitas, voluerit ut unaquæque Persona singulariter sit Trinitas, si est, nec Pater solus Trinitas, nec Filius solus, nec Spiritus sanctus solus; sed cum Pater & Filius & Spiritus sanctus sit unus Deus, est Trinitas unus Deus. Nec enim quemadmodum imago Trinitatis hujus habet illa tria, si est, memoria, intelligentia, dilectionem, & propterea in una Persona Trinitas est, non quod unus homo sit Trinitas, sed quod in uno homine fiat illa tria; ita est in illa summâ Trinitate; sed tres Personæ sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, sed hæc tria unus Deus; & propterea Trinitas unus Deus. Tanta coactio est trium Personarum, tanta consubstantialitas, ut tres unum sint, & unus Deus de tribus prædicatur: separantem autem relatione tantam; substantiam vero copulantur. Nam Pater relativum est Filius, Filius relativum est Patris, Spiritus autem sanctus Patrem & Filium habet relationem, unde convincitur ab utroque procedere. Item infra: Deinde in illa summâ Trinitate, quæ Deus est, intervalla temporum nulla sunt, nec que posse ostendit, aut saltem requirit, utram prius deus natus sit Filius, & postea de ambobus processerit Spiritus sanctus; quoniam scriptura sancta Spiritum cum dicit amborum. Ipse est enim de quo dicit Apostolus: *Quoniam autem estis Filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra.* Et ipse est de quo dicit idem Filius: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Et multis aliis divinarum eloquiorum testimoniis comprobatur Patris & Filii esse Spiritum, qui proprie dicitur in Trinitate Spiritus sanctus. De quo item dicit ipse Filius: *Quem ego misitum vobis à Patre.* Et alio loco, *Quem misit Pater in omnia sæcula.* De utroque autem procedere sic docetur, quia ipse Filius ait: *De Patre procedit.* Et cum resurrexisset à mortuis, & apparuisset discipulis, insufflavit, & ait: *Accipite Spiritum sanctum;* ut cum etiam de se procedere ostenderet. Et ipse est *virginis quæ de illo exiit* (sicut legitur in Evangelio) & *sanctas omnes.* Quis illic contradicendi locus est à Divinarum auctoritate scripturarum ostenditur, quod Spiritus sanctus & Patris sit & Filii, & quod ab utroque procedat; si negari contenditur, negetur Apostolus, negetur & Filius hoc dixisse. Creditur Filio dicenti, quod procedat de Patre. Creditur quoque quod mater cum ab se cum insufflavit, & ait discipulis: *Accipite Spiritum sanctum.* Nihilominus quoque virtus, quæ sanabat omnes, exiit de *sinu Spiritum sanctum à Filio* procedere testatur. Evidenter igitur ostenditur Spiritus sanctus procedere tam à Patre quam à Filio, quumquam & illud evidentiſſimum sit processione illius ab utroque testimonium, quod dicitur esse Spiritus & Patris & Filii; est enim Spiritus amborum; non quia creatus per Filium à Patre, quod est impium, sed quod substantialiter procedat ab utroque. Nec quando procedit vel de Patre vel de Filio, vel si postquam genitus est Filius, processit ab utroque Spiritus sanctus, ulla monstrari possunt intervalla temporum: quod enim antecedit omnes tempus, nullius mensuræ temporis

Hid. cap. 19.

Galat. 4. 6.

Mat. 16. 18.

Ivan. 16. 18.

Ibid. 14. 26.

Ibid. 16. 13.

Luc. 6. 19.

continetur. Non est igitur ordo processionis quaerendus à tempore; i quod poteratatem concludit conuictus tempus. Nunquam Pater sine Filio, nunquam Filius sine Patre, nunquam Spiritus sanctus sine Patre Filioque, nunquam Pater & Filius sine Spiritu sancto.

Item infra: «Nunquid ergo possumus quaerere utrum iam processerit de Patre Spiritus sanctus quando natus est Filius, an nondum processerit & illo nato, de utroque processit, ubi nulla sunt tempora: sicut potuimus quaerere ubi inuenimus tempora, voluntatem præs de humana mente procedere, ut queratur quid inuentam proles uocetur, quâ iam postâ seu genita voluntas illa perficatur, eo sine requisitis, ut qui fuerat appetitus quaerens, sit amor fruentis, qui iam de utroque, ad eum, de gignente mente, & de genita notione tanquam de parente ac prole procedat? Non possunt proterius ista ubi queri, ubi nihil est tempore inchoatur, ut consequenti perficitur in tempore. Quapropter qui potest intelligere sine tempore generationem Filii de Patre, intelligat sine tempore processionem Spiritus sancti de utroque. «Tertatur Beatus Augustinus processionem Spiritus sancti tam de Patre quam de Filio fieri. Sed mouet quaestionem, de quâ iam superius dictum est, utrum Spiritus sanctus ante Filii natiuitatem processerit de Patre, & post nato Filio processerit etiam ab illo: sed in hanc quaestionem illa compellit similitudo, quâ dicitur de humana mente procedere uoluntatem priusquam uerbum formetur ex mente, ut fiat appetitus quidam uoluntatis ad quaerendum, quod cum inuentum fuerit, uocatur tanquam proles mentis; quâ generatâ perhorat uoluntas illa quâ processit appetitus quidem ad quaerendum: sed hanc uoluntatem & primò de mente nata est antequam quaereretur quod inueniri desiderabatur, quo inuento plena perhorat, dum ex ipso inuento multiplicatur: quædet enim inuoluntate quod quaeruit: unde ex utroque nata uoluntate, uidelet tam de mente quam de inuento, procedit ab utroque; sed præs à mente, & post ab inuento; unde uidelet ad quaerendum: hunc autem ut delectatur reporto. Nec tamen ista duplex est uoluntas, ueluti prior mentis, posterior inuenta, sed una, unius quidem rei, uidelet ad inuentum inchoationem habens ex mente ad quaerendum, perhorationem autem ejus quod quaeritur inuento: ut qui præs fuerit appetitus quidam quaerenda, post uerò factus sit amor inuento fruendi. Sed ista sunt in rebus creatis que tempore continentur; ac in diuinitate uoluntate ubi nullam euita, tale nihil ualeat reperiri. Non enim dicitur ubi uel ante fuisse Patrem, uel post genus esse Filium, sed semper Pater in Filio, & Filius in Patre mansit; nec Spiritus sanctus procedendo potuit præuenire natiuitatem Filii: quoniam ubi nullum euita tempus, nec ante uel post ualeat inueniri. Non enim potest consequentia perici tempore, quod exordium nullum habet ex tempore. Quâ de re qui potest generationem Filii de Patre cogitare sine tempore, cogitet quoque processionem Spiritus sancti tam ex Patre quam ex Filio sine tempore. Sicut igitur non est quaerendum quando sit natus Filius de Patre, sic nullo modo quaerendum quando processerit Spiritus sanctus ab utroque; uel li natiuitatem Filii præueniret de Patre procedendo. Ubi namque sempiternus inest, temporis ordo dicitur. Nec ex humana conditione creaturarum lex est illa diuinitatis æstimationis; quæsiuam illa facta sub tempore temporis ordinem seruat: illa uerò conditrix temporis nullo tempore iure disposuit: præuoluit enim omnia

quæ tempore continentur.

Subiungat etiam aliud uel comprobet procedere Spiritum sanctum à Patre & à Filio sine tempore, sicut constat genitum esse Filium de Patre sine tempore: Dicit autem: «Et qui potest intelligere in eo quod ait Filias: *Sicut habet Pater uiam in semetipso, sic dedit Filio uiam habere in se semetipso*: Non sine uita exsistenti iam Filio uiam Patrem dedit, sed ita cum sine tempore genitum, ut uita, quam Patre Filio gignendo dedit, coeterna sit uita Patris qui dedit; intelligat sicut habet Pater in semetipso, ut de illo procedat Spiritus sanctus, sic dedit Filio, ut de illo procedat idem Spiritus sanctus, & utrumque sine tempore: atque ita dictum, Spiritum sanctum de Patre procedere, ut intelligatur, quod etiam procedit de Filio, de Patre etiam & Filio; si enim quid quid habet de Patre Filias, de Patre habet, utque ut & de illo procedat Spiritus sanctus. Sed nulla ubi tempora cogitentur, quæ habent præs & posterioris, quæ omnino nulla ubi sunt. «Procedere Spiritum sanctum de Filio, sicut procedit de Patre, tellatur: quod tamen procedit à Filio dedit Patrem Filio, non prius exsistenti, sed gignendo: quoniam quaerensque dedit Pater Filio, non tanquam minori, uel præs exsistenti, dedit, sed gignendo dedit. Et dat similitudinem quâ clarus hat quod approbat: «qui potest, inquit, intelligere quod an Filias: *Sicut habet Pater uiam in semetipso, sic dedit Filio uiam in se semetipso*. Non sine uita exsistenti iam Filio uiam Patrem dedit. «Existeret Filius sine uita, si prius aliquo modo fuisset quam uiveret, ut exsistent iam postea uita illa uita contributa. Quædam modum Genes de primo Adam loquitur, dicens: *Formatus igitur Deus hominem de limo terra*. Et post inferatur: *Et iniecit uis in faciem eius spiraculum uita*. Prius namque cum dicit fuisse formatum, & postea iam formato, uidelet per proprie formationis qualitatem exsistenti, spiritum uita contributum. Sed non sic Filio Pater uiam dedit tanquam præs gigneret, cui postea genito uiam donaret: sed gignendo uiam dedit; quoniam substantialiter uita trais est, cui gignendo uiam dedit. Homo denique prius formatus exsistit, & post uiam accepit, quoniam participando non nascendo uiam accepit: non enim uiam substantialiter uita fuit, sed participatione uita uisit. At uerò Filius Patris unigenitus non participatione uiam accepit, sed substantialiter de Patre genitus est uita: non enim exsistenti tanquam sine uia materiam data est uita, sed genitus est totus uita coequalis & consubstantialis uita Patris, qui gignendo dedit ei uiam. Sequitur: «Sed ita cum sine tempore genitum, ut uita quam Pater à illo gignendo dedit, coeterna sit uita Patris qui dedit. «Hoc dicitur ostendit uiam esse Patrem, & uiam esse Filium; sed uita Filii accepit à Patre, ut esset uita; non prius exsistenti sine uita, sed genitus uita, quæ coeterna sit & consubstantialis uita Patris, qui dedit Filio uiam generando. Quisquis hinc intelligere quomodo fit ualeat, intelligat quoque sicut habet Pater in semetipso ut de illo procedat Spiritus sanctus, sic dedit Filio ut de illo procedat idem Spiritus sanctus. Uult enim approbare accepit Filium à Patre sic gignendo uiam, sic etiam gignendo ut de illo procedat Spiritus sanctus, non alter, sed idem qui procedat à Patre. Et cum negare nemo sanæ mentis ualeat uiam fuisse Filium de Patre ut sit uita sicut est Pater, sic consequenter negare non possit accepit Filium à Patre ut de illo procedat Spiritus sanctus: & hoc utrumque sine tempore; quoniam sicut sine tempore procedit à Patre, sic quoque

Jan. 1. 28.

Genes. 1. 7.

ſine tempore procedit à Filio ; quoniam illa proceſſio eſt minime temporalis, ſed æterna. Sicut enim natiuitas Filii de Patre remouet omne tempus, ſic proceſſio Spiritus ſancti que fit ab utroque, nullum tempus agnouit.

Adjungit : Atque ita dictum Spiritum ſanctum = de Patre procedere, ut intelligatur quid etiam = procedit de Filio, de Patre eſſe & Filio. = Vult ut intelligatur etiam legitur vel dicitur Spiritus ſanctus de Patre procedere, pariter quoque de Filio ſignificari procedere ; & ſic ſic in Patris commemoratione Filium intelligendum ; quoniam ſit Filio de Patre ut procedat ab eo Spiritus ſanctus. Et quia referunt ad auctorem Patrem à quo acceptus Filius ut à ſe procedat Spiritum ſanctum, propterea cum dicitur de Patre procedere, ſentendum pariter quod & à Filio procedat. Hinc etiam ſubjungit : = Si enim quidquid habet, de Patre habet Filius, de Patre habet utique et de illo procedat Spiritus ſanctus. Novimus autem dicente Filio, quid omnia que Patris ſunt, ſunt & Filii ; ſed hæc cum ſibi fuerint à Patre data, mentio referuntur ad eum à quo ſibi data. Et ſic ſic cum dicitur Spiritus ſanctus à Filio procedere, referuntur ad Patrem à quo ſibi data sunt ut ab illo procederet. Unde cum dicit Filius in Evangelio : Spiritus qui à Patre procedit : vult intelligi quid à ſe quoque dicat eum procedere, ſed ſine nã temporis adnotatione, quoniam non ſit diſtinguendum utrum prius proceſſerit Spiritus ſanctus, & poſtea natus ſit Filius ; vel nato Filio, poſtea proceſſerit Spiritus ſanctus ab utroque non eſt enim hic cogitandum prius vel poſterius, quoniam nullum hic tempus adſumendum. Et in conſequentibus : = Quomodo ergo non abſurdiffime = Filius diceretur ambonum, cum ſicut Filio præſtat eſſentiam ſine initio temporis, ſine ullã mutabilitate nature generatio, ita Spiritus ſanctus præſtat eſſentiam ſine illo initio temporis, ſine illa mutabilitate nature de utroque proceſſio. =

Mondrat proceſſionem quidem Spiritus ſancti tam de Patre ſicut quàm de Filio, ſed non querendum ſi prius de Patre ; vel poſt de Filio ; verum cogitandum quia ſicut generatio Filio tribuit ſubſtantiam interueniente nullo tempore, nec aliqua intercedente mutabilitate, ſic Spiritus ſanctus proceſſio dedit ſubſtantiam præter aliquod tempus, & præter aliquam mutabilitatem : nec diſputandum quid ante vel poſt, ſed intelligendum de Patre Filii uatiuitatem, & ab utroque Spiritus ſancti proceſſionem.

ſequitur : = Ideo enim cum Spiritum ſanctum = gentium non dicamus, dicere tamen non audeamus inueniamus, ut in hoc vocabulo vel duos Patres in ſua Trinitate, vel duos qui non ſunt de eſſe quodſcumq; ſuſpocetur. Pater enim ſolus non eſt de alio, ideo ſolus appellatur ingenitus, non qualem in ſcripturis, ſed in conſuetudine diſputantium, & de re tanta ſermonem qualem ualuerint proferturum. Filius autem de Patre natus eſt, & Spiritus ſanctus de Patre principaliter, & ipſo ſine ullo intervallo temporis diuine, communiter de utroque procedit. Diceretur autem Filius Patris & Filii, ſi, quod abhorret ab omnium ſanctorum ſenſibus, cum ambo genuerent. Non igitur ab utroque eſt genitus, ſed procedit ab utroque ambonum Spiritus. = Perſeuerat approbare Spiritum ſanctum tamen de Patre quàm de Filio procedere : ubi tamen in hac propoſitione contradicendum diſputatum, qui dant utriusque eſſe Filium, ſi ab utroque procedit Spiritus ſanctus ; verum prius de nomine tractat, ut eſt quid dicitur Spiritus ſanctus, genitus an ingenuus, & negat utroque vocabulo appellandum ; & cauſam inferit :

quæ comprobet quod affirmat, eã uelidete : quia ſi dicatur genitus, erit duorum Filius, id eſt, Patris & Filii, quod dicit exorbitante chriſtiane pietatis ſed nec ingenium poſſe vocitari ; hoc enim propriè Patri deputatur, quoniam de nullo eſt alio ; ſui namque principium eſt ex ſe conſtitus, nec aliquid habet procedens ; eſt enim uniuerſitatis principium, ſuis & origo. Cum igitur nec genitus, nec ingenitus dici fideliter poſſit Spiritus ſanctus, procedens propriè uocatur, ſed non à ſolo ſolus, uel dicitur à Patre ſolo ſolus Spiritus ſanctus procedens, quemadmodum Filius ſolus à ſolo Patre dicitur natus ; procedit autem ab utroque, id eſt, & à Patre & à Filio ſimul, quoniam æternaliter, nec tamen dicuntur cum genuſe, quoniam nec ille Patris eſt, nec Filius ſui, ſed ab utroque procedens. Eſt enim ambonum Spiritus. hæc uidentur ratione monſtratur ab utroque procedere Spiritus ſanctus, duas maſſas docetur non eum ſolum à ſolo Patre procedere, ne Filius eſſe Patris dicitur : ſed nec à ſolo Filio, ne Filius Patris eſſe blaſphematur, ſed dicitur Spiritus ſanctus & procedens, & de utroque procedens.

CAPUT IV.

Movet autem multos quid ſit inter generationem & proceſſionem. Ita uero quæſtio quoniam in ſplicitate eſt uictor in illi incorporat & inuilibi Trinitate, dicendum quid præclariffimus auctor Auguſtinus ſentent. Subiungit itaque ſic loquens : = Verum quis in illa coactura, & coequali, & incorporata, & inſeſſibilibiter immutabili, atque inſeparabili Trinitate diſtinctum eſt generationem à proceſſione diſtinguere, ſubſtitit utrumque eis qui extendi non ualent amplius, ad quod de hæc in ſermonem quodam profectando ad aures populi Chriſtiani diſtus, dictumque conſcripſimus. Inter cætera enim cum per ſcripturam ſanctarum teſtimoniis docuimus, de utroque procedere Spiritum ſanctum. Si ergo, loquamur, & de Patre ; & de Filio procedit Spiritus ſanctus, cur Filius dixit : De Patre procedit ? Cur potius, niſi quemadmodum ſolet ad eum referre, & quod ipſus eſt, de quo & ipſe ait : Unde illud eſt : *Alea doctrina non eſt mea, ſed eius qui me miſit.* Significat hic intelligitur eius doctrina, quam tamen dicit non ſuam, ſed Patris ; quanto magis illic intelligendus eſt & de ipſo procedere Spiritus ſanctus, ubi ſic ait : De Patre procedit : ut non diceret, de me non procedit ? A quo autem habet Filius ut ſit Deus, (eſt enim de Deo Deus) ab illo habet utique etiam de illo procedat Spiritus ſanctus : ne per hoc Spiritus ſanctus, ut etiam de Filio procedat, ſicut procedit de Patre, ab ipſo habet Patre. Hic utrumque etiam illud intelligitur, quantum à talibus quibus nos ſimus intellegi poſſit, cur non dicatur natus eſt, ſed potius procedere Spiritus ſanctus ; quoniam ſi & ipſe Filius diceretur, ambonum utroque Filius diceretur ; quod abſurdiffimum eſt. Filius quippe nullus eſt quodam, niſi patris & matris. Abiit autem ut inter Deum Patrem & Deum Filium tale aliquid ſuſpocetur ; quia nec Filius hominum ſimil ex patre & matre procedit ; ſed cum in matrem procedit ex patre, non tunc procedit ex matre ; & cum in hæc lucem procedit ex matre, non tunc procedit ex patre. Spiritus autem genitus non de Patre procedit in Filium, & de Filio procedit ad ſanctificandam creaturam, ſed ſimul de utroque procedit ; quævis hoc Pater Filii dicitur, ut quemadmodum de ſe, ita de illo quoque procedat. Neque

Joan. 16. 17.

Ibid. 17. 22.

T.

T.

G. 1111

enim possimus dicere quòd non sit vita Spiritus sanctus, cum vita Patris, vita sit Filius: ac per hoc sicut Pater cum habeat vitam in semetipso, & dedit & Filio habere vitam in semetipso; sic et deus vitam Spiritum sanctum procedere de illo sic procedit & de ipso.

Hæc beatus Augustinus de sermone quem se dixit fecisse coram populo, transtulit in librum decimum quoniam de Sancto Trinitate. De quo sermone supra jam testamur posuimus, & quid nobis vitam eandem fuerit breviter diximus, quæ replicare nunc etiam non esse necessarium. Hoc solummodo dicendum, quòd inter generationem ac processionem hæc dixit esse differentiam, quòd generatio sit Filii, quoniam ipse natus esse dicitur de Patre. processio vero pertinet ad Spiritum sanctum; nec enim possit dici generatio; quòd si dicitur natus, tam Patris quam Filii esse dicitur: quòd summa dicit esse inutilitate, neque diverse generationi convenire. Quando namque quisque Filius de Patre Filioque natus est: Ergo quoniam ista sunt absurdissima, dicitur Filius natus de Patre, Spiritus vero sanctus procedens ab utroque. Nec hoc inconvenienter. Dicitur namque est, Patrem solum ex nullo: ex Patre vero Filium & Spiritum sanctum. Et Patrem esse vitam, Filium etiam vitam, Spiritum quoque sanctum vitam. Sed vitam de nullà vita Patrem solum: Filium vero vitam de Patre solo, sed genitum; Spiritum quoque sanctum vitam non de solo Patre, nec de solo Filio, sed ab utroque: sed non sic de Patre, ut inde procedat in Filium, & rursus de Filio procedat ad creaturam sanctificationem: non enim illi sic ulla momenta temporis, vel ordo cograndus. Simul denique procedit ab ambobus, id est, cum procedit à Patre, procedit à Filio, & cum procedit à Filio, procedit à Patre, nullo vel tempore vel ordine mediantis: hoc tamen inter se ut Pater à nullo accipit, ut de illo procederet Spiritus sanctus: at vero à Filio à Patre percipit, ut ab eo procederet idem Spiritus sanctus.

Item in libro disputationis contra quinque Hæreses, sic de Spiritu sancto sermonem terminans, ait: « Quod aliud dicam fatigatus fatigatus? Qui Spiritum sanctum à Patre & Filio, eternitate, substantià, vel communicatione separas, etiamque negas Spiritum esse Patris & Filii, plenus est Spiritu immundo, vacuus Spiritu sancto. » Audiant hæc impugnatores veritatis, negantes Spiritum sanctum de Patre Filioque procedere. Quod cum negant, negant eum esse Patris Filioque Spiritum: & pertinetur se Spiritu sancto esse immundo, vacuoque Spiritu sancto: nec posse veniam consequi, tantum si non blasphemiam renuntiaverint. Quod si nolunt audire maligni, audiant pietatis amici, & exhortentur impetibus blasphemiam, ut repleantur Spiritu sancto.

Item in libro contra Maximinum Arrianum: « Dicit vos Spiritum sanctum honorare, ut doctorem, ut ducatorem, ut illuminatorem, ut sanctificatorem: Christum colere ut Creatorem: Patrem cum sincerà devotione adorare ut auctorem. Si auctorem propterea dicit Patrem, quia de ipso est Filius, nec est autem ipse de Filio: & quis de illo & Filio sic procedit Spiritus sanctus, ut ipse hoc dederit Filio, giugendo cum talem ut etiam de ipso procedat Spiritus sanctus. Si Creatorem sic dicit Filium, ut Creatorem non neges Patrem, nec Spiritum sanctum. Si denique Spiritum sanctum dicit sic doctorem, ducatorem, illumina-

tozem, sanctificatorem, ut hæc opera nec Patris audeas auferre, nec Filio, ista tua etiam nostra sunt verba. » Hæc sanctus Augustinus adversus Arrianos. Videant isti cupis velint esse fidei vel Imperatores, vel Arriomanæ. Si negant Spiritum sanctum de Patre Filioque procedere, etiam hæc fidei repugnant; & Arriani dogmatis assertores efficiuntur. Quòd si catholici sunt, & oderant presumptionis falsitatem, non arguant Latinos, imò Catholicam confessionem Spiritum sanctum de Patre Filioque procedentem ista quoniam negare, Arriani perditione manifestum est confitentem.

Item in eodem libro: « Queris à me: (nimium Maximum Arrianum interpellas, cui loquebaris) si de substantià Patris est Filius, de substantià Patris est Spiritus sanctus, cur unus Filius sit, & alius non sit Filius? Ecce respondeo, siue capias, siue non capias: De Patre est Filius, de Patre est Spiritus sanctus; sed ille genitus, iste procedens. Ideo ille Filius est Patris, de quo est genitus; iste autem Spiritus utriusque, quoniam de utroque procedit. » N. g. ab Maximino Arriano, contra quem agit beatus Augustinus, Spiritum sanctum de Patre procedere. Dicebat enim eum maiorem Filio, nec consubstantiali Patris, volens evacuarè quod fides catholica tenet, Spiritum sanctum consubstantiali Patris Filioque. Et sic dicebat: si de substantià Patris foret Spiritus sanctus, sicut de substantià Patris est Filius, esse jam consequenter duos à Ioh. Cui respondens beatus Augustinus, dicit eum & de Patre procedere, quoniam eisdem est cum Patre substantiæ; nec tamen esse eundem, quoniam non est natus, sed procedens: Filius namque qui est natus, est de substantià Patris, & dicitur à Ioh. quia natus. At vero Spiritus sanctus quoniam sit de substantià Patris, non est tamen Filius, quia non est genitus. Procedit autem de substantià Patris, quoniam est utriusque Spiritus, & consubstantialis ambobus. Hoc qui negat, Arriani confitentis, & catholice fidei contradicit.

Sequitur: « Sed ideo eum de illo Filius loqueretur, ait: De Patre procedit: quoniam Pater processionis ejus est auctor, qui talem Filium genuit, & giugendo ei dedit: ut etiam de ipso procederet Spiritus sanctus. Nam si non procederet & de ipso, non diceret discipulis: Accipit Spiritum sanctum; eumque insufflando daret, ut à se quoque procedere significaret, aperit ostenderet flando, quòd insufflando dabat occultè. Quia ergo si nasceretur, nec tantum de Patre, nec tantum de Filio, sed de ambobus utique nasceretur, sine dubio Filius diceretur ambobus. Ac per hoc quia Filius ambobus nullo modo est, non oportet cum nasci de ambobus. Ambobus est ergo Spiritus, procedendo de ambobus. » Approbat quòd de Filio procedat Spiritus sanctus, & hoc voluit significare Filium, cum de illo loqueretur in Evangelio, dicens, De Patre procedit. Non enim eo modo dixit hoc, ut eum à se negare procederet, sed auctoritatem processionis retulit ad Patrem, qui talem genuit Filium, & illa giugendo consistit, ut non solum de Patre, verum etiam de Filio procederet Spiritus sanctus. Et hoc affirmat ex alio testimonio, quò post Resurrectionem apprensus discipulis Salvator ait: Accipite Spiritum sanctum. Et hoc verbum tantum, verum etiam insufflando daret quòd eos accipere jubebat, dicit quòd insufflando loquens sit discipulis ut acciperent Spiritum sanctum; eumque insufflando dederit, significans aperit flando à se pro-

[I vitam Spiritum sanctum] Dicitur quoniam voces in Augustino non leguntur; & additas esse à BARRASANO vel inde con-

bat, quòd superius capite 2, ubi eundem Augustini locum attulit, hoc tacito leguntur vitam procedens de illo, &

cedere, quod spirando dabit occurrere. Pariter quoque solvens quaestionem, ne Filius sit arborum, quoniam procedit ab ambobus, sicut impetus Arriani calumnias dicens, « quia si nasceretur Spiritus sanctus, non tantum nasceretur de Patre, » nec tantum nasceretur de Filio; » quoniam procedit ab utroque. Procedit, inquam, una nascitur; sed de ambobus utriusque nasceretur, quoniam procedit ab ambobus; & diceretur sine dubio Filius arborum. Nunc autem removetur generatio Spiritus, quoniam non est Filius nec Patris, nec arborum; ac propterea non oportuit nasci de ambobus, quoniam qui nativatem non habet, filiatem refutat; & qui Filius non est, nasci nullo modo debuit. Est autem amborum Spiritus procedendo de ambobus. Subvertit igitur Arrianum calumniam, filiatem invidiam confutat, & impetum malignitatis progenitum, adiret utriusque non esse Spiritum de substantia Patris, quia si foret, esset Filius. Sed ille vir Catholicus catholica dispositione demonstrat esse quidem de substantia Patris Spiritum, nec tamen esse Filium; quoniam non est idem procedere, quod est nasci.

Hinc consequenter intulit: « Quid autem inter » nasci & procedere intulit, de illa excellentissima natura loquens, explicat, quia potest? Non omne quod procedit nascitur, quamvis omne procedens quod nascitur; sicut non omne quod bipes est, homo est, quia bipes fit in omni qui homo est. Hoc scio: distinguere autem inter illam generationem & hanc processionem, nasci, non valeo, non sufficere. Testatur Doctor eximius, & Hereticorum expugator vehementissimus, Spiritum sanctum non esse Filium, qui non est natus, sed procedit, non à Patre tantum substantiam, sed etiam à Filio. Cum autem sit utriusque substantiae consors, ut pote consubstantialis, & dicatur de Patre procedere, de quo & nascitur Filius, non parva veretur quaestio, quid sit inter nativatem & processionem. Et confutetur de illa excellentissima natura non solum sibi, verum nulli mortaliū possibile fore distinguere, quod sit inter nasci & procedere; quamvis comprehendatur quod non unum quod procedit, nascitur; at tamen omnia procedens est quod nascitur, tamen non potest aliquid nasci, si non procedat ex eo de quo nascitur, ne filius ex patre. Cum enim ex hoc uterque materiam procedit in lucem, dicitur nasci, sed non ita cum procedit ex sacro patris in matrem. Processionem quippe negare non valeamus, cum fiat de sacro semina in utero matris, de quo postea filius procedens natus est: dicitur. Non ita dicimus, vel alio tempore de Patre procedit Spiritus, & alio de Filio: verum ostendere volentes, non omnem processionem esse generationem; omnem autem generationem esse processionem: sicut non omnia quod bipes est, homo est; quamvis bipes fit omnis qui homo est. Hic quod ponit exemplum, propter distinctionem ponit nativitatis & processionis; non tamen propter significans quod sit nasci vel procedere, sed voluit cum dicitur: quod sit species, quod sit genus. Bipis enim genus est ejus species, quod sit homo; & homo species est ejus genus, quod sit bipes; si genus consideres, & homo, & volatilis bipes dicitur; si species, homo bipes est. Idcirco dicitur: Non omnia quod bipes homo; quoniam hoc generale vocabulo etiam aves comprehenduntur. At verò cum dicitur homo; comprehendis omnem quidem hominem simul, sed non omne quod est bipes: amplius enim significat quàm homo; & ideo hoc definitio nec hominem proprie significat, nec bipidem propter: sic de processio & nativitas. In processionem namque monstratur nativitas, sed non semper: voluit cum dicitur: *De*

sapientia procedit mel. Et Psalmista de sole: & ipse tamquam species procedens de thalamo suo. Thalamum namque solis secretam quoddam, & ab hominum conspectu remotam significat; unde hanc praebiturus mortaliū singulis diebus procedit. At verò nativitas processionem semper ostendit, quia non quomodo potest fieri sine processionem; quod quidem enim nascitur, etiam procedit: ac propterea dicit quidem beatus Augustinus quid sit generatio & processio, sed sicut in genere, & sicut in specie, non verò sicut in proprio: dicit enim haec se nascere, nec propriis similibus illa posse distinguere. Et cur hoc? subjicit causam, inquit, « quia & illa & ista est ineffabilis, » id est generatio sui, & processio Spiritus sancti. » Sicut Propheta de Filio loquens, ait: *Generatio enim ejus quis enarrabit?* Ita de Spiritu sancto verum: *me dicitur: processionem ejus quis enarrabit?*

Quibus verbis ostendit & nativitatem filii, sicut processionem Spiritus sancti non enarrari posse, quia sint ineffabiles: ac propterea non debent tractari quod non possit enarrari, quia nullo modo possit comprehendit. Debet verò scilicet quod super has scripturas sanctae testatur, natum Filium de Patre, Spiritum verò sanctum procedere, non à Patre solum, verum & à Filio: sicut consequenter inquit, dicens: « Satis sit ergo nobis, quoniam non est à seipso Filius, sed ab illo de quo natus est, non est à seipso Spiritus sanctus, sed ab illo de quo procedit. » Et quia de utroque procedit, sicut jam ostendimus, unde & Spiritus Patris dicitur est, ubi legitur: si autem Spiritus ejus qui suscitavit Christum à mortuis, habet in vobis. Et Spiritus Patris, ubi legitur: *Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Hic adversus Maximum Arrianum doctor Augustinus agens, ostendit Spiritum sanctum tam de Patre quam de Filio procedere; quod qui negare contendunt, Arriani sententia se fore conuincatur, nec consubstantialitatem Spiritum sanctum Filio tenentur: quoniam si non procedat ab illo, non est eiusdem substantiae cujus est Filius: ac per hoc jam aut creaturam Spiritum sanctum blasphemabit, aut Filium non omnia quae Patris sunt habere negabit. Negare verò non potest Spiritum sanctum Spiritum esse Filii: dicit enim Apollolus: *Quoniam estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater.* Quod si est Spiritus Filii, sicut Apollolus confitetur, aut erit subiectus, quod vult Arrianus, qui conuincatur cum creaturam; aut procedens est Filio, quod confitentur Catholici. Eligant ergo quod volent Imperatores Graecorum: negare non possunt Spiritum sanctum Spiritum esse Filii; ducant ergo quomodo Filii, si non procedit ab ipso. Nam si processionem negant, praedicant creaturam, quod impetatus est contra Arrianum, qui non potest esse Spiritus, si non vel creatus sit, vel procedens ab illo.

Item in consequentibus: « Quid est autem: *In principio erat Verbum;* nisi in Patre erat Filius? » Et ipse Filius interrogatus à Judaeis, quis esset, » respondit: *principium quo & loquer vobis.* Pater autem principium non de principio; Filius principium de principio: sed utramque simul, non duo, sed unum principium. Sicut Pater Deus, & Filius Deus,ambo autem simul, non duo dii, sed unus Deus. Non Spiritum sanctum de utroque procedentem negabo esse principium, sed haec tria, simul sicut unum Deum, ita unum dico esse principium. » Negat tunc creaturam Spiritum sanctum, dicens eum esse principium sicut Pater est principium, & Filius principium: sed Pater principium de nullo principio, Filius autem principium, sed de Patre principio: Spiritus quoque sanctus princi-

192. 11. 1.

192. 11. 1.

192. 11. 1.

Galat. 4. 6.

192. 11. 1.

192. 11. 1.

192. 11. 1.

192. 11. 1.

pium non de nullo principio, nec de Patre. solum
principio, sed de utroque, id est, Patre principio
Filioque: nec tamen tria principia, sed unum prin-
cipium: quemadmodum unum tres dicit Pater & Filius
& Spiritus sanctus; & quatuor singulis eorum dicitur
Deus: sed hi tres unus Deus.

Item in posteriores: « Lux de luce, Filius de
« Patre, & simul ambo lux una: sicut Deus de
« Deo, & simul ambo utriusque Deus unus; & hoc
« iocum non sine Spiritu amorum. » Quod dicens
testatur eum ab utroque procedere. Nam si Spiritus
est Pater, quia procedit à Patre: consequenter quoque
Spiritus est Filius, quoniam procedit ab illo: non
enim diversa causa dicitur Spiritus esse Patris, &
Spiritus Filius, sed una eademque; illa videlicet, quia
procedit ab utroque; sicut Spiritus est utriusque.
Nam si dicas eum Spiritum Patris, quia procedit
de Patre, quoniam causa restat et dicitur Spiritus
Filius, nisi quia procedat & ab illo? Hæc beatus
Augustinus adversus Maximinum agens Arrianum, de
sancti Spiritus processione ex Filio sensit, dixit,
scripsit, Arrianam perditionem damnans, catholice
veræ fidei pietatem affirmans; qui contradicere quif-
vis molus fuerit, hostis catholicæ fidei reperitur.

Hic etiam in collatione dialogi contra Pascentium
Arrianam disputans, ait: « Si enim in homine
« credente ipse totus Deus credendus est habitare,
« quomodo Filium totum in se Patre, aut Filium Pa-
« trem totum non creditur excipere? Ac per hoc
« ipse in Patre, & Pater in eo manet, & ex Patre
« & Filio sanctus credendus est Spiritus non solum
« processisse, sed semper ab agenda opera Trinitatis
« omnino procedere. » Unum tunc dicit sanctum
Spiruum ex sancta Trinitate cooperatorem, qui
non solum substantia, verum operatione Patri Fi-
lioque copuletur tamquam ab utroque procedens,
& cum utroque cooperans: quod non posset fa-
cere, si non ab utroque procedendo substantiam &
acceptisset & accipiat.

CAPUT V.

GENNADIUS Constantinopolitanus Episcopus,
vir multa lectione Antiquorum peritus, in li-
bro Ecclesiasticorum dogmatum de Spiritu sancto
pacificè sic loquitur: « Credimus unum Deum
« esse Patrem & Patrem & Spiritum sanctum. Pa-
« trem eo quod habeat Filium. Filium eo quod ha-
« beat Patrem. Spiritum sanctum, eo quod sit ex
« Patre & Filio. Pater ergo principium divinitatis,
« principale nomen: qui sicut nunquam fuit non
« Deus: ita nunquam fuit non Pater, à quo Filius
« natus, à quo Spiritus sanctus non natus; quia
« non est Filius, neque ingenuus, quia non est Pa-
« ter; nec factus Spiritus sanctus, quia non est ex
« nullo, sed ex Deo Patre, & Deo Filio Deus pro-
« cedens. » Dilucide satis esse proficitur Spiritum sanctum
Filius ex Patre & Filio, quod est de substantia Patris
Filioque procedere. Non enim aliter ex utroque pro-
cedat esse, si non substantialiter procederet ab utro-
que. Propter quod dicit in consequentibus, quod
ex Deo Patre & Deo Filio Deus sit procedens. Et
cum eum dicit procedentem, negat tamen eum dici
debere vel natum, qui non est Filius, vel ingenu-
tum, quia non est Pater.

ASCENSUS Episcopus, literarum studijs admo-
dum eruditus, & vitæ sanctitate perspicuus, ab Ari-
aninis quoque pro Catholice fide multa percellus, ut

libro questionum de Spiritu sancti processione sic
ait: « Sic totum quod est ipsa natura, commune
« tribus invenitur esse personis, ut aliquis tamen
« invenitur; quo proprie unaqueque persona nos-
« cat: quod tamen nec invenitur separabile, nec
« possit esse commune. Nam proprium Patris dicitur
« natus esse, quod genuit: proprium dicitur Filius
« esse; quod solus de solo Patre natus est, proprium
« Spiritus sancti quod de Patre Filioque procedit. In
« his verò propriis nulla est naturæ separatio, sed
« quædam personalis agnitio. » Dicit hic auctor quod
« commune, quod proprie unaqueque sanctæ Trini-
« tatis persona noscitur habere: commune quidem
« inest tribus personis unius naturæ consubstantialitatis;
« proprium verò singulis, quod Pater solus genuit,
« Filius solus natus de Patre solo, Spiritus sanctus
« quod de Patre Filioque procedit. Quod de re qui
« recipiunt Patris inest proprium, quod sit genitor, &
« Filius proprium, quod sit genitus, recipiant quoque
« necesse est esse Spiritus sancti proprium, quod de
« Patre Filioque procedit. Quod si negare contem-
« dunt, dicant quod sit ei proprium. Nam processio de
« Patre communis est etiam Filio; quoiam omne
« quod nascitur procedit etiam, ergo secundum Do-
« ctorem huius sententiam, proprium est Spiritus san-
« cti quod de Patre Filioque procedat, quod nec Patri
« nec Filio certius esse commune: siquidem Pater de
« nullo, Filius verò de solo Patre, Spiritus autem san-
« ctus de utroque.

Item in consequentibus: « Non ergo potuit Spi-
« ritum sanctum divinitas Filii accipere, cum ipse
« Spiritus sanctus sic procedat à Filio, sicut proce-
« dit à Patre; & sic datur à Filio, sicut datur à Pa-
« tre. Nec illa natura, unde Spiritus sanctus habet
« originem, potuit vel exspectare vel accipere lar-
« gitatem. Spiritus ille totus est Pater, totus est Fi-
« lius; quia unus naturaliter Spiritus est Patris & Fi-
« lii. Proinde totus de Patre procedit & Filio, totus
« in Patre manet ac Filio; quia sic manet ut proce-
« dat, sic procedit ut maneat. Unde naturaliter
« hanc habet cum Patre ac Filio antiquitatem pleni-
« tudinem, & plenitudinis unitatem, ut totus à Patre,
« totus habeatur à Filio. Non ergo accepit Spiritum
« sanctum divinitas Filii, cum quæ unus est na-
« turæ Spiritus sanctus, & ex quâ habet quæquid
« habet, imò de quâ est hoc quod est; quia quod
« naturaliter habet, hoc est. » Locus ille tractatur
de plenitudine divinitatis Christi, & de ipsius hu-
manitate: humanitatem quidem dicit accepisse Spi-
ritum sanctum, non quidem ad mensuram, quia
divinitatis plenitudine consistit in illâ, sicut Evan-
gelium testatur, dicens de Christo: *Et vidimus glo-
riam eius, gloriam quasi ingeniti à Patre, plenam
gratia & veritatis.* Veritas ad divinitatem, gratis
revertitur ad donum. Ut enim homo de Virgine natus
perfectus esset Deus, sicut perfectus est homo, non
merito, sed gratis divine dono percepti. At verò
divinitas naturaliter habet, ut sit plena atque per-
fecta, nullius indiga, nec minorationem valens
accipere, neaugmentum sustinere. Secundum hanc
divinitatis plenitudinem Filius Dei Christus non po-
tuit Spiritum sanctum accipere, quandoquidem ipse
Spiritus sanctus sic procedat ab ipso, sicut & à Pa-
tre procedit, & datur ab illo nihilominus, quemad-
modum datur à Patre. Quæ de re divinitas rursus, de
quâ sumit originem Spiritus sanctus, non valet ac-
cipere largientem epus, cui sit causa exiitudo: est
enim ille Spiritus totus Pater, & totus Filius; & cum

Cl. II.

Inventio
Patris cum
Aug. ep. II.
et. mol.

Gen. 1.
et. 16. Be-
nel. Dign.

Psalm.
in lib. Quid.

Joan. 1. 14.

[Gennadius Constantinopolitanus] Qui hunc Gennadii li-
brum edidit, cum nullus ejus nominis scriptorem scilicet
pater Missionem presbyterum, alium tamen et sup-
plicem. Quorum ipsorumque Rationes hoc loco re-
feruntur.

darguit. Anacolio Gennadius hic inserit: anno 478. ac se-
dit usque ad annum 478. & sacerdotem habuit Atacium.
Græcum epus apud exemplar inserit.

fit ambozom totus, vel alterutrus totus, non convertibiliter sit, ut Pater & Filius dicantur esse Spiritus sanctus velut ab illo suscipientes essendi causam; nec solus Filius Spiritus sancti Filius, velut ab illo percipientes existentiam, quoniam naturaliter unus Spiritus est tam Pater, quam Fili, percipiens ab illo essentiam. Proinde sicut beatus Fulgentius testatur, totus de Patre procedit, & totus de Filio: non enim pars illius à Patre, pars quoque procedit à Filio; neque pars manet ejus in Patre, pars rursus in Filio. Est enim inconvertibilis, & impartibilis, neque ex diversis compellitur: & sic manens ut procedat, sic procedens ut maneat. Naturaliter enim habet cum Patre ac Filio plenitudinem unitatis, & unitatem plenitudinis, & totus habetur à Patre, & totus habetur à Filio. Noa ergo divinitas Filii Spiritum sanctum accepit, quam prius non habuit, cum sit Spiritus sanctus ejusdem nature cujus est Filius, utpote de quo accepit quodquidlibet habet, in eum de quo est hoc quod est, quoniam substantialiter de divinitate Filii est. Quibus omnibus evidenter ostenditur Spiritus sancti processio non minus esse de Filio quam de Patre: à quo quisque negare intendit, negabit patrem Spiritus sancti substantiam: quoniam non poterit subsistere, nisi essentiam accipiat ab illo de quo procedendo subsistit. Hoc sanctus Fulgentius adversus Arrianam perfidiam disputans de Spiritus sancti processione loquutus est, approbans verissime dici tam à Patre quam à Filio procedere Spiritum sanctum, quoniam sit utriusque Spiritus, essentiam accipiens ab utroque; quod qui negat, monstratur Arrianæ perfidie obnoxius esse.

CAPUT VI.

Sed ad Athanasium Alexandrinum Episcopum revertamur, quem in exordio catholicorum testimonium posuimus, ut in sit clausula testimonium de processione sancti Spiritus à Filio, qui fuit initium. In libro namque de unitate de propriis personis, & de unito nomine secundum adversus Arrianos sic ait: «Tu hoc sine alio est Pater in persona, & qui verè genitus; & in hoc est alius Filius à Patre in persona, qui verè ab eo genitus est. Sed in hoc alius est in persona Spiritus hic principalis pater in persona à Patre & Filio, qui in Pentecoste in Athanasio usus est, qui verè de unitate divinitate à Patre & Filio procedit.» Hic Anctor singularem proprietatem personarum distinguens, & unitate divinitatis conjungens, ostendit quid singulis sit proprium, quod commune. Proprium Patris esse dicens, quod genit; in quo nec Filio nec Spiritui sancto participatur, aliquid non ei esset proprium Patris vocabulum: & Filius in hoc discernatur à Patre quod genitus sit, ille genitor; sed nec in generationis proprietate Spiritus sancti communione recipit aliam, quoniam cum hic sit genitus, illo non esse genitus apponitur. Spiritus autem sanctus hoc rursus habet proprium, ut nec genitor, nec genitus sit, sed de unitate Patris & Filii divinitate procedat: in quo nec Patri nec Filio communicat. Pater enim de illo, Filius de solo Patre, Spiritus autem sanctus de Patre Filioque. Quod qui negare contendit, ostendat unde Spiritus sancti persona distinguatur à Patre Filioque proprietate. Et hæc tres personæ sanctæ Trinitatis lues proprietatibus cum distinguantur à singulis, divinitatis unitate sociantur.

In Hypocrite, quemadmodum Hæc, & que sequuntur in Athanasio libro de propriis personis non essent, quia tamen ab Athanasio scripta sunt, debitorum religio est, cum enim aliunde novecenta ejus libros ab amanuensis sancti esse

tur, ut nullam contineant in divinitatis communione differentiam, sed sit in personis proprietates, in divinitate indifferentes unitas.

Item in libro septimo: «Cur qui me videt, viderit & Patrem meum, iudicat, si non est in his una invisibilis imago nature veritatis? Cur legitur: «Spiritus veritatem Spiritus in mundo pater? si cum de ipsa unitate divinitate Patris, & Filii esse non accipitur? Cur legitur Vas electionis dixit: «Omnes usum Spiritum potavimus, si cum vos de unitate verè deitatis naturæ discernitis? Testatur Filium ejusdem nature esse cujus sit Pater, quod negabunt Arriani, quoniam fit in Patre Filioque una invisibilis imago nature veritatis. Testatur & Spiritum sanctum ejusdem substantiæ fore cujus sit & Filius, quoniam exiit de unitate deitate Patris & Filii: quod dicens, liquidi monstrat quod procedat ab utroque: cum enim fit deitas Patris & Filii ejus unita, ut nullam differentiam recipere possit, non poterit procedere Spiritus de deitate Patris, nisi procedat & de Filio. Quemadmodum nec de Filii deitate, nisi procedat etiam de Patre; ab eoque unita deitas Patris & Filii non erit jam indifferens, si procedat Spiritus de deitate Patris, & non prius procedat de deitate Filii: ac per hoc non erit unita: quod est impiis & Arrianum. Dicitur ergo secundum fidem Catholicam, quod beatus Athanasius confitetur, Spiritum sanctum de unitate deitate Patris & Filii esse. Item testatur quod unus Spiritum potavimus. Quod dicitur approbat non aliam esse Patris Spiritum, & aliam Filii, sed qui sit Filius, sit etiam Pater, ipseque est de unitate verè deitatis naturæ, id est, Patris Filioque substantiæ, que tantæ unitate consistit, ut nulla separatione dividatur; cujus substantiæ dum Spiritus sanctus fit quoque unus, approbatur evidenter à Patre Filioque procedere, quibus in unitate naturæ deitatis conjungitur.

Item infra: «Hypocrite, quemadmodum suscipitis: Hæc unita operatur unus atque idem Spiritus, dividens unumque sicut vult: si cum de unitate deitatis operatione scemur? Unus deitas totus est sanctæ Trinitatis, in qua pariter consistit & persona Spiritus sancti, sine qua nec Trinitas erit.» Ergo dicitur deitatem unitate operatione conjungi, testatur Spiritui sancto Patrem Filiumque cooperari; nec posse naturæ scemur quoniam eadem operatio conjungat. Consequenter ergo de unitate consistat naturæ Patris Filioque Spiritus, quibus & substantiæ jungitur & operatione. Item: «Hypocrite, quomodo accipitis dictum fuisse: Idem Spiritus, idem & Dominus, idem & Deus? si cum vos verum Deum de verè naturæ, in omnibus mirabilia operantem non suscipitis? Spiritus & Dominus dicit & Deus: & verum quidem Deum de verè naturæ. Dum dicit de verè naturæ, confitetur non à se fore Spiritum sanctum, sed de verè naturæ Patris Filioque. Sicut enim naturæ veritate Pater & Filius non separantur, sic Spiritus sanctus de utroqueque verè naturæ verum Deum Spiritum sanctum esse, in omnibus mirabilia operantem.

Item: «Hypocrite, per quem subornatur

tractatus, facit credimus ea que scripta quædam sunt in hoc, que veteres indicant, sub aliis curis latere posse scripturam, si qua id laboris sui adstant.

Tbid. lib. 7

Joan. 14. 9.

Ephes. 4. 3.

1. Cor. 12. 13.

1. Cor. 12. 13.

Tbid. lib. 6.

lib. 5.

lib. 6.

sermo sapientie, sive verbum scientie, sive fides, sive gratia salutis, sive operatio virtutum, sive prophetia, sive separatio Spirituum, nisi quoniam de unita plenitudine est? Hæc omnia quæ commemorat, dona sancti Spiritus esse nemo fidelium ambigit. Inferens autem in conclusione hæc spiritus sanctum posse, quoniam de unita plenitudine est, profecto confitetur quod de Patre Filioque procedit. Unitæ namque plenitudinis divinitatis Patris est & Filii: nam cum sit plena divinitas Patris, & plena divinitas Filii, quia perfecta, quia non valens augeri ita tamen unita, ut non duæ plenitudines, sed una plenitudo; sicut nec duæ deitates, sed una deitas & dicitur, & existit; & de hac unita plenitudine Patris & Filii procedit, plenus & ipse consilens Deus, quia non valens augmenti recipere quantitatem. Si enim iuxta novam hæresim de Patre tantum procedit Spiritus, non de unita plenitudine procedit, quoniam non est illic communis Filii, singularitas ubi est Patris. Est autem hoc falsum atque hæretice pravitas plenum. Dicitur igitur iuxta beati Athanasii sententiam, de unita plenitudine procedere Spiritus sanctus, quoniam consilium de veritate dat Patris quum Filii verus Deus.

Item infra: Ergo quia dicit: Verbo Domini cæli firmati sunt. Spiritus enim eius omnis virtus & virtus: cognosce hoc Verbum substantivum non aliunde quam de Patre proprium natum fuisse; sed & Spiritum eius cum Spiritum dicit, qui de ipsa unita substantia procedit. Ariani negabant tam Filium quam Spiritum sanctum Patris esse consubstantiales, & ideo per totius disputationis textum perentem tam Filii quàm sancti Spiritus consubstantialem deitatem Patri contendit approbare; quemadmodum loco præfatis; Verbo Domini cælos firmatos dicens, Filii divinitatem; Spiritus vero eius omnem virtutem eorum, Spiritus sancti consubstantialitatem significat. De quo subiungit etiam, quod de ipsa unita substantia procedit. Insuper profecto quod de Patre Filioque procedat, quoniam est unita substantia. Hinc consequenter ait: Sic autem invenimus non ex alia natura quàm de ipsa. Subiungitur esse Spiritum sanctum. Misphemabam Ariani Spiritum sanctum ex alia natura fuisse quàm Patrem: nam contendebant eum esse creaturam. Quos explodens beatus Athanasius, dicit eum non ex alia natura esse, quàm Patrem; & de unita substantia Patris Filioque processisse. Ac per hoc testatur unitam esse Patrem & Filii & Spiritus sancti substantiam, quam Græci dantur esse & unitam ejusdemque esse Trinitatis operationem.

In libro octavo: Quomodo ergo duo ligna conjuncta mitti in fornacem ignis; & de duobus lignis procedit flamma inseparabilis; sic de Patre & Filii virtute procedit Spiritus sanctus, ipsam virtutem deitatis habens. Nemo pater Deum Patrem & Deum Filium tanquam duo ligna unius flammæ voluisse dicere beatum Athanasium subiectis Spiritus sancto, verum de rebus materialibus sumulæ similitudinem ejus rei, quæ non est materialis, vel loco dividibilis; & non ex toto, sed pro parte: nun enim creatura potest ex omni parte Creatori consensim inveniri, quæ de re sensum debemus potius intelligemus pendere. Dicit enim, non quia Spiritus sanctus de Patre Filioque procedit tanquam de duobus lignis unus ignis & inseparabilis, Spiritum sanctum dicitur separabilem videri;

vel tanquam duos Spiritus, unum Patris & alterum Filii, sed unum eundemque Spiritum sanctum, unum eandemque deitatis virtutem habentem, quam habet Pater & Filius, à quibus procedit. Nec hoc vel impossibile, vel incredibile videtur, quoniam in rebus materialibus invenitur aliquid de duobus nasci, quod singulariter subsistat, nec dualitatem recipiat. Item in eodem libro: Pater ita Filio, & Filius in Patre; Spiritus autem sanctus conjuncto divinæ virtutis, & unitis Trinitatis. Hæc dicens ostendit Spiritum sanctum characterem esse Patris & Filii, neque enim aliud est quo potentibus & convenientibus unitas sanctæ Trinitatis perficitur. Non tamen hic accipiendum hic characterem, quæ est Spiritus sanctus, ut sit qualitas, & non substantia, cum una sit persona sanctæ Trinitatis. Conjunctionem autem appellat Spiritum sanctum, vel unitatem Patris & Filii, quosiam de utroque procedens utrumque conjungit, manens ipse non divisus, non separatus, & consubstantialis; quosiam sanctæ Trinitatis unus exitus.

Item in libro fidei sic ait: Pater verus genuit Filium verum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam ex vita, perfectum de perfecto, totum à toto, pectus à pectore, non creatum, sed genitum, non ex nihilo, sed à Patre, unus subsistans cum Patre: & Spiritum sanctum verum Deum, non ingentum, neque genitum, non creatum, nec factum, sed Patris & Filii, semper in Patre & Filio. Et hic Spiritum sanctum nec genitum dicit esse, nec ingentum, tu quod Filius sit genitus, sicut superius dixi, Pater autem ingentus, nec tamen propterea vel creatum, vel factum, cum sit Patris & Filii Spiritus, semper in Patre & Filio permanens. Dicens autem Patris Filioque esse Spiritum, non tamen creatum, neque factum, ostendit ab utroque procedentem, qui tanquam consubstantialis & coæternus in Patre sit semper & in Filio, quo sanctæ Trinitatis unitas nec loco nec tempore separabilis esset. Item in libro decimo ponens testimonium Apostoli dicens: Quis enim cognovit sensum Domini quæ insuetum est? Nos autem sensum Christi habemus. Quo posito subiungit: Sensum autem Jesu Christi in substantia proprii Apostolorum Spiritum sanctum esse profectus est. Substantiam propriam Christi beatus Athanasius appellat divinitatem ejus, cujus substantiam sensum Spiritum sanctum esse probatur: sensum autem in hoc loco non secundum humani corporis vel auditum, vel visum sentiendum, sed secundum quod appellamus sensum animi, intellectum ejus significare volentes. Dixit autem intellectum Jesu Christi Spiritum sanctum, non quod non intelligat à se, ut intellectus ejus sit Spiritus sanctus: est enim sapientia Patris; Attingens à se usque ad finem fertur; & disponens omnia suaviter: sed ideo vult Christi sensum accipi Spiritum sanctum, ut nos instruat de Christi substantia Spiritum esse factum: sicut enim sensus animi non potest ab animo separari, nec aliunde quàm ab animo nascitur, ita Spiritus sanctus cum dicitur secundum Apostolum sensus esse Jesu Christi, non à substantia divinitatis Christi separatur, nec aliunde quàm ex eâ procedit; est enim consubstantialis Filii, processionem habens ipsius de divinitate substantia.

Et postremo: Audientes ergo & Salvatorem dicentem: Ego sum vita. Et Paulum dicentem: I-

Item lib. 11. de fide unitatis ad Theophilum.

1. Cor. 1. 16.

Sap. 8. 1.

Joan. 14. 6.

In libro octavo: Si edita consulas, hæc non in libro octavo tractatus de proprii possessio, sed in decimo de fide mansu repetit. At igitur Athanasii locum à Baronio male indolentem dicitur à Neomaque, nam & Anax Paphlagonis Episcopus, cap. 37. libri adversus Græcos usit, è

libro octavo de fide unitate eadem sententiam hâere verbum. Quosdam librorum Barozano & Anax possidentem editionem librorum Athanasii hæreticè dicere maluerunt: accenside hinc, ut que ab antiquis è Magno illo viro scripta sunt, non ita facillè inveniantur.

Gen. 1. 1.
Galat. 4. 6.
Jan. 10. 12.

« *Lex enim Spiritus vita.* Et rursum, *Missi Deus*
« *Spiritus Spiritus in corda nostra.* Videntes etiam
« *Unigenitum in faciem Apostolorum insipientem,*
« *& dicentem: Accipit Spiritum sanctum: inspira-*
« *tionem Filii in propria vita & substantia manentis,*
« *Spiricum esse docuit. Et neque genitum, neque*
« *creatum esse à Filio sapimus. Quibus omnibus*
« *instruimus Spiritum sanctum de Filio procedere, &*
« *in propria vita substantiaque manere. Et licet in-*
« *spiretur à Filio, quod est eum de Filio procedere,*
« *non esse tamen neque creatum, neque genitum ab*
« *illo. Non est enim neque Filius, neque creatura Spi-*
« *ritus sanctus. Quibus evidenter instruit eisdem*
« *Spiricum sanctum esse substantia, cujus est & Fili-*
« *us, utpote procedens ab illo; nec qui sit unus de*
« *creaturis, sed creaturam Sanctificator. Unde cum*
« *dicit eum secundum Apostolum Spiritum Filii, non*
« *vult eum intelligi subiectum, quia non est creatus,*
« *sed vult ut intelligatur procedens, non tamen ge-*
« *nitus, quia non est Filius. Accipit tamen de sub-*
« *stantia Filii propriam essentialiam, quoniam est una*
« *sanctæ Trinitatis persona.*

Prin in Eb.
Disp. adv.
Aratun.

Item in libro disputationis adversus Arrium:
« *Apparet Spiritum sanctum à Patre & Filio sub-*
« *stantia non esse alienum, dum non à seipso tam-*
« *quam alienus & extraneus, sed utpote unus ejus-*
« *demque nature socius, quæ Patris & Filii commu-*
« *nita sunt agit & loquitur; nam si de propriis lo-*
« *queretur, non solus à Patre alienus, sed & fallax*
« *& deceptor proculdubio haberetur. Quoniam, ut*
« *ait Filius, Omnis qui loquitur mendacium, de pro-*
« *prio loquitur, & ideo hæc verum loquitur, quia*
« *non de proprio, sed est, non à seipso, sed Pa-*
« *tris & Filii quæ loquenda sunt loquitur: De meo,*
« *inquit Filius, accipit, & annuntiabit vobis. Et*
« *ut ostendens hoc esse à se accipere, quod est etiam*
« *de Patre sumit, ait: *Idem dixi, de meo acci-**
« *piet, quia omnia quæ habet Pater, mea sunt. Vi-*
« *des ergo Spiritum sanctum à Patre & Filio non*
« *esse alienum, dum ea loquitur quæ Patris & Filii*
« *propria esse nesciunt. Luce clarissè ostendit*
« *Spiritum sanctum de Patre Filioque procedere, &*
« *ambubus esse consubstantialem. Aut enim eam à Pa-*
« *tris & Filii substantia non esse alienam, quoniam*
« *non sit à seipso, sed ab eis à quibus procedit:*
« *& quoniam sit ejusdem nature substantiaque en-*
« *jus est Pater & Filius, non loquitur propria, sed*
« *quæ Patris & Filii sunt communia. Non enim est à*
« *seipso, & sicco quæ loquitur, eorum esse con-*
« *stat à quibus accipit, ut & sit, & agat, & loqua-*
« *tur. Sicut nec de propriis loquitur, sed à Patre quod*
« *loquitur accipit. Omnis qui loquitur mea locum de*
« *proprio loquitur: & idcirco beatus Athanasius Spi-*
« *ritum sanctum dicit verum loqui, quia non loqui-*
« *tur de proprio, non enim est à seipso, sed ea lo-*
« *quitur quæ sunt Patris & Filii; quoniam sicut con-*
« *substantialis est illis, ut precepta ab illis quæ loqui-*
« *tur, non præis exalendo, & postea accipiendo, sed*
« *procedendo accipens. Et inducit Filium dicentem:*
« *De meo loqui, accipit, & annuntiabit vobis. Et*
« *cur hoc dixit, exponit eum subjungit. Hoc est,*
« *inquiens, de Filio accipere, quod est etiam de Patre*
« *sumit; quoniam Pater & Filius sicut substantia*
« *non separantur, ita in processione sancti Spiritus*
« *nullo modo dividuntur. Idcirco subjungit Filium di-*
« *xisse: Propterea, inquit, dixi, de meo accipit: quia*
« *omnia quæ habet Pater, mea sunt. Ostendens Spi-*
« *ritum sanctum cum procedat à Patre, procedat & à*
« *Filio; & cum procedat à Filio, procedat etiam & à*
« *Patre. Unde in fine concludens ait, Spiritum sanctum*
« *à Patre Filioque non esse discretum, quibus*
« *& natura jungitur & operatione. Nam ea loquitur*

Jan. 2. 44.

Id. 14. 14.

Id. 9. 15.

Id. 2. 44

Id. 14. 14

Id. 15.

& ait quæ Patris & Filii propria esse nesciuntur, ab
« utroque procedens, ab utroque percipiens sicut effe-

« *Sufficiant illa nos dixisse de Spiritu sancto, aucto-*
« *ritatem majorum imitantes, nos quidem approbare*
« *volentes, quod Dominus sit & consubstantialis Patri Fi-*
« *lioque coæternus, & per omnia secula potestatis, si-*
« *mili virtutis, unius ejusdemque majestatis. Hæc*
« *namque quælibet sanctorum disputatione Patrum*
« *vestigia atque determinata est, expugnantium per-*
« *fidiam hæreticorum, qui de Spiritu sancto male sen-*
« *tientes negabant eum esse Deum verum: nobis solum*
« *ex hoc non multa disputandi necessitas incubat,*
« *quævis non pauca sint à nobis ex hoc dicta, cum se*
« *locus obtulit. De processione verò ipsius plura sunt*
« *dicta, de quæ questio nata est; quæ sufficere credi-*
« *mus putari: amantibus, & veritatem diligencibus,*
« *magisque sapienter lumen quam tenebris erroris*
« *sciantibus. De quibus utriusque loquitur Spiritus*
« *sanctus in Salomone, dicens: *Noli arguere deris-**
« *orem, ne oderis eum. Argue sapientem, & scilicet ac-*
« *cepere. Et rursum: *In auribus insipientium ne lo-**
« *quaris: non enim recipiunt nisi dixeris illa quæ ver-*
« *sumus in corde eorum. Quapropter videtur Spiritus*
« *sancti calumniosiores, ne volentes recipere sapienter*
« *disciplinam, illis comparetur, qui suam præferre*
« *volunt insipientiam sanctarum regulis scripturarum.*
« *Hæc tamen modicum, non desuperiores, quia nihil*
« *ex ratione vel veritate non vel audent, sed novitatis*
« *allentores, quibus imiles esse dicamus? Cum enim*
« *negare voluit Spiritum sanctum de Filio procedere,*
« *unde quod dicunt comprobent, nullam vel ratio-*
« *nationem, vel auctoritatem ostendunt: unde timor*
« *potius levitatis esse videtur, quam prudentie gravi-*
« *tas. Adro denaque arrogat sibi, ut quidquam asse-*
« *rent, auctoritates esse viciat: similes eis qui cæci*
« *non videntes lucem, jurant solis præsentiam non esse*
« *super terram, cum dies sereno lumine fulgat. Sed*
« *dicamus illis quod Salvator Judæis loquitur: *Ser-**
« *vamini scripturas. Illa sunt enim quæ testimonium*
« *perhibent de me. Sic de illis sacrarum volumina scri-*
« *pturarum serutentur. Et illæ sunt quæ testimonium*
« *perhibent eadem Spiritui sancto quod de Patre Fi-*
« *lioque procedat. Evolvat Catholicorum dogmata*
« *Patrum; & reperient unde suum corrigant errorem,*
« *deponantque fluctuantem timorem, quo putant sibi po-*
« *tius quam veritati credendum, & majorum aucto-*
« *ritatem suæ velantur pollucendam: dicant præ-*
« *quod appetunt docere, ne dum imperium suam pro-*
« *summi peritæ voluerint pectare, similes illi fiant,*
« *qui postquam elatus est in sublime, dicente Salomone,*
« *fluitus apparuit.*

Prin. p. 1.

Id. 14. 15.

Jan. 5. 19

Prin. p. 1.

« Verum tempus est jam ad reliqua quæ criminose
« profertur, transire, quibus dum gerunt Latinos
« reprehendere, quam sine ipsi reprehensibiles, liquidè
« demonstrant.

Explicit liber tertius.

INCIPIT LIBER QUARTUS

RATRAMNI CORBEIENSIS MONACHI

CONTRA GRÆCOS.

CAPITULUM PRIMUM.

est namque perfectionis summam allequit; quod fecerunt qui cuncta sua vendentes pauperi ut ea distribuabant, & pauperes Christum ipsi pauperes effecti sunt sequuti: aliud autem qui vix præcepta paucæ complectentes inter initia religionis continebantur, nec tamen ob hoc alieni facti sunt ab eis qui summa tenebant, illi qui minima, veluti dicam, præcepta sectabantur. Etenim licet observantia fuerint qualitate disparæ, fidei tamen usitate sociabantur.

Eusebius Cæsariensis Episcopus in historia Ecclesiastica scribit de Cædemonibus qui morabantur Alexandriæ, quod religionis fervore detinebantur, quam excellenti conversationis philosophi scilicet gererent. At ergo, si tribus omnium resuscitant cuncta sacrificiosius suis, qui se ad huiusmodi philosophiam dederunt, & bonis suis quibus intererant, valent. Tum deinde quod omnes etiam vix sollicitudines procul abiciunt, & extra urbem egressi in hortulis, vel exiguis quibuslibet agellis degunt, resurgentes inanis propulsi confortem, & vite dissimulis contubernia: scientes impedimento esse hæc arduum volentibus iter veritatis accedere. Et post illa: Est autem, inquit, in singulis locis constituta orationis domus, que appellatur Sermion, vel monasterium. Seminum autem significare potest honestorum conventiculum, in quod secedentes honestæ & casta vite mysteria celebrant. Nihil illuc profusius quod ab cibum potumque pertinet inferentes, vel reliqua humani corporis ministeria, sed Legis tantum libros, & volumina Prophetarum, hymnos quoque in Deum, ceteraque his similia. In quorum disciplina & exercitiis instituti, ad perfectam beatamque vitam studis ingulis coalescant. Ab ortu autem diei usque ad vespertam omne eis spatium studiorum exercitiis ducitur: quibus ad divinam Philosophiam per Græcas litteras imbuantur; Patrum leges in allegoricam intelligentiam deducentes; et quoniam formas esse & imaginem ea que in legis literâ scripta sunt, operantur, latentem intertullebis profundis casualium divinæque mysterium. Et in consuetudinibus: Continentiam verò velut quoddam fundamentum primò in animâ collocant; & ita demum reliquas super hanc pergunt edificare virtutes. Cibum potumque nullus eorum capit ante solis occasum; valeatque tempus lucis cum Philosophiæ studis, curam verò corporis cum nocte sociantes. Nonnulli autem etiam post triduum in communione veniunt cibi, quos scilicet elacore studiorum fames perarguet. Jam verò hi qui in eruditionibus sapienter, & in profundiore intelligentiâ scripturarum voluminum convertantur, tamquam copiosis dapibus inhiantes, expleri nequeunt, & contentuâ acris inflammantur, ita ut nec quarto jam, nec quinto, sed sexto die demum, non tam desideratum quam necessarium corpori indulgeant cibum.

Hæc scribens de conversione Cædemonum, non Alexandriam tantum, verum per Ægyptum passim inhabitantiam, docet quantum suorum conversione dubitabat ceteris per totius orbis amplitudinem Cædemonibus. Si quidem hi desiderio patrie cœlestis adit incaleverant, ut his merat diceretur: *Vestra autem conversio in celis est.* In eam liquidem commorantes, Angelicam, ut ita dixerim, in terris vitam agebant. Fertur enim per beatum Marcum Evangelistam, quem miserat Apostolus Petrus à Roma Alexandriam ut Evangelium Christi illi regioni pro-

qui rei largitus operam dant. Quamquam etiam Eusebio deinde adnotantur hic viti & imperitia, & nostræ usque doctrinæ, non paucos video qui in Eusebio illis subditum videri, quod Christianos potius quam Judæos indicet, & utem edicere esse sub iudice, non immerito dixerit.

Ostera que sequuntur dum sapienter parum, imperitæ verò non parum contemere videantur, poterant omitti, si non emnis prudentibus erroris scandalum videretur posse partire. Dum enim talia sunt que formam pietatis videantur ostendere, plurimos valent incautos decipere, non valentes discernere quid inter veram simulatamque distet religionem. Etenim cum nihil de dogmate fidei contineant, in quo Christianitatis plenitudo consistit, verum consuetudinem lux Ecclesiæ tantummodo narrent, nihil illinc vel approbandum, vel refutandum nostræ restat Ecclesiæ. Non enim contematur in hoc illud Apostoli dicens: *Officere vobis ut idem dicatis omnes; & non sint in vobis ulla scissura. Quæ sunt autem de quibus obsecræ idem sentire, idem loqui, nec ullam fieri divisionem, monstrat abbi, dicens: Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus & Pater omnium, qui super omnes est, & in omnia volens.* In his enim nulli sit diversitas credentium, quando sanctæ Trinitatis confessionem, & Salvatoris nostri Jesu Christi nativitatem ex Virgine, passionem, mortem, resurrectionem, in cœlo ascensionem, ad dextram Patris confessionem, & eode credimus, ut iustificemur, & ore confitemur, ut salvemur: sed & ipsum venturum tam vivorum quam mortuorum iudicem: & unum baptisma in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, æquali confessione quicumque sumas. Chæritatem tenemus & confitemur. In his enim obsecrat nos Apostolus idem fidei, non diversi sentire.

Ceterum consuetudines Ecclesiarum nec eadem sunt omnes, nec ab omnibus possunt uniformiter haberi. Principio si quidem nascentes Ecclesiæ Apostolorum acta testantur quod qui Hierosolymis erant credentes, nihil proprium possidebant: possessiones autem quas habebant, vendebant, eorumque pretia coram pedibus Apostolorum ponebant, distribuebantque singulis prout cuique opus erat: erant enim eis omnia communia. At verò de Gentibus qui crederent non eadem religionis forma detinebat: scribit enim in eisdem Acta Apostolorum, que per Apostolos præcepta susceperant, quæque servantes salutis æternæ participes essent. Hæc autem erant, ut absterent se à simulacrorum cultu, à fornicatione, & sanguine, & suffocato nihil enim super voluerunt eis imponere: sicut literæ testantur Cædemonibus de præcepto ab Apostolis missæ, in quibus hoc scribitur: *Vigilare est; inquit, Spiritus sancti & vobis nihil aliud imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: ut abstinatis vos ab immolatis simulacrorum, &c.* Et in conclusione: *A quibus custodiamus vos bene ageris.* Quis non videt diversam esse religionem consistentem: nihil proprium possidere, sed communiter vivere, & omnia sua retinere, neque nisi paucissimis præceptis mancipari? Aliud

In primis autem Hic sacrarum doctrinam monere, Rationem huiusmodi idem exponere, ita que illic exceptio est Platone acceptæ, ac si nemo dubium esse possit, vel illi quovis nomine Philo deponit, inter Christianos existens. Quod postremo non sic esse videtur omnes,

Dubiteris facile ostenditibus opus.

1. Cor. 1. 10.

Quid in Ecclesiâ militare ab omnibus meminerit. Epist. 4. 1.

Monstrat ostenditibus. Act. 4. 34.

Mat. 18. 15.

Mat. 23.

1. Eusebius. Hist. Eccles. lib. 5. cap. 14.

Philos. 1. 10.

dicant, scilicet sic institutos. Nam verò propterea ceteris in orbe toto Christi Ecclesias longè aliter degenere, sua communiione privarant, vel in suas ritus liturgie consuetudinem transmutare solentabant. Novarum enim insuetudine non solum hominum, verum etiam Ecclesie datam esse gratiam secundum mensuram donationis Christi nec tamen illi, qua continentiam velut fundamentum quoddam præbendo conferendum constituerant, superius condemnabant: nisi forte putandum apud eos Episcopos atque Presbyteros uxores duxisse, apud quos eorundem ipsos etiam Laicos superius abstinuisse. Sed neque prædabant omni Sabbato, quos constat usque ad vesperam continuata perduxisse jejuniis; plurimisque aliorum mensuram vel sextæ die cibum corpori vix præbuisse.

Videntur igitur Græcorum Episcopi, veluti et Principes, quam posse reprehendunt Romanos in Sabbato jejuniis. Ergo reprehendant et alios omni die jejuniis, reprehendant etiam totam hebdomadam jejuniis continentiam. Quod quia stultum esse comitur, ex hoc scilicet vitium vel injudicantiam, vel levitatem sua perficiant errorem, & hincant potius virtutis imitatores existere, quam jejuniis devotare. *Non enim, ait Apostolus, regnum Dei est esca & potus, sed iustitia & pax.* Et Salvator dubiosum non prædando, sed jejuniando vicit. Nec sine consuetudine religionis omnes Christi velint Ecclesias tenere; quam vident tam Apostolorum temporibus, quam discipulorum eorum, diversis observantiarum institutionibus fuisse; nec tamen hæc diversis, hæc observantia dispares existierunt.

CAPUT II.

Scribit Apostolus Thessalonicensibus: *Pax enim, inquit, amicitia, caritas, pax, caritas, Ecclesiarum Dei que sunt in Indis in Christum J. & S. Ista dicens offendit etiam Ecclesiam Cædentinam de gentibus non equaliter esse virtutes, venim diversa munera, ac per hoc diversa quoque consuetudinis. Quod etiam beatus Hieronymus in prologo epistolæ Pauli testatur, dicens; non eas ordinem ut scripte sunt, sed quemdam gradum tenere præcedendum; ut primum locum epistolæ continent, que nihil fuerant ad Ecclesias, quibus minor observantia doctrina vel vitæ meret. Medium verò teneant, que nihil fuerant his que jam ab initiis recellerant, necdum tamen perfectionis calmen obtulerant. Ultimum verò, que nihil fuerant perfectionis gradum obtulerant, que tam licentia quam vitæ emendatâ præpollerant, ut inter se multos, super se vero nihil haberent. Quod enim in his monstratur, uti quantum erat differentia in scientiâ & vitæ Ecclesiarum, etiam quoque non eadem esset consuetudo religionis. Superius longè aliter se gerant qui Hierosolymis fuerant communiter viventes, & in fratribus partem communicantes, & oratione perseverantes, nihil proprium possidentes: atque longè aliter qui sua que possederant retinentes, secundum gratiam sui divinitus impertitam Evangelium Christi, vitâ, moribus, & fide commendabant. Inter quos plurimum extollit Apostolus Thessalonicensium, quibus donatum est ut eadem potenter à contrariis suis, que passi sunt & hi qui Hierosolymis morabantur, à Judæis.*

De vitâ quoque Ecclesiarum consuetudine **S**OCRATES in historiâ Ecclesiasticâ sic loquitur: «Quod verò ex consuetudine quadam per promotiones celebratur Pascha, hinc scitum quod nulla religio valescit videretur servare solemnitate. Nam cum omnia sint fidei, plurima tamen disponunt circa

Pascha legitima; quæ pauca dicenda sunt. Nam in ipsâ jejuniis aliter apud alios inveniri observari: Romani enim sex ante Pascha septimanas, præter Dominicam, sub consuetudine jejuniis. Illyrici verò & tota Hællas, Alexandria quoque ante sex septimanas jejuniis; etaque perjana: Quædamque vocantur. Alii verò ante septem Pascha septimanas jejuniis facere consueverunt. « Et post pascha: « Sed etiam ciborum abstinentiam non similes habent: nam alii omnino ab animalibus observantia animantium pisces salutaritudo concedunt; quidam cum piscibus vescuntur & volatilibus, ducunt hæc secundum Moysen ex aquâ habere substantiam; alii verò etiam carnibus & ovibus abstinere nolunt: quidam sicut tantum pane vescuntur; alii neque hoc: nisi usque ad novam jejuniis horam, sine discretione ciborum reficiunt. Et innotuitabiles consuetudines apud diversos invenimus. Et quia nihil lectio ex hoc invenitur antiqua, post Apostolos singularum hoc reliquit sententiam, ut uniusquique operetur non timore, non necessitate, quod bonum est. Sed etiam circa ad beatitudinem quædam diversitas invenitur. Nam dum per Ecclesias in universo terrarum orbe constitutas, die Sabbatorum per singulas hebdomadas sacris celebrantur, hoc in Alexandria & Româ quadam præca traditione non faciunt. Ægypto verò Alexandria vicinis, & Thebais habitatoribus, Sabbato quidam collectas agunt, sed non sicut oritur est sacramenta percipiunt: nam postquam fuerint epulati, de cibis omnibus impleti i. circa ad vesperam oblatione factâ communicant. Rursum autem in Alexandria quarta & sexta feria scripturæ leguntur, etaque Doctores interpretantur; & omnia sunt præter solemnem orationis morem. « Item in iudæa: « In eadem Alexandria Laicos, & Psalmi pronuntiatores, indifferenter sunt, sive Cathæcumis, sive jam Christianis, dum omnes Ecclesie iam fideles in his omnibus habere videntur. Ego quoque cognovi in Thessaliâ aliam consuetudinem, dum quidam Clerici ante Clericatum legitime duxerunt uxorem, qua cum ad mixtum fuerit post Clericatum, abdicatus est: dum in Occente cuncta spontanea voluntate, & non aliqua necessitate, etiam Episcopi semetipsos abdicant. Plurimi enim eorum etiam Episcopatus tempore ex legitima uxore etiam filios habuerunt. Hoc quoque in Thessaliâ servari cognovi, quoniam apud eos in diebus Pasche tantummodo baptizantur; quapropter plurimi sine baptizante moriuntur. In Antiochia verò Syriæ aliter non ad Orientem Ecclesie, sed magis ad Occidentem habent. In Hællada, Hierosolymis, & Thessaliâ ad tempus vesperarum orationes similes Novarum Constantinopolitanam degentibus habent. In Cæsarea Cappadocæ, & Cypro, die Sabbati & Dominico circa vesperam cum lucernarum Episcopi atque Presbyteri scripturas interpretantur. In Alexandria Presbyter non facit sermonem; & litteras mutuum accepit ex quo Arrius Ecclesiam conturbavit. Romæ Sabbato universi jejuniis. In Cæsarea Cappadocæ eos qui post baptismum delinquant, à communione suspendunt. Novatiana contra Phrygam huiusmodi non recipiunt: Constantinopolim verò, neque aperte recipiunt, neque palam removere solentur: in occidentaliibus verò partibus apud recipiunt.

Longum fuit hic cuncta voluerimus colligere, que per Ecclesias toto orbe dispositas multiplex var-

113.
Variationem
obviam
sua.

114.
Tid. post
pau.
Ritus divini.

Rom. 14. 17.
Stat. 4.

117. 14. 14.

SOCRATES
lib. 1. cap. 14.
1. Justinus
Quædam
fines dicitur
modis n. m.
religionis.

Itaque dicitur: *Sicut misit me Pater, & ego misit uos, ad est charitate uos diligo cum inter scandala persequutorum meo, quia me charitate Pater diligit, quem uenire ad tolerandas passionis fecit. Quamuis mitti etiam juxta naturam diuinitatis possit intelligi. Eo enim ipso à Patre Filius mitti dicitur, quo à Patre generatur. Nam sanctum quoque Spiritum qui, cum sit æqualis Patri & Filio, non tamen incarnatus est, idem se Filius mittere perhibet & dicens: Cum uenerit Paraclitus quem ego misit uobis à Patre. &c. usque ad: debeat ad amorem Domini.*

Joan. 16. 11.

Item idem in libro Moralium secundo.

In d. 15. 26.

CAP. LVII.

Si prophetia Spiritus Prophetis semper adesset, David Regi de templi constructione consulenti, nequaquam Nathan Propheta concederet, quod post paululum negaret. Unde bene in Euangelio scriptum est: *Super quem uideris Spiritum descendit & mansit super eum. hic est qui bapti-*

Cap. 17.

Joan. 1. 35.

[in libro expositionis] Nasce omnes uoxes ejus expositionis scripturam fuisse non Augustinum, sed Iulianum, cujus inter opera edita est anno 1674. pag. 705. *et essentia separationem.* Sic multum ex edito, quoniam quod auctore legatur opinionem.

In d. c. 11.

In d. c. 11.

In d. c. 11.

In d. c. 11.

In d. c. 11.

In d. c. 11.

In d. c. 11.

In d. c. 11.

In d. c. 11.

In d. c. 11.

Et in cunctos namque fideles Spiritus venit, sed in solo Mediatore singulariter permanet; quia ejus humanitatem nunquam deserat, ex ejus divinitate procedit. In illo itaque manet, qui solus & omnia & semper potest.

CAP. LVIII.

Item idem in eodem libro post pauca:

Cap. 18.

IN his igitur donis sine quibus ad vitam perveniri non potest, Spiritus sanctus sive in predicatoribus suis, seu in electis omnibus semper manet, &c. *vsque ad: manet ad cuncta.*

CAP. LIX.

Item idem in libro quinto: *Quid Spiritus sanctus de Patre procedat: & de eo quod est Filius accipiat: ubi intelligitur & ab eo procedere.*

Cap. 16. 7^o + 16.

ET vocem quasi aura lenis audiri. Quid enim per vocem auræ lenis, nisi cognito Spiritu sancti designatur i qui de Patre procedens, & de eo quod est Filius accipiens, nostræ tenuiter notitie infirmitas insinuat, &c. *vsque ad: illuminando perturbat.*

CAP. LX.

FULGENTIUS: *Quid solus Pater generis Filium, solus Filius à Patre generis sit, solus Spiritus sanctus à Patre Filioque procedat, in libro tertio quem scripsit contra Fabianum, sic dicit:*

Veraciter quippe profitemur, solum Patrem genuisse, solum Filium de Patre natum esse: veraciter enim dicimus solum Spiritum sanctum de Patre Filioque procedere.

CAP. LXI.

Item idem in libro quinto contra eundem Fabianum.

ECCE in quantum potui, licet breviter, reddidi rationem, quò unum Deum dicamus Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & in ipsa imagine Dei ostendi quoddam divinæ ignitionis indicium. In quâ quidem imagine, memoria, intelligentia & voluntas non habent singulas propriasque personas. Imago quippe est illa non nata, sed facta; non genita, sed creata. Ad hoc utique, ut sicut in istâ unâ imagine invenitur quædam discretio vocabulorum, sic in illâ unâ divinitate cognoscatur discretio personarum; & naturalis unitas ostendat unum Deum esse Patrem & Filium, & Spiritum sanctum; personarum verò proprietates demonstrat alium esse Patrem, alium Filium, alium Spiritum sanctum. Alium autem Patrem, non eo quod Deus est, sed eo quod Pater est: & alium Filium, non eo quod Deus est, sed eo quod Filius est; alium quoque Spiritum sanctum, non eo quod Deus est, sed eo quod & Patris & Filii Spiritus est. Alium ergo Patrem, quia genuit; alium Filium, quia de Patre natus est; & alium Spiritum, quia de Patre Filioque procedit. Non tamen alium Deum Patrem, & alium Deum Filium, & alium Deum Spiritum sanctum; sed unum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Non enim confundit unitas Trinitatem, nec Trinitas separat unitatem; quia quod in personarum proprietate discernitur, hoc unum naturaliter essentia unus communiōne monstratur.

CAP. LXII.

Item idem in libro VII. ejusdem Operis.

Jan. 16. 7^o

Non enim loquitur à semetipso; sed quacumque audire loquitur, & que ventura sunt annuntiat vobis. Ille me clarificabit, quia de me acci-

à Fulgentio: Nihil ex ista Fulgentii libro est, prout hæc fragmenta, quæ Theodulfus etiam extipit in

pit, & annuntiat vobis. Ecce primum ostendit non esse alia Spiritus sancti, quàm quæ sunt. Fuit. Deinde ut ostenderet omnia sua esse quæ Patris sunt, adjecit: *Omnia quacumque habet Pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiat vobis.* Illud igitur primitivè attendendum quod ait: *Non enim loquitur à semetipso, sed quacumque audire loquitur.* Quis autem comprehendat qualis sit illius simplicis naturæ loquutio, vel qualis auditio, ubi non est aliud audire quàm esse? Audit itaque Spiritus sanctus quacumque Pater & Filius dicit, & hæc eadem similiter facit. In illa enim naturâ, ubi est summa & vera simplicitas, ut eo Filius videt quod Pater facit, Spiritus sanctus audit quod eam Patre Filius dicit, quia communiōne naturalis essentia, & Filius de Patre natus est, & Spiritus sanctus de Patre Filioque procedit. Hoc igitur est Spiritui sancto audire, quod est de naturâ Patris Filioque procedere: & hoc est loqui, quod est per gratiam nostris cordibus ineffabiter intinare.

Item idem in eodem libro.

Idem

CAP. LXI

Jan. 10.

ET non rapit eas quicquam de manu meâ. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater unus sumus. Hæc est ergo vox quam oves ejus audiunt: quæ sciunt in eo quod nemo rapit de manu Filii, neque de manu Patris, unam virtutem Filii & Patris intelligunt; & audientes ab eo quia ipse & Pater unus sunt, unitatem veram in Patre & Filio essentia naturalis agnoscunt. Hæc est vox illi, hæc est loquutio Spiritus sancti, quia de naturâ Patris natus est Filius, & exinde procedit Spiritus sanctus. Hoc etiam à Patre & Filio Spiritus sanctus audit, quia de Patre & Filio communis divinitatis equalitate procedit. Non ergo Spiritus sanctus loquitur à seipso, quia non est à seipso, sed de Patre & Filio habet naturalem loquutionem, unde naturaliter procedens habet originis veritatem. Ad hoc mihi pertinet quod ait: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiat vobis.* *Omnia que habet Pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet.* Quàm benè veritatem doctrinæ suæ veritas ipsa servavit! Si enim hoc non dixisset, quâsi suum esse tantùm Spiritum ostendisset; sed dicens: *Omnia que habet Pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet;* ipsum Spiritum sanctum unum esse ostendit de Patris & Filii. Cujus intelligentia dicens: *Patris autem Spiritus sanctus, quem mittit Pater in nomine meo: ille vos docetibus omnia quacumque dixerit vobis.* Pater mittit, sed in nomine Filii mittit; Spiritus missus à Patre docet, sed Filius dicit. Hoc etiam illo demonstratur loco, ubi Dominus dicit: *Cum autem venerit Paraclitus quem ego mitto in vos à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Hæc hic paraclitum quem mittit Pater in nomine Filii, ipsum mittit Filius à Patre: mittit autem à Patre Spiritum veritatis. Mittit ergo à Patre Spiritum sanctum, quia ipse est veritas: mittit eum Pater in nomine Filii, quia unus Spiritus est Pater & Filius. Mittit eum Filius à Patre, quia sic procedit à Filio, sicut procedit à Patre. Idem quoque Spiritus Patris, qui Spiritus est veritatis. De Filio ergo accipit, & omnia quæ habet Pater, Filii sunt, quæ Spiritus sanctus accipit: quia non de solo Patre, nec de solo Filio, sed simul de utroque procedit. Hoc autem

Idem 11.

Idem 12.

Idem 13.

Idem 14.

libro de Spiritu sancto.

vocabulum

votabulum processionis de Patre nulli creaturæ inuenitur indulum, ut proprietatis sui processionis solius esse demonstretur essentia naturalis. Legimus enim Filium de Patre genitum, & quamuis in eo quod unigenitus dicitur, in solo naturali generatione demonstratur, tamen propter gratiam adoptionis nos quoque Deus Pater voluntariè genitus verbo veraciter. Unigenitus igitur unus & solus est de Patris essentiali filius natus; sed & nos per adoptionem & Fili Dei dicimur, & de Deo nati, beato Evangelista dicente: *Quosquis autem receperit eum, dedit eis partem filias Dei fieri. his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Cuius ergo nollet Dei filius, & de Deo genitus, & de Deo natus diuini ostendatur eloquijs, processionis tamen de Deo vocabulum nemo potest creaturæ cuiquam docere concessum. Quid ita, nisi quia unigenitum Filium possit naturalis natiuitas verum Deum ostendere, cumque non adoptiuum, nec diuersitæ naturæ, sed consubstantiali Patri sine dubitatione monstrare. Procedere autem de Deo ideo nulla creatura dicitur, ut ille qui procedit de Patre & Filio, sic esse credatur Deus, sicut est Pater & Filius: solus est enim Spiritus sanctus de Patre & Filio procedens illa processionis, cuius est cum Patre & Filio natura communis. De Patre quippe ac Filio procedit, sed non recedit; nec est in aliquo minor aut subditus, qui de Patre immenso, ac de immenso Filio inseparabiliter & unus procedit & totus. Sic igitur ei non potest imperari quod mirabiliter operatur.

sancto missum esse reflat in libro secundo quem scripsit ad Trasmondanum Regem.

Jam nunc etiam illa nobis est de Spiritus sancti missione questio reuoluenta, &c. *vsque ad: quoniam localis aduentus.*

Lib. 1. ad Monachum c. 4.

ISIDORUS Spalenſis Episcopus in libro secundo Officiorum inter cetera sic dicit:

CAPITUL. LXVIII.

Cap. 33.

Hæc est autem post Apostolicum Symbolum certissima fides, quam Doctores nostri tradiderunt, ut profiteamur Patrem & Filium & Spiritum sanctum unius essentia, eisdemque potentia & sempiternitatis, unum Deum inuicem; ita ut singulis personarum proprietate seruatâ, nec substantialiter Transitus diuidi, nec personaliter debeat omnino confundi. Patrem quoque confiteri ingentium, Filium genitum, Spiritum autem sanctum nec genitum nec ingentium, sed ex Patre & Filio procedentem; Filium à Patre nascendo procedere, Spiritum verò sanctum procedendo non nasci.

ISIDORUS in libro septimo Etymologiarum: *Quid Spiritus sanctus a Patre Filioque procedat, sic dicit.*

CAPITUL. LXX.

Cap. 3.

Spiritus sanctus ideo predicatur Deus, quia ex Patre Filioque procedit, &c. *vsque ad: hic non est ejus.*

Item idem in eodem Opere post pauca.

CAPITUL. LXX.

Ibid. cap. 4.

Pater igitur & Filius & Spiritus sanctus Trinitas & unitas. Idem etenim uouum, idem & tria. In naturâ, unum, in personis tria. Unum propter maiestatis communionem, tria propter personarum proprietatem. Nam alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, sed alius, nonquidem aliud: quia pariter simplex, pariterque incommutabile bonum & coeternum. Pater solus non est de alio; ideo solus dicitur ingentius. Filius solus de Patre est natus, ideo solus appellatur genitus: Spiritus sanctus solus de Patre & Filio procedit, ideo solus jam ambozum nuncupatus Spiritus.

Item idem in libro Differentiarum.

CAPITUL. LXXI.

Lib. 1. cap. 3.

Inter personam Patris & Filii & Spiritus sancti ita discernitur, quod Pater nec factus nec natus est, Filius natus non factus, Spiritus verò sanctus nec natus nec factus, sed ex Patre procedens, &c. *vsque ad finem capituli.*

Item idem in libro Sententiarum.

CAPITUL. LXXII.

Lib. 1. c. 17.

fol. B. 4.

Spiritus sanctus creator est, sicut Pater & Verbum, testante Propheta: *Spiritus Domini fecit me, & in spiraculis omnipotentis uiuificauit me.* Spiritus sanctus Pater & Fili est; & inde unum sunt Pater & Filius quia nihil habet Pater quod non habeat Filius. Non enim res una & doctum consubstantialis poterit simul ab eis procedere, & simul inesse, nisi unam fuerint à quibus procedit.

PROSPER in libro de uitâ contemplatiua: *Quid Spiritus sanctus à Patre & Filio procedat, sic docet.*

CAPITUL. LXXIII.

Lib. 1. cap. 15 & 16.

At eum non solum secundo Apostolum nos oportet formam præbere fidelibus, sed etiam eos ipsos fideles qui nobis diuinitus instruendi com-

par. 1. 4.

CAP. LXIV.

Item idem in libro VIII. eisdem Operis.

Filius est igitur à Patre missus, non Pater à Filio, quia Filius est à Patre natus, non Pater à Filio. Similiter etiam Spiritus sanctus à Patre & Filio legitur missus, quia à Patre Filioque procedit. Sed quia non uno modo in Scripturis sanctis dicitur missus, propterea in sacramento incarnationis non solum à Patre, uerum etiam ab Spiritu sancto missus est Filius, quia mediator Dei & hominum homo Christus Iesus totius est Trinitatis operatione plasmatus. Alio eodem modo mittitur à Patre & Filio Spiritus sanctus, quia naturaliter à Patre Filioque procedit. Mittitur enim à Patre & Filio Spiritus sanctus, cum ab ipsâ Trinitate uno Deo gratiæ spiritualis donatur effectus.

CAP. LXV.

Item idem in libro IX. eisdem Operis.

Deum itaque Patrem non totis Trinitatis, sed Fili & Spiritus sanctificatur auctorem; de quo habet & unigenitus Filius æternæ natiuitatis, & Spiritus sanctus æternæ processionis originem. Unitas autem naturalis, creatorum Filium de creatore Patre naturali natiuitate inuicem existit, & creatorem Spiritum sanctum de Patre Filioque procedere.

CAP. LXVI.

Item idem in libro X. eisdem Operis.

Expleta uerò confessione ueræ diuinitatis, ueræque humanitatis unici Filii Dei, confitemur nos credere in Spiritum sanctum, qui est unus Spiritus Pater & Fili, de Patre Filioque procedens, in Patre Filioque naturaliter manens, de Patre ac Filio unius deitatis habens naturaliter unitatem.

CAPITUL. LXVII.

Item idem, ut ostenderet Spiritum sanctum æqualem Patri & Filio, eundem Spiritum sanctum & à Patre & à Filio, & Filium à Patre & Spiritum

R.

missi sunt instruere debeamus, de Patre quomodo solus accipitur ingentus; de Filio quomodo solus dicitur genitus; & de Spiritu sancto quomodo ex Patre & Filio procedens, nec ingentus possit dici nec genitus. Quæ ista tria unum sunt, & hoc unum non dividitur, sed distinguitur in tria, & c. *Æ. Æ. ad. beat. 32g.*

CAPITUL. LXXIV.

VIGILIUS Africanus Episcopus Spiritum sanctum à Patre Filioque procedere huius verbus demonstrat in libris quas scripsit Constantinopoli in defensionem contra Leonem Papam contra Euclymianistas.

Alia Vigilius five Virgilius Tridens Episcopus. l. 1.

Similiter nobis & de Trinitate quæstionem aliquam movent, ut quis sunt quedam propria Patris, quæ nec ad Filium, nec ad Spiritum sanctum pertinent; & sunt quedam propria Filii, quæ nec ad Patrem nec ad Spiritum sanctum pertinent; & sunt etiam Spiritus sancti nomina propria, quæ nec ad Patrem, nec ad Filium pertinere monstrantur, tunc à se invicem separatos erimuntur Catholicos credere Deos. Sed ne forsitan inopinatè quæstione turberis, adverte per singula suscepti hominis dispensationem, nec ad Patrem nec ad Spiritum, sed ad Filium pertinere Filium. Proprie enim Filius non Pater, de Virgine natus est. Rursus illa quæ super eum audita est vox, *Hæc est Filius meus dilectus*; nec ad Filium nec ad Spiritum sanctum, sed ad Patrem pertinetur. Item columbaris species quæ in Jordani apparuit, & igneam linguam multiplex distribuitio, proprie ad sancti Spiritus personam pertinere monstratur. Sed ne adhuc de his proprietatibus dubites, audi manifestè. Proprium Patris est gemitus, & proprium Filii est natus habere proprium verò est Spiritus sancto de Patre Filioque procedere. Nec omnino recipitur in aliam personam, quod est unicuique personæ speculiter proprium. Si ergo hæc tres personæ habentes singule proprietates suas, quibus insignificantibus distinguantur, non quibus separantur, unus est Deus, quomodo filius filivæ utriusque nature proprietate non est unus Christus.

CAPITUL. LXXV.

PROCLUS Constantinopolitanus Episcopus. in Epistola ad Armenos adversus hereticos desinat. Spiritum sanctum ab essentia deitatis inseparabiliter procedere, huius verbis edocet.

Fugiamus itaque consilia seductionis, fluente hæreticorum dico periculosè, Deoque mimica contortia, Atre ve saniam, qui Trinitatem inseparabilem substantias dividit: Eunomii aulaciam, qui naturam incomprehensibilem nostræ scientiam humanitatis includit: Manichæi & Macedonæi rabiem, qui sequentur ab essentia deitatis Spiritum sanctum, ut separabiliter procedentem.

CAPITUL. LXXVI.

AGNELLUS in Epistola ad Menian: *Quid Spiritus sanctus à Patre procedat & Filio*, sic docet.

Ideo ex Patre Filius, ex Patre & Filio procedit Spiritus sanctus. Nec ut quidam dicunt, datus habet Deus filios Christum & Spiritum sanctum, sed habet Filium invivibilem, sicut ipse invivibilis est; qui et aliter visibilis, corpus nostræ fragilitatis assumit: non ut invivibilis esse cessaret, sed ut in ipso Christo invivibilis incredulis permaneret. Nam cum dicit: *Beati spiritus qui non videtur que vos videtur*. Ergo beati erant Judæi omnes, & hi qui cum cruciabantur; de quibus per David dicit: *Ipsi verè consideraverunt & asseperunt me*. Vultis ergo quis invivibilis Pater perleverat, & mente utatur purè &

Enc. 10. 27
fol. 41. 18.

credulè. Ergo invivibilis Pater, invivibilis Filius, invivibilis Spiritus sanctus. Et ut ad hoc terrorem, unde factum est ut hoc de fragili homine doceamus, tria hæc invivibilia, & indivisa, & in unum conglomerata, & virtus efficaciam redundantia, id est vocem genericam Verbi, ex verbo verò simul cum voce procedente efficaciam, quæ faciat alterum Consensum fieri, alterum trucidari: dicit mihi, *Arriane*, ista tria unum sunt an non? Si unum non sunt, divide vocem à verbo, & efficaciam à voce & verbo. Quid si hoc in fragili homine ita unum sunt tria, vox, & verbum, & efficacia, ut tres eadem personæ sint, sed una subsistendi potentia: in homine fragillissimo, ut diximus, hæc sit tanta potentia, quanto magis in omnipotentia Dei ita est, ut sic Pater omnipotens genitor Filii, & ex Patre & Filio procedat virtus, qui est Spiritus sanctus.

CASSIUS in expositione Psalmi L. *Quid Spiritus sanctus à Patre Filioque procedat*, sic dicit.

Redde mihi latinum salutaris tui; & Spiritus principali confirmat me. Nec incalum putemus quod vir sanctus & cordis illuminatione radiatus testis Spiritum nominavit, nisi quia individue Trinitati devotus, concedi sibi ab eâ veniam postulavit. Spiritus cum quantum ad essentiam divinitatis, & Pater & Filius & Spiritus sanctus reus unus dicitur Deus, sed pro distinctione personarum, proprium est à Patri quod naturaliter sine initio ante secula genuit Filium, proprium est Filio quod naturaliter à Patre generatus est; proprium est Spiritui sancto quod à Patre & Filio procedit, quia ineffabili charitate atque cooperatione eorum consubstantialis æternitatis & potentis omnia facit quæ vult in celo & in terra, & c. *Æ. Æ. ad. i. breviter de æternitate dicitur.*

Item idem in Psalmo sexagesimo primo.

A ipse enim solentæ memini: id est, unigenitus Filius, qui recte credentibus salutarem exitum. Ab ipso enim cum dicitur, Filius significatur. Hæc enim proprio, unus Deus sancta Trinitas habet, quod Pater ingentus, Filius genitus, Spiritus sanctus à Patre & Filio procedit, & c. *Æ. Æ. ad. i. mirabilis veritate monstravit.*

ASCIVIVS in libro primo de fide sanctæ Trinitatis: *Quid Spiritus sanctus communis est Patri & Filio Spiritus.*

Ergo hoc donum Dei, id est, Spiritus sanctus qui de Patre & Filio æqualiter procedit, ineffabilis quedam Patris Filioque communio est. Et ideo fortaliter sic appellatur, quia Pater & Filio potest eadem appellatio convenire. Nam hoc ipse proprie dicitur, quod illi communiter dicitur. Quia & Pater Spiritus, & Filius Spiritus; & Pater sanctus, & Filius sanctus recte dicitur. Ergo ut nominibus junctis, quæ separatim utriusque personæ conveniunt, utriusque communio proprie significetur, vocatus sanctus Spiritus, qui est tercia in sancta Trinitate persona, Pater & Filio per omnia æqualis, coæternus & consubstantialis. Et hæc Trinitas unus est Deus, solus bonus, magnus, æternus, omnipotens. Ipse sibi unitas, deitas, magnitudo, bonitas, omnipotentia, & quicquid ad se subsistentialiter dicitur. Non ita in relativis vocatibus intelligendum est vel dicitur: qui dici non potest, Pater sibi Pater, vel Filius sibi Filius, vel Spiritus sanctus sibi Spiritus sanctus, sed hæc relativa voca bala ad aliam personam dubio personam referri debent.

CAPITUL. LXXV.

fol. 10.

CAPITUL. LXXVI.

fol. 11.

CAPITUL. LXXVII.

Cap.

CAPITUL. LXXX.

Item idem in eodem.

Cap. 9.

Spiritus sanctus itaque huc habet proprium quod ex Patre & Filio aequaliter procedat, &c. *vsque ad* : omnipotentis & æternitatis.

CAPITUL. LXXXI.

Item idem in eodem.

Cap. 10.

Spiritus liquidem sanctus nec ingenuus, nec genitus alicubi dicitur, &c. *vsque ad* : procedat Spiritus sanctus.

CAPITUL. LXXXII.

Item idem in libro secundo.

Cap. 5.

Sunt hæc tria æternaliter tria. Quod ingenitum est Pater est solus, qui à nullo esse habet quod est nisi à seipso. Quod genitum est Filius est, cui à Patre est esse quod est. Quod verò nec ingenitum est, nec genitum; Spiritus sanctus est, cui est esse à Patre & Filio procedere. Et hæc tria Trinitas est vera, consubstantialis & coæternis.

CAPITUL. LXXXIII.

Item idem in libro secundo.

Cap. 11.

IN Christo autem secundum Catholicæ fidei veritatem, in unitate personæ simul & deitatem fatetur, & animam rationalem & carnem. In quo tamen deitas Spiritum accipere non potuit, quia secundum deitatem Pater & Filius & Spiritus sanctus unus est Deus. Non ergo potuit Spiritum sanctum diuinitas Filii accipere, cum ipse Spiritus sanctus sic procedat à Filio, sicut procedat à Patre, & sic datur à Filio sicut datur à Patre.

CAPITUL. LXXXIV.

Item idem in libro secundo; De unitate Spiritus sancti cum Patre & Filio.

Cap. 12.

Spiritus itaque sanctus sicut Pater & Filius plenus est Deus & perfectus, imò unus Deus cum Patre & Filio atque una substantia, sicut supra memorauimus, &c. *vsque ad* : ubi vult spirat.

CAPITUL. LXXXV.

Item idem in libro secundo.

Cap. 13.

Spiritus sanctus in eadem unitate substantiæ & æquiditate cum Patre & Filio constituit, &c. *vsque ad finem capituli.*

CAPITUL. LXXXVI.

Item idem in eodem: *Cur idem Spiritus sanctus his à Deo Christo datur sit.*

Cap. 14.

Abique dubitatione ideo Spiritus sanctus his datus est, ut commendarentur duo præcepta charitatis, &c. *vsque ad finem capituli.*

CAPITUL. LXXXVII.

Item idem in libro III. *Quomodo missio sancti Spiritus sit intelligenda.*

Cap. 15.

Sicut enim à Patre Spiritus sanctus mittitur, ita & à Filio, &c. *vsque ad finem capituli.*

CAPITUL. LXXXVIII.

Item in fide ipsius Alichioi:

Credimus sanctam Trinitatem, id est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unam Deum omnipotentem, unius substantiæ, unius essentia, unius potentia; Creatorem omnium creaturarum. A quo omnis, per quem omnia, in quo omnia. Patrem à se ipso non ab alio, Filium à Patre genitum, Deum verum de Deo vero, lumen verum de lumine vero, non tamen duo lumina, sed unum

lumen. Spiritum sanctum à Patre & Filio æqualiter procedentem, consubstantialem, coæternum Patri & Filio.

Item idem ALCYONUS in propositis questionibus de sancta Trinitate.

Proprium est Patris, quod solus est Pater, & quod ab alio non est nisi à se. Proprium est Filii, quod à Patre genitus est, solus à soli coæternus & consubstantialis genitus. Proprium est Spiritus sancti, quod nec ingenitus est, sed à Patre & Filio æqualiter procedens.

PRUDENTIUS in libro contra Marcionitæ metro Heroico.

O Deo candidipotes animâ daret, à Deo Christe, Cuius ab ore Deum subsistit Spiritum unum.

Item idem in libro Hymnorum metro Iambico.

O Trinitatis huius,
P'is una, lumen unum,
Deus ex Deo patennis,
Deus ex Deo missus.

Item idem in libro Hymnorum metro Choriambico, quod Alcilepiadum nominatur.

In uenter rutilis dux bene luminis,
Qui certis uasibus tempora diuidis,
Morsu sole chaos intravit horridum,
Lumen reddidit tuis Christe fidelibus.
Per Christum genitum summe Patris tuum,
In quo inuisibilis fit tibi gloria,
Qui noster Dominus, quo tuus amens
Spirat de patris corde Paraclisum.
Per quem splendet, honor, laus, sapientia,
Majestas, bonitas, & pater tua,
Regem conuincat nomine triplici
Textus perpetuus secula faculus.

Item in fide Catholica, quam die Dominicâ decantat ad Missam universalis Galliarum Ecclesia, sic canitur inter cætera.

Credo & in Spiritum sanctum Dominum & uisificantem, qui à Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & euangelizatur, qui loquutus est per Prophetas.

Item ISIDORUS in fide Catholica inter cætera, sic dicit:

Deus unus omnipotens, sancta Trinitas Pater & Filius & Spiritus sanctus. Pater ergo omnipotens ex nullo originem ducit, & ipse origo diuinitatis est, à quo Filius Deus omnipotens genitus sine tempore est, non quippe creatus est, qui Deus est. Cui, præter quod Filius est, in diuinitate totum est commune Patris in æternitate, in uoluntate, in potentia, in sapientia. Sic & Patri, præter quod Pater est, totum est commune Filii. Spiritus sanctus est Deus omnipotens, nec genitus est, quia non est Filius, nec creatus, quia non est creatus, sed ex Patre procedit & Filio. Cui, præter quod Spiritus sanctus est, totum commune est Patris & Filii, quia non qui Pater est, Filius aut Spiritus sanctus in personâ hic est, nec qui Filius est, Pater aut Spiritus sanctus hic est, nec qui Spiritus sanctus est, Pater aut Filius hic est, sed in essentia quod Pater est, &

CAPITUL. LXXXIX.

Ref. ad in-10109. a.

CAP. XC.

In sermone Hamarogensis.

CAP. XCI.

In Hym. ant. fonsan.

CAP. XCII.

Hym. ad inuocatum ceteri Paschalis.

CAP. XCIII.

CAP. XCIV.

Lib. de Ordine Communitatum cap. 1.

Filius, & Spiritus sanctus hoc unum est. Et quod Filius est, Pater & Spiritus sanctus hoc est. Et quod Spiritus sanctus est, Pater & Filius hoc est, sed non triplex in illâ Trinitate Deorum numerus est. Salvâ enim separatione personarum totum commune divinitatis est.

rum servatis, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Et paulo post: *Eratis enim aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino; ut sicut lux ambulat. Fratres enim lux est in omni bonitate & iustitia & veritate.* His & aliis quampluribus auctoritatis pudicitia mentis & corporis usque ad celos extollitur.

CAP. XC.

Testimonia Sanctorum Patrum contra eos qui profane incensum mundanum Ministrorum Christi oppugnare contendunt, quam pulchra virgo & vera mater Ecclesia non habens maculam aut rugam, vel aliquid huiusmodi, semper sibi obsequi sollicitate delegit.

IN NICENO CONCILIO: De subintroductis mulieribus.

CAP.

s. Cr. 7. 1. 164. 6.

VOX tonitru Paulus ita de mundiciâ prosequitur, cum vulgaribus conjugium permitteret: *Unusquisque suam uxorem habeat, & unaqueque sicut suam vitam habeat. Hoc, inquit, dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Volo autem omnes homines esse sicut vestrum, sed unusquisque propriam habeat uxorem ex Deo. Alius quidem sic, alius vero sic. Dico autem non vobis & vobis, bonum est sicut sic sic manifestum sicut & ego. Et ideo post pauca in eisdem Epistola ad Corinthios primâ: *Consilium autem do tamquam misericordiam consequutus à Domino ut sim sicut illis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantiam necessitatem, quoniam bonum est hominibus esse. Subaudiunt, ut ita sit continens sicut ego. Et item post pauca: *Volo autem ut sine subiecto sint esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quasi Dominus sui, quomodo placet Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quomodo placet uxori.***

Interdictum per omnia Synodus, non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui omnino qui in Clero est, licere subintroductum habere mulierem, nisi forte matrem, aut foretrem, aut amicum, vel eas tantum personas quas suspiciones effugiant. Hoc autem Nicenum Concilium Beatus Ambrosius in libro de Trinitate his verbis in immensum effert: *De Concilio id potissimum sequar, quod trecentis decem & octo Sacerdotibus, tamquam Abrahæ lecti iudicio, consensu hinc veritate victores, velut trophæum toto orbe subactis peribis excolerunt: ut mihi videatur hoc esse divinum, quod eodem numero in Concilio habebamus oraculum, quo in historia pietatis exemplum.*

Cas. 1. edit.

In Emend. S. de. a. tian.

164. 11.

*multo magis Ministris Ecclesie eandem inesse deberet. Item Apostolus ad Galatas: Spiritus ambulat, & deperdit carnem non perfectum. Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem. Hac enim invicem sibi adversantur, ut non concupiscat velle illa servare: quod si spiritus domat, non est sub lege. Et item: *Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, mansuetudo, lenitas, continentia, castitas & adversus huiusmodi non est lex. Et item: *Si spiritus non vivimus, spiritus & ambulamus. Cum autem de magno Pontifice Christo ad Hebræos dicitur: *Talis enim decebat ut non esset Pontifex factus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus & excelsior cælis factus: hanc castitatem munditiam cunctis Sacerdotibus & Ministris Ecclesie servandam proposuit. Et si talia in secularibus laudantur, abundantius in Ecclesiasticis honestiora esse videntur. Item Paulus ad Colossenses: *Abstinete, inquit, membra vestra qua sunt super terram, fornicationem & immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam. Adde etiam: *Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis. In quibus & vos fuisse aliquando cum viveretis in illis. Nunc autem desinere & vos omnis, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, iracundiam servationem de ore vestro. Ad hæc augmentanda Dei Filius concludens imperat: *Sicut iunior vestri fratris & lucerna ardentes in manibus vestris. Et Paulus: *Bonum est mulierem non tangere, valdeque quasi in tactu hanc periculum pro foribus dicitur. Si carnalibus est à tactu temperandum & cavendum, instantius spiritualibus ab amplicius illicito perpetuaque abstinentia. Item Paulus: *Formosus autem & omnis immunditia aut avaritia, nec numerus in vobis, sicut dicit scripturæ: *aut impudicitiam, aut stultitiam, aut furtilitatem qua ad rem pertinet, sed magis gratiorum alio. Hoc enim scite intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus, aut avarus, quod est Indu-**********

IN DECRETALIBUS SIXTI PAPÆ: De Clericis incensamentis. cap. VII.

CAP. XC

Galat. 1. 10.

*Enimus ante ad sacratissimos Ordines Clericatum, quos in venerandis religionis injuriam ita per vetustas provincias calcatos atque confusos, caritate nos insimulante sperimus, ut Hiericam nobis vobis decendum sit: *Quis dabit caput meum aquam oculis meis fontem lacrymarum: & fletu populum hunc die ac nocte. Si ergo beatus Prophetæ ad iugenda pupuli peccata non sibi ait lacrymarum pulve succurre, quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum qui in nostro sunt corpore, compellamur facinorosa deplorare? Quibus præcipue secundum beatum Paulum, *insimulante quodammodo, & seditione omnium Ecclesiarum inde perire incipit. Quis enim infirmus est: ego non infirmus? Quis scandalizans, ego non error? plurimos enim Sacerdotes Christi atque Levitas post longa consecrationis sue tempora, tam de conjugio propriis, quam etiam de corpore coitu foedem, dediticam processisse; & ceu sum hæc preteritione defendere, quia in veteri Testamento Sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa, &c. usque ad: *tenentur medicinam.****

Epil.

Form.

b. Cr.

164. 21.

in eisdem: De Clericorum conversione, cap. 18.

Quicumque itaque he Ecclesie vocit obsequium, a sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & clericorum debet omnitero sociari: qui accessu adolescentie usque ad tricesimum ætatis annum si probabiliter vixerit, unâ tantum, & eâ, quam virginem communi per Sacerdotem benedictione percipere, uxore contentus, Acolythus & Subdiaconus esse debebit. Post quæ ad Diaconi gradum, si he ipse permittis conscientia præcrite dignum probent, accedat. Ubi si ultra quaque annos laudabiliter ministravit, congruo Presbyterium consecratur. Exinde post decennium Episcopalem cathedram poterit adire, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata.

CAP. XC.

164.

164. 11.

*Item in eisdem Decretalibus: *Quæ sermo cum Clericis habetur, cap. 21.**

CAP. X

164. 7. 24.

Fœminas verò non alias esse putamus in domibus Clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas

164. 1. 7.

164. 1. 7.

164. 11. 11.

164. 1. 7.

164. 1. 7.

164. 1. 7.

164.

necessitudinem causâs habitare cum iisdem Synodus Nicæna permittit.

CAP. C. INNOCENTIUS Papa in Decretalibus: De incontinentiâ Sacerdotum vel Levitarum. cap. XXI. ad Exuperium Episcopum Tolosanum.

Epil. 3. c. 2. PROPOSIUIT quid de his observari debeat, quos in Diaconi ministerio, aut in officio Presbyteri positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum est dâcplina, & beatæ recordationis viri Sirici Episcopi monita evilectio commiserunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore Ecclesiastico privarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod solum continentia oportet impleri, &c. usque ad arbitriam sunt voluptatem.

CAPIT. CI. Item Papa INNOCENTIUS: Quid hi qui in Presbyterio filios genuerint, removeri ab officio debeant. cap. XXXIII.

Epil. 7. sub lat. QUI zelo fidei ac disciplinæ ductus non patitur Ecclesiâ pollui ab indignis Presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponem, nisi nolem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres carissimi, libelli qui subjectus est tenore perspecto, eos qui talia perpetrare dicuntur jubete in medio collocari, discessibus objectionibusque ipsi Presbyteri impinguntur, si convinci poterint, à sacerdotali removere officio quia qui sancti non sunt, sancta testare non possunt, atque alieni efficiantur à ministerio, quod vivendo illicitè polluerunt. Miramur autem hæc coram dissimulare Episcopos, qui aut committere, aut necitare esse illicita judicaverunt.

CAP. CII. Sanctus SIMPLICIUS Papa in Ecclesiâ Beati Petri Apostolorum Principis in Concilio residens, & Fratrum & Coepiscopis per Africam Ecclesiasticâ jura describens, inter cetera hæc de pudicitia scribit.

Epil. 4. c. 2. PRÆTEREA, quod dignum & pudicum & honestum est, suademus Sacerdotes & Levites cum uxori- bus suis non coeant, quia in ministerio Ministris quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios namque Paulus sic scribens ait: Abstinete vos ut veteris uxorem. Si ergo laici ablinentia imperatur, ut possint deprecantes audiri, quanto magis Sacerdos utique: omni momento paratus esse debet, munditiæ puritati securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogitur. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentiâ, quid faciet? Qualiter se excusabit? Quo pudore, quâ mente usurpat? Quod conscientia, quo merito se hic exaduti credat, cum dictum sit: Omnia munditia mundis, et cognationis interem & insiditibus nihil sanctorum. Quâ de re hortor, moueo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest jure etiam gentilibus accusare. Forte hoc creditur, quia scriptum est: Unus uxoris virum. Non permanentem in concupiscentiâ generados dicit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admittit qui ait: Vellem uxorem omnes homines se esse, sicut & ego. Et apertius declarat dicens: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos uxorem jam non estis in carne, sed in spiritu. Hæc itaque, Fratres, si plenâ vigilantia fuerint ab omnibus observata, cessabit ambitio, dissu- sio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, lectum non accipiet Diabolus fructum, et manebit unitas, iniquitas superata calcabitur, charitas sym-

ritali fervore flagrabit, pax prædicata labis cum voluntate concordabit; pax utique Dei oculis Salvatoris, quam proximus passioni servandam esse præcepit, & hæreditarium vobis jure derelictum dicens: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et dictum Apostoli: Ut uxorem namque finientes permaneamus in Christo; nihil per concupiscentiam nobis, neque per inane gloriæ vindictam; nec hominum, sed Dei nostri Salvatoris placeamus. Nec præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodit Dominus corpora nostra & animas nostras in die qui redditurus est unicuique secundum opera sua. Si quis sanè inflatus mente carnis suæ ab hæc Canonis ratione voluerit evagari, sicut se & nostra commoione seclusum, & gehenoæ puros habiturum. Præterea misericordia cum judicio esse debet. Talibus enim oportet labentibus manum porrigere, quæ sic currentem non pertrahat in ruinam. Datum Romæ in Coecilio Episcoporum octoginta diebus die viii. Idus Januariæ post consulatum Arcadi Augusti & Bauto- nis vv. cc. cxxviii.

In decretalibus Papæ LEONIS: Quid Subdiaconis carnale concubium degenet, cap. XXXIV.

NAM cum extrâ Clericorum ordinem constitu- tus nuptiarum societas, & procreatio filiorum studeat sit liberum arbitrium, ad exhibendam tamen præteritæ continentie puritatem nec Subdiaconis quidem concubium carnale coequetur; ut & qui habent sint tamen non habentes; & qui non habent, permaneat singulariter. Quod si in hoc ordine qui quartus est à capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo vel secundo tertio servandam est, ne aut Levitico, aut Presbyterico honore, aut Episcopali excellentiâ quicquam idoneus admittetur, qui se à voluptate uxoris necdum stramine detegitur.

LEO Papa ad Rusticum Episcopum Narbonensem epistolam porrigens, & ad eundem consilia respondens inter cetera dicit, cap. 112.

DE HIS qui altari ministrant, & conjuges habent, dicitur eis licitè mulcantur. Lex continentie eorum est altaris Ministeria, quæ Episcopis atque Presbyteris. Qui cum essent laici sive leutores, sicut & uxores ducere, & filios procreare potuerunt; sed cum ad prædicos pervenerint gradus, corpus eis non licere quod licuit. Unde ut de carnali hæc spirituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quasi non habeant sic habere; quæ & licta sit carnis concubitorium, & cæcæ operatio nuptiarum.

Item LEO Papa in Epistola sua ad Maurus Episcopum dixit, inter cetera sic dicit:

TOTUS familie status & ordo notabit, si quod requiritur in corpore non inveniat in capite, &c. usque ad: argentum purum esse meretur.

In Canonibus Sanctorum Apostolorum, cap. vii.

UT Sacerdos & Ministri altaris, Scilicet subdiaconus abstineant: Episcopos autem Presbyter aut Diaconos nequaquam saculares curas allumant, sin aliter & deiciatur.

Item in eisdem: Quid Ministri altaris oblationem celebratam debeant communicare, cap. 12.

SI quis Episcopus, aut Presbyter aut Diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo, scilicet obla-

Joan. 10. Phil. 2.

Rom. 2.

CAP. CIII.

Epil. 24. c.

1. Cor. 7. 29.

CAP. CIV.

Epil. 22. 23. 24. 25.

CAP. CV.

In eisdem Epil. 29. ad 3. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

CAP. CVI.

Can. 7. al. 4. diff. 1. ab ed.

CAP. CVII.

Can. 4. ex Veris Dionysii Exig.

tionem non communicaverit, aut causam sicut, ut si rationalis fuerit, veniam conseqnatur: nec si non dixerit, communiōne privetur tanquam qui populo causā lectionis existens, dans suspitionem de eo qui sacrificavit, quod recte non obulerit.

CAP. CVIII.

Item in eisdem: *Qui Clerici debent conjugibus copulari.* cap. xxvii.

Cas. 18. ex eadem scilicet.

I Nouptis autem qui ad Clerum proventi sunt, percipiunt, ut si voluerint uxores accipiant, sed Lectores Cantoresque inotommodo.

CAP. CIX.

In Concilio Carthagenensī, cap. xvi.

Cons. Carthap. l. i. c. 19. ex i. edit.

UT cum omnibus omnino Clericis extrinsecus fornicare non cohibentur, sed solum matres, aviae, matertera, amicae, forores & huiusmodi aut fororum, & quorumcumque ex familia necessitate domesticā, etiam antequam ordinarerentur, iam cum eis habitabant, vel si filii eorum iam ordinati parentibus uxores acceperant, aut servis non habentibus in domo quas ducunt, aliunde ducere necessitas fuerit.

CAP. CX.

Item in eodem, cap. XXIV.

Ibid. cap. 17.

UT Clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, nisi ex iussu vel permisso Episcoporum aut Presbyterorum non accedant, & hoc non solum faciant, sed cum Clericis, aut cum his cum quibus Episcopus aut Presbyter iusserit. Nec ipsi Episcopi aut Presbyteri soli habent officium ad huiusmodi feminas, sed nec ubi Clerici praesentes sunt, aut graves aliqui Christiani.

CAP. CXI.

In Canonē Anquirant Concilii, cap. x.

Can. in diff. h. h. c. 17. ex i. edit.

Diaconi quoque cum ordinantur, si in ipsa ordinatione potestati sunt, dicentes velle se habere uxores, neque posse se continere, hi postea, si ad nuptias convenierint, maneat in Clero tantum, & a ministerio abijciuntur. Quicumque suad taceant, & susceperint manū impositionem, profecti continentiam, & postea ad nuptias convenierint, a ministerio vel Clero cessare debent, laicam tantum communionem recipientes.

CAP. CXII.

In Concilio Laodicēnsi: *De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus.* cap. xxx.

Cap. 10. ex incerp. Dionysii Margul.

Quid non oportet clericis deditos, aut Clericos, aut continentes, vel omnem Laicum Christianum, lavacra cum mulieribus celebrare, quae hinc apud Graecos reprehensio prima est.

CAP. CXIII.

In eodem, *Non licere clericis Indieris spectaculis interesse.* cap. xiv.

Cap. 14.

Non oportet Ministros altaris vel quolibet Clericos, spectaculis aliquibus, quos aut in nuptiis aut in carnis exhibentur interit, sed antequam thymelicis ingrediantur, surgere eos & abire debere de convivio.

CAP. CXIV.

In Synodo Neocaesariensī, cap. 5.

Cap. 5. ex incerp. Gerardi Metz.

Presbyter qui uxorem duxerit, ab ordine suo illo deponi debet. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abijciatur, & penitentiam inter Laicos traditus agat.

Item INNOCENTIUS Papa ad Vascricum Episcopum Rotomagensem, cap. 1.

CAP. CXX.

Proterea quod dignum, & pudicum, & honestum est, tenere Ecclesia omnimodo debet, ut Sacerdotes & Levites cum uxoris suis non coeant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim; *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, dicit Dominus Deus vester.* Nam priores temporibus de templo Dei Sacerdotes anno vicis sua non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec donum suam omnino taogebant. *Et. usque ad finem capitis.*

Epist. 1. ad 7.

Levit. 19. 4. & ubi.

Item idem ad eundem, cap. xii.

CAPITUL. CXVII.

Quæ forma servatur in Clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisque correctus baptizatus Clericus esse voluerit, iponderet se uxorem omnino non ducere.

Cap. 10. i. hinc.

In Concilio Laodicēnsi: *Ut qui ministri altaris sunt tabernas non intrent.* cap. xxiii.

CAPITUL. CXVIII.

Quoniam non oportet altari deservientes a Presbyteris usque ad Diaconos, & deinceps Ordinibus Ecclesiasticis, homines usque ad Ministros, aut Lectores, aut Psaltes, aut Choreutas, aut Organos, qui in proposito continentiae sunt, tabernas intrare.

Cap. 14. i. incerp. Me. caetera.

In Concilio Carthagenensī, *De continentia.* cap. 11.

CAPITUL. CXVIII.

Aurelius Episcopus dixit: Cum praxterito Concilio de continentia & castitatis moderamine tractaretur, gradus illi tres qui conscriptione quidem castitatis per consecrationes adnexi sunt, Episcopus, inquam, Presbyteros & Diaconos ita placuit, ut concederent sacris Antistites, ac Dei sacerdotes, nec non & Levitas, vel qui sacramenta divinis serviant, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter quod a Deo postulat impetare, ut quod Apostolus docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus.

Carthap. Conc. l. 1. 2.

Item in eodem Concilio, *De diversis ordinibus ab uxoris abstinendis.* cap. 17.

CAPITUL. CXIX.

Facillius Episcopus Ecclesiae Potentissimus, provinciae Praefectus, Legatus Romanae Ecclesiae dicitur: Placet ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, vel qui sacramenta conferant, pudicitiae custodes, ab uxoris se abtineant. Ab universis Episcopus dictum est. Placet ut in omnibus & ab omnibus pudicitiae custodiantur, qui altari serviant.

Cap. 14. i. alia est.

In Concilio Africano: *Qui clerici ab uxoris abstinere.* cap. xxviii.

CAPITUL. CXX.

Proterea, cum de quorundam Clericorum, quomvis erga uxore propius, incontinentia referretur: placuit Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos secundum priora statuta, etiam ab uxoris continere. Quod nisi fecerint, ab Ecclesiastico remouantur officio. Caeteros autem Clericos ad hoc non cogi, sed secundum consuetudinem Ecclesiae consuetudinem observari debere.

Cap. 7. Et Carthap. Conc. V. 6.

In Synodo cui praesedit Roma beatus SILEVSTER Papa cum Episcopis sacensis octoginta quinque, ubi damnati sunt Viscerini Episcopus, Callistus.

CAPITUL. CXXI.

Hippolytus diaconus, adstantibus Episcopis & Presbyteris, & Clericis Græcorum, ut inter cæcæ legatur.

Nemo Presbyter à die honoris presbyterii sumat conjugium. Quòd si quis hoc neglecto aliter egerit, duodecim annis tunc dicimus pruari honore. Quod si quis contrà hoc chirographum presens & publicè dictum egerit, condemnabatur in perpetuum.

AMAROSIUS in epistola ad Titum inter cætera sic ait.

Juniores similiter, &c. *vsque ad verba*: probat factis.

Item in Epistola ad Timotheum.

UNUM uxorem virum. Quamvis secundam numero uxorem non sit haberi prohibitum, ut tamen quis dignus ad Episcopatum sit, etiam licitam debet sperare propter sublimitatem ipsius ordinis, quia cæteris melior debet esse, qui cupidus est sedis illius: *subrium, pudicum, hospitalem, deuidem, non solumum vino, non verberatorem, sed modestum, non litigiosum, non asperum, deuotum suam huius regemem, blas habentem subditos cum omni caritate.* Talem hominem qui hæc custodiat que enumerat bona, creati debere dicit Episcopum. Hæc enim signa sunt dignitatis Episcopalis. Si quis autem potiora sectatus, & corpus & animam suam Deo dicaverit, ne se copulet matrimonio, tanto magis dignus sit; idem enim infirmitatem potuit, ut de potiore nemo dubitaret.

Item idem in eadem post pauca:

Diaconos parè modo pudicos, non bilingues, non vino multo delictos, non turpibus lueris vacantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primò, & sic ministrare sine erimant. Qui tantà curâ Diaconos eligendos percipit, quos coofat Ministris esse Sacerdotum, quales vult esse Episcopos, nisi sic ut ipse sit, *irreprehensibilis* Negotia tamen publica, turpia, vitia non habeat. Sic enim negotiari, ut accipiant lura, nec aliud proficatur quam genti. Turpia autem lucra hæc dixi esse, si sub pã professione quælibet studeatur. Turpis enim deprehenditur cum se purum ostentat. Post Episcopum tamen Diaconatus ordinationem subijcit: quare? nisi quia Episcopi & Presbyteri una ordinatio est, uterque enim Sacerdos est, sed Episcopus primus est, ut omnis Episcopus Presbyter sit, non tamen omnis Presbyter Episcopus; hæc enim Episcopus est, qui inter Presbyteros primus est. Denique Timotheum Presbyterum ordinatum significat; sed quia ante se alterum non habebat, Episcopus erat. Unde & quemadmodum Episcopum ordinet, ostendit; neque enim fas erat aut habere, ut inferior ordinari oporteret: nemo enim tribuit quod non accipit.

Item in eadem post pauca:

Diacones sicut nati uxoris viri, &c. *vsque ad Actores Dei sunt.*

Item **AMAROSIUS** in libro primo de Officiis Ministrorum.

Viduarum ac Virginum domos, nisi visitandi gratiã iuiores adire non opus est: & hoc cum seioribus, hoc est, vel cum Episcopo, vel si grauior est casus, cum Presbyteris. Quod necesse est

ut demas secularibus obrectandi locum? Quod opus est ut ille quoque visitationes crebre accipiat auctoritatem? Quid si aliqua illarum forte labetur? Cur alieni lapsus subeamus inuadam? Quam multos etiam fortes illecta decipit? quomodo non dederit errori locum, & dederit suspitioni? Cur non illa tempora, quibus ab Ecclesiã vacat, seipsum impendat? Cur non Christum reuifis, Christum alloquaris, Christum audias? Illum alloquimur cum oramus, illum audimus cum diuina legimus oracula. Quod nobis cum alienis domibus? Una est domus que omnes capit; illi potius ad nos conueniant, qui nos requirunt. Quod nobis cum fabulis? Ministerium altaris Christi, non obsequium hominibus deferendum recepit. Humiles decet esse, mixtes, mansuetos, graues, patientes: modum non tenet in omnibus vel tacitus vultus, vel sermo annuntiat.

Item idem in eodem libro.

DE castimonis autem quid loquar, quando una tantum nec repetita permittitur copula, &c. *vsque ad verba*: quod est temperantia.

HIERONYMUS in Epistola ad Titum, sic de pudicitia dicit inter cætera.

Oportet autem illum & refrenationem habere bonam ab his qui foris sunt, ut non in approbationem incidat. & lignum diaboli. Quod autem ait, *omnis uxor uir*, sic intelligere debemus, ut non omnem monogamum diximo putemus esse meliorem, sed quo is possit ad monogamiam & continentiam subditos cohortari, qui sui exemplum præferat in docendo, &c. *vsque ad necessitati carnis indulget.*

Item idem in eadem post pauca:

Sic autem Episcopi & pudicos, quem Græci *episcopos* vocant, & Latinus Interpres verbi ambiguitate decipit, pro pudico prudentem transiit. Si autem licet imperatur ut propter orationem abstineat se ab uxorem coitu, quod de Episcopo sentiendum est, qui quocidie pro suis populi peccatis, &c. *vsque ad*: Sic regula veritatis.

Item idem in eadem post pauca:

TE ipsam, inquit *sermonem præbens bonorum operum.* Nihil prodest aliquem exercitatum esse in dicendo, & ad loquendum triuile linguam; nisi plus exemplo docuerit quam verbo. Denique qui impudicus est, quauis disertus sit, si ad castitatem audientes cohortetur, sermo ejus infirmus est, & auctoritatem non habet cohortandi. Et è contrario quomuis sic nullatenus & tardus ad loquendum, si castus fuerit, exemplo suo homines potest ad virtutem similitudinem compellere, &c. *vsque ad*: in incorruptione & in pudicitia.

HIERONYMUS in Apologetico ad Pamachium, inter cætera sic de pudicitia diffinit.

IN fine quoque comparationem uisuarum & virginum, disputationem nostram hoc sermone concludimus: Ubi bonum & melius est, ubi boni & melioris non unum est præmium: Et, ubi non unum præmium, ubi utique dona diuersa. Tantum est igitur inter nuptias & uirginitatem, quantum inter non peccare & beneficiare: imò ut leuius dicam,

EPISCOPUS gentium singularum scire conuenit, quis inter nos primus habeatur, quem veli caput existimat, & nihil amplius preterit ejus scientiam gerant quam illa sola singuli, que par-

De Primam Pontificis, antiqua ed.

Ex Decreto Gelasi Pape in Concilio Romano an. 494. Nov. 16. 18.

chae propriae & villis, quae sub ea sunt, competunt. Sed nec ille praeferentiam conscientiam faciat aliquid: si enim unanimis erit, & glorificabitur Deus per Christum in Spiritu Sancto.

CAPITUL. CXC.

In Niceno Concilio de privilegijs quae quibusdam Civitatibus competunt, cap. vi.

Can. 6. ex 1. cdi.

Antiqua consuetudo servetur per Aegyptum, Libyam & Penesopolim, ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & urbis Romae Episcopo parvis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam caeterisque provinciarum suis privilegia serventur Ecclesiis.

CAPITUL. CXCII.

Item in eodem Concilio cap. vii. *De Episcopo Aeliae, ad est Hierosolymorum.*

Quia consuetudo obtinuit & antiqua traditio, ut Aeliae Episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam, salva Metropolitani proprii dignitate.

CAPITUL. CXCIII.

In Concilio Constantinopolitano cap. 11. *De ordine singularum Diocesium. & de privilegijs quae Aegypti, Antiochiae, Constantinopolitanaeque debentur.*

Can. 1. Decretum haec verbo abedit.

Qui sunt super Diocesim Episcopi, inquamquam ad Ecclesias quae sunt extra praefixos sibi terminos accedant, nec eas hae praesumptione confundant; sed iuxta Canones Alexandrinus Antistes quae sunt in Aegypto regat solummodo. Et Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent, servatis privilegijs quae Niceni Canonibus Ecclesiae Antiochenae tributa sunt. Aliamque super Diocesim Episcopi esse solam quae sunt in Aetia Diocesi dispensent: nec non & Ponti Episcopi ea tantum quae sunt in Pontico; & Thraciarum, quae in Thracia sunt gubernent. Non vocati autem Episcopi ultra suam Diocesim non accedant propter ordinationes faciendas, vel propter alias dispensationes Ecclesiasticas. Servata vero quae scripta est de gubernationibus regum, manifestum est quod illi quae sunt per unamquamque provinciam ipsius provinciae Synodus dispensent, sicut Niceno conlata decretum est Concilio. Ecclesiae autem Dei in Bardacis gentibus constitutas gubernari convenit iuxta consuetudinem, quae est a Patribus observata. Verumtamen Constantinopolitanus Episcopus habeat honoris primum post Romanum Episcopum, propterea quod urbs ipsa sit junior Roma.

CAPITUL. CXCIV.

In Concilio Sardiceni cap. 17. *Quod si demeritis appellaverit Romanum Pontificem, sicut super fecit Irenaeus Constantinopolitanus Episcopus in synodo, ut dicitur deponens, ad observantiam quod esse censuerit.*

Can. 1. 13. Insuper: Dion. Augustini.

Osius Episcopus dixit: Illud quoque necessarium ad iudicandum est, ut Episcopi de sua provincia ad aliam provinciam, in qua non sunt Episcopi, non transierint; nisi forte à fratribus suis invitati, ne videantur iamquam claudere charitatis. Quod si in aliqua provincia aliquis Episcopus contra fratrem suum Episcopum licentiam habuerit, neuter à duobus ex alijs provinciis advoceat Episcopos ad iudicium cogitoret. Quod si aliquis Episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa, & putet se bonam causam habere, ut iterum ad iudicium Concilium renoveret; si vobis placet sancti Petri Apostoli memoriam honoramus, ut scribatur vobis ab his Episcopis qui in propria Provincia morantur, Julio Romano Episco-

po: & si iudicaverit renovandum esse iudicium, renoveret, & det iudicem. Si autem probaverit tantum causam esse, ut non refricetor ea quae acta sunt, quae decreverit confirmata erunt. Si hoc omnibus placet, statuetur. Synodus respondit: Placet.

Item in eodem Concilio cap. 18. *Ut nullas occasiones scilicet usque Episcopi, sicut super fecit Photinus sedem Irenaei, Neophytas & inuolger Constantinopolitanae sedis.*

CAPITUL. CXCIV.

Ibid. Can. 4.

Constantinus Episcopus dixit: Addendum, si placet, huic sententiae, quam plenam libertate proculis; ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio qui in vicinis locis commotantur, & proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Romae: alter Episcopus in eius cathedra post appellationem ejus quae videtur esse depositus omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Episcopi Romani determinata.

Item beatus Papa SILVESTER in allocutione Niceni Concilii fecit gradus in genio Synodi.

CAPITUL. CXCIV.

In Constantibus Silvestri cap. 1.

Ut non Presbyter adversus Episcopum, non Diaconus adversus Presbyterum, non Subdiaconus adversus Diaconum, non Acolythus adversus Subdiaconum, non Exorcista adversus Acolythum, non Lector adversus Exorcistam, non Oilarius adversus Lectorem de accusationem aliquam: & non damnabitur Episcopus Praefuli, nisi in septuaginta duo testimonioque Praefuli fuerint: a quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: *Non est dignus super magistrum.* Presbyter autem non damnabitur nisi in quadraginta quatuor testimonio. Diaconus autem Cardinalis constitutus urbis Romae, nisi in triginta sex testimonio non condemnabitur. Subdiaconus, Acolythus, Exorcista, Lector, nisi, sicut scriptum est, in septem testimonio, filios & uxores habentes, & omnino Christum predicantes. Sic datur mystica vices.

Mark. 10. 26.

Sanctus GELASIVS Papa Aetiam Constantinopolitanae sedis Episcopum auctoritate damnavit Apostolicam, ob maximam videlicet praesumptionem, quia Johannem qualemvis hominem, Catholicum tamen, à Catholicis ordinaverit, de Alexandria civitate, quae post Romanam secunda habetur sedes, excluderet, Petrumque in haereticam decessum atque damnatum absque sedis Apostolicae consultatione receperit, & quae aliqum Synodo habita hoc audacter arripuerit, in Kalcedonem Antiochenae sedis Episcopum contra rationem deponeret, & haereticum Petrum quem ipse dudum damnaverat, absque iuvata sedis Apostolicae rursus admiserat, Basilico Imperatore haeretico in hac facinorosa praesumptione consentiente. Pro quo praesumptiva potestate idem Papa Gelasius ad Anastasium Imperatorem mirabiliter dicitur epistolam, quae indignè usurpata potestas reprimere, & sanctae Romanae Ecclesiae singulare privilegium totius Principatus illibate conservaret. Haec autem Epistola ita incipit: Familiare vestrae pietatis, filii mei, Faulus magister & Irenaeus, atque eorum comes publicam legationem fungentes, ad Urbem reversi, clementiam vestram quaesivisse dixerunt; cur ad vos meae salutationis scripta non misissent, & caetera usque ad finem. Item Gelasius reddidit rationes egregie descriptae, Aetiam à sede Apostolica competenter fuisse damnatum, quae rationes tale habent exortum: Valde mirati sumus, quod vestra ductio quasi novam & vtilidifficilem questionem, & adhuc tamquam inusitatum quodpiam nosse desiderans, & reliqua usque ad finem. Rursum Papa Gelasius

Ad Anast. Imp. Epist. 8. linc.

Epistolam E. p. 16. ad Episcopos Cardines.

G. 18.

Græsius de eisdem re reddidit rationem ad Episcopos Orientis, eoque admodum reprehendit, quare talibus præsumptionibus non reprobauerint. Huius itaque rationis initium tale est: Quid ergo isti prudentes viri & arguti menteis totas religionis internas rantes, ut Orientis partibus constituti: &c. usque ad finem sermonis. Item quicumque hæc omnia per ordinem relegerit, Apostolica sedes quantâ dignitate cunctis per orbem Ecclesiis præpollit, & potestate sit eminentior, perspicue ad plenum cognoscere poterit.

CAPITUL.
CXCVI.

Epistola 4.

Item *Communitorium Sancti Gelasii per Faustum Augustinum legationis officio fungentem Constanti-nopoli directum: quod sic incipit.*

EGo quoque mente percipi Græcos in sua obdinatione manifestos, ne cui velut insperatum videri potest, quod est in ante præcognitum. & cætera usque ad finem.

CAPITUL.
CXCVII.

In hoc eomunitorio inter cætera sic dicit:

Quid si dicant: Imperator hoc fecit, hoc ipsum quibus Canonibus, quibus regulis est præceptum? Cur huic tam pravo facto consentit Acacius, cum auctoritas diuina dicat: *Non solum qui facimus praua res esse, sed & qui consentimus suscipimus?* Quibus Canonibus, quibus regulis Kalendion exclusus est, vel primi urbium diuersarum Catholicis Sacerdotes? Quâ traditione maiorum Apostolicam Sedem in iudicium vocatis? An secundâ Sedis Antistites & tertie, cæterique bene sibi consci Sacerdotes depelli debuerunt, & qui existit religionis inimicus, depelli non debuit? Vident ergo si alios habent Canones quibus suas inceptas exequantur. Cæterum isti qui sacri, qui Ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, non solum sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt: & Constantinopolitanæ Episcopus civitatis, quæ utique per Canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recivis perfidorum, non debuit submoveri? An qui homini meritis dicitur Imperatori, & qui Imperatorem laudare perhibentur, depelli debuerunt, & in Deum qui summus & verus est Imperator, Acacium delinquentem, sinceratam communionem diuini sacramenti studenter miscere cum perfidis, secundum Synodum quâ hæc est damnata perfidis non oportebat excludi? Sed velint nolint, ipsius iudicio antiqua Canonum constituta firmantur: sed religiosi viri atque perfecti secundum Canones concessam sedem Apostolicam potestatem unum conuenerunt eripere, & sibi tantum contra canones usurpare contendunt.

CAPITUL.
CXCVIII.

Epist. 8.

Item in Epistola ad Anastasium Imperatorem, inter cætera sic dicit:

Apostolicæ verò sedis auctoritas, quod cunctis sæculis Christianis Ecclesiæ prelata sit universis, & Canonum serie paternorum, & multiplici traditione firmatur, &c. usque ad: putas interesse.

CAPITUL.
CXCI.

Epist. 13. ad
Diaconos.

Item in redditis rationibus inter cætera sic dicit:

Nec planè tacemus quod cuncta per mundum novit Ecclesiæ, quoniam quoromlibet sententia ligatum Pontificem sedes beati Petri Apostoli jus habeat resolvi, usque quæ de omni Ecclesiâ fas habeat iudicandi, neque cuiquam de ejus licet iudicare iudicio. Si quidem ad illam de qualibet mundi parte Canones appellari voluerint, ab illa autem ne-

Tom. I.

mo sit appellare permittitur. Quapropter factis constat Acacium nullam habuisse Pontificum sententiam sedis Apostolicæ, sine illâ ejus notione solvendi: quâ certe Synodo hoc ille præsumit, quod nec sic abique Apostolicâ sede fas quidem haberet efficere? Cujus sedis Episcopus? Cujus est Metropolitane civitatis Antistes? nonne parochus Hæreticorum Ecclesiæ? Si illi certe licuit sine Synodo sententiam Apostolicæ sedis abruptere, nullâ ejus consultatione quaerit, itane verò non licuit primæ sedi Calcedonenis Synodi constituta, sicut decuit, exequenti, hujusmodi prævaricationem suâ auctoritate detrudere? Sed nec illa præteritis, quod Apostolica sedes frequenter, ut dictum est, morte majorum, etiam sine illâ Synodo præcedente, jus habuit exsolvendi quod Synodus iniqua damnaverat, & damnandi nullâ existente Synodo quos oportuit, habuerat facultatem. Sanctæ memorie quippe Athanasium Synodus Orientalis addiderat, quem tamen excepit sedes Apostolica, quia damnationi Græcorum non consentit, absolvit. Sanctæ memorie nihilominus Johannem Constantinopolitanam Synodus etiam Catholicorum Præsulem certe damnaverat, quem simili modo sedes Apostolica etiam sola, qua non consentit, absolvit. Itemque sanctum Flavianum Pontificum Græcorum congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola sedes Apostolica non consentit, absolvit, potestique qui illic receptus fuerat Disfororum secundæ sedis Præsulem suâ auctoritate damnavit, & impia Synodo non consentiendo sola summovit, & ut Synodus Calcedonenis fieret, sola decrevit: in quâ sicut sola jus habuit absolvendi eos quos Synodica decreta perculerant, sic etiam sine Synodo in hac eadem causâ plurimos etiam Metropolitanos damnasse cognoscitur. Quod si quis hæc ab Apostolicâ sede vel secundum Synodum actâ, reprehendit, præter quod præcæterim probatione convinctur, interim multo magis Acacio non licuisse fatebitur.

Item idem GELASIUS in cistern post pauca.

Remus autem quid prærogativam voluit Acacio comparari, qui Episcopus fuerit regis civitatis. Numquid apud Mediolanum, apud Ravennam, apud Sirmium, apud Triberos, multis temporibus non constitit Imperatori? Numquid nam harum urbium Sacerdotes ultra mensuram sibi met antiquitatis deputant, quâprimis suis dignitatibus usurparunt?

Item idem post pauca:

Si certe de dignitate agitur civitatum, secundæ sedis & tertie major est dignitas Sacerdotum, quam ejus civitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter Metropolitanorum jura censetur. Nam quod dicitur regis civitatis, alia potestas est regni secularis, alia Ecclesiasticorum distributio dignitatum. Sicut enim quamvis parva civitas prærogativam presentis regni non minuit, sic imperialis presentia mensuram dispensationis religiose non motat. Sic clara urbs alia potestate presentis Imperii, & religio sub eodem tunc firma, tunc libera, tunc proventu consistit, si potius hoc presente propriam tenet sue ullâ perturbatione mensuram.

Item idem in fine rationum:

Sicut per unum scribentem eorum omnium vulgata transgressio est, qui in eadem peribit reciderant actione: sic in uno eodemque qui pro om-

•

Hæc in sine Epistola reperitur.

Hæc verò in eod. volumine cum verborum potestate reperitur, supra.

nibus scripserat, vel scribendo omnium prodiderat voluntates, transgressione panitæ cunctiorum. Quæ ad instructionem vestræ dilectionis satis abundeque sufficere judicamus, quamvis eadem latius, si Dominus concesserit facultatem, Rudeamus exponere quatenus & scilicet quomodo cognoscit, nihil Apostolicam sedem, quod abijt, præperè censuisset. Quæ tamen sententia in Acaium destinata, & si nomine tantummodo Præfulsi Apostolici, cujus erat unquam potestatis legitima, probetur esse de prompta, præcipuè cum secretim diripienda videretur, nec cuilibet ubique præteritis dispositione sularis, quibuslibet difficultatibus impedienda necessarium habere non posset effectum; tamen qui Orthodoxis ubique dejectis, & hæreticis tantummodo eorumque confuscationibus jam relictis in Orientæ, Catholicis Pontificibus aut reclusis omnino non essent, aut nullam gererent libertatem, plurimorum in Italia Catholicorum congregatio Sacerdotum, rationabiliter cognovit in Acaium fuisse prolata: quæ congregatio fida Pontificum non contra Calcedonensem, non tamquam nova Synodus contra veterem primamque convenit; sed potius secundum tenorem veteris constituti participes Apostolicæ exequationis effecta est; ut satis appareat Ecclesiam Catholicam, scilicetque Apostolicam, qua alibi jam omnino non posset, ubi potuit & cum quibus potuit, nihil penitus omisisse, quod ad fraternam pertineret fraternitatem fide & sinceræ communionis tractatum.

CAP. CCIII.

Item in Epistola Leonis Papa ad Marianam Augustinam. quæ est per Lycium Episcopum & Basilianum Diaconum directæ ad amicum Anatoli Episcopum Constantiopolitano, inter cætera sic legitur:

Ep. Epist. 6. in Concilio Calced. par. 1.

Siccius gloriosam elementum vestram Ecclesiasticè studere concordari, & his quæ pacificè congruè unitatis, plurimum præstitisse consensum, precor, & sedulè suggestione vos obsecro, ut ausis improbus, unitatis Christianæ pacificè cooperator, ab omni potestate vestra abdicatis assensu, & frater mei Anatoli societatem ipsi, si perierit, cupiditate falsè abriter compatimur; ne ea quæ vestræ gloriæ atque temporibus inimica sunt cupiens, major suis velit esse proibus; liberumque illi sit quantis potuerit splendere virtutibus, quarum non aliter participes erit, nisi charitate magis voluerit ornari, quam ambitione distendi. Hanc autem improbi desiderii susceptioem, nunquam quidem debuit intræ cordis sui percipere secretum.

CAP. CCIV.

Item Lto Papa in eodẽ epistolâ:

Ibidem.

Age quod & Christianæ est probatæ & regiæ, ut prædictus Episcopus parcat Patribus, consolat paci, neque tibi admet leuissè, quod Antiochenæ Ecclesiæ sine ullo exemplo, contra statuta Canonum, Episcopos ordinare presumpsit, quod ius amote reparandæ fidei & pacis studio retrahere cessavimus. Abdicat ergo ab Ecclesiasticarum injuriis regularum, & illicitos declinet excessus, ne se ab universis Ecclesiis, dum inimica paci tentat, abscadat. Quem opto magna irreprehensibiliter agetem diligere, quàm in hac præsumptione, quæ diu ab omnibus separare poterit, perdurare.

CAP. CCV.

Item Lto Papa ad Anatolium Episcopum inter cætera in aliâ Epistolâ scribit:

Ibidem Epist. 7.

Post illa hæque ordinationis tue non inculpata præsumpti, post consecrationem Antiocheni Ep-

scopi, quam tibi contra canonicam regulam vindicasti, doleo in hoc dilectionem tuam esse progressam, ut licet illas Nicænorum Canonum Constitutiones committis infringere, tanquam oportum se tibi hoc tempus obulere, quo secundum hoc non privilegium sedes Alexandria perdidit, & Antiochena Ecclesia propretatem terere dignitatis amiserit, ut his loci juncti tuo subactis, omnes Metropolitani Episcopi proprio honore priventur. Quibus inanis & unquam ante tentatis ita præveniis excessibus, ut sanctam Synodum ad extinguendam solam hæresim, & ad confirmationem huius Catholice Rude Christianissimi Principis congregatam, in occasione ambitus trahas, & ut convenientiam suam tibi dedat impellens; tamquam refuta nequeat, quod illicitè voluerit multudo, & illa Nicænorum Canonum per sanctum verè Spiritum ordinata conditio, in aliquâ quorumlibet parte solutis. Et nulla sibi detur de multiplicatione congregations synodali Concilia blandiantur, neque tentatis illis deem atque odio Episcopis quantumlibet copiosior numerus Sacerdotum, vel comparare se audeat, quod illud voluerit multudo, & illa Nicæna sit Synodus conlocata, ut sive per pauciores, sive per plures Ecclesiasticæ iudicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit, vacuum, quidquid ab illorum fuerit confusione diversum. Nihil ergo hæc improba, nimis prava sunt, quæ sacratissima Canonibus inveniuntur esse contraria.

Item Lto Papa in eodẽ Epistolâ post pauca:

CAP. CCVII.

Attende enim ista me dilectione univeris fraternitatis tollenti, ut nemini proxis in his quæ contra te posuit, assensum, &c. usque ad universales Ecclesiæ pace pervenias.

Ibid.

Item in Concilio Calcedouensi commemoratur sic auctoritas primæ sedis:

CAPITUL. CCVII.

Nos ergo Scripturarum divinarum attestacionem evidenter manifestantes, propter hos qui substante secretum evterere succubantur, dicentes, hominem sine divinitate fuisse creatum, ex venerabili Virgine MARIA impudenter & vulgärer, contra venerabilis quondam Episcopi Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ literas, & tutus Orientis congrua scripta adversus Nestoriam amentiam, in quibus manifestè expressio certi atque sularis Symboli desiderantibus, Epistolamque Archiepiscopi Leonis primæ sedis, quæ destinata & directâ videbatur ad venerabilem sanctæ memoriæ Flavianum, ad intercedendum Eutychis malignitatem; quamvis sancti Petri confessione nobis concordante, & una atque similibus pagina visa est, adversus obtreptantium audaciam evasenter edocere convenit integrè sententiam fides credentibus.

Paslo ante In Sym. centum quinquaginta Episc. &c. in mod. Malmundiar ab edit. vet.

Lto Papa in Epistolâ quam sanctæ Synodo apud Calcedonem direxit, inter cætera sic scribit:

CAPITUL. CCVIII.

Patres Carissimi, de custodiendis quoque sanctorum Patrum statutis, quæ Synodi Nicæne inviolabilibus sunt hęc decreta, observantiam vestræ sanctitatis admoneo, ut jura Ecclesiasticam sicut ab illis trecentis octiduum Patribus divinitus inspiratis sunt ordinata permaneat, nihil aliter improbus ambitus concupiscat, nec per alterius immutationem suam aliquis quærat augmentum.

In Concilio Calced. p. 1. n. sine Epist. 14.

y castidit nigris pateris] Sic in epistolis Galassi editis, & quidem eodẽ in Æncæ codice castidia præstantis, incept.

Quantumlibet enim exortis assentionibus se instruat vanitatis elatio, & appetitus suos Concalicorum alicuius nominis noborandos, infirmos atque irritum erit, quodquid à prædictorum Patrum Canonibus discrepant.

CAPITUL.
CCIX.

Lb. 7. Epist.
64.

GRIGORIUS Johanni Episcopo Syracusano:

Veniens quidam de Sicilia dixit mihi, quod aliqui amici eius, vel Græci vel Latini, nefcio, quasi sub zelo sanctæ Romanæ Ecclesiæ de meis dissertationibus inuenerant dicentes: Quomodo Ecclesiam Constantinopolitanam disponent comprimere, qui ejus consuetudines per omnia sequimur? Cui cum dicerem: Quas sequimur? Respondit: Quia *Athanasia* dicit ad Missas extrâ Pentecostes tempora fecit: quia Subdiaconos spoliatos proccedere: quia *Kyrie eleyson* dicit, quia orationem Dominicam mos post Canonem dicit statuisse. Cui ego respondi: Quia in nullo eorum aliam Ecclesiam sequi sumus. Nam ut *Athanasia* hic diceretur, de Hierosolymorum Ecclesiâ ex beati Hieronymi traditione, temporis beate memorie Damasi Pape traditur tractum. Et ideo magis in hac re illam consuetudinem amputauimus, quæ hinc à Græcis fuerat tradita. Subdiaconos autem spoliatos ut proccedere fierent, antiqua consuetudo Ecclesiæ hinc. Sed quod placuit cuidam nostro Pontifici, nefcio cui, eos uisitatos proccedere præcepit. Nam uelut Ecclesiæ nuncquid traditionem à Græcis accepit? Unde habent ergo hodie, ut Subdiaconi in tunicis procedant, nisi quia hoc à matre sua Romanâ Ecclesiâ perceperunt. *Kyrie eleyson* autem nos neque dicimus sicut à Græcis dicitur, quia in Græcis omnes simul dicunt, apud nos autem à Clericis dicitur, à populo respondetur, & totidem uicibus etiam *Christe eleyson* dicitur, quod apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem Missis alia quæ dicitur facimus: tantummodò *Kyrie eleyson* & *Christe eleyson* dicimus, ut in his deprecationis uocibus paulo diutius occupemur. Orationem uero Dominicam sicut nos post precem dicimus, quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrarent. Et ualde mihi inconueniens uisum est, ut preces quam Scholasticus composuerat super oblationem diceremus, & ipsam traditionem quam Redemptor nobis contulit, super ejus corpus & sanguinem nos diceremus. Sed & Dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos uero à solo sacerdote. In quo ergo Græcorum consuetudines sequuti sumus, qui aut ueteres nostras reparauimus, aut novas & uelut constituimus; in quibus tamen alios non probamus imitari? Ergo uestra charitas cum oculis dederit, ut ad Cotacensem ciuitatem pergat, uel in Syracusanâ Ecclesiâ, eos quos erudit aut intelligit quia de hac re murmurare potuerant, sicla colloquutione doceat, & quasi alii occasione eos instruere non desistat. Nam de Constantinopolitanâ Ecclesiâ quod dicunt, quis tam dubitet sed Apostolice esse subiectam? Quod & pillimus domus Imperator, & frater noster eisdem ciuitatis Episcopus assidue proficitur. Tamen si quis boni uel ipsi uel altera Ecclesiâ habet, ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim qui in eo se penam exultimat, ut bona quæ uideri discere contemnat.

De privilegio principatus Apostolice Sedis pauca ex multis & diuersis auctoritatibus Canonum & Romanorum Pontificum collecta sunt, in quo omnia Concilia sanctorum Patrum unanimiter concordare uidentur, nec in aliquo aberrare diuis-

cuntur. Postquam enim Constantinus Imperator Monarchiam mundani seculi tenens, Dei insuperante clementiâ Christianitatis suscepit signaculum, & pro Dei amore & Principis Apostolorum honore sua sponte thronum Romanæ urbis reliquit, directus non esse competendum duos Imperatores in uicem eivitate simul tractare commisit imperium, cum alter foret terrens, alter Ecclesiæ Princeps, tandem ut cunctis legentibus liquet Pysantiam adiit, ubi ex suo nomine Constantinopolim construens, Regnum sedem fecit. Proficiens uero, Romanam diuitiam Apostolice Sedis subrogauit, necnon eadem maximam partem diuersarum prouinciarum eadem subiecit. Denique subrogatâ potestate, & solemniter regii auctoritate Romano Pontifici contraria, loco cessit, & ob optatum curule imperium Deo, sanctoque Petro honorem regni in possessione amphanum reliquit. Itaque singulariter prouinciam & mirabile testamentum toto tunc orbe uulgatum Apostolice Sedis conscribi iussit, eidemque obsequendum diuersa regnorum prædâ perpetualet dilexerit, sacrasque leges in diuersis ordinibus & culibus, ac Ecclesiasticorum indumentorum ornantibus innumeras superaddens dotibus, nobilitate ac splendide augmentauit, in quibus etiam inter alia specialiter continere uoluit, ut apertem omnis principatus Romanus Pape super omnem Ecclesiam eiusque Pontificis prerogatiua uelut jure regio retineret. Hæc & alia quam plurima, & ad comparandum copiosissima, in eodem relegendum privilegio, cujus exemplaribus Ecclesiarum in Gallia consistentium armata ex integro possuntur.

Ista cum ita sint, opprobriū mirandum, quare Constantinopolitanis Prælatibus ad mucro non sua usurpare audeant, præsertim cum in nullo Concilio eorum eadem urbs inter principatus connumeretur Sedes, Constantinopolitano excepto, cuius regius eisdem ciuitatis semper arsit fauor. Reputant ergo toties æque uis ratione, hinc stolidæ præsumptionis uires tantum conanti licenter inueniunt, consentanea Regum uoluntas indebitè submittitur, ex quo nobis imperium statui habere caput. Plurique siquidem hoc fastidium Apostolicæ dignitatis deuotum Constantinopolitanis appetentes, toties inuisionem cum dedecore sunt deuidi, quoties tumore extollerent inflati id agere adorti. Nam relegatur Episcopus beati Gregorii Pape ad Johannem Constantinopolitanum Antistitem, pro satis erudendo ambræ, qui se in Synodo ubi ipse præsidebat uniuersalem Papam appellari & conscribi fecit, ubique qui legerit clarior perspicere poterat, cum quantâ ueritate cum Apostolica auctoritate protorem comprobans in tantum condemnauerit, ut eundem Ajudatæ Angulo æquiparans infeliciter compararet, qui per superbiam intera distendens, sic tacto eructauit anhelitu: *In caluum cuscendam, super aspera caris exaltabo solum meum; scilicet in morte testamenti in Laceribus Aquilæ, ascensum super altitudinem nubium, sicutis ero Altissimo.* Cujus etiam tumor per omnem episcopalam honestissimè texitur, & nisi ab illicitis tripliciter, eundem damnatos submittere premat. Proinde etiam Constantina Augusta epistolam dirigie, ut in talibus tam ipsa quam Imperator nunquam assensum præbeat, ne forte aliquis mandorum beati Petri privilegia infringere quoquoquam pertente. Si harum plebitu episcopalarum reuoluat, melius sollicitè additentes latè abundeque per docere quibit. Etenim in descriptionibus Romanorum Pontificum, hæc eadem præsumptio celebris ac distindis coercita reperitur.

Igitur quod ISMATIOS Constantinopolitane Sedis Episcopus nuper Apostolicum Sedem iuxta sta-

Lb. 4
18.

107. 1

In
Epist.
ad M
Nepes
15. 16

Caed
mista

ecum hæc
temporale
torior.

tuta Patrum canonice reclamans, indignè dicitur damnatus; & PONTIUS Neophytus in loco ejus contra regulam Ecclesiasticam constitutus, non Episcopus dicitur, sed potius invasor, à conjugio illud solutus & tonsoratus, quantum à ratione aberrat, aperè cognoscere valet, qui synodalium definitio- num insensibilis erret. Pro simili invasione olim miserabilis dispensati estiam, passè est Romana Ecclesia, veluti sub temporibus VIAGRII Pontificis contigit, qui SILVANI venerabilis Pape sedem ipso adhuc vivere & exilio deportato turpissimè vi arripuit; necnon etiam sub beato STEPHANO Papa, à sancto Petro novagésimo sexto eventi, quando Dux quidam vocabulo TOTO locum suum CONSTANTINUM subitò tonsorari fecit, & alià de contrà statuta Canonum solum in Diaconum constitutus, & proximo Dominicali non dignè Pontifex acclamatus, sed potius invasor Apostolicæ Sedis iudicandus, Romanam Ecclesiam discordiæ cladibus & crecentis homicidiis fordavit: qui ob tantæ cupiditatis voraginem ad hoc usque pervenit, ut ex fide arreptâ turpissimè dejectur, & carcere reclusus, tandem à filius necessariorum oculorum lumine privaretur. Ista itaque cum natio Græcorum cognoverit, aut forte si non aare, vel nunc dicere poterit, instantioris stupendum, cur Neophytum exemplo uxori copula solutum sine aliquo intervallo & probatione temporum in sedem falsò dummò legitimi subrogaverit. Vix à mulieribus amplè avulsus, & à pollutione corporis necdum perfectè mundatus, etiam in Pontificem totius mundi erigitur & veneratur sublimatus. His & aliis tempestivum procellis sancta centupliciter concussa Ecclesia hoeret tam nefandissima, non solum opere perfècta, verumetiam voto peragendi cogitata concepta. Hæc de privilegio Apostolici primatus breviter perstricta sufficiant.

CANTILE
CCX.

De hoc quod queritur quare apud Romanos plerumque Diaconus Cardinalis quodam saltem, non percipit presbyteralis benedictione, in Episcopum subito consecratur.

DE hoc autem quod queritur, quare apud Romanam plerumque Diaconus quodam saltem non percipit presbyteralis benedictione in Episcopum subito consecratur, dicendum simpliciter asseritur, quia deperit rationalis responsio hujusmodi adhibitionibus subiecta, cum illa que ignorat deponere firmo veridice pudicè refugit, maxime si in propalato lingua dissentat (loquitur, & nequaquam subscantari possit sanctarum Scripturarum auctoritas. Vultu tamen supposito sub æterno intellectus virendè ecedendum, quò forte illi qui sine ulla ordinatione assuntant, hoc intelligi vult, quia qui benedictione pontificali presangitur, relaxatur benedictionum honore deoerit, sive quia in consecratione corporis Christi & sanguinis officium Verbalis ac Presbyterii mysticè unatur. Sicut enim in terrarum Rege diversæ dignitates adscribuntur: nam Imperatores ex Consulibus creati, propter regale consanercium quoddam non omittant, nec mutant Consulibus de Patriiù nomen: ita credi potest quòd in sublimitate majoris Pontificis consistat etiam honor minoris Sacerdotis. Fortitan autem illi quæ de Diacono ordinant Episcopum, prætermittit benedictione presbyterali, assertioni B. Hieronymi in epistola loquutus ab Titum ex parte concedere videntur, qui officium Presbyteri in aliquo comparticipare affirmat ministerio episcopali. Sed ne forte aliquantula in nobis excutitur motio majorum Domitorum, nostram omittentes in hujusmodi auctoritate distinctionem, ipsius sancti Hieronymi verba

sine nostrorum intermissione verborum fideliter ponamus. Sicut enim talis in supradictâ epistola, ubi hæc eleganter exponit contentiam. *Et constitutus per civitates Presbyteros, sicut ego ipsis dispensasti.* Audiant Episcopi qui habent constituendi Presbyteros per urbes linguas potestatem, sub quali lege Ecclesiasticæ constitutionis ordo tenetur: nec putent Apostoli verba esse, sed & hæriti qui ad discipulos ait: *Qui vos speravit, me speravit. Qui autem me speravit, speravit eum qui me misit.* Sic & qui vos audit, me audit. *Qui autem me audit, audit eum qui me misit.* Ex quo manifestum est eos qui Apostoli lege contempta, Ecclesiasticum gradum non merito voluerint aliquid deferre, sed gratiâ, contra Christum facere, qui qualis in Ecclesiâ Presbyter constituendus sit per Apostolum suum in sequentibus excoquutus est. Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem Deus loquutus est, potuit utique succellere principatus filius suos facere, & potestis propriam relinquere dignitatem, sed extenuare de alia Tribu eligatur Jesus, ut ceteris principatum in populo non sanguini deferendum esse, sed vitæ. Ad nunc ceteris plurimos honorem beneficium facere, ut non querant eos qui possunt Ecclesiæ plus professe & Ecclesiæ erigere columnas; sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequium delituit, vel pro quibus majorem quicquam rogaverit, & ut deteriora racam, qui ut Clerici fierent, numeribus impetrantur. Diligenter Apostoli attendamus verba dicentes: *Us constitutus per civitates Presbyteros, sicut ego ipsis dispensasti.* Quis qualis Presbyter debeat ordinari, in consequentibus dicitur, hoc est, *Si quis est sine crimine, unus uxoris vir, &c.* Postea intulit: *Operiet enim Episcopum sine crimine esse, tamquam Deus dispensatorum.* Idem est ergo Presbyter qui in Episcopum, & antequam Dialioi infunditur fluida in religionem fuerit, & dicitur in populo: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cepha: communis Presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabatur.* Postquam verò uniusquisque eos quos baptizaverat patribus suos, non Christi, in toto orbe decessum est, ut unus de Presbyteris electus superposceret ceteris, ad quem omnis cura Ecclesiæ pertineret, & schismatum semina tollerent. Putat aliquis non Scripturaturam, sed nostram esse sententiam, Episcopum de Presbyterum unum esse, & aliud etatis, aliud esse nomen officii: Relegat Apostolus ad Philippenses verba dicitur: *Paulus & Timotheus servos Christi JESU, omnibus Sanctis in Christo JESU qui sunt Philippis cum Episcopo & Diacono, gratia vobis & pax.* Et reliqua. Philippi una est urbs Macedonia, & certè in unâ civitate plures, ut noncupantur Episcopi esse non poterant. Sed quia eisdem Episcopos illo in tempore quos Presbyteros appellabant, propterea indifferenter de Episcopis quâsi Presbyteris est loquutus. Adhuc aliquid hoc videtur ambiguum, nisi altero testimonio comprobetur. In Actibus Apostolorum scriptum est, quòd cum venisset Apostolus Paulus Milerum, misit Ephesum, & vocaverit Presbyteros ejusdem Ecclesiæ, quibus postea inter cetera sit loquutus: *Attendite vobis, & omni grege, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos presbere Ecclesiam Dei, quam acquisistis sanguine suo.* Et hic diligenter observate, quomodo unus civitatis Ephesi Presbyteros vocans, postea eisdem Episcopos dicitur. Si quis vult recipere epistolam, que sub nomine Pauli ad Hebræos scripta est, & ibi aequaliter inter plures Ecclesiæ cura dividitur. Siquidem ad plebem hæbit: *Parate Principibus vestris & subiectis esse: ipsi enim sunt qui vigilant pro vobis vestris, quasi rationem reddentis, & se sus-*

S. Hieronymus lib. 2. in Epist. ad Tit. cap. 1. 2.

Luc. 10.

Tit. 2. 3.

Tit. 4.

1. Cor. 12.

Philipp. 2. 2.

Act. 20. 17.

Tit. 2. 14.

Hebr. 13. 17.

pirantes hoc faciam: siquidem hoc mihi vobis est.
 Et Petrus qui ex fidei firmitate accepit nomen, in epistola sua loquitur dicens: *Presbyteros ergo in vobis obsecro. Compertestis. & vestri Christi passionum, qui & eius gloria, qua in futurum revelanda est, fecim sum: Passus enim qui in vobis est gregem Domini, non quasi cum necessitate, sed voluntate. Hoc propterea, ut offenderemus apud veteres talem fuisse Presbyteros quos Episcopos: politiam verò ut dissolutionum placentia evellerentur, ad unum omnem sollicitudinem esse delatum. Sicut ergo Presbyteri sunt se ex Ecclesie consuetudine et qui sibi prepositus fuerit esse subiectos; ita Episcopi noverunt se magis consuetudine quàm dispositionis Domine veritate Presbyteris esse majores, & in comune debere Ecclesiam regere, imitantes Moysen, qui cum haberet in potestate solus præfille populo Israel, sepe viginti elegit cum quibus populum judicaret. Videmus igitur qualis Presbyter sive Episcopus ordinandus sit. Si quis est sine crimine, non novus novus vir, filius habens fideles; non in accusatae luxuria, aut non subdus. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, tanquam Dei dispensatorem. Et reliqua.*

Si autem controversie fortuna ita alicui despicuerint, non sperncium tumoris Christi impetetur veraculus, quia non evidenter in præfata propositione potuit inveniri responsio rationalis, quæ videlicet præstantior esset auctoritate docentis.

RESPONSIO CUJUSDAM

De Corpore & Sanguine Domini.

Invenientes sententiam Apostoli, quæ dicitur: *Quia*
Incarnatus homo non percipit ea qua sunt Spiritus Dei, hæsitavimus vehementer de multis spiritaliter viventibus cum de spiritalibus responsa paramus, qualia forte necdum percipimus, in lapidem offensionis & petram scandalis incidimus. Sed iterum cum aspectus interiorum ad eum dirigimus, qui ait: *Aperis os tuum, & ego implebo illud:* hinc integritate mente provocamus respondere, de quo dignum est non tacere, videlicet de mysterio Corporis & Sanguinis Domini, quod cum in panis fractione & calicis haustu accipimus, quo ordine tractatum in nobis naturali & corporeâ conditione servetur.

In cujus responsionis initio, hoc potissimum prædicare oportet, ut sicut omnia in Christo vera credimus, veram videlicet divinitatem & veram humanitatem, verum Verbum & veram carnem, verum Deum & verum hominem: ita in mysterio Corporis & Sanguinis ejus, quod virtute celestis benedictionis & Verbi divini in id quod non erat consecratur, nihil falsum, nihil frivolum, nihil infidum sentiamus. Nam de hoc ipse Salvator ait: *Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Hæc est commendatio & qualitas tanti cibi, quo palitur fides & reficitur anima. Ad has nos dapes sapientia per Salomonem invitatur, dicens: *P-*

ner, comedite panem meum, & bibite vinum quod mihi dabo vobis. Sed hæc Sacramenta dum Judæis à Domino committuntur, non recipiuntur: quia clausi peribit januis veritatem intrare non sinentes, pro spiritualibus carnalia, pro innocentissimis cruenta intelligere maluerunt. Illis ergo saluammodo verbus tanta mysteria, discipulis autem & in eis Ecclesiæ sue Dominus ipsa se veritateque contradidit: *Qui pridie quem passeretur accepit panem, & benedixit ac fregit, & deditque illis dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hæc est enim sanguis meus vobis Testamenti.* Discrilo enim hæc aguntur modo, dum Judæi, si non manducaverint & biberint, communicatur: discipulis autem ut manducet & bibant præcipitur. Sed hæc domus traditionis fuerit divertit, unum idemque est mysterium, quod Judæis ac discipulis communicatur fide sumendum, fideque servandum.

Hæc tamen Ecclesia Catholica ovovit, quæ sola hæc mysteria suscipit, Incarnationis Verbi divini mysterium tractans, & societate passionis communicaus. Hæc benedictione divina consecratur, & virtute invisibilibus in id quod non fuerant, convertuntur: ut olim Christo equam in visum convertente, & mare suis gressibus solum reddente, quod quia spiritaliter fit, non nisi fide cognoscitur. Spiritalis igitur alimonie Sacramentum, quia non nisi spiritu sumitur, summa ejus ad interiorum hominum refertur, qui nequaquam digerit quod sumit. Si autem de exteriori dicimus cibo & homine, liquet illa Domini sententia quæ dicitur: *Quia omne quod in os introit, in ventrem vadit, & in feces emittitur.* Ubi enim omne dicitur, nihil excipitur, si verè à nobis hæc Sacramenta non excipiuntur à communibus cibis, timeuda illa est sententia Apostoli, quæ dicit: *Qui autem manducaverit panem & biberit calicem Domini indignè, iudicium sibi manducavit & biberit, non dividens corpus Domini;* hoc est non discernens à cæteris edis illam quæ tantæ excellentie efficacia est, ut corpus Domini dicatur. Sed cum utramque humiliter suscipimus, & venerabiliter tractare querimus, ad Dominum nos benigniam manufacturam convertimus, ut hæc qualiter sint, cognoscere valeamus. Scimus enim hoc Sacramentum mysterio & reverenti omnimodis fecerendum à communibus edis, quæ naturali usu sumuntur: sed tamen eodem modo, quantum ad confessionem & hautum pertinet, percipiuntur; videlicet tractando per os, & in ventrem mittendo, ubi quæ Domini de mysterio suo agere voluerit, suæ icum tantum cognoscere esse voluntati. Scimus enim consumi posse spiritali virtute, scimus & servari posse inconsumptibili prenentate, quia quæque ex his Christus elegerit de suo Sacramento perhibet, de quo si multa dicere querimus, timendum est ne pro laque butyrum, aut sanguinem ab uberibus elicimus. Abiit tamen ut tantam mysterium cessus fiat obnoxium, in quo si forte ordo nature servatur, mysterium quod sola fide conficitur, humilietur. Si corpus in corpore ordinem servat, non violatur mysterium, quod divinitus firmavit Sacramentum, nec spiritus imitatur quod fide integrè in se corporali spiritaliter sumit.

Abiit etiam quod dicamus corpus Christi potest fieri posse, aut quocumque igne calor absumi, si forte per negligentiam perit, aut oblivione amissus, aut incuria capotitus; nequaquam credendum est

l. Pet. 1. 7.

Tu. 1. 4.

ANNO CIRC.
890.
l. Cor. 1. 14.

Psal. 90. 11.

Joan. 13. 17.
loc.

Prov. 9. 4. 5.

a *Responsio cujusdam* Amalati, sive Bohemici in margine. Quod quæ ratione deprehenderit, hæc respondens notat, nisi quod hæc opusculi sibi ab oratore Amalata liberum sibi similium est. Hæc hæc sic scripsit circa annum 890. Monet Athesias R. quædam hæc reportat esse

in ms. cod. Gemblacens. ejusque mensuris Anonymum xvij. Cellinum.

b *quo passus fides* hæc emendavimus, cum antea legitur, *passus*. Sapit pro *fuit*, id est *carissimus filius*.

benedictione virtutis id in se pati posse, quam constat spiritualiter insitum fuisse. Ergo si in pane isto quod natura firmavit, quocumque corrupto corporali extra hominem prævaleat, corporalis occidit cogente, quid in corpore corpus agat ad verum potest salvo & solido spiritali Sacramento, quod panis natura non firmavit, sed celestis benedictio efficit. Novit enim in hoc Sacramento vis divinit efficitur, quid natura reservaverit, quid benedictione virtutis, cujus juris est quod condidit posse efficiere quod voluerit, & idipsum quod natura firmavit in id mutare quod consecrationis infudit, mutatumque ordinem tibi soli novissimum, & in corpore & extra corpus conservare, sive particulariter recepta naturâ, virtutem, sive generaliter cum virtute Sacramenti naturam.

Hinc usque responsione nostrâ pergressi sumus, quia hinc usque Domodo ducente potuimus. Si verb ad huc ad satisfactionem aliquid superest, mox ut Dominus voluerit, & per quemcumque elegerit, tibi satisfacturus erit.



ADREVALDUS

De Corpore & Sanguine Christi,

Centrà inceptar Johannis Scotti.

Batus Hieronymus in commentario Matthæi Evangelistæ eum in sermone Dominici Corporis exponente, aliter intulit: *Carnaveris autem*, &c. postquam typicum Pascha fuerat impletum, & Agni carnes cum Apostolis comedere, assumit panem qui confortabat cor hominis, & ad verum Pascha transigebat Sacramento, ut quomodo in præfigurationem eius Melchisedech summi Dei sacerdos panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque in ventate sui corporis, & sanguinis repeteret.

Item ad Edibonem, quod sit in Matthæo scriptum: *Dico vobis non habeo amalo de hoc generis vitæ.* Nos audiamus panem quem fregit Dominus deditque discipulis, esse corpus Domini salvatoris, ipse dicitur ad eos: *Accipite & comedite, hoc est corpus meum*; Et calicem illam vite, de quo iterum loquutus est: *Bibite ex hoc omnes; hoc est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Ille est calix de quo in Propheta legitur: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo*; Et alibi: *Calicem inebriationis quam præclaris est.* Si panis natus qui de celo descendit, Corpus est Domini, & vinum quod discipulis dedit, Sanguis illius est novi Testamenti, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, Judæos fibulos appellamus, & secundam cum Domino carnalium progeniem, stratum, atque mundatum, & accipimus ad totum in calicem novi Testamenti, ibique cum eo Pascha celebrantes, inebriamur vino libetatis. *Non est enim regnum Dei calicis & panis, sed iustitia & gratiam, & pax in Spiritu sancto*; nec Moses dedit nobis panem verum, sed Dominus Jesus, ipse convivit & convivium, ipse comedens & qui comeditur; illius bibimus sanguinem, & sine ipso potare non possumus, & quocumque in sacramento eius de gremio veni veræ, & vineæ boeche, que interpretatur electa, rubicunda multacalcamus, & novum ex his vinum bibimus in regno Patris, nequaquam in vestibulo literæ, sed in novitate spiritus cantantes canticum novum, quod ne-

mo potest canere, nisi in regno Ecclesiæ, que regnum Patris est.

In expositione autem Epistolæ ad Ephes. in eo loco ubi sententiam Apostoli exponit: *In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius*, ita dicit: *Dupliciter sanguis Christi & caro intelligitur, vel spiritualis illa atque divina, de qua ipse dicit: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Et, *Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam æternam*: vel caro & sanguis que crucifixus est, & qui multis effusus est in cæca. Juxta hanc divisionem & in sanctis eius diversitas sanguinis & carnis accipitur; ut alia sit caro que visura est salutare Dei, alia caro & sanguis que regnum Dei nequeat possidere.

Item quod in tractatu Hinc Prophete, ubi dicitur: *Quo mori multitudine victimarum vestrarum?* Et post pauca: *Quis enim quasi hoc de manibus vestris?* ait: *Audiat Ebonita, qui post passionem Christi bultam legem putavit esse servandum.* Audiant Ebonitarum socii, qui Judæis tantum & de stirpe Israhelitis generis hæc custodienda decernunt. Hostiæ ergo & victimarum immolationes non principaliter à Deo quaerita sunt, sed ne idolis ferret, & ut que carnalibus victimis quasi per typum & imaginem ad spirituales hostias transirentur. Dicendo autem se hostias non quaerit, ostendit quia lex spiritualis sit, omnique que Judæi carnaliter faciunt, à nobis spiritualiter impleri.

At verb in explanatione Malachiæ Prophete, exponendo, quod dicitur: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum.* Et paulo post: *In omni loco sacrificaverit, & offerat nomini meo oblationem.* Post haec, ita dicitur: *Quidam putant hoc quod ad Judæos dicitur specialiter, eo quod victimæ eorum immunde sint atque polluta, & sacrificium transferatur ad gentes, intelligi debere super Ecclesiæ sacerdotibus, qui negligenter offerunt victimas Domino.* Quod si recipimus, ergo ab Ecclesiâ ad aliam rursam religionem victimæ transferendæ sunt; & quomodo legi Evangelium, sic rursam Evangelio ea que non sunt futura, succedent.

Sanctus Augustinus in expositione Evangelii Johannis, in eodem loco ubi dicitur: *Ego sum panis vivus qui de celo descendit.* Ita sentit: *Et unde, inquit, illi superbia erant, suspicit dicens. Patres vestri manducaverunt manna, & mortui sunt: quid est unde superius? manducaverunt & mortui sunt. Quare manducaverunt & mortui sunt? quia quod visibant credebant, & quod non videbant, non intelligebant. Et post paululum: Manducaverunt, inquit, manna Moyses, manducaverunt & alia sancti, & mortui non sunt morte spiritali, quare? quia visibilem cibum spiritualiter intellexerunt, &c. ut spiritualiter satiarentur. Nam & nos hodie accipimus visibilem cibum, sed aliud est Sacramentum, aliud virtus Sacramenti. Quam multi accipiunt de altari: & moriuntur, & accipiendo moriuntur! Unde dicit Apostolus: *Judicium sibi manducavit & bibit.* Nomen buccella Domitæa ventum fuit Judæis, & tamen accepit, & cum accepit, in eum intamic intravit; non quia animum accepit, sed quia bonum malum accepit. Valere ergo, Fratres, panem caelestem spiritualiter manducare. Et post multa: *Hic est ergo panis qui de celo descendit, ut si quis ex ipso manducaverit, non morietur; sed quod pertinet ad virtutem Sacramenti, non quod pertinet ad visibile Sacramentum, qui manducat intus, non foris, qui manducat in corde, non qui premit deute. Ego sum**

a Batus] Hinc apostolum Actus in morte à se regerunt esse in membris Historicis, quod quidem so-

non consistit à literariis Patrum ab Adevaldo confa-

Epistolæ 1. 7.

Joan. 6. 56.
Ibid. 54.

Idem 3. 13.

Malachi. 2. 10.

Joan. 6. 52.

Ibid. 49.

1. Cor. 11. 27.

Joan. 6. 57.

Ibid. 52.

a Anno circ.
Ergo.
Ex mens.
Abd. 5. Rev.
Abd. Florian.
Idem 14. 18.

Ibid. 19.

Psal. 119. 4.
Ibid. 1. 1.

Rom. 14. 17.

panis vivens qui de caelo descendit; ideo vivus, quia de caelo descendit, & manna, sed manna umbra erat, ille veritas est. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Et panis quem ego dabo pro mundi vita, caro mea est. Hoc quando cepit caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non caput caro; & ideo magis non caput caro, quia vocatur caro: hoc enim exhorruerunt, hoc ad se multum esse dixerant, hoc enim fieri non posse putaverunt. Caro mea est, inquit, pro mundi vita.

Item in positione buccellae quam Judas accepit, post multa ita dicit: Recordamini unde sic scriptum: *Quis cum manducaverit panem, aut biberit calicem Domini indigni, reus erit Corporis & Sanguinis Domini.* Et de his erat sermo, cum hoc Apollolus diceret, qui Domini corpus vellet quemlibet alium cibum inducere, negligenterque sumebant. Hic ergo si corripuit quibos dijudicat, hoc est, non discernit à ceteris cibus Dominicum corpus; qui ad Dei mensam fingens amicum, accedit inimicus... si reprehensione tangitur negligentia convivantis, quid panem percipitur venditor unctus? Quid autem erat panis traditoris datus, nisi demonstrato cui gratie fuisset ingratus. Intrauit ergo post hunc panem satanas in Domini traditorem, ut tibi jam traditum plenus possideret, in quem prius intraverat ut decerneret; noque enim cum illo erat quando ad Judas perrexit, & de pretio tradendi Domini pactus est; cum apertissime Lucas Evangelista testatur, & dicit: *Intrauit autem Satanas in Judam, qui cognominatus Iscariot, unus de duodecim; & absit. & loquutus est cum Principibus Sacerdotum.* Ecce ubi ostenditur, quod jam intraverat Satanas in Judam; prius ergo intraverat inimitando in cor ejus cogitationem quod traderet Christum: talis enim jam venerat ad cœnandum. Nunc autem post panem intravit in eum, non adhuc ut alienum tentaret, sed ut proprium possideret. Non autem ut putant quidam negligenter legentes, tunc Judas Christi corpus accepit; intelligendum est etiam quod jam omnibus eis distribuerat Dominus: Sacramentum Corporis & Sanguinis sui, ubi & ipse Judas erat, ut sanctus Lucas narrat. Ac deinde ad hoc ventum est ubi secundam narrationem Johannis apertissime per buccellam tinctam atque portectam, suam epasum tradidit.

Et cum aperuisset sigillum secundum, exivit alius Equus rufus. & qui sedebat super eum, datum est ei ut sumeret pacem de terra. & ut invocaret se interficerent homines; & datum est ei gladius magnus. Ecce secundus Ecclesiæ status manifestè revelatus illi Discipulo quem diligebat Javus. Nam quod exivit rufus equus, quid aliud est nisi error Martyrum, qui effusus est in testimonium Christi, quando subdita est pax de terrâ, & datum est gladius magnus persecutionis in Ecclesiâ. Ille atque status persecutionis à Stephano glorioso Protomartyre, quem Judæi lapidaverunt, intam sumit; post cujus triumphum tanta persecutio incanduit, ut jam non in uno loco Jerusalem Ecclesiâ remanere potest,

sed dispersi in omnem terram Apostoli fidem Christi evangelizarent, & evangelizando vitam martyrio confirmarent. Unde Petrus & Paulus Romam, Jacobus Jerusalem, Andreas Achaïam, Bartholomæus Indiam, Mattheus Æthiopiâ, & alii Apostoli singula singulas provincias gloriosissimo martyrio decoraverunt. Post quos quàm plurimi fideles alii ludibria & verbera experti, insuper de vincula & carceres, gravissima & exquisitissima tormentorum genera passi, titulum Christianæ professionis in celum feliciter evaserant, & nobis memoriam sui in benedictione reliquerunt. Scribuntur leges adversus Christianum nomen, ut quicumque hujus religionis cultor inventus fuisset, traheretur ad supplicia, & sine audentiâ damnaretur. Sed Ecclesiâ Dei in persecutione, sicut palma in victoria, florebat, & sicut cedrus Libani quanto magis patebatur, tanto magis multiplicabatur.

Videns autem draco serpens ille antiquus, qui tantam servitiam adversus Ecclesiâ Dei excaverat, quod multum amittam sole, & lunam habentem sub pedibus, & in capite coronam stellarum duodecim, omnibus absorbere non posset. Sumens quod ex ore suo miserat, traxit eum in mulierem, & iterum statim facere præsum cum reliquis de femine ejus, qui custodiunt mandata ejus, & testimonium habent Javæ. Cellente igitur manifestâ persecutione, lex contra Christianos data relaxatur, alia lex ad pacem Ecclesiæ promulgatur, Reges ad Baptismum curant, diversarum Provinciarum Principes fidem Christi suscipiunt, totus mundus nomen Christianum quod prius iniquebatur, jam nunc humiliter veneratur, & Crux Christi quæ prius erat in scandalo & decore, nunc cægitur in honorem & venerationem. Tempia ubique magnificè construantur, Episcopi, Presbyteri, Diaconi & cæterorum ordinum Clerici prius abjecti, ab exilio evocantur, & ubique Doctores fidei postulantur, & sacratissimus ordo Episcoporum & Clericorum ad prædicandum Evangelium Dei ubique terrarum missus diffunditur.

CAPITULUM IX.

Quid in tertio statu Ecclesiæ, extenuis nigro equo, maxima hæreticorum pernicula Ecclesiæ supra modum turbaverunt.

Et cum aperuisset sigillum tertium, ecce equus niger. & qui sedebat super eum, habebat stragulam in manu sua. Ecce tertius Ecclesiæ status, in quo niger equus emittit. Niger equus atra hæreticorum doctrina est, quos prædictus draco magnus sollicitavit adversus Ecclesiâ Dei, ut quam non poterat prius absorbere fuso Martyrum sanguine, illam modo diturbaret prævissimo hæreticorum dogmate.

Surgunt igitur hæretici, chara dæmon bestia portantes inimici in cordibus suis, & dum in manu sua dolosam stragulam trutinantes habent, equitatem de Fide dilapsum proponunt; sed minus cautos levissimum unius vel minimi verbi pondere fallunt, & in partem sui erroris pertrahunt, inter quos sunt Arius, Presbyter ille nominatissimus, & infestissimus Ecclesiæ Dei hæretiarum, & ejus sequaces, qui de consubstantialitatis nomine disputantes, & hoc ab Ecclesiâ se dividentes, diversis in Trinitate substantias nomenclant, nomenclant affirmaverunt, putantes impie ibi diversitas esse substantias, ubi pie diversitas credimus personas. Fuit & Sabellius, qui quoniam rectè credidit unam in Trinitate substantiam, putavit quoque ibi esse credendum unam eam, Patris scilicet, & Filii, & Spiritus sancti personam. Fuit & Nestorius Episcopus, qui arbitra-

Apoc. 6. 3.

Arius.

Sabellius.

Nestorius

tos est non posse esse naturam duplicem, quia personam fuerit duplex: atque ideo cum in Christo naturam duplicem rectè confiteretur, non rectè duplicem credidit esse personam, alteram Dei, alteram hominis solum sicut predicantis. Fuit & Eutyches Abbas Archimandrites, qui non putavit naturam duplicem esse posse sine duplicatione personæ: & cum non confiteretur duplicem in Christo esse personam, arbitratum est consequens esse ut una videatur esse natura. Itaque Nestorius rectè duas in Christo credens esse naturas, divinam scilicet & humanam, sacralgo ore confessus est duas esse ibi personas. Eutyches verò rectissimè credens unam in Christo esse personam, fallaciter credidit unam quoque ibi esse naturam. Qui altissimè sibi oppositi allebantur & allebant. Fuit Macedonius Episcopus, Spiritum sanctum creaturam & non Deum esse infideliter asserens. Fuit Donatus, Filium Patre, Spiritum sanctum utroque minorem superbè contentione docens. Fuit & Photinus Episcopus, Christo à MARIA per coitum principium nimis ampicie adscribens. Fuit Manes de Persiæ, unde Manichei, duo principia contumaciter docens, Unigenitum Dei æternum perverrà doctrinam negans.

Fuerunt & alii quàm plures hæretici, qui singuli suis temporibus falsè dogmatizantes, & tamquam inimici homines pessimè arianismum seminantes inter triticum apostolicæ doctrinæ, columbam Dei simplicem in fide, sanctam & immaculatam in opere crudeliter depulsaerunt & lanxaverunt: contra quos celebrata multa Concilia congruis in locis & temporibus, & damnata est hæretica pravitas, & expurgatum est fermentum malitiæ & nequitia, & solidata est mater Ecclesia in azymis sinceritatis & veritatis. Nam in Nicæno Concilio & Antiocheno & Ephesino & Chalcedonensi & Constantinopolitano; & in aliis quàm pluribus sanctorum Patrum synodalibus Conventibus per diversas Provincias habitis adeo delata, & conrecta, & sopita, & pestibus exanimata sunt insipissima venena hæreticorum, ut jam amplius in nullo Ecclesiæ Catholicæ angulo repulsi hære sen ebullire audeant. Ipsa verò Fides orthodoxa post tot impulsiones adeo est roborata, & fundata, & solidata, ut jam amplius Domino favente semper inconcussa, sæpè inconcussa pure permansere debeat, tota integra, ut nihil sit addendum; & tota inviolata, ut nihil sit aufertendum: Unde etiam à sanctis Patribus convenienter inhibita est, ut de cætero nemo disputer publice de Fide, tamquam de eo quod jam est definitum, & nulli debet esse ambiguum; iniquè extreme demeritæ est in medio & peripetuo de commenticium humeris inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid ulterius dicit, mendacium querit, & seipsum non immerito involvit.

Radicatâ itaque Fide Catholicâ ad informandam Ecclesiæ disciplinam accesserunt diversæ regulæ, quas quæ sancti Patres sanxerunt, dignè Canones appellatæ sunt, in quibus reperitur quid sit præceptio, prohibitiones, dispensationes, rigor, necessitas; indulgentia, remissio, terror, admonitio, & cætera per quæ omnia ita in hoc statu Ecclesiæ crevit mirabili contra hæreticos sapientia, sicut in priori statu in persequutione Martyrum victoriosa crevit patientia. Sed ecce leo rugiens non cessat, non dormit, sed adhuc circueit querens quem devoret.

CAPITULUM X.

Quid in quarto statu Ecclesiæ, exente pallido equo, in falsis fratrum Ecclesiæ Dei supra veras labora-

verit. in quo etiam statim multa ac varia Religiones creverunt.

ET cum aperisset sigillum quartum, ecce equus capalus, & qui scilicet super eum, nomen illi mors. & infernus signebatur eum. Iste nimirum quartus est Ecclesiæ status, in quo gravissimum & mortiferum periculum est in falsis fratribus. Nam sicut pallidus color ex albo simul & nigro miscetur, nec prius albus ostendit, sed utramque falsò habet; ita nimirum falsi Christiani, seu falsi fratres, quorum innumerabilis jam multitudo est, Christum ore publico confitentur, factis autem negant; Ecclesiam frequentant, ecclesiastica Sacramenta insipienter, Prælati debitam reverentiam exhibent, juxta Apostolum honore se invicem præveniant, Ecclesiæ assistunt, & eas simul & altaria ad decorem domus Dei decenter exornant, solemnitates & festa Sanctorum quæ summâ devotione celebrant, longa Missarum officia, & ordinatis Cleri processiones plurimum commendant, jejunia quoque & cibariorum discretionem interdum sibi imponunt, pauperibus elemosinas propriis manibus porrigunt, sanctos & verè religiosos viros, si forte sibi occurrant, clato intus corde & inclinato rostris capite salutant, & eos plenius hospicio receptos humanè tractant, & eorum orationibus se commendant. Quidam etiam gloriosum Domini sepulcrum in Jerosolymis, seu lumina Apostolorum, seu alia loca Sanctorum visitant, in omnibus causis, tam alienis, quàm propriis, Deum sibi auctorem testantur, universa quæ vel dicunt, vel faciunt, in nomine Domini se vel dicere vel facere dicunt. Et ut breviter colligam, decenti habitu, decenti sermone, decenti viâ, decenti incessu, decenti toto corporis motu, religioso & honestam & disciplinatum personam gerunt, & fors ostendunt. Et in istis & cum illis quasi patriciis est status Ecclesiæ, negligendo persequuntur manifestè impugnant, nec dolosa impotuntate hæreticorum fatigatur: verum in falsis Christianis, seu in falsis fratribus, qui nomen & habitum Christianæ religionis induerunt, adeo laborat Ecclesiæ, ut huic qui sedebat super equum pallidum, rectè nomen esset mors, quæ nulli mortalium parcat, quæ etiam congruè infernus, qui nunquam dicit, sufficit. Quid enim est in falsis fratribus, nisi mors interfectæ animarum? pollida in hypocritâ & simulatione, quam sequitur infernus aperis fructibus ad devorandum paratissimus. De quibus Dominus dicit in Evangelio sub nomine Scribarum & Pharisæorum: *Va vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui claudis regnum celorum ante homines. Vos non intratis, nec intrantes sinistis intrare. Va vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis decimas vitularum oratione longiorantes: propter hoc amplius accipitis iudicium. Va vobis, Scribæ & Pharisæi, qui decimas mentem & animum & cymicum, & relinquitis quæ graviores sunt legi, iudicium & misericordiam & fidem. Va vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mandatis quod de foris est calcatis & parvasidistis, intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisæi, ecce mundo prius quod intus est callus & parvasidistis, ut fias & ut quod defors est, mundum. Va vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulcris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum & spurcitiâ; sic & vos à foris qui tam patris hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocritâ & iniquitate. Va vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui adificatis stipulam Prophetarum, & ornatis monumenta iudorum, & dicitis: Si iustissimi in diebus patrum vestrorum, non essent facti celum*

Apo. 6. 7.

Matth. 23. 17.

Ibid. 16.

Ibid. 23.

Ibid. 25.

Ibid. 26.

Ibid. 27.

Ibid. 30.

Matt. 23. 34.

id. 34.

in sanguine Prophetarum. Itaque testimonio estis
vobismetipsi, quia filii estis totum qui Prophetas
occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestro-
rum: serpentes, gemina viperarum, quomodo su-
gatis à iudæis grænam? Ecce, fratres carissimi,
terribiles comminationes super hypocritas audivi-
mus: mortem pallidam animarum, & infernum se-
quentem & hument intemum, hypocritarum detesta-
bilem figuramus: quod intus est, laterà confessione
mundemus & purificemus, & crebrè lacrymarum
effusione abstergamus; foris autem ab Ecclesiasticæ
discipline normâ, uniusquisque in ordine suo quo
vocatus est, nullatenus discrepemus, si vel facere
vel pati scandalum nolumus.

Invehit in hypocritam.

Væ tibi, miser hypocrita, omnium miserorum
miserime, simulator boni, amator mali, inim-
icus Dei, hostis tui, seductor tui, deceptor tui,
fraudator tui, adulator tui, derisor tui, delator tui,
calumniator tui, damnator tui, traditor tui, ju-
dex tui, homicida tui, offensor veri, factor falsi,
fur proprii thesauri, persecutor propriæ conscientie,
vulpis iniqua, vermis iniquete, anguis tortuose,
cancer mordax, paries dealbate, cæterorum futu-
rorum fatuosissime, martyr diaboli, inter vivos sine
vitiâ ambulans, jam mortuus ac sepultus, omnium
hominum perditissime, serve nequam, intus ligate,
intus incatenate, intus perforate, intus incarceratione,
intus absconite, intus putridissime, intus foetidissime,
turpissime, infelicissime, fetidissime, nequissime,
damnate, dolose, inflate, vacue, ventose, pallide,
excoecate, tenebrose, timide, suspiciosè, turgide,
dæmonibus plene, magicis artibus bonis & intus im-
bute, desperate, paries inclinate, macera depulsa,
non habens fundamentum, ad rumam proxima, ho-
tose, canose, fonside, spurcissime, confuse, otio-
se, infidelse, sacri olei venditor, lampas extructa,
fallacissime, ab omni bono exclusè & alienate, in
infernum jam detrusè, mendacissime & tutius ver-
itatis experte, & per omnia Deo & Angelis & ho-
minibus detestabilis. Væ tibi, miser hypocrita, pal-
lidum equum ascendit, nomen tibi mors, miser-
tus te sequitur, ad devorandum certissimus. Væ
tibi, miser hypocrita, utinam corde convertaris, &
sine calcator falsitatis & amator veritatis, ut ea quæ
hactenus fecisti in simulatione, jam amplius facias
in veritate, & non mutes bonorum operum quali-
tatem, sed inquam perversè simulationis intencio-
nem: & ea ex operibus tuis jam bonus audias ex-
spectare vel sperare meritum, unde penitus tanquam
simulator dignum expectare debueras supplicium.
Intentio enim bona, sine male operi nomen impo-
nit, & esse meritum, sine supplicium iuste retribu-
tionis requirit.

In hoc statu Ecclesiæ apparerant viri religiosi, &
amatores veritatis, milturatores Religiosis, Augustinus
Hippopotensis Ecclesiæ Episcopus, provincie Numi-
diæ Legatus in Africâ, qui collectis non fallis fra-
tribus viâ apostolicâ prælegit vivere: quibus etiam
regulam vivendi in communi præscripsit, quæ postea
per universum orbem Catholicæ Ecclesiæ promul-
gata & approbata, quàm plurimos ad imitatio-
nem Apostolorum & in formam tanti viri in san-
ctam communis vitæ societatem invitavit atque col-
legit, & usque hodie colligit. Cujus velli.ia loquens
quidam religiosissimus N. ⁴ de sancto Rufo in Bur-
gundia tempore Urbani Papæ surrexit, qui collectis

in eadem canonicè professione fratribus, totam il-
lam provinciam primò illuminavit, & paulatim
eamdem religionem in diversis regiones dilectum-
vit. Surrexit in eadem professione, & in apostolicæ
vitæ imitatione quidam Presbyter religiosus nomine
Norbertus tempore Papæ Gelasio, qui propter suam
religionem, & multas enormitates & schismata quæ
tunc sebant in Occidentali Ecclesiâ, à Romano
Pontificè Gelasio literas & auctoritatem prædicandi
accepit. Ille suis temporibus in religione clarissimus
& famosissimus diversas provincias prædicando pera-
gravit, non parvam turbam Religiosorum collegit,
multas congregationes instituit, & eas ad perfectio-
nem apostolicæ vitæ verbo, & exemplo informavit.
Qui etiam tantam gratiam habuit coram Deo &
hominibus, ut verè beatus se decerent, qui illi adha-
erere possent. Postea in Magdeburgensi Ecclesiâ Ar-
chiepiscopus factus est, cujus corpus sanctum &
venerabilè requiritur in Ecclesiâ beatæ MARIE in
sua Metropoli, ubi ipse frater suæ Religionis ordina-
verat. Igitur religio per eum renovata maxima
cepit habere incrementa, & ubique terrarum dif-
fusa est, adeo ut nulla fræt provincia sit in partibus
Occidentis, ubi episcopatibus religionis Congregationes
non inveniantur: Francia, Germania, Burgundia,
Aquitania, cæterior Hispania, Britannia minor, Ang-
lia, Dacia, Saxonia, Leuticia, Polonia, Moravia,
Bohæmia, Suevia, Pannonia, quæ & Hungria, Lon-
gobardia, Liguria, Etruria, quæ est Thracia. Om-
nes (inquam) hæc provincie habent Congrega-
tiones prælatæ religionis, quorum etiam exemplis
& orationibus conduxit incensanter adjuvari. Ex-
tendit etiam palmites hæc eadem sancta societas in
partes Orientis: nam in Beithan una, & in loco
quæ vocant S. Abacoe, alia Congregatio est.

Surrexit quoque in monachico Ordine beatus
Benedictus post multos Patres Monachorum in Ægy-
pto commorantium, vir Deo dignus, Spiritu sancto
plenus: de eremo Narsie, ubi latuerat, ablatu-
s, & in Campaniâ, in monte Cassino, Monachorum
Abbas factus est. Ille in religione ferventissimus Re-
gulas suas, dictante Spiritu sancto præscripsit, &
ordinem monachicum jam tunc vacillatam renova-
vit & firmavit. Qui etiam, tum per se, tum per
Regulam suam, post se multa Monachorum mo-
nasteria in diversis regionibus instituit. Surrexit
etiam modernis temporibus in Thuscâ, in loco qui
vocatur Gamaldela, vir religiosus nomine Johan-
nes ⁵, sub monachicæ professionis titulo, novo fer-
vore novum habitum cum fratribus suis Monachis
induens, & multos discipulos suæ formæ sequaces
habens. Nec diu est, quòd in alio loco qui vocatur
Valle-Umbrosa, juxta Perusinos montes, surrexit
Congregatio nova Monachorum valde religiosa, à
cæteris qui vocantur Monachi novo ordine & novo
habitu differentes, & multos habent suæ formæ se-
quaces.

Promde in Burgundiâ, in loco qui vocatur Ci-
stercium, fræt nostris temporibus surrexit alia nova
Congregatio Monachorum, ab omnibus qui dicuntur
& sunt Monachi, ordine & habitu differens. Ea
quoniam virtute patientie, & abiectione habitus, &
Regulæ diligenti observantione, & sanctæ paupertatis
amore, & ardentissimâ religione alius præmerere
videntur & excellent, immensoque fœre religionis &
formæ imitatores habent: inter quos nostris tem-
poribus apparuit quidam Abbas, in loco qui dicitur
Lorsvallus, nomine Bernardus, vir religiosissimus,
virque miraculorum insignis, ab Occidente usque

Vir religiosus, non
Clericis, non
Monachi in-
stituitur.

⁴ religiosissimus N.] Atherium indicat, de quo vide som. 4.
Galus. Christ. pag. 304.

⁵ e nomine Johannes] De Romualdo loquitur, hoc nomine
notissimo.

in Orientem pro sui sanctitate famulissimus; quem venerabilis Papa Eugenius, quondam sui Monasterii Monachus, in Concilio multorum Episcoporum condignam reverentiam plerumque honoravit.

Item paulo ante haec tempora corpus quoddam nova religionis institutum in Jerusalem civitate Dei. Nempe congregati sunt ibi laici, viri religiosi, & vocati de Milites de Templo, qui relictiis proprietatibus, qui vitam vivunt, sub obedientia unius magistri militant, superfluitatem & pretiositatem vestium sibi absterunt, parati ad descendendum gloriosum Domini Sepulcrum contra incursum Saracenos; domi pacifici, foras bellatores strenui; domi obediens in disciplina regulari, foras obtemperantes disciplina militari; domi sancto silentio instructi, foras ad bellicos thronos & impetus imperieris & ut breviter complectar, ad universa que jubentur facere, intus ac foris in simplici obedientia confirmati. Huiusmodi vitam & propositum primo confirmavit Papa Urbanus continuo multorum Episcoporum, quos ad hoc ipsam convocaverat ad Concilium, illuc ut quicumque in hac societate propter spem vitae aeternae colligerat, & in ea habilitate perseverarent, remissionem omnium haberent peccatorum, affirmans eos non esse inferioris meriti, quam vel Monachos, vel communis vitae Canonicos.

Item in Occidentali Ecclesia, apud Graecos & Armenos & Syros, diversa sunt genera religiosorum, qui in una quodam Fide Catholica concordant, ac tamen in moribus, in ordine, in habitu, in victu, in officio dissident non parum ab invicem discrepant. Ego cum essem in urbe regia Constantinopoli Apocryphum Locharii Magni, & Christianissimi Romani Imperatoris, ad Kalophojanum episcopum regiae civitatis Imperatoris, & officii avidus explorator & diligens inquirer diversarum Religionum; vidi ibi multos Ordines Christianae Religionis. In Monasterio quod dicitur Pantocratoris, id est, Omnipotentis, vidi septingentos ferme Monachos sub Regula beati Antonii militantis. In Monasterio quod dicitur Philanthropos, id est, Amantis humanam, vidi non minus quingentos Monachos sub Regula beati Pachomii militantis. Vidi & quodamplures Congregationes sub Regula beati Basilii Magni & doctissimi veri devoti militantis.

Pariter haec omnia tam divina, tam sancta, tam bona in diversis temporibus & in diversis Ordinationibus operantur unaqueque ubi fuerint, dividens singulis prout vult. Nova quippe Spiritus sanctos, qui totum corpus Ecclesiae ab initio & tunc & semper regit, hominum animos torquentes, & deo utilitate religione factos fideles aliquo nova religionis corde renovare; ut cum viderent alios magis ac magis in aliorum Religionis arcem confunderet, nova exemplis fortibus exacerbat, & relicta pigritia & amore laxata, quo tenebantur, alacriter & sine formidine, quod periculum illi apprehendunt & imminet. Nam inebria & multitis maeris solent mirari omnes, quoniam solida & unita. Et sic miri dissipationem, quod à generatione in generationem succedente semper nova religione, renovatur ut novae juvenes Ecclesiae, quo & sublimis in contemplatione volare queat, & sublimis quos inter verberatis oculis radios veri solum contari valeat. Proinde potius ferri posse, ut in tantis turbis bonorum novam inventarum scandalum in istis fratribus? Utinam ita esset, utinam verum ita esset? Sed ego tamen, nequaquam securus sum. Cum enim audio Dominum docentem in Evangelio: *Nonne ego*

vos elegi duodecim. & unus ex vobis diaboli est? Cum, inquam, hoc audio, valde permesco; attendens si in Apostolorum collegio, qui pauci erant, & quos ipse Dominus elegerat, non desint duobus, quomodo potandum est in tanta bonorum turba deesse filios fratres, qui utique sunt membra duobus. Nam & pseudoprophetae sunt & pseudopostoli fuerunt. Neque mirum, si nobiscum & inter nos sunt falsi fratres; sed eos in charitate toleremus, & ut deposita simulatione veri fiant, orantes expectemus. Simul in una lingua sumus; sed reducti ad litus, non simul in vasis Sacrorum colligemur. Simul in uno agro crescamus, sed tempore mellis non simul in uno horreo colligemur. Ipsi enim nobiscum, & nos cum ipsis, licet diversa via, diversa intentione simul curemos, donec finitur iste quartus status Ecclesiae, & Sancti sequantur Aquam quocumque erit; illi vero portantes nomen pallidi & mortis, in inferno sepeliuntur.

CAPITULUM XI.

Quid in quinto statu Ecclesia animas sanctorum habere Declaretur: Usquequo, Dominus sanctus & verus, non vindicet sanguinem nostrum de his qui habitant in terra, &c.

ET cum aperisset signum quintum, vidi sicut *apud 6. 2.* altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habuerunt, & clamabant voce magna, dicentes: usquequo, Domine sanctus & verus, non vindicatur sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datae sunt illis singula stela alba, & dixit illis, non requiescent tempus a haec modicum, donec implerint numerum eorum & fratres eorum qui interfecerunt fratres suos & alii. Ille est quintus status Ecclesiae. Laboravit Ecclesia in persecutione, & crevit in patientia; laboravit in haereticorum sobriis fallaciis, & crevit in sapientia; laboravit in falsis fratribus & hypocritis, & crevit in tolerantia. Nunc autem annus est ultimus, quo solutus altare, qui est Christus, falso lingua meruerunt iam requiescere, videntes tam unitas laborantem Ecclesiam miseris, magnam quos compassioem voce pro ea clamant; usquequo, Domine, non vindicatur sanguinem nostrum, & cetera quae ibi sequuntur, pertinentia ad quintum statum Ecclesiae.

CAPITULUM XII.

Quid in sexto statu Ecclesia, falso terra-motu magno, validissimum persequatur, factura est tempore Anti-Christi.

ET cum aperisset signum sextum, terra-motus *apud 6. 2.* factus est magnus. Ille sextus est Ecclesiae status, in quo nimium terra-motus factus est magnus, quo est validissima persequuto, quo futura est temporibus Anti-Christi. Et verum magus, quia sicut dicit Dominus: *Talis erit tuus tribulatio, qualis dicitur, ex quo gentes erit temperum.* In alio enim persequutionum temporibus, licet contra Christianum nomen multa genera tormentorum parantur, tamen fides recta & indubitata tenebatur; hic vero de tormentis proponuntur, & fides fides sub nomine Christi peritudo. Dicitur enim: *Eccc Christus hic, ecce Christus illic. Et erit tribulatio, qualis non fuit, non solum persequutionis quantitate, verum etiam fidei subversione, nescientibus hominibus, quod vel credere, vel tenere debeant. Sol*

[I qui vult vivere? An remanet tunc vivens? M. h. qui?]

den ita videtur.

Y

Ante A-
postoliam
Locharii Im-
peratoris
vite Con-
stantinopoli
moralari.

1. Cor. 14. 11.

Mat. 6. 76.

114. 20.

apud 6. 2.

Mat. 24. 23.

factus est niger tamquam faccus cæcicus, quis vel
 iustus Chrístus, & nomen Chrístianum tunc erit
 in abiectione, & in contemptibili & obscura nigre-
 dine, & tam ipse Chrístus, quam Chrístiani crunt
 viles & abjecti in oculis Anti-Chrísti & suorum: sicut
 faccus cæcicus, qui omnium vestium est vilis-
 simus. Luna tota facta est sicut sanguis, quia in
 omnibus mundi partibus persecutio sanguinis gra-
 sabitur contra Ecclesiam, quam luna modo cres-
 cens, modo decrescens aperit significat. Et stellæ
 caeli ceciderunt super terram. Stellæ caeli, id est,
 Sancti qui in firmamento Ecclesiæ tamquam Do-
 ctiores lucere videbantur, sub illa validissima perse-
 quutione recedentes à fide in terram cadent, quia
 terrenis delectationibus inhærebunt, & ex ipso amo-
 re terreo ad inquisitionem ruerit. Unde subditur:
*Sicut fici sunt gustus facti sunt, cum à vento magno
 murrant.* Licet fici in Evangelio significet Syna-
 gogam, specialiter hæc omnes Ecclesiam significat,
 de qua tunc cadent qui intractabili fuerant & à bonis
 operibus vacui. Græculus enim appellatur fructus
 primi temporis, qui autemque veniant ad ma-
 turitatem, vento concussu cadunt in terram; ita &
 illi qui necdum venerunt ad maturitatem bonorum
 operum, & vacui sunt, concussu sunt à vento,
 id est, extremâ persequutione. *Et decident in terram,*
 huc est, in terrenis delectationes. Qui ventus
 bene magnus dicitur, quia, ut supra dictum est,
 persequutio etiam electos occupabit. *Et celum re-
 versit quasi liber involutus.* Celum, id est, Eccle-
 sia in qua celantur Ecclesiastica Sacramenta invo-
 luta & clausa, recedent ab usu Chrístianorum, &
 absconduntur à publico & solenni ritu. *Aspicientibus
 hominibus præ timore Anti-Chrísti, & infirmitate
 terram, quæ superaverunt universi orbis.* Et quis
 poterit invenire? & cetera quæ in illo sexto statu Ec-
 clesiæ dicuntur.

CAPITULUM XIII.

*Quia in septimo statu Ecclesia post multas tribulationes
 factum est silentium magnum, & instauratur
 altiva infinita beatitudinis: & in Ecclesia Dei
 quæ est una in fide, non esse, una charitate, mul-
 tiplex est diversorum statuum varietate.*

ET cum operasset sigillum septimum, factum est
 silentium in celo, quasi in mediâ horâ. Sigillum
 septimum, septimus Ecclesiæ status est, in quo futu-
 rum est silentium, quia post tribulationes Ecclesiæ,
 quæ in multâ tribulatione portaverit filios Dei, post postea, in
 quod erit in adventu Ihu Dei, in momento, in icu
 oculi, omnibus jam consummatis, silentium divine
 contemplationis erit, annus jubileus instaurabitur,
 octava infinitæ beatitudinis celebrabitur & sancta
 sanctorum, sublato jam legis velu, fidelibus aperien-
 tur: à antica Cantorum ante thronum Dei & Agni
 innuâ lætitiâ, cantabuntur: dies solemnibus usque ad

cornu altaris, id est, usque ad summam contem-
 plationis anem, in condensis, seu in frequentationibus
 constituetur; omnium figurarum & Sacramentorum
 quæ ab initio sæculi in diversis temporibus fuerant,
 vetustas revelabitur, & universa per ipsam & cum
 ipso consummabuntur. Sed quod silentium factum
 dicitur mediâ horâ, hoc profectò futo significabit,
 quod licet omnes electi Deum in sua gloriâ contem-
 plentur, tamen nulli creature concedendum puta-
 tur, ut plenam divinæ substantiæ, sicuti est, aliquâ
 scientiâ comprehendat, seu visione cognoscant. Ipse
 enim incomprehensibilis est, & inhabitat lucem omni-
 rationali creature, tam homini quam Angelo, in-
 accessibilem. Redd' ergo media, & non integra hora
 dicitur, quia licet ad sufficientem beatitudinem, tam-
 en ad integram ipsius Dei cognitionem, quâ im-
 mensa divinitas comprehendatur, nulli perungere
 conceditur.

Itaque nemo miretur, neque causetur Ecclesiam
 Dei ab invariabili Deo vacui legibus & observatio-
 nibus ante legem, & sub lege, & sub gratia distin-
 ctam, quia oportebat, ut secundum procellam tempo-
 rum crescerent signa spiritualium gratiarum, quæ
 magis ac magis ipsam veritatem declararent, & sic
 tum effecta talis instrumentum acciperet de tem-
 pore in tempus cognitio veritatis: & ita primò qui-
 dem bona, deinde meliora, ad ultimum verò optima
 proposita sunt. Facta est autem hæc varietas, ut non
 præter invariabiles Dei, qui semper idem est, &
 cujus anni non deficiunt, mutabilitatem, sed propter
 humani generis variabilem infirmitatem, & tempo-
 ralem mutabilitatem de generatione in generationem.
 Nempe una est electorum Ecclesia, uni Deo obnoxia:
 omni fide, quæ ea quæ credenda sunt, tam de præ-
 teritis, quam de futuris, fideliter credit; & una est
 ipse, quæ ea quæ fidelibus speranda sunt, longani-
 miter sperat; & est una charitate quæ Deum, & in
 Deo proximum diligit, & cupit latitudine ad ini-
 micos etiam præter Deum se extendit.

Est ergo gloria sicut Regis, quæ est Ecclesia, ab
 inuis fidei decore, & testimonio paræ consistente,
 sed in simbris aureis circumamicta varietate, diver-
 sium religionum & actionum, & est curus Dei
 decem milibus multiplex mille latantiam. Ideoque
 jam deinceps nullus fidelis suspicetur in hoc esse ali-
 quod scandalum, si Ecclesiæ cupis semper est eadem
 bdes credendi, non semper est eadem forma vivendi.
 Sed jam nunc sufficiat respondere eis qui calumnian-
 tur tot varietates in Ecclesiâ sanctâ. Quod si ipsi
 habeant finitè, sed pios suscipere valuerint respon-
 siones ad eorum questiones, spero nullam eis de
 cetero scandalum posse obvenire, unde ipsi ad ali-
 quum speciem religionis contemnant, aut pedem
 suum ab aliquâ societate religionis abstrahere de-
 beant, si tamen ipsi voluerint, & Deus qui omnia
 ad scriptum trahit, hoc eis prelatè volent.

Explicit liber primus.

INCIPIT PROOEMIUM SECUNDI LIBRI

QUI DICITUR ANTIHIMÉNON, id est, LIBER CONTRAPOSITORUM.

PUTABAM me satis respondisse in superioribus, eis qui causabantur in sanctâ Ecclesiâ tot varietates,
 tot religionum formas, tot mutationes, tot novitates, tot professionum facies: sed ut mihi vide-
 rentur, quamvis eis sufficere videantur ea quæ dixi, quod exinde apparet, quia super hoc questione
 plus me non infelicit, tamen ad alias questiones te transferant, & adhuc me sollicitate non cessat,
 & quod prius zelo nos bono videbantur facere, hoc jam nunc motati in melius pio ac humili spiri-
 tui videtur inquirere: idcirco tanto libentius respondebo eis id quod mihi datum fuerit de superius.

g. hac varietate] Ita profectò Anselmum suscipit, non ut | Aethiops ediderat, hac varietate.

quanto illi se ostenderunt inquirere humiliter. Nam Deus qui superbus resistit, humiliorum autem dat gratiam, vult nos esse humiles, quantum interrogando & respondendo nos nobis tantum superbis resistit, sed verè humilibus gratiam deo & intellectum præbet. Hoc autem daturus me simpliciter respondit ad propositam in questionem, & dicit quòd hæc facillè facere poterim, & quòd hoc facillè ac credè & ac quiescere poterim post tot & tantas rationes & auctoritates: præsertim cum nil obscurum in unâ fide diversè habere consuetudines, immo semper ecclesiasticorum Sacramentorum ritu, & generalibus Ecclesiasticis Ordinibus institutis, quorum neutrum nulli per se licet immutabile, nisi præcipitate mentis involvatur insaniam.

Verùm quid est, inquit, quòd aliqui in fide sanctæ Trinitatis & in Sacramentorum ritu videntur discrepare, quemadmodum Græci & Latini? Quòd si salvè unitate fidei, & uno Sacramentorum ritu, in cæteris omnibus dissimiles essent, utcumque tolerari posset, & minus scandalum seu periculum esse videretur. Verùm quoniam de fide, sine quâ impossibile est placere Deo, dissentire videntur, nec in uno Sacramentorum ritu convenire discuntur: necessarium est ut super hoc nobis respondeas, quid vel de illis sit sentiendum, vel nobis tenendum.

Fatemur sane non modicè nos scandalizari, quando audimus, quòd Græci viri sapientissimi, in omni scientiâ Scripturarum eruditissimi, discuntur non credere, quòd Spiritus sanctus procedat à Filio, sicut & à Patre procedit. Quod si ita est, non immeritò maxima occasione gravissimi scandalum est. Et quidem tot millia Græcorum nomina reperuntur in catalogo Sanctorum, quorum corpora, vel in pace sepulta sunt in Christo, vel qui tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia, & in sanguine Agni lavarent stolas suas, & ideo mererentur habere coronas perpetuas: in quorum etiam honorem & reverentiam non paucæ Ecclesiæ constructæ ac dedicatæ sunt, & quotum annuæ festivitates passim per Ecclesias solemniter celebrantur.

Ad hoc, in sanctâ Romanâ Ecclesiâ multi Pontifices natione Græci federant in cathedrâ beati Petri Apostolorum Principis: qui gubernaculo fidei rectè, & remagio sane doctrinæ, Ecclesiam, quæ est navicula Petri, vice Petri benè gubernantes, in numero Sanctorum benè computantur. Ipsi autem sancta Romana Ecclesia, mater omnium Ecclesiarum, hoc à Domino privilegium accepit, quòd ita specialiter fundata est super firmam petram, ut à nullo unquam vento hereticæ pravitate impelli poterit. Et mirum in modum, quomodo, Græci in numero Sanctorum computentur, & ex ipsi Romani Pontifices electi inveniantur, si in fide sanctæ Trinitatis adeo erraverint, ut dicerent & crederent Spiritum sanctum à Patre tantum, & nequaquam à Filio procedere, nisi forte quis audeat dicere, quòd nihil oblit Fides Christianæ, & credendum saluti, sive hoc, sive illud dicat, vel non credat: quasi ille articulus fidei, quò Spiritus sanctus creditur à Filio procedere, vel non procedere, nulli Christiano fit necessarius. Prout quomodo, inquit, potuit esse, quòd aliquis natione Græcorum Pontifex Romanus, secundum Græcos Spiritum sanctum à Filio non procedere crederet, & secundum Latinos eundem Spiritum à Filio procedere in Romanâ Ecclesiâ predicaret? Nam quòd aliter crederet, & aliter predicaret, nefas est dicere. Si autem quod credebant, etiam predicabant: quomodo Romana Ecclesia eos patienter audire, quorum doctrinam de processione Spiritus sancti à Patre tantum, & non à Filio, nec tunc approbat, nec hodie approbat?

Hæc & huiusmodi similia sæpe in collatione proponunt, & interdum in secreto, interdum in aperto coeam fratrum bene tacere volentes excitant, & iam tandem importunitate ac cæcitate eorum precibus victis respondere cogor, & per nimiam illorum instantiâ, oportet me modo ibi pedem figere, ut prius in lectione divinarum Scripturarum plano sensu solebam transire. Sed ad solvendum tam valide questionis propositionem me sufficere non video: verumtamen ne omnino valeat tacere, & inquirentibus nihil respondere, & charitatem fratrum ledam tacendo, quoniam placere possum loquendo, malo aliquid dicere, tamen potest sit corrigendum, quam silentio charitatem eorum offendere, quibus ex debito est respondendum. Maximè autem ad id faciendum cogit me mandatum Domini ac beatissimi Papæ Eugenii: & sicut fratrum iustus & devotus postulationibus nihil negare debeo, ita, imò multo amplius tunc iustificationibus non obedire non audeo. Valeat profratru ad evidentiam hujus questionis, ut disputationem quam ego habui in urbe regia Constantinopoli cum Nèchite Archiepiscopo Nicedemæ, in unum colligam, & sub dialogo distinguam, quantum lectori evidentius appareat, quid vel Græcus, vel Latinus de processione Spiritus sancti sentiat. Prædictus namque Archiepiscopus cum esset magnus apud illos religionis typo, & acerrimus ingenio, & eruditissimus Græcarum literarum studio, & secundissimus eloquio, & cautissimus in dando & accipiendo responso, nihil eorum in disputatione seu collatione tacendo neglexit, quæ viderentur posse spectare ad suæ sententiæ firmitatem, vel ad nostræ sententiæ destructionem: præsertim cum ipse inter duodecim electos Didascalos, qui studiis Græcorum ex more solent præesse, tunc temporis fuerat præcipuus, & ab universis in officium nostræ disputationis adversum me electus.

Explicit Prologus.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

- I. **Q**UALITER Dialogus habetur sic in urbe Constantinopoli de processione Spiritus sancti ab Anthonio Havelbergensi Episcopo Nicedemæ, & de modo interpretationis inter colloquenter.
- II. **Q**uid in Deo non unigenitum, id est, nullum principium, non unigenitum, id est, multa principia, sed unigenitum, id est, unum principium sit.
- III. **Q**uid id quod æternum est, non ob hoc sine principio est. Sicut Filius Patris est æternus, sed non est sine principio, quia de Patre est.
- IV. **Q**uid sicut Pater genitus, sed non se, & sicut Filius genitus est, sed non à se, ita quoque Spiritus sanctus procedit, sed non à se.

- V. **Q**uid sicut unigenitum est, qualis sit Filius generatus: ita unigenitum est, qualis sit æternus Spiritus sancti processio.
- VI. **Q**uid in sanctâ Trinitate, aliud est ibi esse, aliud Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum est.
- VII. **Q**uare Spiritus sanctus solum dicatur Spiritus sanctus, & veritas in Trinitate persona, & hoc non gradus dignitate, sed numerandi ordine, & propria persona designatione.
- VIII. **Q**uid nomina Trinitatis transposita intermutantur.
- IX. **Q**uid Pater & Filius & Spiritus sanctus non sint descriptiva nomina, sed substantiva, nullam re-

Differenter
Græci & La-
tini in fide
Trinitatis.

Aliter pro-
vocatus ad
objecta Græ-
corum re-
spondere,
imò iustus est
ab Eugenio
Pape.

missioem vel inuentionem secundum substantiam spiritificam.

- X. *Quid Spiritus sanctus neque secundum substantiam qua communis est, neque secundum personam qua ad se dicitur, sed secundum relationem procedens dicitur.*
- XI. *Utrum Filius sicut Pater dicitur rellè Spiritus sancti emiserit, quod Græci dicunt uocari.*
- XII. *Quid Spiritus sanctus ambrosium est spiritus, id est, concordia, & est ambrosium uicium, id est, respectus.*
- XIII. *Quid nemo silentio seu patienter ferre debet blasphemiam se vocari, sicut sic Demoniis, quando dicitur esse eis. Demoniis habes; & quid Spiritus sanctus propter diuersos effectus diuersa fortiter uocabula.*
- XIV. *Quid nullus sensum scripturae, que diuina ueritas appellatur, seu sensus, sed potius suum sensum illi debet accommodare.*
- XV. *Quid Dominus inuocando dederit Apostolis Spiritum sanctum, nec tamen istius ille corporeus fuerit ille Spiritus sanctus, sed processio eius significatur; & qualiter intelligendum sit: Accipite Spiritum sanctum.*
- XVI. *Quid aliquando spiritus animalis corporalis, aliquando corporalis spiritus animalis comparantur.*
- XVII. *De eo quod muliere formidiam Domini uocant, ueritas de illo exibat; & quid ueritas nomine Spiritus sanctus appellatur, qui ab ipso procedit.*
- XVIII. *Quid sicut Spiritus sanctus hoc est esse à Patre, quod procedere à Patre, ut et hoc est esse à Filio quod procedere à Filio.*
- XIX. *Utrum Spiritus sanctus aequaliter procedat à*

Patre, sicut & à Filio, Filius autem à Patre sic & similis uolens Adam primo peccatore, & de Heretico profanatis decisione, & de Abel utriusque deueniunt.

- XX. *Quid sicut in Evangelio non inuenitur, Spiritus sanctus procedit à Filio; ita quoque in Evangelio nequaquam reperitur, Spiritus sanctus non procedit à Filio; nec inuenitur quid à sole Patre procedat.*
- XXI. *Quid nihil cum temeritate sit affirmandum, & nihil cum iracundia refellendum.*
- XXII. *Quid non sit temerarium addere aliquid Evangelio, quod non contra Evangelium; sicut in Nicæno Concilio & in multis aliis Conciliis factum est.*
- XXIII. *Quid fides sancta Trinitatis ad plenum conuersa est in Concilio, quibus praesedit Spiritus sanctus Nicæno, id est, amon, Episcopus, qui & antea prius & conditor fuit Evangelii.*
- XXIV. *Quid multis Græcorum Antistes dixerunt Spiritum sanctum procedere à Filio, sicut à Patre.*
- XXV. *Quid Spiritus sanctus, licet ab utroque procedat, tamen à Patre propriè & principaliter procedere inuenitur, tam apud Latinos, quam Græcorum Scriptores.*
- XXVI. *Quid quidam Græcorum, & etiam quidam Latinarum patrum Spiritum sanctum procedere à Patre per Filium, aut inuenimus quosdam similes dices minus idoneas.*
- XXVII. *De concordia huius quaestiois, & de relictis scilicet de medio utriusque generis antiochianæ Romanæ Poesitæ per Concilium generale.*

INCIPIT LIBER SECUNDUS ANTIKIRMENON DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI. UTRUM SECUNDUM GRÆCOS A PATRE TANTUM PROCEDAT, AN SECUNDUM LATINOS A PATRE SIMUL ET A FILIO.

CAPITULUM PRIMUM.

Qualiter Dialogus habetur sit in urbe Constantinopoli de processione Spiritus sancti ab Anselmo Havelbergensi Episcopo, & Nestore Archiepiscopo Nicæniensi, & de modo interrelationis inter colloquenter.

IGITUR cum essem constitutus in urbe Regiâ, & crebrod uarias à Græcis quaestiones susceperim, & eisdem alias illi proponerem, placuit Imperatori piissimo KALOCHEMANNI, placuit etiam Patriarchæ ciuitatis N. viro religioso, ut publicis conuentibus fieret: & statuta eil dies, ut in audientia omnium ea sonarent, que hinc & inde dicerentur. Conuentibus itaque quinquaginta sapientibus in uico qui dicitur Phanorum, iuxta Ecclesiam Agæ Irene, quæ lingua Latinâ sanctæ Pacis nuncupatur, mensè Aprilis, die decimo, si tamen benè memor sum, potuitque uenturibus, sicut ille mos est, & datus arbitris, & sedentibus notariis, qui omnia que hinc inde dicerentur, fideliter exciperent & scripto commendarent, uerisimilitudo, quæ ad audiendum ueritas conuenit, conticuit. Adstant quoque non pauci Latini, inter quos fuerunt tres uiri sapientes; in utroque lingua periti, & litterarum doctissimi; JACOBUS nomine, Veneticus natione; BERENDE

nomine, Filianus natione, tertius inter alios præcipuus, Græcorum & Latinorum litterarum doctrinâ apud utramque gentem clarissimus, MORVUS nomine, Italus natione ex ciuitate Pergamo; ille ab uniuersis electus est, ut utriusque fides elicit interpres.

Conciliis itaque ordinatis, & sedibus à regione positis, dato silentio, omnibus ad audiendum ualidis & suspensis, ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit, Patres reuertentes, ego ad contentiones non ueni, quia ita dicit Apostolus: Non in contentione & amulatione; & iterum: Si quis contentiosus est, nos huiusmodi consuetudines non habemus; sed ueni ad inquirendum & cognoscendum de fide uestrâ atque meâ, maxime qua uobis ita placuit. NECTARIS Archiepiscopus Nicomedæ dixit: Placet quod dicitis, & humilitas tua nobis placet; nam in colloquio & humiliter conferendo citius flucticat ueritas, quam si superbe & ad uincendum ualidè contendamus. ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Non debemus esse immemores, quid scriptum est in Evangelio, quoniam Iesus iuues sit duobus Discipulis euentibus ab Ierosolymis in castellum Emmaus; & interrogatus de ipso & ibat cum illis, & conuerserunt eum in fractione panis. Nos quoque si simul ire & sine disceptatione colloqui simul de ueritate uoluerimus, ipsa ueritas se nobis iungendo appropinquabit, & in fractione panis, id est, diuine Scripturæ eam cognoscemus. Itaque simul gradamur uiam charitatis, non contendentes licet superbi ratiocinationi, sed simul inuestigantes ueritatis humani inquisitione. NECTARIS Archiepiscopus Nicomedæ dixit: Videtur mihi quid ea quæ dicitur sumus, elictus interpretis uerbo ad uerbum fideliter exponat, quia hoc modo melius nobis inuicem intelligere possumus, & ipse hoc facilius facere potest. ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Ego huiusmodi usum loquendi non habeo: & præterea suspensa est mihi talis interpretatio, quia forte capi possum in

Colloquenter Anselmus & Nestoras.

Rom. 13. 11. 1. Cor. 11. 16.

Ent. 24. 37.

Qui in conuentu aderant uiri docti.

verbo, si dispariter fuerit interpretatum, nec de-
cet nos contendere verbum. Verum talis interpreta-
tio in medio currat, quæ sermonem utrimque con-
tinuatim pleno & collecto verborum sensu excipit
& exponat: hoc enim modo lectionis seu inter-
pretationis non valemus verborum observatores,
sed sententiarum investigatores. NACHTAS Archie-
piscopus Nicomedie dixit: Fiat sicut dicitis, nam de
hoc mihi placet, quia tibi placet.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Ad-
huc quadam præmittere volo: quia de questione
difficili tractare proponimus, & ego ad conventum
istum subito vocatus sum, & ab heri & modius-
tertiis nihil horum sic præmeditatus, preter
reverentiam omnium assidentium & circumstantium,
ut si forte mihi aliquid verbum fuerit cla-
psum, sicut nonnunquam in talibus fieri solet, quod
alicujus vestrum aures offendat, non statim adver-
sum me ex cæculo plausu exclamem, sed juxta man-
suetudinem vestram finem sermonis patienter ex-
spectetis, memores quod hospes sum in medio ves-
tri: nam & hoc ipsum prægravi veritus sum in illo ge-
nere interpretationis de verbo ad verbum, & ob hoc
illud à vestra collatione tunc submovi. Non sit igi-
tur inter nos verborum litigium, sed exquisita ve-
ritas sententiarum. NACHTAS Archiepiscopus Ni-
comedie dixit: Bene disti, & ego si ipsum rogo,
Univerſi dicuntur: Bonum est, honestum est, & ita
fiat, fiat.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Nos
frequenter sanctam & apostolicam doctrinam credi-
mus & docemus Patrem & Filium & Spiritum san-
ctum unum Deum in substantia, trium in per-
sonis. Credimus etiam Patrem ingentum, Filium à
Patre genitum, Spiritum sanctum ab utroque, Pa-
tre scilicet & Filio, procedentem. Hoc credimus &
docemus. NACHTAS Archiepiscopus Nicomedie di-
xit: Ea que dicitis, Catholica sunt & suscipienda sed
quod dicit Spiritum sanctum à Filio procedere sicut à
Patre, ad hoc non accedimus, nec suscipimus, præ-
sertim cum ista ratio, nulla auctoritas canonica-
rum Scripturarum, nullum demique generale Con-
cilium hoc dicat vel doceat.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Quo-
niam tria posuisti, rationem, canonicarum Scrip-
turarum auctoritatem, generalia Concilia, & quia ra-
tionem primum posuisti, velim etiam primum scire quæ
ratione prohibeatis non credas vel docas Spiritum
sanctum procedere à Filio sicut & à Patre. NACHTAS
Archiepiscopus Nicomedie dixit: In omni Philoso-
phia, & maxime in summa Theologia cavendum
est, & sapientissimi Græcorum Academicus vitaverunt
dicere *πρωτον*, id est, multa principia; vitaverunt
etiam *αυτον* quæ est sine principio; elegerunt
autem & venerati sunt, & nobis venerandam do-
cuerunt *μοναχον*, hoc est, unum principium. In-
circo autem noluerunt suscipere in Deo *πρωτον*, id
est multa habens principia, quia quod habet multa
principia, dixerunt esse incipitulum. Noluerunt etiam
suscipere in Deo *αυτον*, id est, sine principio, quia
hoc quod est sine principio, dixerunt esse inordinatum.
Hæc itaque duo non inconvenienter fugientes,
conversum sunt rationaliter ad venerandam *μοναχον*,
quam & nos veneramus & amplectimur, & à qua
nullum qui orthodoxæ fidei sit, oportet recedere.
Porro si duo essent principia, vel utrumque insuf-
ficiens esset, aut alterum superfluum esset: si enim
aliquid uni desisset quod alterum haberet, non sum-
me perfectum esset; si vero nihil uni desisset, quod
alterum haberet, cum in uno omnes essent, quod

superflueret. Itaque Patrem & Filium & Spiritum
sanctum unum Deum esse credimus; Patrem qui-
dem ingentum, Filium verò ex Patre genitum, Spi-
ritum sanctum à Patre tantum, & non à Filio pro-
cedentem. Nam si à Patre & à Filio Spiritum san-
ctum procedere diceremus, cum Pater esset princi-
pium Spiritus sancti, & similiter Filius esset princi-
pium Spiritus sancti, statim consequenter accurreret
nobis duo esse principia, & incidere mus in *πρωτον*,
id est multa principia; quod est contra omnem ra-
tionem. Credimus ergo & docemus Patrem esse princi-
pium Filii quem genuit, & eundem Patrem so-
lum esse principium Spiritus sancti, qui ab ipso solo
procedit. Sic autem dicimus Patrem esse unicum
principium, scilicet non tempore, sed causâ ambo-
rum à Patre tanquam ab uno principio, iste gene-
ratione, iste processione, non temporariter, sed cau-
saliter.

CAPITULUM II.

Quid in Domino non *αυτον*, id est, nullum princi-
pium; non *πρωτον*, id est, multa principia;
sed *μοναχον*, unum principium sit.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Ego
multa principia, quod tu vocas *πρωτον*, in
Deo tecum nego, quia omni rationi contrarium
est; tamen quia quidam hæreticam, natione Per-
les, nomine Manes, de quo Manichæi, qui ferè to-
tam Aircam polluerunt, à Catholice Ecclesia me-
rito damnatus est, eo quod contendebat duo esse
principia, & nonnulla alia Christianæ fidei contra-
ria docebat. Similiter quod tu vocas in Deo *αυτον*,
id est, sine principio, licet non principium, nequa-
quam in Deo suscipio, sicut nec tu, quia Deus, nisi
summus principium esset, sine seipso esset, & si
sine seipso esset, omnino non esset. Itaque in Deo
neque dicenda sunt multa principia, quia hoc in-
genitum esset; neque dicendum esse nullum princi-
pium, quia hoc inordinatum esset, quorum utrum-
que dissolutionem ac destructionem manat. Vere
enim dicitur quod eo quod multa sine principia, ne-
cessè sit multa quomodo esse ista: si ve dicitur quod
eo quod nullum sit principium, nihil etiam sit ordi-
natum: si ve, inquam, hoc, si ve illud dicat, utrum-
que est absurdissimum; quoniam, sicut dixi,
utrumque dissolutionis ac destructioni proximum est:
alterum propter causam quæ ibi est licet, alterum pro-
pter eam quæ ibi est inordinatio. Unum igitur
principium quod tu vocas *πρωτον*, tecum in Deo
suscipio, quoniam quidem Deus summus ac ple-
num est principium, quod videlicet principium præ-
ferret esse libum. Est autem sine principio, quod præ-
ter ipsum & extra ipsum sit, quod omnino nullum
est; & ita in Deo non principia multa, non princi-
pium nullum, sed ipse sibi unum in seipso esse princi-
pium, per seipsum in seipso propriè monarchicè
liberrimum tenens principium; & sicut ipse libere
vixit, ita ipse est sibi principium quo princi-
patur.

Attamen quod dicitur si Spiritus sanctus procedit
à Patre & à Filio, ergo duo sunt principia. Hanc
tuam argumentationem cum jam solemnitate eucha-
ristice suscipimus suscipiendam iudico. Ex hoc
enim vero quod præmissum est, non sequitur illud
falsum quod illatum est: verum est autem quod Spi-
ritus sanctus procedit à Patre & à Filio, sed falsum
quod duo sint principia; itaque nulla est tui coha-
rentia. Intendat itaque charitas tua: Spiritum san-

Quæ-
stionem de pro-
cessione à Pa-
tre & Filio
proponit An-
selmus & eam
respondit
Nachtas.

Græci di-
cunt Spi-
ritum à Patre,
non à Filio
procedere.

a nihil nisi *αυτον*. Sic emendare sibi; nam *πρωτον* collectio-

nis lectio nihil nisi *αυτον*, omnino incepta est.

Etiam dicimus procedere à Patre & à Filio, nec tamen exinde consequens duo esse principia, quia Pater & Filius unus sunt principium, sicut sunt unus Deus. Sicut autem dicimus Deus de Deo, nec tamen duo dicitur, & sicut dicimus tropicè lumen de lumine, nec tamen duo substantia lumen, & sapientia de sapientia, nec tamen due sapientie; ita profectò dicimus principium de principio, nec tamen duo principia. Unde Dominus in Evangelio interrogatus: *Tu quis es?* de se ipso respondens dicit: *Ego principium qui & loquor vobis*; ostendens se esse unum & idem principium cum Patre in unitate ejusdem substantie, qui tamen est de principio proprietate filialis personæ.

Considerandum quippe est quid, de quo, & propter quod, & secundum, quod dicatur. Nam cum dicit: *Ego sum principium qui & loquor vobis*; & cum non dicit: *Ego sum principium quem & loquor vobis*; satis insinuat quod ipse est unus cum Patre eadem consubstantialitate, qui tamen non est unus cum Patre proprietate personæ. Est enim Filius idem principium quod Pater ipse est secundum substantiam; sed ipse non est idem qui Pater est secundum personam. Quamvis & aliter intelligi possit hoc quod dicit: *Ego principium qui & loquor vobis*; videlicet se Creatoris ostendere volens & principium creature, sicut & Pater est principium creature, eo quod ab ipso sunt omnia. Unde in libro Genesios: *In principio creavit Deus caelum & terram.* Et quod ipse sit principium in principio & cum principio, audi Johanne Evangelistam: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum; omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat.* Et in Psalmis: *Tecum principium in die virtutis tue.* Proinde Pater quidem ad creaturam relativè dicitur principium ex quo omnia; Filius quoque ad creaturam relativè dicitur principium per quem omnia; Spiritus sanctus quoque ad creaturam relativè dicitur principium in quo omnia, nec tamen sunt tria principia, sicut nec tres Creatores, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis. Unum ergo principium ad creaturam dicitur Deus, non duo vel tria. Quid si ad se invicem in Trinitate referantur, tunc si generis, ad eam qui generat, principium est, Pater ad Filium principium est, quia generat eam. Utrum autem Pater rectè dicatur principium ad Spiritum sanctum, quia ab ipso procedit, & utrum Filius rectè dicatur principium ad Spiritum sanctum, quia & ab ipso procedit, apud nonnullos aliqua quaestio est. Verum si is qui datur, scilicet Spiritus sanctus, habet principium cum à quo datur, quippe non aliunde accipit quod aliunde procedit; non incongruè videtur extendendum esse Patrem & Filium principium esse Spiritus sancti, non tamen duo principia: quia sicut Pater & Filius unus Deus, sic relativè ad Spiritum sanctum unus sunt principium, quia videlicet Spiritus sanctus non aliunde, sed à Patre & Filio qui sunt unum principium, datur & procedit. Porro Pater principium, & Filius idem est principium: nam si Filius aliud à Patre, & non idem cum Patre principium esset, jam ipse in hoc quod aliud esset, principium esse deberet. Quidquid ergo dederimus à Patri, demus & Filio: si enim Pater in Filio, & Filius in Patre, & omnia Patris Filii, & omnia Filii Patris sunt, profectò principium Patris principium Filii est, hoc est, principium quod Pater est, principium est quod Filius est; & ita Spiritus sanctus procedens ab utroque, Patre scilicet & Fi-

lio, non duo, sed unum suæ processionis habet principium. Dicitur enim tribus modis principium in Deo, substantivè ad seipsum, relativè autem invicem in Trinitate, sicut Pater ad Filium, & iterum relativè, quantum ad creaturam Creator.

CAPITULUM III.

Quid id quod æternum est, non ob hoc sine principio est, sicut Filius Patris est coeternus, sed non est sine principio, quia de Patre est.

ET forte mireris, quia non dicantur *coeterni*, ad eum, simul principia vel comprimpta, qui sunt simul coeterni. Sed notandum, quid id quod sine principio est, etiam æternum est: sed quod æternum est, non ob hoc sine principio est. Quippe Pater & Filius & Spiritus sanctus totæ tres Personæ coeternæ sibi sunt & consuales, sed non totæ simul sunt sine principio: nam Pater quidem *ante*, id est, sine principio est, & ipse est principium eorum, quibus & coeterni & consubstantialis sibi Filius. Principium autem ut causa, & ut fons, & ut æternum ducunt; Filius autem licet sit coeternus & consubstantialis Patri, nequaquam tamen est *ante*, id est, sine principio, quia Patrem habet principium & causam, & ipse est principium universorum. Principium autem quando dico, non tempus admissas, neque medium aliquod interpositum inter generantem & genitum; neque dividam materiam aliquâ intermissione malè excogitatâ & malè immixtâ & interpositâ bus qui semper sibi coeterni sunt. Si enim tempus esset Filio antiquius, tunc itaque Pater prima causa esset temporis, non Filii; nec Filius esset factus temporum, qui esset sub tempore: hoc naturæ esset dominus omnium, sed gratiæ Patris in dominium assumptus, vel etiam omnino non dominus. Et si ætatis de denatè egeretur Filius tamquam Patri non coeternus, sed sub tempore coeternus.

Et itaque Pater principium Filii ut causa, & est Pater simul & Filius principium Spiritus sancti ut causa. Manifestum est autem quod non omnino antiquior est causa his quorum causa est, sicut nec hoc semper proprio antiquior. Unde manifestum est totas tres simul personæ coeternas esse sibi & consuales, sed non totas tres simul esse sine causâ principio. Est igitur, sicut dictum est, Pater *ante*, id est, sine principio temporali vel causali, quia non aliunde, sed ab ipso est; Filius verò non *ante*, quippe Patrem ut causam sui habet principium non temporale, sed causale. Si autem id quod ex tempore est, principium intelligas; ita Filius quoque est *ante*, & Spiritus sanctus est *ante*, id est, sine temporali principio; non enim incipit cum tempore vel sub tempore, quæ temporum factrix est, Trinitas. Sicut Pater & Filius & Spiritus sanctus tota simul Trinitas sicut unus est Deus, ita est unus & idem substantivè principium, quos vos vocatis *antiquior*, *immensus*, *id est*, unum principium, seu unus principatus omnitenens; nullatenus autem duo vel tria principia, quæ vos vocatis *antiquior* vel *immensus*. Sic enim in Symbolo Athanasii, quod est venerabile per omnem Ecclesiam, legitur: *Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus; & tamen non tres æterni, sed unus æternus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus; & tamen non tres immensi, sed unus immensus. Et Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus; & tamen non tres Dei, sed unus est Deus. Et Dominus*

^b *Filius enim* In priori editione hoc tamen legitur: *nam, non hoc sit mutile factum, nec dabitur quin Antiquior*

scripsit in ea editio.

Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus; & tamen non tres Domini, sed unus est Dominus. Ita quoque principium Pater, principium Filius, principium Spiritus sanctus; & tamen non tria principia, sed unum est principium. Omnes quidem tres simul unum principium, & singuli idipsum plenum atque perfectum principium. Et sicut tres personæ rectè dicuntur consubstantiales, nec tamen rectè dicuntur tres consubstantia; ita fortasse tres personæ rectè dicuntur tria principia, quod Greci dicunt *ὁμοῦσιον*, Latini verò in nullo latinis usum habent. Et fortasse quis argumentosa, sed falsa opinione deceptus, idcirco duo dici posse putat principia, quis cum dicitur principium hoc principio, & iterum dicitur principium de principio, duo videntur consubstantia principia. Sed non bene attenda, quòd rectè quidem dicitur Deus non de Deo, scilicet Pater: & iterum rectè dicitur Deus de Deo, scilicet Filius; nec tamen ob hoc sunt duo dii. Et rectè dicitur lumen non de lumine, & iterum rectè dicitur lumen de lumine; nec tamen duo sunt lumina. Quòd si quis dixerit, principium qui Pater, non est principium qui Filius; & principium qui Filius, non est principium qui Pater; & inde inferre voluerit quòd duo sunt principia: omninò fallatur, quoniam cum dicitur, principium qui Pater non est principium qui Filius; & cum dicitur, principium qui Filius non est principium qui Pater: cum hoc, inquam, dicitur, nihil aliud dicitur, vel intelligitur, nisi quòd Pater non est Filius, & Filius non est Pater, quod semper personarum discretionem distinguit. Sicut autem secundum distinctionem personarum rectè dicitur negativè, principium qui Pater non est principium qui Filius, & principium qui Filius non est principium qui Pater; ita secundum similitudinem ejusdem essentie rectè dicitur affirmativè, Pater idem est principium quod Filius, & Filius idem est principium quod Pater: & licet iste non sit ille, tamen iste est quod ille; & licet non sit is idem, tamen idem est ad idem; & licet hic non sit quod hic, tamen hic est ipsum hoc quod hic; nec ipse est ipse, sed ipse sunt ipsum & idipsum, semper unus Deus, semper unum principium; nunquam duo dii, nunquam duæ majestates, nunquam duo principia.

Proinde si Spiritus sanctus non procedit à Filio, sicut tu putas, ostende, si potes, quomodo verum esse possit, quòd procedat à Patre. Nam si secundum te credendum est eum non procedere à Filio, credendum est etiam secundum te eum non procedere à Patre, cum Pater & Filius unum sint, sicut ipse dicit: *Ego & Pater unum sumus*; & iterum: *Ego in Patre, & Pater in me est*. Qui ergo dicit Spiritum sanctum procedere à Patre qui in Filio est, oportet ut etiam dicat eundem Spiritum sanctum procedere à Filio qui in Patre est; [aut si negat procedere à Filio,] cogitur hoc quoque negare eundem Spiritum sanctum procedere à Patre qui in Filio est: Pater enim & Filius unum sunt; & cum vicissim dicitur, *Et est in illo, nequaquam aliud in alio tamquam substantialiter aliud, sed id quod substantialiter unum & idem est*, intelligitur. Unde Dominus ad Philippum postulante: *Domine, ostende nobis Patrem, & sustine nobis. Philippe, qui videt, inquit, me, videt & Patrem, quia ego in Patre, & Pater in me est*. Quod propter ejusdem substantiæ unitatem dictum est. Et cum dicitur: *Ego & Pater unum sumus*; unum propter unitatem substantiæ, contrà Arium dicitur; sumus propter pluralitatem persona-

tum, contrà Sabellium dicitur, ac si diceret: Ego & Pater unum, hoc est, quod ille, hoc ego secundum substantiam. Itaque hoc modo videtur esse confectum, ut dum tu vis mihi persuadere, ne credam Spiritum sanctum à Filio procedere, ne incidam in duo principia: tu quoque quod pròs credebas, videlicet Spiritum sanctum procedere tantum à Patre, jam negare cogaris; & incidisti per hoc in talem laqueum, ut qui pròs alterum negabas, scilicet processionem à Filio, & alterum affirmabas, scilicet processionem à Patre, jam nunc aut nèbrum secundum te confiteri audeas, aut utrumque secundum fidem Catholicam & juxta propositas rationes juxta mecum facere debeas.

NICHITUS Archiepiscopus Nicomediæ dixit: Satis videntur suscipienda ea quæ de principio differunt. Sed quoniam dicis Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio, nec tamen recipis duo principia, & hoc probas eâ ratione, quia Pater & Filius unum sunt; simili ratione probari potest, quòd idem Spiritus sanctus procedat à semetipso sicut & à Patre & à Filio, quia Pater & Filius & Spiritus sanctus una sunt divinitatis essentia: & ita si procedat ab illis, cum quibus ipse est substantialiter unum, necesse est dicere ut etiam procedat à semetipso, cum quo & ipse sunt substantialiter unum.

CAPITULUM IV.

Quòd sicut Pater genuit, sed non se, & sicut Filius genitus est, sed non à se; ita quoque Spiritus sanctus procedit, sed non à se.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus; non tamen tres dii, sed unus est Deus. Et quamvis rectè dicatur, Pater Deus genuit Filium Deum, cum sit unus Deus; non tamen rectè potest dici de Patre Deo, Deus Pater genuit seipsum; nec rectè potest dici de Filio Deo, Deus Filius genitus est à seipso. Sic quoque quamvis Pater & Filius & Spiritus sanctus unus Deus sit, & Spiritus sanctus rectè credatur à Patre & Filio procedere; tamen idcirco non rectè dicitur procedere à seipso, quia cum ipse sit substantialiter unum cum Patre & Filio, nequaquam tamen ipse aut Pater est, aut Filius est, ut ita à seipso debeat procedere, sicut procedit ab illis. Igitur sicut Pater genuit, sed non se, & sicut Filius genitus est, sed non à se; ita quoque Spiritus sanctus procedit, sed non à se. Quod etiam manifestè probatur ex Evangelio Johannis, ubi scriptum est de Spiritu sancto: *Non enim loquitur à seetipso, sed quæcumque audiet, loquitur*. Non loquitur à seetipso, quia non est à seetipso; & quia non est à seetipso, nec procedit à seetipso, cuius esse est idem quod procedere. Unde ergo est, inde procedit; & unde procedit, inde est. Ejus esse nihil aliud est quàm procedere. Sicut autem Patris proprium est generare Filium, & sicut Filii proprium est generari à Patre; ita proprium Spiritus sancti proprium est procedere ab utroque tamquam ab uno principio.

NICHITUS Archiepiscopus Nicomediæ dixit: De processione Spiritus sancti tractare propoſuimus, sed tu ad probandum sententiam tuam de generatione Patre & de genito Filio induisti, non quidem, ut faceret, inconvenienter, quia satis placet quod dixisti: verumtamen respondeas paulisper de hoc ipso. Quæ vel qualis, sicut est, ista Spiritus sancti processio de

e & cum dicitur] Et hoc loco ejusdem verbum patris quod lenitur turbant ad idem locum ab inspecto quoniam amantem post voculam q.

d aut se negat] Quod unci inclusam est addidimus; tunc ita scriptum esse ab Anselmo, qui forte etiam pro suo suo more aliter qui in Patre est.

Joan. 10. 16.
Ibid. 18.

d

Joan. 1. 9.

Ibid. 10. 10

Joan. 16. 13.

quā loquuntur? Verissime videtur tibi quod secundum
communem substantiam, an secundum discretam &
proprietam personam dicendum ut Spiritum sanctum
procedere?

CAPITULUM V.

*Quid sit incognitum est, qualis sit Patris ingene-
ratio, & qualis sit Filii generatio; ita incogni-
tum est, qualis sit aeterna Spiritus sancti proce-
ditio.*

ANSELMI Havelbergensis Episcopus dixit: Dic
Amili quae vel qualis sit Patris ingeneratio, &
quae vel qualis sit Filii generatio; & ego narabo tibi
quae vel qualis sit Spiritus sancti procectio, & ambo
insanctas divina mysteria perscrutantes, & de his
rationem investigare volentes, quae tanquam ineffa-
bilia supra omnem intellectum rationis creaturae
esse dignoscuntur, & sua profunditate vel altitudine
omnem finem humanum, necnon & angelicum
supergraduntur. Quod si mihi iustare, & super hanc
quaestione melius esse volueris, hoc tibi sufficit
audire, quod mihi fuit esse credere: fuisse nempe
mihi credere Patrem ingentum, Filium genitum,
Spiritum sanctum procedentem. Qualiter autem hic
ingentus sit, vel qualiter hic genitus sit, vel qualiter
hic procedat, reverendo auctore honorandum patet;
& sic nobis magnum esse credere licet est, & non sit
nobis curialiam investigare: qualiter est: nam qualiter
neque Angelus, nec diabolus nobis excogitare conciliant.
Pater autem qui genit, & Filius qui genitus est, &
Spiritus sanctus qui ab utroque procedit, ratione
sua tantum aeternitate consilia simul norant divinitus
& aeternam Filii generationem, & divinitus & aeternam
Spiritus sancti procectioem, & eisdem genera-
tione & procectioem modum & qualitatem: quod
utroque nostrae humilitatis caliginosam nubem excidit,
in quibus aliquando vanitas pro veritate occurrit.
Hoc tanta non inveniuntur dici potest, quod Pater
ingenerabitur semper tunc est, & Filius qui genitus
babitur semper tunc est, & Spiritus sanctus procectio
babitur semper tunc est, & ipsius Patris generare,
concurrit simul eisdem Patre filioque; & ipsius Filii
generari, concurrit eisdem Filio genitor; & Spiritus
sancti procedere, concurrit eisdem Spiritus sancti
est essentiae: nec hoc, nec aliud est prius aut posterius.

CAPITULUM VI.

*Quid in forma Trinitate aliud sit esse, aliud
Patrem, aliud Filium, aut Spiritum
sanctum esse.*

VERITATEM in illa suam Trinitate non hoc
est ubi generare quod esse, nec hoc est ubi pater
quod esse, nec hoc est ubi procedere quod esse; quoniam
non eo quo est, eo Pater est, nec eo quod est,
eo Filius est; nec eo quo est, eo Spiritus sanctus est;
sed eo quo est, substantia est quae ubi una est: & eo
quo ille tanquam Pater generat, & eo quo ille tanquam
Filius generat, & eo quo hic tanquam Spiritus
sanctus nascitur procedit; eo non iam una, sed
tres ubi personae sunt: & ita substantia, seu potentia
essentiae quae sunt tres, unum sunt; & personae
quae distinguuntur tres, tres sunt. Quoniam quidem,
sicut dicit, non hoc est ubi esse, quod Pater est,
nec hoc est ubi esse, quod Filius est; nec hoc
est ubi esse, quod Spiritus sanctus est, seu procedentem
esse; sed hoc est ibi esse, quod Deum esse, quod
magnum, quod bonum, quod dignitatem esse: &
illa tres singula singulis sunt propria ac personalis,

& hoc unum singulis per se & simul omnibus est
substantiale.

CAPITULUM VII.

*Quare Spiritus sanctus solus dicitur Spiritus sanctus,
& tertia in Trinitate persona, & hoc non gradus
dignitatis, sed nomenclaturae ordine, & propriae per-
sonae designatio.*

ET Pater quidem Spiritus est, & sanctus est; sed
non est is qui Spiritus sanctus est, tertia videlicet
in Trinitate persona; simul & Filius Spiritus
est, & sanctus est; sed non is qui Spiritus sanctus est,
tertia videlicet in Trinitate persona. Ita quoque
Spiritus sanctus Spiritus est, & sanctus est, & ita se
solum tantum reddidit Spiritus sanctus, & tertia
persona in Trinitate. Et fortasse adeo ipse Spiritus
sanctus recte solum dicitur Spiritus sanctus, quoniam
solum spiraculo eisdem Dotatus ambos & scriptum in
unam connotat essentiam, unitatem in trinitate, &
trinitatem suam unitate necessitate distinguendo, mir-
rabiter congruendo; ita ut credimus in illa sum-
ma unitate & trinitate singulariter distincta & distin-
ctae compacta, quod paradoxum, id est, extraneum
vel inopinate est omni humano intellectui. Est itaque
Spiritus sanctus coeterna amborum connotatio,
amborum communio, amborum concordia, amborum
charitas, amborum iustitia, amborum similitudo.
Quomodo enim Pater Deus, si non sanctus
& quomodo mater Deus, si non sancta? Quod si
haec sanctitatem Deo Patri, seu Deo Filio subtra-
xerit, sublata haec similitudo, distinctem quoque ab-
rulerit. Quae enim vel qualis Deitas, quae non fin-
ctio? nomen imperfecta, si non sancta? nomen pro-
prium nulla, si non sancta? Quis igitur Spiritus sanctus
(sicut dicit) coeterna amborum similitudo est,
recte ipse Spiritus sanctus dicitur sanctitate com-
muni unum cum Patre & Filio exultans, & proprie-
tate personae Trinitatem completens. Porro eisdem
substantiae unum indivisibile & simplex & una in se,
nunc aeternaliter indivisa & simplex & una in se,
nullo unquam numero suscepto; & hoc nobis est
unus Deus. Personarum vero pluralitas ab unitate
nascenti non temporaliter, sed aeternaliter & cau-
saliter, mota, ut ita dixerim, ad dualitatem, proce-
ditur licet in Trinitate coeterna coeternis, & sancta
Trinitatis numero coeternaliter sine omni tempore
habito; & hoc nobis est Pater & Filius & Spiritus
sanctus, qui licet tres sint numero, quoniam alia
est persona Patris tantum, & alia Spiritus sancti, &
una est persona Filii tantum, & due sunt personae
Patris & Filii, & tres personae Patris & Filii & Spi-
ritus sancti; tamen unius gradus dignitatis in hac
coeterna ubi Trinitate suscipiuntur quarendis est.
Nimquam enim in aliqua scriptura eorum qui tra-
duntur de sancta Trinitate, sicut patet, repetitur
juxta gradum Trinitatis prima Patris persona, se-
cunda Filii persona, licet de persona Spiritus sancti
aliquando invenitur tertia in Trinitate persona;
quod non secundum gradum dignitatis, sed solum
quodam distinctam dicitur ac singulariter personae dem-
onstrationem sive designationem dicitur. Non enim
ordinata succedente ubi numero in dignitate, sed
continua numero est Trinitas & aequa dignitate,
ita ut verè & semper ubi sint continuatum & simul
tres personae; non autem dicantur gradum prima,
secunda, tertia persona, quoniam hoc vocat gradum
dicitur ac ordinata dignitatis: ipse vero numerus
per se, videlicet tres, non gradum dignitatis, sed
pluralitatem Trinitatis pluraliter significat. Porro
etiam dicitur Spiritus sanctus tertia in Trinitate per-
sona, non dicitur respectu primae vel secundae per-
sonae.

fontē, quasi minor dignitate; sed dicitur tertia, id est, ex tribus una, videlicet illius persone speciali designatione. Unde Augustinus Hipponensis civitatis Episcopus, egergus Doctus, scribens ad Orosium ita dicit: «Et Spiritus Domini ferebatur super aquas, qui tertia est in Trinitate Persona.» Item idem in libro questionum veteris & novi Testamenti cap. cxxx. «Cui Filius Dei missus sit, & non alius.» Post Deum Patrem verbum Deus dicitur voluit, quod etiam nunc usque continentur, cum utique non alium hęc res contingeret, sed esset hic Filius Dei, qui post Patrem Deum secundus est, non natura, sed ordine.» Item idem Augustinus in eodem libro cap. cxcv. adversus Eulēbium: « Spiritus sanctus tertius est ordine, non natura, non gradu, non divinitate, non persona, non ignorantia. Sicut enim Filius Dei secundus à Patre est, & divinitate minor non est ita & Spiritus sanctus sequens à Filio est, non impar, sed equalis divinitate subsistentia.» Item Hilarius Præfatus Episcopus, Catholice fidei quondam famulissimus ac discretissimus assertor, in libro xii. de Trinitate. « Filius ex te Deo Patre Deus verus, & à te genus, post te ita consistens ut tecum, quia æternæ originis sum auctor æternus es. Nam dum ex te est, secundus à te est, secundus inquam, ex modo existendi, non ex differentiâ dignitatis; hic quippe à Deo Patre quasi primo loco subsistit, cum Spiritus sanctus tanquam tertio loco à Patre, secundo autem loco à Filio subsistat.» Unde & Hieronymus Presbyter Latinarum & Græcarum & Hebræarum literaturæ eruditus, Patrem principalem Spiritum ad Filium nominat, opere videlicet illo suo de tribus virtutibus ita loquitur: « David in Psalmo tres Spiritus postulat dicens: Spiritum principalem confirma me. Spiritum rectum inverte in visceribus meis. Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Qui sunt illi tres spiritus? Spiritus principalis Pater est, Spiritus rectus Christus est, Spiritus sanctus ipse Spiritus sanctus est. Itaque Spiritus sanctus tertius est à Patre, secundus autem à Christo secundum numeri ordinem, ac si diceretur secundum ordinem & congruam computationis ordinationem, videlicet juxta ipsam existendi modum & nomenclandi seriem, quæ in ipis persona est, non secundum aliquos earum dignitatis gradus. Pater quippe à nullo est, Filius à Patre solo est, Spiritus sanctus à uterque suum esse contrahit. Ideoque nullam, ut ita dixerim, secunditatem naturæ seu dignitatis, sed ordinem tantum in modo existendi & in ordine dicendi animas veteris & novi Testamenti cap. cxxx. de principio.» Nihil differt à Patre Filius, nihil plane differt in substantiâ, quia verus Filius est; differt autem in causâ, vel gradu, quia omnis potentia à Patre in Filio est: & in substantiâ minor non est Filius, auctoritate tamen major est Pater, ipse Dominus trinitatis & dicente: Si diligeritis me, manducetis quia vado ad Patrem, quia Pater major me est. Quem modum cultiores Apostolus Paulus: Unus, inquit, Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipso, & unus Dominus Jesus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et primus gradus hic ex quo sunt omnia, secundus per quem omnia, tertius in quo omnia. Et quia nullus de his digne est, in unitate Dei significati sunt, dicente Apostolo: Quomodo est ipse, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipse gloria in sæcula sæculorum. Postulat itaque ratio, & fides Catholica docet, ut in designatione Trinitatis talis ordo pronuntiationis rectissime servetur, scilicet Pater, Filius, Spiritus sanctus. Qui enim æquales sunt dignitate, simul æqualiter

dici non possunt in pronuntiatione; & quibus est ejusdem majestatis unitas, est etiam discreta personarum trinitas, sublatâ omni gradum differentia dignitatis, concessa tamen succedente ordine distinctæ emanationis: quem videlicet emanationis ordinem in Trinitate ipse Filius Dei qui omnia novit, patenter edocuit, ita loquens ad Discipulos: Sic, doctis avocis gentes, baptizasset eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

CAPITULUM VIII.

Quid nomina Trinitatis transposita inveniantur.

Ceterum aliqui solent præjudicare Spiritus sancto, quod ideo degener intelligatur, quia in ordine tertius ponitur, cum tantum simpliciter in Scripturis divinitus, ut aliquando invenias tertiam primum positum: ut enim hæc causâ tulerit, sic & ponantur. Nullus enim injuria est, quia una eorum divinitas est. Denique legitur in Isaiâ, Dominus dicente: Ego sum primus, & ego in æternum, & manus mea sanctavit terram, dextera mea sublevavit caelum. Et in subiectis: Ego loquutus sum, ego vocavi, ego adduxi eum, & proferam uterque vestis; accedat ad me. & audiat hæc, non in oculis ab invicem loquutus sum. Cum sermo, illic eram, & nunc Dominus misit me & Spiritus eius. Quem itaque Dominus esse, qui fundavit terram? Ipse est qui dicit, Ego sum primus, & ipse est qui dicit se nullum esse. Numquid Patrem huic esse patitur, quia dicit, Ego sum primus? Abiit; nam quod subiecit, Et nunc Dominus misit me & Spiritus eius, manifestè ostendit Filium esse, qui se nullum dicit à Deo & Spiritu sancto; & tamen dicit, Ego sum primus. Ecce paria sunt ista inter Filium & Spiritum sanctum. Sicut enim à Patre & Filio Spiritus sanctus legitur missus; ita & à Deo & Spiritu sancto missus est Christus: hoc autem solus Patris peculiariter est, nisi minus dicatur. Videamus quoque dicta Apostoli, qui alio ordine complectitur Trinitatem; dicit enim inter cætera in Epistola secundâ ad Thimotheum: Dominus dirigat corda vestra in charitatem Dei & patientiam Christi. Quem putas hæc dicit Dominum, nisi Spiritum sanctum, qui dirigat corda nostra in charitate Dei Patris mittentis Filium, & in patientia Christi obedientis Patris usque ad mortem? Et ad Corinthios in Epistola primâ præterito ordine qui in traditione Fides est, à Spiritu sancto incipit gratiarum & ministratorum memoratæ operationis, & subjungit Dominum JESUM, & tertium ponit Deum, quem in Spiritu sancto & in Domino dicit operari; hoc etiam ait ipse Dominus: Pater mansit in me, ipse operator; per id enim quod de Deo Patre est & Spiritus sanctus & Christus, operatio eorum opus est Dei. Denique Spiritum sanctum eundem dicit & Deum, & hoc propter unitatem naturæ. Cum ergo hoc loco eandem Deum qui est & Dominus, dicit operari omnia in omnibus, inferius hic concludit dicens: Omnia autem hæc operantur nos, æque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Ecce transpositio ordine nominum personarum in Trinitate tres tantum operationis esse dicuntur, quia videlicet uno operante restitit trej dicuntur operari. Quare? Nisi quia sunt unius divinitatis, quocumque ordine nominata eorum posita inveniantur. Et David in Psalmo quinquagesimo orat & invocat Deum Spiritum, nominibus trium personarum simpliciter transpositis, credens eandem tribus divinitatis naturam. Quod mundum erit in me Deus, & Spiritum rectum inverte in visceribus meis. Spiritum rectum Christus dicitur.

Aug. l. d. viii. quæst. 89. & quæst. 85.

Hieronymus lib. 11. de Trinitate sub fine.

Hieronymus in Commentariis in Psalmo 110. & explanatione in hunc versum Psalmi quinquagesimi Spiritum principalem confirma me.

Hieron. in epist. Symboli ad Damasianum.

August. & Hieron. ibid. ad Cyrilium epist. 18. in epist. Symboli.

John. 14. 28. 1. Cor. 12. 4.

Rom. 11. 34.

Matth. 28. 19.

John. 14. 21.

1. Cor. 12. 13.

John. 14. 10.

1. Cor. 12. 13.

John. 14. 21.

178. 10. 11.

178. 19.

178. 1. 2.

178. 17.

Item : *Ne precias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum me asperas à me.* Spiritum sanctum dicitur ipsum Spiritum sanctum. Item infra : *Redde mihi laudem salutari tui, & Spiritum principalem confirma me.* Spiritum principalem Patrem dicit, qui sibi principium est & principalis causa, sive causae principium est Filii & Spiritus sancti. Et Johannes in Apocalypsi : *Ego sum a & o, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est & qui venturus est omnipotens.* Et infra : *Ego sum primus & novissimus, & sum mortuus, & ecce sum vivens.* Item infra : *Hac dicit primus & novissimus, qui sum mortuus, & vivo.* Ecce videmus simplicitatem Scripturae, quomodo transponit nomina Trinitatis, nunc Patrem, nunc Filium, nunc Spiritum sanctum anteposuit seu postposuit : quod quidem nihil obest fidei Catholicae, quae conficitur tres esse ejusdem naturae.

CAPITULUM IX.

Quid Pater & Filius & Spiritus sanctus non sint definitiva nomina, sed substantiva, nullum remanens vel minorationem secundam substantiam significantis.

ET sciendum quod Pater & Filius & Spiritus sanctus nequaquam sunt nomina definitiva, ut quia Pater non est Filius, nec Spiritus sanctus, in hoc sit deficientis ; & quia Filius non est Pater, nec Spiritus sanctus, sit & ipse in hoc deficientis ; & quia Spiritus sanctus non est Pater, nec est Filius, sit & ipse quoque in hoc deficientis : sed sunt nomina indefinitiva & substantiva, nullam remissionem vel minorationem secundam substantiam significantia. Dicitur autem hunc Patrem, hunc autem in Filium, hunc autem Spiritum sanctum, ut inconcusabilem trinitatem hypostasibus, si est ; personarum custodiat in via notari & dignam deitate. Quamvis autem eum dicuntur tres personae, Pater & Filius & Spiritus sanctus, juxta vocum significationem pluralitas personarum occurrit intellectui ; tamen unitas ejusdem essentiae à fide & intellectu rectè credentium non debet abesse. Et cum dicitur unus Deus, quia in singulariter unitas dicitur essentia secundum propriam vocem significationem occurrat humano intellectui, qui in le motibus suis sufficienter, tamen pluralitas personarum nequaquam debet abesse à fide & intellectu rectè credentium ; ita ut in corde credentium & ore confitentium unitatem in divina substantia, sive personarum trinitatem, & trinitatem personarum, sive unitatem divine essentiae. Et sic noster unus non sit Sabellianum, sed Christianum, nec sit in personarum confusa unitate, sed sit in verà & simplici ejusdem substantiae unitate. Et itidem nostrum tres non sit Arrianum, sed Catholicum, nec sit in substantiarum pluralitate, sed in personarum rectè distinctione ; ne vel in illud Arriane, vel in illud Sabellianum impietatis promontorium impingens in profunda demerit periculis, ubi multi periculis sunt, & incertae navigantes naufragium haereticæ demeritionis passi sunt ; de fide quidem fides & malum disputantes, sed utique ad fidei perturgentes veritatem, dum ignorant & ea quae loquuntur, & ea de quibus affirmant. Quid si humana sermone inopia potuisset advenire unum solum nomen, quod aptè & sufficienter significaret in Deo unitatem substantiae, & trinitatem personarum, & hoc pleno ac sufficienti intellectu ; nimirum Ecclesia Dei nequaquam adeo laboraret in dicendo & credendo, quae toties laboravit, multa verba de Deo sive nomina multiformiter & fideliter

exponendo. Nec tamen in solis nudorum nominum, & verborum confusionem, sed in ipsa trinitatis & unitatis veritate consistit fides Christiana, & sit ex ipsa veritate, quae verè unus Deus verus est, & verè vera trinitas est personarum, vera & liberè confesso sermone. Itaque cum dicitur Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus, nemo ibi existimet esse motum, si est, tres deitates, vel triplicem deitatem : quoniam his qui sunt ejusdem naturae, convenit etiam ejusdem divinitatis & honoris identitas, quod apud Graecos, sicut ego puto, dicitur *homon*. Nec dicit Christianos *homon*, si est, trium Deorum cultores, sed *homon*, si est, unus Dei cultores, dicit & esse.

CAPITULUM X.

Quid Spiritus sanctus neque secundam substantiam qua communis est, neque secundam personam qua ad se dicitur, sed secundam relationem procedens dicitur.

Quid autem interrogasti, utrum Spiritus secundum eam quae communis est, substantiam est, aut secundum eam quae distincta & propria est, personam procedens dicitur : ad hoc ita respondendum. r. Spiritus sanctus consubstantialis est Patri & Filio ; quippe ex eodem & non alia substantia est, quia sicut illis est commune, ut sint unus & idem Deus ; ita illis est commune, ut sint una eademque substantia. Attamen nec secundum substantiam, nec secundum personam, aut Pater ingentus, aut Filius genitus, aut Spiritus sanctus procedens dicitur. Si enim secundum substantiam quae unum sunt, Pater ingentus, & Filius diceretur genitus, & Spiritus sanctus diceretur procedens ; tunc utique Pater secundum eandem communem substantiam ingentus & genitus diceretur, & procedens diceretur ; & ita fieret quaedam nova & confusa commistio ingentis & geniti & procedentis ; quocumque enim de divinis substantiis secundum substantiam dicitur, ea tribus oportet esse communia. Si ergo secundum substantiam diceretur Pater ingentus, & Filius genitus, & Spiritus sanctus procedens, tribus utique simul oporteret omnia esse communia ; ita quod Pater diceretur simul ingentus & genitus & procedens, & Filius similiter ingentus & genitus & procedens, & Spiritus sanctus similiter diceretur ingentus & genitus & procedens ; & sic pro nimia confusione nec personarum distincta trinitas, nec ejusdem substantiae indivisa faret identitas. Rursus si secundum substantiam diceretur ingentus & genitus & procedens, tunc cum is qui ingentus est, non sit is qui genitus est, nec sit is qui procedens est ; nec is qui genitus est, sit is qui ingentus est, aut qui procedens est ; nec is qui procedens est, sit is qui ingentus est, aut qui genitus est ; iam non una tantum substantia, sed tres ibi diversae essent substantiae, secundum quas ab invicem differentes, & ille ingentus, & ille genitus, & hic procedens diceretur ; & ita iam non *homon*, si est, ejusdem substantiae, sed *trinitas*, si est, alterius substantiae esset Trinitas, ac per hoc in altero quidem confusio & commistio personarum in Sabellianum barathrum nos projiceret, in altero verò substantiarum pluralitas in Arrianum profundum nos involveret. Non igitur secundum substantiam Spiritus sanctus dicitur procedens, licet ejus processio sit substantialis. Pater si secundum personam Spiritus sanctus diceretur procedens, non minor, sed eadem inde nasci videretur absurditas. In illa enim summa & ineffabili & incomprehensibili Trinitate hoc nomen,

persona, ad se dicitur; quodquid autem ad se dicitur, secundum substantiam dicitur: unde hi ut personam in substantiâ dici convenit; manifestum quippe est personam subjectionem esse naturæ, nec præter naturam personam posse dici. Idcirco in Trinitate cum dicimus, persona Pater, nihil aliud dicimus quam substantiam Patris; & cum dicimus, persona Filius, non aliud dicimus quam substantiam Filii; & cum dicimus, persona Spiritus sancti, non aliud dicimus quam substantiam Spiritus sancti: quamvis ibi una semper dicatur substantia, tres autem ibi semper sint & dicantur personæ. Quia ergo persona sicut de substantiâ ad se dicitur, Spiritus sanctus non secundum personam, sicut nec secundum substantiam procedens dicitur. Relinquitur ergo dicendum quod sicut Pater secundum relativum ad Filium dicitur Pater, & ingenius ad genitum, & sicut Filius secundum relativum ad Patrem dicitur Filius, & genitus, & verbum, & imago, & sigillum, & character, & splendor; ita etiam Spiritus sanctus secundum relativum dicitur Spiritus sanctus procedens, & missus ab utroque mittente, donum ab utroque donante, amor ab utroque amante. Profectò notandum est quid, de quo, & secundum quid, & propter quod dicitur, quoniam quæ dicuntur ad se, secundum substantiam dicuntur; quæ autem non ad se, relative in ipsâ personarum distinctione dicuntur: quamvis hoc nomen, persona, propter maximam verborum inoptam ab antiquis inventum, ut serviat huic significationi, quâ intelligitur trinitas in ipsâ trinitate, non relative, sed ad se dicitur, sicut & substantia, vel ut possit dicitur, essentia. Inter alia verò Latini quædam nomina, ea quæ singulariter singula sunt, quemadmodum Pater & Filius & Spiritus sanctus, non communiter, sed singulariter dicuntur; quæ autem communia omnium sunt, quemadmodum substantia, Deus, omnipotens, & cætera his similia, non singulariter tantum, sed & communiter dicuntur. Sicut enim Pater solus Pater, & sicut Filius solus Filius, & sicut Spiritus sanctus solus Spiritus sanctus dicitur, & hoc singulariter sanctus simul omnes tres & singulariter dicitur Deus, substantia, omnipotens, & cætera huiusmodi, quæ tam singulariter singulis, quam communiter tribus conveniunt. Et in hunc modum, sicut ea quæ numero & personis differunt, secundum numerum dissimiliter preferuntur; ita ea quæ ut numero, nec substantiâ differunt, secundum substantiam eodem modo & non dissimiliter preferuntur.

CAPITULUM XI.

Utrum Filius sicut Pater dicatur verè Spiritus sanctus emissor, quod Græci dicunt *νεκρωσις*.

NECRITAS Archiepiscopus Nicomedie dixit: Satis placet quod distuli; sed quæso, concedis quod Pater Spiritus sancti qui est processibus, sic emissor, quod Græci nostri vocant *νεκρωσις*? Anstetius Havelbergensis Episcopus dixit: Quod hoc *νεκρωσις*, ignoro, quippe non Græcum, sed Latinum sum. Bene autem concedo Patrem emissorem Spiritus sancti, Spiritum sanctum verò emissum; ita tamen quod etiam in alium dicam similitere ejusdem emissorem. Nam hoc manifestè dicit Evangelium de utroque; de Patre quidem: *Paracletus de patris sanctus quem misit Pater in nomine meo*; de Filio autem: *Cum venerit Paracletus quem ego misit vobis*. Et infra: *Si autem abigo, misiam eum ad vos*. Hoc itaque

Jan. 14. 16.
Ibid. 15. 16.
Ibid. 16. 17.

e dicitur νεκρωσις; Verissima lectio, ceteris locum Ache-
Tom. I.

modo Patrem emissorem & Filium emissorem esse Spiritus sancti; Spiritum sanctum autem ab utroque emissum, ab uno tamen, id est, à Filio promissum.

NECRITAS Archiepiscopus Nicomedie dixit: Si Pater emissor, & Filius est emissor Spiritus sancti: ergo sunt duo emissores, duo sunt datores; & ita videtur esse duo pemeipia Spiritus sancti. Anstetius Havelbergensis Episcopus dixit: Sicut video, callidè voluisti mihi inducere duo principia, & in quæ superius, cum de principio tractarem, determinata sunt, rursus tamquam oblita in questionem revocas, ut incautum, & coram quæ dicta sunt, quasi inmemorem capias. Verùm ego duo principia nunquam in divini Scripturæ incipio. Utrum autem duo emissores, seu duo datores rectè dici queant, tuâ interest dicere, qui induxisti hoc nomen Græcum *νεκρωσις*, quod apud nos, sicut tu dicis, sonat emissor. Quis verò hujus Græci nominis propria significatio incerta est, nihil certum super uterum distinere volo. Sed jam nunc velim ut patienter audias me. Tu Spiritum sanctum dicit non procedere à Filio. Cum hæc dicis, maximam utrique, Filio scilicet & Spiritui sancto, injuriam facis: nam cum Pater & Filius se invicem habeant, ut genitus & genitus, & item Pater & Spiritus sanctus se invicem habeant, ut emissor & emissus, & ut donator & donum; dic, quæso, numquid non magnam injuriam facis Filio & Spiritui sancto, quibus nullam ad invicem relationem tribuis, quomodo quos, ut ita dixerim, à sociâ processionis communicatione disjungis? Quid enim est quod Filius aliquid mediâ relatione respiciat Spiritum sanctum, seu Spiritus sanctus Filium, si processionem ab eo ab illo de medio amborum abstraherit? Sane sanctè, ut ita dixerim, respicientes se Pater & Filius generatione; & sunt rursus, ut ita dixerim, respicientes se Pater & Spiritus sanctus processionem: sed Filius & Spiritus sanctus secundum se manent sine aliqua vicissim communicatione, vel relatione habitudine, quæ se invicem respiciant: & hoc ita dicere, quod aliud est, quam summam & venerabilem Trinitatem aliquatenus dissolvere?

CAPITULUM XII.

Quid Spiritus sanctus amborum est nomine, id est, concordia, & est amborum nuntius, id est, respectio.

NECRITAS Spiritus sanctus est amborum *nuntius*, id est, concordia, & est amborum *nuntius*, id est, respectio, sanctitate propria ac naturali Patri ac Filio communicans, idem in substantiâ, non idem in persona, trinitatem in trinitate, ut ita dixerim, complens vel completens, & unitatem propter trinitatem dissolvens. Attende igitur quid dicas, & vade quid sentias, & cave ut sic in Filium & Spiritum sanctum offendas, quatenus utroque simul & Patrem non perdas. Qui enim peccat in Filium, peccat & in Patrem, & qui offendit in Filium, offendit & in Patrem; in ipse namque Filius ita dixit: *Qui me spernit, spernit eum qui me misit*. Item: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum*. Certum est autem, quod ille non honorificat Filium, qui hunc eum honorum negat, quod Spiritus sanctus ab illo sicut & à Patre procedat. Rursus certum est quod ille Spiritus sancto non parvam blasphemiam irrogat, qui hunc à communicatione illi, sublatâ processionis habitudine, sive non sanè separat. Ambos ergo offendit, Filium scilicet,

siue eobdeter obicere *parabola*, nullo sermo.

quis eum indignum existimat, ut ab ipso Spiritus sanctus; Spiritum verb offendit, quis ipsum quod indignum iudicat, ut à Filio, procedat: & ita in utroque simul & in Patrem gravillanè peccant, totam Trinitatem blasphemant. Quæ enim major blasphemiam in Spiritum sanctum, quam credere & docere Spiritum sanctum à Filio non procedere? Si quidem quod scriptum est: *Qui peccaverit in Patrem, seu in Filium, remittetur ei; qui autem peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro* non solum de Macedonianâ heresi dictum esse videtur, qui dicebat Spiritum sanctum esse creaturam & non Deum; verum etiam de isto blasphemiam in Spiritum sanctum peccato scriptum esse manifestum est. Quod videlicet peccatum blasphemie, seu infidelitatis, seu impatientie qui fecerit, nisi resipiscat, neque in hoc seculo, neque in futuro remittetur, quamvis & alia multis modis ille locus Scripturæ possit exponi.

CAPITULUM XIII.

Quid nemo filium seu patrem ferre debet blasphemiam se vocari, sicut nec Dominum, quando dictum est ei, Demonium habes; & quod Spiritus sanctus propter diversos effectus diversa fortasse vocabula.

NECHEUS Archiepiscopus Nicomedie dixit: Satis acutè contraxit de propositâ questione; sed quod tandem subijuravit, scilicet quod nos qui urgamus Spiritum sanctum procedere à Filio, utriusque injuriam facimus, imò totam Trinitatem in hoc offendimus, & sic ut tu dicis, blasphemiam inferamus; hæc æquo animo audire non debemus, nec possumus, præsertim cum omne genus increpationis patientem possit, hoc autem nullam omnino. Quis enim patienter ferat se vocari blasphemum à Nãm Dominum, forma totius patientis, postquam omnia verba continentia sibi à Judæis alata aedivæ patienter, quando cum vocaverunt voracem & potterem vini, & solum satori, & alia multa humilissimi; denique cum dicerent ei: *Demonium habes* & : *In Bethsaida principe demoniorum egerit demonia*; respondit: *Ego demonium non habeo*; manifestè docens quid omnia opprobria quæ adversum nos dicantur, patienter suscipere debemus; nullas verò sentitio debet transire, siquando ei imponitur, quod non Catholicum, sed hæreticum putatur, unde ipse à Spiritu sancto alienus & demonum esse locus videtur. Quapropter ad ea quæ dixisti, ego respondebo, sicut & Dominus me docet: Nus tu nullo sanctum & individuum Trinitatem offendimus, sed sicut verè Catholicis cum in unitate ejusdem substantiæ debito divinitus honore venerantur, nec divinitam substantiam concedentes dividimus, is ut Arrius, nec perfonas confundimus, sicut Sabellius, nec cum Macedonio Spiritum sanctum creaturam dicentes, à Deitate eam separamus, nec sicut Pneumatomachæ Spiritum sanctum impugnantem blasphemiam aliquam erogamus; adoramus quippe Patrem Deum, Filium Deum, Spiritum sanctum Deum, tres personas, Deitatem unam, gloriam, & honorem, & imperio, & substantiâ non partitam. Audi adhuc, si Spiritum sanctum blasphemamus: Nos credimus adorandum cum Patre & Filio Spiritum sanctum, unum Deum Deificatorem & vivificantem per baptismum, Spiritum Dei, spiritum Christi, intellectum Christi, spiritum Domini, per se Dominum, spiritum Filiationis, hoc est, Fîlii Dei, vel adoptivæ nostræ filiationis, spiritum veritatis, spiritum liberationis, spiritum sapientiæ & intellectûs, spiritum von-

filii & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, spiritum timoris Domini. Etenim effectivus horum omnium Spiritus sanctus Deus, omnia substantiâ replens, omnia continens, repletivus mundi secundum substantiam, incomprehensibilis mundo secundum virtutem, bonus, rectus, principalis; sanctificans, non sanctificatus; vivificans, non vivificatus; mensurans, non mensuratus; participatus, non participans; repletus, non repletus; continens, non contentus; hereditatus post Christum ab Apostolis; clarificans, glorificans, connumeratus in Trinitate personarum, dignus Dei, ignis ut Deus, amor, charitas, spiritus qui cognoscit omnia, qui docet, qui sperat ubi vult & quantum vult, dirigens, loquens, tentans in deserto, intratus quando Jesus egerit vendentes & ementes de Templo, conturbatus in resuscitatione Lazari, illuminator, vivificantior, magis autem per scriptum lumen, & per scriptam vitam, templificatus, deificans, perficendus & prævenit baptismum per solum, & exquiratur post baptismum per manus impositionem; agens quæcumque Deus, partus per gratiam ad linguas signes, dividens charitatem, locus in Apostolis, Propetas, Evangelistas, Pastores, Doctores; intellectualis, manifestator, magis, immensus, improbitus, inconquiescens, qui arguitur potest, qui sapientissimus & multiformis est & ceteris, manifestativus omnium, propriæ potestatis, insuperabilis, omnipotens, omnipotens, ad eum, omnium Episcopos, per omnes trahens spiritum intellectuales, puros, libellissimos, angelicus virtutes, necnon etiam prophetas & apostolicas virtutes, & etiam alias virtutes in aliis & alios partibus secundum idem & non in eisdem locis, quo etiam demonstratur incommunicabilis. Quæcumque autem dicuntur humilis de Spiritu sancto, ut dari, tacti, partiri, Christum, doctum, insullatio, repositio, interpellatio, sive quid aliud tale, ad penam causam reducenda sunt, ut quæ est quo non ostenditur. Cum talis de Spiritu sancto credimus & docemus, nullas blasphemias irremissibiles eos nos esse credimus; sed si eum à Filio procedente facit non credimus, non mireris, quia quantalibet ratiocinationum adducas, non subito accedere possimus; præsertim cum nulla nobis auctoritas Evangelii, vel canonicarum Scripturarum, vel etiam sanctorum Conciliorum hoc ad credendum iudicet, vel doceat.

CAPITULUM XIV.

Quid nullus sensum Scripturæ, qua divina veritas appellatur, suo sensu, sed potius sensum sensum sibi debet accommodare.

ANSELMI Havelbergensis Episcopus dixit: Si auctoritates ad persuadendam tibi hoc expostules, utcumque cum ea audieris, recto sensu suscipias; sed veroc quod contingat hoc provehens de te, quod apud nos dicitur, Locus politus est ad discendum apices; sed ipse semper clamavit agnum, agnum, agnum, non attendens quod foris à docente audivit, sed quod intus in corde gessit. Quod si tu cor tuum morderis, & nunquam tuum obtinatum adeo obstruisti, ut quodquid dicatur, tu tamen acquiescere nobis: quid ergo vult quidquid dicimus? Melius est autem humiliter tacere, quam insolenter loqui, & æterum verbis osonia verberare, quia tempus est loquendi, & tempus est tacendi. Si autem proposita auctoritates ad tuum sensum retorquere nitimur, & non potius tuum sensum divinam Scripturæ accommodare curaveris, timeo ne forte tu hoc quoque Spiritus sancto adverseris & resistas, dum ea

que dicente Spiritu sancto scripta sunt, exte-
ritatem Spiritus sancti temere crevete, & ad tuam
sententiam retorquere non tueris; & nos non ad vin-
cendum, sed ad investigandum quod verum sit, con-
venimus; ita quippe Veritas dicit: *Verba quae loquutus
sum vobis, spiritus est & vita sum.* Et alibi: *Spiritus
vna qui est in vobis, scilicet sanctarum Scrip-
turarum.*

NICHITAS Archiepiscopus Nicomediae dicit: Quan-
tum mihi sit, intellectum Scripturae, quae divina
merito appellatur, ad proprium sensum quasi violenta
expositione distorquet, ac non potius proprium sen-
sum omnino divinae Scripturae humiliter mancipare
& accommodare, nulli debet esse incognitum qui
sacris lectionibus vacare consuevit, & ideo bene
monuit; sic ergo de tu quod tu in me monuit; &
si vis proponere sacras auctoritates, ita eas exponas,
ne videar tuam sententiam, quia tua est, non quia
vera est, extorta expositione velle probare; scriptum
quippe est: *Qui seruat praecepta ad docendum
fac, exprimit dicitur; & qui vehementer emagit,
elicit sanguinem.* Sed iam dic, si quas auctoritates
habes tuae sententiae in propolita quaestione fauentis.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dicit: Hoc
adhuc praemittendum videtur, quoniam quamvis
propterea verbum loquuti sumus, uterque nostrum in
suo sensu abundare potuit. Sed iam cum divina
verba tractare coeperimus, decet ut sine contentione
loquamur, & debita reverentia invicem supportan-
tes, Spiritui sancto, qui est auctor divinae Scripturae,
honorem exhibeamus, quatenus ipse nobis dignetur
veraciter aperire, quod ipse vult nos humiliter &
sine contentione investigare. Sunt enim aliqui, quos
dum urget veritas Scripturae, in disputatione ma-
lum etiam vici litigare, & perverbis vocibus vetitati
recludat, quam propterea errare confiteri, qui dum
non inveniant quod tandem respondeant, tacere tam-
en humiliter ignorant.

NICHITAS Archiepiscopus Nicomediae dicit: Bene
dixisti, sed hoc quoque non est sileto praeterun-
dum, ut si forte aliter nostrum ab altero in exponenda
Scripturae dissensit, quis hoc plerumque sana fide
ferri potest, non statim error vocetur quod dicitur,
quoniam de una Scripturae serpe diversi homines intel-
lendunt; et nequaquam sunt spernendi, qui-
amvis ad praesentem quaestionem minime spectare
videntur. ANSELMUS Havelbergensis Episcopus
dicit: Optime dicit, tu tantum benevolus sis, & ad
credendum non tardus, nec difficultis; & ne quaeras,
sicut vulgo dicitur, nodum in scirpo, quia licet in
malivolam animam non intravit sapientia, ita in be-
nivolam animam ultra se ingerit divina sapientia.
NICHITAS Archiepiscopus Nicomediae dicit: Non
amo ego, ego quod credendum est libenter credo,
si tamen convenienter ad hoc inductus fueris; sed
iam tamen dic.

CAPITULUM XV.

*Quid Dominus infusando dederit Apostolis Spi-
ritum sanctum, nec tamen status ille corporeus fuerit
Spiritus sanctus, sed praesentis eius significatio;
& qualiter intelligendum sit: Accipite Spiritum
sanctum.*

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dicit: Do-
minus Jesus post resurrectionem repraesentans
se Discipulis suis, infusatus & dixit: *Accipite Spi-
ritum sanctum.* Quod aliud, quod lo, significavit illa
infusatio, nisi quod procedat Spiritus sanctus & de
scipio? Neque enim status ille substantia Spiritus
sancti fuit, sed demonstratio etiam in Filio procedere

Spiritum sanctum. NICHITAS Archiepiscopus Ni-
comediae dicit: Tecum dico, quod status ille corpo-
reus non fuerit substantia Spiritus sancti; sed non
tecum dico quod illa infusatio fuerit processio
quae in Filio sit, significatio. ANSELMUS Havelber-
genensis Episcopus dicit: Si Christo infusante ac-
cipente, *Accipite Spiritum sanctum;* Apostoli acceperunt
Spiritum sanctum; quate ipsa infusatio non
credatur processio eius significatio? Rursum in Spi-
ritu sanctus Discipulis datus est in Filio infusante,
cum dicit: *Accipite Spiritum sanctum;* die, quae
quomodo in Filio donante pervenit in Discipulos ac-
cipentes, nisi ab illo procedendo, cum quo semper
est, & ad illos pervenendo, quibus tunc in usu mu-
netis datus est? Ut enim Apostoli Spiritum sanctum
acciperent, oportuit ut effer quid daret, & sic dante
in accipientes procederet; quomodo tamen non essent
qui acciperent, tamen non minus effer qui proce-
deret, aeterna enim & substantialis est eius processio;
& ita licet tunc datum non apte diceretur, tamen
non minus donum vel donabile diu potest dicitur
eum donum, sine donabile; quod quidem dari po-
test, quamquam non datur; datum verò non dicitur,
nisi eum datur. Quippe Spiritus sanctus prop-
ter naturalis essentia, quae in Patre & Filio est,
processibilis est, donabilis est, nec est nisi procedendo,
nec datur nisi procedendo; nec accipitur nisi pro-
cedendo; nec quaquam operatur nisi procedendo.
Ideoque cum dicitur sine in Patre, sine in Filio
dari, nec aliter quam procedendo datur dari;
ipsum enim donatum sine nullo, ipsius est processio.
Duobus quippe modis procedit Spiritus sanctus in
Patre & Filio: est una processio eius aeterna, quae est
secundum affectum, id est, charitatem, quae Patrem
diligit Filium & Filius Patrem; & est illa processio
temporalis, quae est secundum effectum, id est, dona-
eius quae datur hominibus.

NICHITAS Archiepiscopus Nicomediae dicit: Cum
Spiritus sanctus ubique sit per essentiam, nec
etiam in cordibus Apostolorum per praesentiam des-
cenderit; quid putas latium infusando dedisse, vel
etiam Apostolos accepisse, quando ad eos dicitur
est: *Accipite Spiritum sanctum!* Si enim dicantur
accepisse Spiritum sanctum, qui est terra persona in
Trinitate, & qui ubique est, & qui in cordibus co-
rum jam erat; quomodo tunc dari potest hunc eos
tunc accepisse, quem jam habebant, & qui in co-
rdibus eorum jam per praesentiam erat? ANSELMUS
Havelbergensis Episcopus dicit: Spiritus sanctus qui
in Patre & Filio procedit, qui terra est in Trinitate
persona, qui plenus & perfectus est Deus, qui ubi-
que est, & cuiquam deest per divinitatis essentiam,
ipse in Apostolorum cordibus fuit per eius divinitatis
praesentiam, quibus tamquam humilibus & ele-
gis postea datus est per inhabitantem gratiam. Ita
quae de seipso dicit: *Super quem sedisquam, nisi
si super humilium.* & quiescat. & verba mea
memorem? Item: *Deus superbis resistit, humilibus
autem dat gratiam.* Accipientes itaque Spiritum san-
ctum jam inhabitantem per inhabitantem gratiam,
qui prius apud illos tamquam sterilis erat, tantum
ubique per divinitatis essentiam; tamquam diceret:
*Accipite Spiritum sanctum in gratia, qui prius apud
vos erat sola essentia. Accipite in donum, quod prius
apud vos erat tamquam alienum. Accipite in usu &
manere, quod prius apud vos erat sine muneris
acceptio. Accipite in effectum personalis gratiae,
quod haecenus apud vos erat sola praesentia essen-
tia. Accipite per sanctificationem, quod prius apud
vos erat sine alioquin virtutis manifestatione. Sicut
si diceretur alicui claros oculos sine visibili spiritu
habenti, Accipe oculos ut videas, quos prius ad vi-*

Joan. 8. 14.
Ezech. 10. 17.

Psalm. 18. 11.

Sapient. 1. 4.

Joan. 4. 4.

Joan. 10. 11.

dendum non habebat : & ad fructum aures habentem diceretur, Accipe aures ad audiendum, quas prius habuisti prater audiendi usum : & ut muto linguam habentem diceretur, Accipe linguam in usum loquendi, quam prius habes non habuisti : & manus aridas habentem diceretur, Accipe manus ad operandum, quas prius habuisti prater operandi officium : & claudu pedibus pedes habentem diceretur, Accipe pedes ad ambulandum, quos prius habuisti prater ambulandi beneficium : aut si diceretur alicui habenti pecuniam alteram apud se repositam, Accipe hanc pecuniam, & tua sit ad utendum, quae prius apud te erat prater omnem tuam necessitatem vel utilitatem usum. Hoc itaque modo videtur esse dictum : Accipite Spiritum sanctum in usu & in dono spiritualis gratiae, qui prius apud vos erat divinitatis immensitate : quamvis tamen ante solemnem, ac tam manifestam sancti Spiritus donationem omnino non fuerint Apostoli expertes spiritualis gratiae. Unde Dominus Petro Christum Filium Dei confitentem dixit : *Beatus es, Simon Petre, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in caelis.* Videlicet ac si diceret, per caelestem ac divinam inspirationem hoc accepisti, non humanam curam aut linguam revelationis ; habebant quippe & alii Apostoli fidem divinitus inspiratam ante datum Spiritum sanctum : sed non tantam, quantum habere oportet eum qui per fidem salvandus est. Quidquid autem minus haberint, hoc per solemnem ac manifestam Spiritus sancti donationem suppletum est. Quidam ? Nonne Petrus Apostolorum Princeps, qui cum Christo se dicebat paratum & in portum & in carcerem ire, subito ad vocem ostiarii ancillae Christi negavit, qui tamen postea post datum Spiritum sanctum, indutus virtute ex alto, Principibus Saeculorum comminabatur & interdicentibus, ne in nomine Christi predicaret, fiducialiter respondit : *Operet me Deus magis obedire, quam hominibus.* Et haec quidem donatio Spiritus sancti primo facta est in terra per infusionem propter dilectionem proximi, & postmodum facta de caelo in verbis linguis propter dilectionem Dei, ubi etiam aliquando infusus, quod quibus datus est Spiritus sanctus, in duobus quoque non bis, sed simul & semel procedit sit credendus ; & de caelo quidem tamquam de Patre qui in caelis est, in terra verò tamquam de Filio qui per humanitatem in terra cum hominibus coconvertatus est : quamvis idem Filius cum eum daret, non tunc in terra inter mortales iam mortalis esset, sed post Resurrectionem & ante Ascensionem, ea qua sibi placuit, apparitione Apostoli se manifestaret, Spiritum sanctum eis abunde tribuens.

NECIUS Archiepiscopus Nicomedie dixit : Cum de arce summae Theologiae sermo est, huiusmodi similitudines rerum corporalium non videtur habere locum, nec oportet ex inferioribus superiorum similitudines suscipere ; nec enim potest ad plenum cognosci stabilis natura immobilium ex fluxibili natura mobilium. Sanè spiritualia corporalibus comparare, aut divina humanis adaequare, quod aliud est quam vivere inter mortuos exquirere ?

CAPITULUM XVI.

Quid aliquando spiritualia corporalibus, aliquando corporalia spiritualibus comparantur.

ANSELMIUS Havelbergensis Episcopus dixit : Fateor quod dixi ; neque enim possibile est aliquid assimilatorum pervenire ad commodam & puram veritatem ejus rei, cui assimilatur : similitudo

etiam nunquam ex toto, sed aliqua ex parte inducitur, alioquin jam non similitudo, sed potius identitas dicenda esset. Nullum quippe simile est [omnino] simile cui est simile, nec etiam in rebus corporalibus, si quando sibi invicem ex similitudine aliqua comparantur ; sed ita domus vel fuscipimus humani generis similitudinem tamquam formam, non quidem quae ipsorum rerum puram veritatem exprimit, sed animam audientis ad majorem ipsius rei cognitionem pertrahant ; & sit plerumque per informationem talis doctrinae cognitum, quod prius pro magna fere naturae altitudine fuit incognitum. Surgit quippe animus per cognita quae novit, ad incognita quae non novit. Et invisibilia per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, & multa in hunc modum. Sicut autem ignitatis fere per similitudines corporalium intelliguntur, ita quoque nonnunquam corporalia per spiritualia dicuntur. Ita quippe ad Moysen dicitur : *Vide omnia facta ad exemplar terrae quae voluisti in monte.* Ubi manifestè jubetur universa ad instructionem tabernaculi corporaliter disponere ad similitudinem coram qui prius spiritualiter viderat in monte : ideo doctrinales rerum corporalium seu incorporearum similitudines nequaquam sunt contemnendae, quamvis ipsarum rerum veritatem ad perfectum nequeant exprimit. Et sepius in intellectu visibiles invisibiles intrinsecus in invisibili animâ referentis formantur verba, formantur etiam visibiles visibiles litterarum apices in visibili membrana, & tacendo loquuntur, & loquendo tacent. Et rursus per eosdem apices visibiles formatur invisibilis intellectus in animâ legentis : & sit quoque, ut si quando primi intellectus, ad quorum formam istem apices primò facti sunt, obvia superveniente delectantur, per eosdem apices inspecti renascantur. Ac ita vicissim ad similitudinem invisibilium intellectuum sicut verborum sermones & visibiles apices : & iterum ad similitudinem sermonum, seu apicum visibilium, vel novè intellectus invisibiles generantur, vel antiqui invisibiles regenerantur ; quamvis tamen visibilia & invisibilia non ejusdem, sed prorsus diversae naturae inventionum. Et Dominus plerumque in parabolis per similitudines loquutus est, modo corporalibus spiritualibus, modo spiritualibus corporalibus comparans. Sanè de creaturâ ad Creatorem nullam similitudinem ad liquidum adaptantem existimo posse facillè inveniri. **N**ECIUS Archiepiscopus Nicomedie dixit : Satis probo ea quae de his nunc dixisti ; sed si quae adhuc habes auctoritates de processione Spiritus sancti à Filio, propono.

CAPITULUM XVII.

Quid molire simbram Domini tangente virtus de illo exibat ; & quid virtus nomine Spiritus sanctus appellatur, qui ab ipso procedit.

ANSELMIUS Havelbergensis Episcopus dixit : Audi & intende quid Filius dixerit de muliere quae fluxum sanguinis patiebatur, & quae tetigit simbram vestimenti ejus, & sanata est : *Tergo me dixit, ego enim sensi virtutem de me exisse.* Hic virtutis nomine appellatur Spiritum sanctum, clarum est, quod ex eo loco patenter cognoscitur, Angelo docente, ubi ad **MARIAM** dixit : *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi abundabit tibi.* Cum enim permisset Angelus, *Spiritus sanctus superveniet in te ;* competenter subjunxit, *Et virtus Altissimi abundabit tibi ;* ut videlicet ostenderet quòd Spiritus sanctus sit idem quod virtus Altissimi. Et ipse Dominus promittens cum

Mat. 14. 17.

Mat. 14. 17.

Evel. 11. 46.

Luc. 8. 46.

Luc. 11. 16.

Enc. 14. 49.
Act. 1. 2.

Discipulis, ait: *Vos autem sedete in civitate, quoadvisum vobis dominum exierit ex alio.* Et iterum: *Accipietis, inquit, virtutem Spiritus sancti supervenientis in vos, & eritis mihi testes.* De hac virtute credendum est dicere Evangelista: *Virtus de illo exiit, & sanabat omnes.* Manifestum est itaque Spiritum sanctum & de Filio procedere, nisi forte aliquid luce clarum est, oculis sponte clavis videre nobis, & Scripturam clamantem & se citis asperentem fardis auribus sponte velis non audire. NACHITIS Archiepiscopus Neomedus dicit: Si ergo de Patre & Filio, sicut ut affirmas, procedit Spiritus sanctus, cur Filius dicit, *De Patre procedit*; & de processione ejus de seipso tacuit? ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dicit: Cur putas, nisi quemadmodum ad Patrem fides referre quod ipse est, de quo & ipse est? Unde & illud est quod ait: *Alea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Si igitur sic intelligitur ejus doctrina, quam tamen dicit non suam, sed Patris, quanto magis illic intelligendus de de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic ait, *De Patre procedit*, ut non diceret, De me non procedit? A quo autem habet Filius ut sit Deus, est enim de Deo Deus, ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiritus sanctus, ac per hoc Spiritus sanctus, ut etiam de Filio procedat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet a Patre. Quod etiam convenienter & manifeste monstratur in Evangelio, ubi ait: *Quem ego mittam vobis a Patre*; ostendens Spiritum sanctum de Patre esse & Filio. Qui etiam cum dixisset, *Quem mittet Pater*, addidit in nomine meo non tamen dixit, *Quem mittet Pater de me*, quemadmodum dicit, *Quem ego mittam vobis a Patre.* Videlicet ostendens quod totius divinitatis, vel si melius dici poterit, deitatis principium Pater est, qui & auctor generationis & processions est. Qui ergo procedit a Patre & Filio, recedit ad eum revertitur a quo natus est Filius. Est ergo Spiritus sanctus verus Alitissimus, Pater seculi; est & verus Filius, qui de ipse Alitissimus est: & quoniam amborum est, ab ambobus unum procedere recte credendum est, quia sicut non unus eorum, sed amborum est communio, ita non ab uno eorum, sed ab ambobus est ejus processio. NACHITIS Archiepiscopus Neomedus dicit: & ostenditur quod Spiritus sanctus amborum est, habemus quippe ipsum Dominum dicentem: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Habemus & Apostolum dicentem: *Si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum ex mortuis, habetis in vobis*; hic nempe spiritum Patris intelligi voluit. Item Apostolus: *Ad ipsi*, inquit, *Deus Spiritum Filii sui in corda nostra emanantem, Abba Pater.* Et alio in loco: *Quisquis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Propter hæc itaque & multa alia testimonia quibus instruitur, bene, sicut dixi, consistitur Spiritum sanctum qui in Trinitate tertia persona est, Patris esse & Filii: nec tamen ab utroque eum procedere fateri audeamus, quam fortasse aliud est eum a Patre esse, & aliud est eum procedere.

Pas. 7. 14.

Mat. 11. 16.

Mat.

Mat. 10. 20.

Rom. 8. 11.

Gal. 4. 6.

Rom. 8. 9.

quare similiter eo quo est a Filio, non etiam procedat a Filio? eo enim quo est a Patre, eo est & a Filio; & eo quo est a Filio, eo est & a Patre. Ideoque cum esse a Patre & a Filio, non sequitur dat et procedere a Patre & a Filio, nisi forte qui audeat dicere, quod aliud esse habeat a Patre, & aliud esse a Filio; quod procul infanti capitis est dicere. Non enim habet aliud esse a Patre, & aliud esse a Filio, nec habet aliam processionem a Patre, & aliam a Filio; sed unam & idem esse, & unam eandemque processionem tam a Patre quam a Filio habet. Neque enim bis est, neque bis procedit, neque duo esse, neque duas processionem habet, neque etiam, quod impulsim est dicere, duo Spiritus sancti procedentes sunt. Sicut autem certum est, eum esse a Patre nihil aliud esse quam procedere a Patre; ita nulli dubium esse debet, eum esse a Filio nihil aliud esse quam procedere eum a Filio: substantiam quippe esse ejus processio. Si autem das ei aliud esse a Patre, & aliud procedere a Patre, processio eum a seipso diversificas, cui certe nihil aliud est a Patre, quam a Patre procedere. Procedendo enim a Patre est, & existendo a Patre procedit substantiam processionem; & processiva live processiva substantiam. Præinde ostendit, si potes, Spiritum sanctum habere aliud esse a Filio; & iterum ostendit, si potes, aliud esse eum esse a Patre & Filio, & aliud esse eum procedere: & sic eam a seipso diversificas, & ita finem scilicet quod de Spiritu sancto est, fati impudenter evacuamus. Rursus si idem est a Patre esse quod procedere, tunc ita a Filio idem est et esse quod a Patre, a Filio quoque procedit sicut a Patre. Quod si a Filio non procedit, a Filio quoque non est et idem esse quod a Patre. Quod si non est et idem esse a Filio quod a Patre; ergo aut aliud esse, aut omnino nullum esse habet a Filio: quod utrumque abominum est. Si autem a Filio non est, nec a Patre est, unum quippe sunt Patre & Filio. Si autem a Patre non est, nec a Patre procedit. Iterum: si quis processibiliter a Patre est, a Patre procedit; simi ratione qua processibiliter a Filio est, a Filio quoque procedit. Par enim vel potius idem est Spiritus sanctus a Patre esse, & a Filio esse, & a Patre procedere, & a Filio procedere, quis scilicet est de illo: *Non enim loquitur a seipso, sed quatenus audit, loquitur.* Unde igitur audit, inde loquitur; & unde loquitur, inde procedit. Itaque unde illi essentia, inde illi audientia, & unde illi audientia, inde illi scientia, & unde illi scientia, inde illi processio; & ita eum a Patre & a Filio esse, est ab utroque existendo, audiendo, sciendo procedere. Quare autem esse illi a Patre dicatur nasci a Patre, & esse Spiritus sancti a Patre & a Filio non dicatur nasci, sed procedere, & que differentia sit inter esse quod est nasci, & inter esse quod est procedere, difficultas quaestio est; quamquam & ipse Filius dicitur procedere a Patre, sicut ait: *Exeo a Patre.* & *veni in mundum.* Ex iterum: *Ego processi a Patre*; que tamen processio, habet in se, omnino alia est, differentia a processione Spiritus sancti. Filius enim sui propria missione, ac processione nascendo mittitur, & nascendo procedit a Patre, & Spiritus sanctus sui propria missione ac processione procedendi procedit, & procedendo mittitur tam a Patre, quam a Filio. Vade igitur quid dicas, & cave ne processionem Spiritus sancti a Filio neges, ut etiam esse quod habet a Filio, convincaris et auctore. Quia enim eum Spiritum sanctum esse, & eum procedentem idem est, quamcumque negat eum procedentem a Filio, negat eum & esse a Filio; & qui negat eum esse a Filio, negat etiam eum esse a Patre, unum quippe sunt; & qui negat eum & esse, sic procedere tam

Jan. 16. 15.

Mat. 16. 17.

Mat. 2. 9.

CAPITULUM XVIII.

Quid sit Spiritus sanctus hoc est esse a Patre, quod procedit a Patre; ita et hoc esse a Filio, quod procedit a Filio.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dicit: Spiritus sanctus qui a Patre est, & qui a Patre procedit, aut eo est a Patre, quo procedit a Patre; aut eo non est a Patre, quo procedit a Patre. Quod si eo quo est a Patre, eo etiam procedit a Patre:

à Filio, quàm à Patre, negat eum Spiritum sanctum esse: & ita consequenter nihil aliud est hoc & illud dicere, quàm totam Trinitatem dissolvere. Quod quàm sit iniquum & injuriam, tu videris.

Nicetas Archiepiscopus Nicomedie dixit: Hoc primum respondendum puto, quoniam qualis Pater, talis Filius, talis est Spiritus sanctus, & hoc secundam substantiam; sed non quale est Pater generare, tale est Filius generari, nec tale est Spiritus sancti procedere. Et quamvis, sicut tu paulo antea dixisti, non sit facile ad investigandum, nec sit possibile ad distinguendum, qualiter vel Pater generet, vel Filius generetur, vel Spiritus sanctus procedat; tamen hoc non remeud dicitur, quoniam aliter hic generat, & aliter hic generatur, & aliter hic procedit. Attamen nullatenus aliqua actio vel passio circè Trinitatis est. Et licet idem substantialiter sit Pater esse, & Filius esse, & Spiritus sancti esse; tamen aliud est personaliter tantum Patrem esse, & non Filium, & non Spiritum sanctum; & aliud est personaliter tantum Filium esse, & non Patrem, & non Spiritum sanctum; & aliud est personaliter tantum Spiritum sanctum esse, & non Patrem aut Filium: illud enim ejusdem substantie in tribus notat identitatem, hoc autem in eisdem tribus personalem distinctionem. Prorsus eam tu argumentando intelligas, utrum Spiritus sancto sit idem esse à Patre & à Filio; & iterum inquis, utrum sit ei idem esse, & idem procedere; & ita probare niteris, quòd sicut ei ab utroque idem esse est, ita quoque ab utroque sit ei idem procedere: cum hoc, inquam, dicis, hoc mirum attendere debebas, quòd licet Spiritus sanctus amborum sit, & ab ambobus sit, tamen ab ambobus non videtur equaliter esse, ideoque nec equaliter procedere. A Patre quippe est, tamquam ab eo qui à nullo est, & qui à nullo habet quod Spiritus sanctus ejus est, & quòd ab eo est; à Filio autem est, tamquam ab eo qui à Patre est, & qui hoc ipsum à Patre habet, quòd Spiritus sanctus ipsius quoque est, & ab ipso etiam est; & ita videtur quòd Spiritus sanctus amborum quidem & ab ambobus sit veniat, non autem quòd amborum sit equaliter, vel ab ambobus procedat equaliter.

CAPITULUM XIX.

Utrum Spiritus sanctus equaliter procedat à Patre, sicut à Filio, cum Pater à nullo, Filius autem à Patre sit; & similitudo de Adam primo plasmate, & de Heva plasmata deisione, & de Abel utriusque decessione.

ANTEMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Pater qui à nullo est, nec à Filio, nec à Spiritu sancto quidquam habet; sed nec Filius qui à Patre est, à Spiritu sancto quidquam habet. Habet autem omnia à Patre Filius, etiam ut sit Deus; est enim de Deo Deus, & habet ab illo, ut etiam de seipso procedat Spiritus sanctus. Porro Spiritus sanctus habet ab ipso Patre, ut procedat etiam à Filio, sicut procedit à Patre; & ita quidquid est Filius, seu quidquid habet Filius, & quidquid est Spiritus sanctus, ab ipso Patre principaliter totum est. Qui Pater tamquam auctor & principium generationis & processus à nullo est, & à nullo quidquam habet, & fortasse ob hoc ponatur quòd Spiritus sanctus nec amborum sit equaliter, nec ab ambobus procedat equaliter. Sed quòd hoc? Nostra disputatio suscepta est, non qualiter ab utroque, sed utrum ab utroque Spiritus sanctus procedat. Quòd ubi concessum fuerit, consequenter, si placet, de hoc etiam investigandum est. Attamen hoc velim, ut ad hoc

ipsum breviter intendas, quia tibi placet. Dico autem quòd nequaquam videtur auferre Spiritus sancto, quantum ad seipsum, equalitatem existendi & procedendi ab utroque, quòd alter à quo est, & à quo procedit, scilicet Pater à nullo est, alter verò à quo similitur est, & à quo similitur procedit, scilicet Filius à Patre est, quia nec prius, nec posterius, nec minus, vel plus propter hoc ab altero est, vel procedit; sed simul & simul ab utroque nullo in equalitate modo, sed equaliter, id est, cognatà sibi equalitate aternaliter procedit: quamvis tamen à nonnullis videatur bene posse dici, quòd magis propriè sit & procedat à Patre, tamquam à primà causà, quàm à Filio, cujus ipse est eausa. Cum enim dicatur, Pater à nullo est, & Filius à Patre est; nequaquam intelligenda est ibi prioritas seu posterioritas, aut in hoc majoritas, aut in illo minoritas; sed in utroque ejusdem majestatis equalitas. Et licet Pater nullam habeat sui causam, & Filius Patrem habet sui causam, tamen eadem potestas & gloria est, ut ita dixerim, causati & incausati, id est, habentis causam, & non habentis causam; & ita qui ejusdem aternitatis, majestatis, potestatis, virtutis, voluntatis, equalitatis sunt, quomodo non equaliter, sed equaliter Spiritum sanctum à se procedentem emittant? Substantialis quippe est Spiritus sancti processio, sicut & substantialis est Filii generatio. Quòd ita per qualemque simile poterit videri. Adam per se, id est, sine causà ulla generante, solus Dei plasmatus fuit: Heva ejusdem plasmatis, tamquam causè precedentis decessio fuit, Abel ab utroque non plasmatione, nec plasmata decessione, sed naturali humana generationis decessione descendit. Adam homo, Heva homo, Abel homo, ideoque similes, id est, similes substantie vel ejusdem nature, sed nec qui Adam, Heva vel Abel; nec quæ Heva, Adam vel Abel; nec qui Abel, Adam vel Heva. An non putas Abel equaliter quantum ad se generatione descendisse tam à patre Adam, qui à nullà generate seu decessione causà erat, quàm à matre Heva, quæ ab ipso Adam tamquam à causà non generatione, sed decessione descendit? Sicut enim verum est Adam & Hevam Adam simul & semel genisse, ita similitur verum est Abel ex eis equaliter quantum ad se genitum esse; & licet inter generantes aliquis possit assignari distinguendo, videlicet plasma & plasmata decessio, tamen in generato ejusdem generationis non dissimilis, sed eadem est decessio, nec prius Adam pater, quàm Heva mater, sed simul & ille pater & illa mater, & simul Abel utriusque filius ab utroque equali nativitate decessione descendens. Et quòd Heva est ab Adam decessione, non impedit, quoniam Abel ita sit filius unius sicut & alterius, & non plus minùve unius quàm alterius. Habet quidem Heva ab Adam quòd est decessio, & habet ab eo quòd Abel qui filius Adam est, ipsius quoque Heve filius est generatione: ac per hoc id quòd ipsa mater est Abel ejus quem genuit, habet ab Adam, qui & ipse pater est ejus quem genuit Abel. In hac autem proposito similitudine tamquam in scena contemplari oportet. Nemo itaque dicat Spiritum sanctum alter, id est, procedendum à Patre esse, & alter, id est, non procedendum à Filio esse, quoniam Pater à quo est, & à quo procedit, à quo sit, & Filius à quo similitur est, & à quo similitur procedit, à Patre sit: nam sicut superius disputavimus, Spiritus sanctus ab utroque idem habet esse, & idem esse est ei ab utroque procedere tam veniat, quàm ineffabiliter; & hoc ita credere tam est necessarium fidei, quàm program salutis.

Nicetas Archiepiscopus Nicomedie dixit: Sc-

endunt

cundum ea quæ suffragio rationis contextuili, neque videtur absurdum, quod Spiritus sanctus idem esse habeat à Patre & à Filio, nec tamen videtur ob hoc adhuc probatum, quod ab utroque vel æqualiter, vel inæqualiter procedat. ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Quoniam concedis id idem esse ab utroque, necesse quoque est te lateri idem esse procedere ab utroque; præsertim eum satis evidenter superius ostensum sit, id idem ab utroque esse; quod ab utroque procedere, & idem ab utroque procedere, quod ab utroque esse: prout sicut Patris est, ita & Filii est, nec aliter Patris, & aliter Filii est. Est autem Patris procedendo ab ipso, cujus equalem esse quod habet tam à Filio, quam à Patre, nihil aliud est, quam ab utroque procedere. Adhuc audi. Concedis quod Spiritus sanctus à Filio mittitur, sed quod concedis, quia manifestè hoc legitur in Evangelio, nisi forte aliqua impetus hoc à vestris codicibus, quod minus potest, subtraxerit: Quem, inquit Filii, ego mittam vobis. Concedis etiam quod ab eodem Filio cujus equalem idem ipse est, accipiat & annuntiet. Nam & hoc est in Evangelio, nisi forte ab eodem est, ut dixi, in codicibus Germanicis: *Ite, inquit, de meo accipite, & annuntiate vobis; nec enim loquatur à semetipso, sed quæcumque audivit, loquatur.* NICHTUS Archiepiscopus Nicomedæ dixit: Omnia hæc concedo, videlicet quod ab eo est, quod ab eo mittitur, quod de suo accipit & annuntiet, quod ab illo audit, quod ab illo loquitur, hæc omnia docente Evangelio concedo: sed processionem ejus à Filio, quam Evangelium non docet, ego non docero, nec docere præsumo. ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Valde miror prædicationem tuam, quod hoc verbum, procedit, tantum abominaris de Spiritu sancto à Filio, cum æquipollens & idem significans habeas in Evangelio, & ex Evangelio securus concedis. Quod enim aliud est, aut etiam quid aliud esse potest à Filio ejus missio, quam ab ipso ejus processio? Si quidem illo mittente, consequens est dicere illum ab illo à quo mittitur, missum procedere, nec tamen ab hoc missus ab illo à mittente, nec elongatur, semper præsens à semper præsentem. Rursus qui illius est, & que totum quod est à Patre, ita ab illo est, & sicut à Patre, ita ab illo habet: quomodo ab illo non procedere putandus est, cum, sicut sæpe dictum est, ejus procedere nihil aliud sit, quam ejus esse, & ejus esse nihil aliud sit, quam ejus procedere, & ejus audire & ejus loqui nihil aliud sit, quam ejus esse & ejus procedere, & hoc totum non à seipso? Procedendo enim est, & existendo procedit, cujus est esse, procedibilem esse. Itaque ergo, sicut ex his omnibus que dicta sunt, indubitanter colligitur, Spiritus sanctus Patris, & est Filius, est à Patre, & est à Filio, mittitur à Patre, mittitur & à Filio, & ita procedit à Patre, procedit & à Filio. NECHITAS Archiepiscopus Nicomedie dixit: Negare non possum, quin & rationibus & auctoritatibus usquequaque exactissimis & satis convenienter inducitur, id quod propoluit, videaris probasse, & ego Spiritus sancto non idem esse, sed volo ut adhuc audias, quod me vehementer movet, & quod me ab hoc verbo processionis vehementissimè exciret. Dominus noster JESUS CHRISTUS Salvator generis humani, conditor Fidei, conditor Evangelii, amator nostræ salutis, idem sufficientem ad omnium salutem Apostolicis instituit: non enim esset sufficienter Salvator, nisi fuisset sufficienter Doctor, non quàm verò de processione Spiritus sancti à Filio quaquam dixit, quemadmodum de

processione ejusdem à Patre: unde valde temerarium mihi videtur, quod aliqui fidei Christianæ ad plenum iam condidit, & ad saltem sufficientem aliquid addere, vel etiam demere præsumat, maxime in hæc sanctæ Trinitatis: & videtur mihi quod Evangelio debitam reverentiam differentes, verbum processionis quod adscriptum est Spiritui sancto, quod procedat à Patre, dicimus: qui verò idem Spiritus sancto non est adscriptum, quod procedat à Filio, utique quàm dicimus: sic enim videtur, ut tunc ambigamus in fide, nihil addecentes, nihil dementes, sed simpliciter quod ex Evangelio docti sumus, tenentes sicut enim mutatum est aliquid demere, ita periculosum est aliquid addere.

CAPITULUM XX.

Quid sicut in Evangelio non invenitur, Spiritus sanctus procedat à Filio, ita quoque in Evangelio nequamquam reperitur, Spiritus sanctus non procedat à Filio; nec invenitur quid à solo Patre procedat.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Si enim tuam docet necessitatem & tantam vim prudentiam, loquutus es: verumtamen nequisquam crepandum est, ubi timor non est; sed ista hæc, & his que dico, diligenter intrude. Si veritas dicere quod Spiritus sanctus procedat à Filio, quia in Evangelio verbum hoc, procedit à Filio, minime [ullo] in loco scriptum est, die, quælo, quæ fronte quæve temeritate non formidat dicere hæc negativam processionis, valeat, non procedit à Filio, cum in nullo loco Scripturæ, nec usquam in Evangelio scriptum reperitur? Quare non taces, ubi, sicut tu iustas, tacet Evangelium? Unde tibi illud non, negativam, quod te non docet Evangelium? Quis unquam tibi persuadere potuit, ut diceret, non procedit à Filio, cum Evangelium hoc non docet, & non potuit tibi persuadere, ut diceret, procedit à Filio, cum & hoc Evangelium non negat nec producat? Veneras Evangelium, ut non audas dicere, procedit à Filio; & non veneras Angelum, ut non audas dicere, non procedit à Filio. Ibi times, ubi non est timeandum; & ibi non times, ubi est timeandum. Fateor tibi hoc verbum, procedit à Filio, in illo loco Scripturæ apud nos non ita simpliciter inventi & nulli est te quoque fieri, quod hoc verbum, non procedit à Filio, nusquam in eodem loco invenitur. Quid ergo? disputabimus de verbis nunc hoc, nunc illud significatibus? Decretis nos sequi litteras, seu syllabas, seu dictiones, relictam veritatem? Magis autem relinquamus hoc pueris in Grammaticâ & dialecticâ ludendum; ut verò nos magis sententiam investigare, quibus verbis in hæc oportet. Proinde Spiritum sanctum aut à solo Patre, aut à non solo dicitur procedere. Si à solo Patre dicitur, hoc certe ex Evangelio non habet; si autem à non solo dicere elegeris, oportet ut sicut à Patre, ita quoque à Filio, seu ab illo nescio quo eum procedere fatearis: sed fortasse nec hoc, nec illud eligere audebis, præsertim cum neutrum invenitur in Evangelio, cui tu nihil præsertim addendum opinaris. Requiratur ergo ut nus libera fide, tam sine contradictione Evangelio, quam sine contradictione tibi dicamus Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere. Cum enim Evangelium à Patre & non à solo Patre dicitur, satis liberè à non solo Patre, sed etiam à Filio dendum concedit. NECHITAS Archiepiscopus Nicomedie dixit: In hoc quod tu dicit, procedit à Filio, & ita

[*f. sicut enim invenitur est*] Hæc dubium quoniam ita legi debet: *saltem inopia citæ prioris editionis lectio fuit* Tom. I.

est in eadem est.

hoc quod tu dicis, procedit à Patre non solo, cogis me dicere, procedit à Patre, Jolo & cogis temerè & extrà Evangelium hoc negare, quod tu temerè & extrà Evangelium videri affirmare: non enim dicunt magis sunt sermones, quàm dicere cogentis.

CAPITULUM XXI.

Quòd nihil eam temeritate sit affirmandum, & nihil eam tractanda res. tendam.

ANNOUUS Havelbergensis Episcopus dixit: Tale fuit illud Platonicum dogma in scholis Academicorum: sine temeritate affirmare, & sine incandèa reticere est enim ratio fallax, quæ nonnunquam similitudine veri fallitur, & est ratio non fallax, quæ veritas rerum certè scientià comprehenditur. Et licet illa quæ fallax est, ratio jussè sine incandèa scilicet, licet ea quæ non fallax est, ratio non superba temeritate, sed humilii assertione, & laudabili humilitate rectè dicitur. Itaque temeritatem tuam, non meam accusare debes, quæ ego hanc processionem Spiritus sancti à Filio, de qua tractamus, tam multis testimoniis Evangelicis & aliarum Scripturarum probatum habeo, & sine temeritate non fallaci ratione assero, & fideliter credo; tu autem negationem nullam Evangelia vel aliarum Scripturarum auctoritatem habes, vel habere potes: adeoque tua temeritas potius accusanda est, eam temerè negas quod nec Evangelium, nec alia scriptura negat, & temerè improbas quod utrum probandum, vel improbandum sit, ignoras, non autem accusanda est mea hęc quæ assero & quam scio, & quæ testimonio Scripturarum nullà temeritate, sed Spiritu sancto adjuvante proba. Itaque licet ego ad quod certum est, non temerè assero, sed fideliter erodo, & credendum veraciter proba, ita tu quoque ad quod tibi incertum est, sine tractanda sustine reticendum. Igitur aut mecum tandem consistere, quòd Spiritus sanctus procedat etiam à Filio, aut si novum audes, quæ forsitan nimis pusillitatis es, & tepidas ubi non est timendum: latere hoc fac, ut me consistere tu taceas, & non denega hoc impudenti negationis monosyllabo verbulo *ses*, de quo tu dubitas & incertus es, & quod ego certus & securus assero. Si autem tu vis respondere, hoc responde, te videbunt omnino necesse, utrum Spiritus procedat, vel non procedat à Filio: & tunc rectè respondisti, tuam quidem ignorantiam interim confitendo, meam autem fidem non negando. Quod etiam quis ignorat, quomodo de hoc rectè judicet? Tu autem jam de hoc tuam ignorantiam dimittere non potes.

Cesset igitur & de hoc iudicium tuum, & jam amplius hoc quod tibi incertum est, negare non praesumas, quod hæcenus tamquam veritas temere solens negare. Quippe incongruum est, ut in qua veritas vera erat, & errare se ignorat, ambulans in via scienter & rectè corrigere contendat; & in qua dubius non est, dubitatem inhiat: nisi forte illa Academicorum fallax sententia adhuc apud vos, vel apud aliquos vestrum sit, quæ ipsi putabant summam esse sapientiam, & equitatem omnium rerum ignorantiam; unde & magistri ignorantie appellati sunt, quoniam ad omnium questionum solutionem non considerant respondere: Quis si falleret? Unde & quædam illorum scriptis dicitur Aristoteles dixit: Dubitare de insignis hunc erit inutile.

NICOLAUS Archiepiscopus Nicomedis dixit: Sapientes Græcorum nunquam opinionem pro ver-

tate suscipiendam dixerunt, & potius elegerunt de ambiguis citè à fidem humiliter dubitare, quàm aliquid temerè definire: quoniam quidem quod restitutum est, vel Scripturà minus sufficiente, vel humano intellectu ad capiendum minus sufficiente, igni Spiritus sancti tradendum valetur. Homines enim sumus, unde aliter aliquid sapere, quàm se res habet, humana tentatio est; nimis autem amando sententiam suam, vel invadendo metisibus usque ad præcedendæ commutationis, vel evadendi schismatis, vel hæresis sacrilegium prævenire, diabolica præsumptio est. In nullo autem sapere aliter quàm se res habet, anglica perfectio est. Ergo quia homines sumus, & plerumque fallimur & dubitamus, internum cavemus diabolicam præsumptionem, donec perveniamus ad anglicam sententiæ perfectiorem; si quidem majores nostri lapsus processionis verbum affirmativum, *procedit à Filio*, humiliter hæcenus vivaverunt, ignorantes quidem veri veritatem, & caventes vocis temeritatem; verbum verò negativum, *non procedit à Filio*, etiam antiquum dixerunt, intrinsecus errorem, & fugientes oblationem Scripturæ veterum manifestè occurrenti; nisi forte irritati, & aliquorum Latinarum hoc temerè affirmativum improbatè commoti, qui in supercilio suo ad nos venientes, & in sublimitate sermonis gradientes, & æcerem eloquii disputationibus verberantes, scientiam suam voluerunt ostendere, & conati sunt fastu superbiæ magnam Græcorum sapientiam sophisticè verbulis obfuscare; vel etiam, si possent, opprimere: quibus nec ad horam quidem cessimus, sed sæpè consilio plenus, sicuti digni erant, remissimus. Tu autem, carissime serve Dei, quoniam verbum hoc, quod potest solvere animas noveres, humiliter & in mansuetudine dicis, & item quod nos dicimus humiliter, & in mansuetudine suscipis, nec contentiosus, sed rationis & auctoritatis subtervis: idcirco tuam dulcedinem libenter audimus; & ut verum fatear, tibi hoc in hac nostrâ disputatione concessum est, quod nulli Latinarum ambulanti supra se, & extollenti se adversus scientiam Dei, hæcenus in hac urbe regii in publico conventu concessum est. Verum adhuc procedamus.

Quidam est quòd in Nicæno Concilio primo, cui interfuerunt trecenti decem & octo Patres, ubi de processione Spiritus sancti à Filio tractatum est: Sicut symbolum in illo Concilio compositum, & sanctorum Patrum auctoritate roboratum, nihil hujusmodi continet: quod quid autem continet, hoc nec clarè anathematis laceratum est, ut nihil addi, nihil auferri sine maximo Ecclesiæ scandalo & animarum periculo possit. Quomodo ergo illud anathema te potius effugere, quàm non times processionem Spiritus sancti à Filio illa prius non dictam inducere, & Escri superaddere: si tamen Nicænum Concilium omnibus Catholicis venerabile suscepisti?

CAPITULUM XXII.

Quòd non sit temerarium aliquid addere Evangelio, quòd non sit contra Evangelium: sicut in Nicæno Concilio & in multis aliis Conciliis factum est.

ANNOUUS Havelbergensis Episcopus dixit: Symbolum Nicæni Concilii debuit veneracione amplector, & ejusdem Concilii xxii. Capitula, quæ ad nos per exemplaria pervenire poterunt, sicut Catholicis suscipio. Sed cum processionem Spi-

Quædam hoc animum est testis: An illis fortasse videtur.

Quædam hoc animum est testis: An illis fortasse videtur.

nitas sancti à Filio, qui ibi non prohibetur, affirmo, nihil contrari docere vel aspono, unde illud anathema mihi sit formidandum: hoc enim sub anathemate ibidem inhibuitur est, ut nihil quod contrarium sit illi Symbolo addatur: non autem prohibuitur est, ut nihil aliud doceatur: nec enim aliter, sed aliud doceri permittitur. Tu autem cum sit literator Evangelia, & [ut] superius observasti, dicas quod fides à Domino Iesu in Evangelio illustrata sufficiat credenti ad salutem. quem qui vel augeat, vel minuat, ut utroque prævaricatorem evangelicæ Fidei se constituat, & nobis vel unum iota, vel unum apicem addere, vel demere, vel etiam mutare, aut sensum evangelicæ Scripturæ aliis verbis eundem sensum signatibus exponere: dic mihi, quomodo unquam potuit tibi persuaderi, ut reciperet Nazænum, seu aliud aliud Concilium, cum in omnibus ferè generalibus Conciliis tam multa Christianæ fidei necessaria statuta sint, que in Evangelio minime reperiantur? Dic etiam, si processionem Spiritus sancti à Filio non vis recipere eâ solâ ratione, ne videaris Evangelio aliquid, quod ipsè patenter non sit scriptum, addere: quare non eadem ratione requisisti fidem Nicæni Concilii à Catholica Ecclesiâ probatam & susceptam, cum utique eadem fides nulloquam in Evangelio ita distincta & exposte invenitur? Credis in Patrem & Filium & Spiritum sanctum; adoras Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum in substantia, trium in personis? Credis in Patrem & Filium & Spiritum sanctum sanctam Trinitatem, unum Deum omnipotentem, totamque in Trinitate Deitatem essentialentem & consubstantialem, coeternam & omnipotentem, unus voluntatis, potestatis & maiestatis, Creatorem omnium creaturarum?

NICHITES Archiepiscopus Nicomedie dixit: Credo, quia non Arrianus, sed Christus sum.

ANSELMUS Havelbergenis Episcopus dixit: Credis singulas quamque in Trinitate sanctâ personam, unum verum Deum, plenum & perfectum?

NICHITES Archiepiscopus Nicomedie dixit: Ita credo, quia Catholicus sum, non Sabellianus: & hæc est fides recte credentium, ut nec cum Arrianis substantiam in Deo dividamus, nec cum Sabellianis personas confundamus.

ANSELMUS Havelbergenis Episcopus dixit: Non sciscitar, queso, fraternitas tua, neque indignetur, si adhuc paululum interrogavero, quoniam non alio quero, ut tamquam inductor in responsione tuâ observem te, sed ut aliquid discam à te, vel si forte fieri potest, ut tu dicas aliquid ex me, & invicem ignoscamus, & cognoscamus de fide tuâ atque meâ.

NICHITES Archiepiscopus Nicomedie dixit: Interroga libere quod vis, quia gratum habeo.

ANSELMUS Havelbergenis Episcopus dixit: Credis ipsum Filium Dei Verbum Dei, æternalem, natum de Patre, consubstantialem, omnipotentem & æqualem Patri per omnia in Divinitate, temporaliter natum de Spiritu sancto & MARIA semper Virgine cum animâ rationali, duas habentem natiuitates, unam ex Patre æternam, alteram ex matre temporalem, Deum verum & hominem verum, proprium in utraque naturâ atque perfectum, non adoptivum, non phantasticum, unicum & unum Filium Dei in duabus & ex duobus naturis, sed unum personam singularitatis & impassibilem & immortalem in Divinitate, sed in humanitate pro nobis & pro

nostrâ salute passum verâ carnis passionem?

NICHITES Archiepiscopus Nicomedie dixit: Hæc omnia credo & suscipio, quia post Nestorianam hæresim, qui duas in Christo putavit esse personas, & post Eutychanam hæresim, qui unum tantum in Christo putavit esse naturam, & post quâmpurimos errores in hac tuâ propositione breviter & distinctè per singula verba scriptos, hæc sanxit sancta mater Ecclesiâ.

ANSELMUS Havelbergenis Episcopus dixit: Credis etiam Spiritum sanctum, plenum & perfectum, verumque Deum, Patri & Filio coæqualem & coessentialentem, coomnipotentem & coeternum per omnia?

NICHITES Archiepiscopus Nicomedie dixit: Hæc est fides Catholica, post Macedonianam hæresim confirmata, & in Alexandrino Concilio à pluribus orthodoxis roborata, qui de Divinitate Spiritus sancti tractantes, cum in consubstantiali Trinitate comprehenderant, adeoque qui hæc fidem non est ex integro tenuerit, verè Christianum se non esse ostendit.

ANSELMUS Havelbergenis Episcopus dixit: Bene credis, bene adoras, bene dicis. Dic ergo, frater carissime, quædâ chantage strata inter nos: dies, unquam, ubi invenitur in Evangelio ista fides tua ita distincta? Nam ut credas in Deum Patrem & in Deum Filium, manifestè quidem hoc docetur, dicente Filio: *Credidit in Deum, & in me credite*. Quod quæm credis in Spiritum sanctum, rectè quidem credis: sed me sciente nulloquam in Evangelio ita patenter de ita simpliciter verbis hoc ostenditur. [Apostolus tamen Spiritum sanctum Deum esse patenter clamat, ubi dicit: *Nescitis quia templum Dei estis?* Statimque subiicit: *Et Spiritus Dei habitat in vobis*. Deus enim habitat in templo suo, non autem tamquam missiler habitat Spiritus Dei in templo Dei, cum alio loco evidentius dicat: *Nescitis quia corpora vestra templum in vobis est Spiritus sancti quem habetis à Deo. & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno, glorificat ergo Deus in corpore vestro*. Item: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*.] Quod adoras Deum Patrem, rectè facis, quia hoc docet Evangelium: *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate*. Quod etiam adoras Deum Filium, rectè facis, quia in quem credis ut Deum, huic pure adoras ut Deum; & hoc quoque ex Evangelio insinuat: *Ego & Pater unus sumus; & ego in Patre, & Pater in me est*. Qui enim alter in altero verè unus Deus est, consubstantialis quidem: non autem, ut ita dicam, compersonalis, rectè alter in altero unus Deus adoratur. Quod autem adoras Spiritum, cum Patre quidem & Filium condorandum & glorificandum; ubi, queso, hoc in Evangelio usquam distinctè & manifestè reperitur? Quamvis aliquis prudens lector, si diligenter inquirent, aliquid scriptum est:

Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate; profectò totam, puto, Trinitatem adorandam ibi invenitur. Cum enim dicatur, *veri adoratores adorabunt Patrem*, continuè sequitur, *in spiritu*, & iterum subiungitur, *in veritate*: videlicet ut aperte intelligitur & Patrem in spiritu & veritate, qui Filius est, & Filium in Patre & Spiritu sancto, & Spiritum sanctum in Patre & Filio adorandum.

Verumtamen quidam hæretici textum Evangelii supra modum plane & nimis negligenter, uno illic obambulando pertransientes, nec spiritum & veritatem, quæ in verbis evangelicis recordata sunt, scrutantes, Spiritum sanctum nequaquam affirmave-

h. Apostolus tamen] Hæc verba includit in sacros libris, quod Anselmus esse non videtur, quippe qui contra Arrianos

stolis intercomparat.

rare adorandum, pudore, inquentes, Evangelicæ Scripturæ neutrum manifestè ostendens, videlicet utrum adorandus sit, necne. Vnde ergo quomodo hæc tua sententia stare possit, qui dicit te ita Evangelium venerari, ut nihil addere [audeas] ad fidem quam tibi putas sufficientem institutam. In hoc quippe convincens adveniens teipsum distulit, quòd illud equidem primam sensisti & dixisti, ad fidem Evangelicè nihil addendum, & postea Christiani professione fidem sanctæ Trinitatis in Nicæno Concilio, & alio Concilio distinctam & traditam & contra hæreses roboratam confessus es.

CAPITULUM XXIII.

Quid fides sancta Trinitatis ad plenum credenda est in Concilio, quibus præfatus Spiritus sanctus testatur, id est, omnino & ipsorum, qui & ambrosius prius & concilio fuit Evangelio.

Veneratamen jam amplius non ita restringas fidem Evangelicè, ut Symbolum Nicæni Concilii tibi videatur esse superfluum, vel etiam alia orthodoxorum Patrum Concilia, quibus præfatus auctor Spiritus sanctus, quem tu paulo ante vocasti Pantolocoium, id est, omnium Episcoporum; in quibus Concilii Fides Catholica adeo roborata & confirmata est, ut à illa Concilio celebrata non fuisset, ipsa Fides quam tenemus, & quæ unitatem in trinitate, & unitatem in unitate confitemur & credimus, tot hodie nulla esset; aut si esset, innumeris hæresibus subiecta laboraret & fluctuaret. Unde & Dominus scieris tam multa adhuc addenda ad infirmationem Catholicæ fidei, postquam Discipulis suis universis quæ illi temporibus quærebant, dixerat, adjecit ita dicens: *Addere multa habere vobis docere, sed non potestis portare modo; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Meminist fraternitas tua, quòd Dominus in Evangelio de seipso dicit: *Ego sum via & veritas & vita.* Et hæc dicit: *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Ecce Spiritus sanctus amor Patris & Filii, conuicio amborum, communicatio amborum, charitas amborum, Spiritus, inquam, Filius qui est veritas, ipse veritatis docens omnem veritatem, qui & ipse procedens à Filio, qui est veritas, Evangelium condidit, & fidem secundum tempus instituentem Apostoli instituit: ecce à Filio, qui adhuc multa sibi ad dicendum habere dicit, promittitur, ut videlicet ipse congruo tempore dicat, quòd Filius adhuc ad dicendum se habere doceat. Quod ergo aliud putas eundem Spiritum sanctum, Spiritum veritatis docuisse, nisi quòd novæ Fidei, qui est veritas, à quo procedat, adhuc ad dicendum habere: id ipsum quippe; & non aliud docuit, quàm quòd Filius se ad dicendum adhuc habere dixerat. Siquidem Spiritus sanctus procedens ab ore veritatis, qui Christus est, Evangelium prius condidit, postea sanctorum Patrum Concilio auctor & doctor veritatis, sicut promissus fuerat, interfuit. Idem quum idem ipse in Evangelio breviter considerat, in Concilio sanctorum Patrum explanavit, & quæ Filius adhuc dicere habet, ipse procedens à Filio veraciter edicit, & pleniter docuit, ut quæ tunc soli Apostoli non poterant portare, ita nunc tota simul portet Ecclesia per univèrsam mundum diffusa.

Itaque, sicut dixi, Spiritus sanctus, sicut promissus fuerat, ut veniens doceret tunc & nunc & semper omnem veritatem, sanctorum Patrum Concilia interfuit, & tamquam Doctor omnium præfuit, fidem sanctæ Trinitatis, quam tenemus, inter impietatem Arrii qui divinitam substantiam sepa-

ravit, & impietatem Sabelli qui personas confudit, docens, paulatim omnem veritatem tradidit, Sacramenta ecclesiastica instituit, formam Baptismi quem Dominus instituerat, convenienter moderamine ordinavit, & etiam quem in consecratione corporis & sanguinis Domini tenet sancta Ecclesia, disposuit: Patriarchas, Metropolitans, Archiepiscopos, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & alios inferiores ordines ecclesiasticos in ministerium divinum ad decorem domus Dei instituerunt, christiales actiones, ut nonnisi Sacramentum Penitentiae, & anpositiones manuum ordine Geratissimo & bono dixerunt; Missarum solemniam & cetera divina officia in laudem Dei ipsius; per catholicos doctores, quasi per organum suum sacras Scripturas veteris & novi Testamenti nobis, tamquam extrinsecus prædicando, aperuit; arcana quoque divina sub sigillo divinarum Scripturarum mysterialiter clausi famulari inspiratione nobis insinuando, tamquam intrinsecus rotando, innotuit; hæreses paulatim succrentes, non ita vitiosus Altissimi est, potenter dissipavit; leges ecclesiasticas ad conservandam Christianam Religionem per Apostolicos viros didicavit. Et ut omnia sub brevitate colligam, totam Ecclesiam in sancta disciplina credam, omnem paulatim docens veritatem, lumine veræ scientiæ illustravit, & adhuc illustrat, & semper illustrabit. Ita quippe promittit qui non minuitur Deus: *Et dabo vobis Spiritum, ut maneat vobiscum in æternum.* Et item: *Eccce ego mitto sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi; videlicet per inhabitentem Spiritus sancti gratiam. Itaque & ipsum Evangelium, & ipsa Concilia ab orthodoxis Patribus celebrata idem Spiritus sanctus dicitur, & paulatim docens omnem veritatem, nihil veritates contrariam dixit, & ideoque securè jam potest docere, quòd Spiritus sanctus procedat à Filio, quoniam quod idem Spiritus sanctus in hoc de se ipso minus aperit in Evangelio tamquam expressisse, hoc postea in diversis Conciliis videtur magister nuntiusque Scripturæ manifestè præcipere.*

Nacivitas Archiepiscopus Nicomedie dixit: Satis convenienter contextu Evangelium & sancta sanctorum Patrum Concilia, & probabiliter ostendit eundem Spiritum sanctum esse auctorem Evangelii & eorundem Conciliorum, quod & nos credimus, & ideo pari veneratione cum Evangelio ipsi Concilio veneramus. Promittit à tibi verum fatear, nos & plerique nostrorum sapientes à vobis non distinctimas in sensu hujus processionis sed sicut jam sepe dixi, verbum hujus processionis hæcenus apud nos fuit alienum, nec horum processionis sensum, quia rectus est, sed processionis verbum quia infelicium est. Multi etiam Græcorum Doctores qui divinas Scripturas expofuerunt, licet eundem processionis hujus sensum convenientibus verbis satis expressit nobis intinuerint, tamen hoc verbo processionis non adeo evidenter uti sunt, nec vobis in utroque loquendi reliquerunt.

CAPITULUM XXIV.

Quid multi Græcorum Auctores dixerunt Spiritum sanctum procedere à Filio, sicut à Patre.

ANSELMI Havelbergensis Episcopus dixit: Cur hoc dicit Athanasius ille famosissimus Alexandrinorum Archiepiscopus, contra Arianam hæresim disputator acerrimus, in Fide Catholicè perfectus & doctissimus, nulli sapientum Græcorum alienus, ita dicit in Symbolo Fidei: *Spiritus sanctus à Patre & Filio esse; acque subsistent, procedens.* Manifestè docuit cum ab utroque procedere, cum

Jan. 14. 14.
Mar. 28. 10.

Jan. 14. 14.

Id. 14. 6.

Athanas. in
Symbol. 28.

ad utrumque procedere, sicut & esse retulit; praefertim cum non aliter à Patre & Filio Spiritus sanctus esse habeat, quàm procedendo.

Didymus etiam Graecorum Doctör non minus, qui multos libros edidit, & de sanctä Trinitate tres libros fecit, & Origenis opus de principiis, id est, *perierchus*, commentatus, in eis explanationes reliquit eximias: ille, inquam, Didymus oculorum quidem passione visu privatus, sed intus perfectä illuminatus, in libro de Spiritu sancto, quem noster Hieronymus Græcä & Latinä & Hebraicä lingüa eruditus transtulit, Spiritum sanctum à Filio quoque procedere patenter offendit dicens: « Spiritus sanctus qui est Spiritus veritatis, Spiritusque sapientiae non potest audire Filio loquente quæ nescit, cum hoc ipsum sit quod profertur à Filio, id est, procedens Deus de Deo, Spiritus veritatis procedens à veritate, consolator manens de consolatore. » Hæc ita Didymus. Quæ quidem veritas quæ sit, à quâ ipse procedit, Symbolum Ephesiani Concilii dicentorum Episcoporum, quod etiam Graecorum fuisse constat, manifestè his verbis determinat: « Quamvis in substantiâ suâ sit Spiritus Filii, & intelligatur in personâ proprietate, juxta quod Spiritus est, & non Filius, non est tamen alienus ab ipso: nam Spiritus appellatur veritas, & veritas Christus est, unde & ab ipso similiter sicut & ex Deo Patre procedit. » Item Cyrillus Episcopus Alexandrinorum in epistollâ vii. Nestorio directâ quæ sic incipit, « Reverentissimo & Deo amantissimo, &c. Si est, inquit, in substantiâ Spiritus spiritalis, vel errè intelligitur per se secundum quod Spiritus est, & non Filius, sed tamen est non alienus ab eo: Spiritus enim veritatis nominatur, & profertur ab eo sicut demque & ex Deo Patre. » Item Johannes Chrysostomus Homiliâ xv. de expositione Symboli, quæ sic incipit, « Universalis Ecclesia gaudet, ille est Spiritus procedens à Patre & Filio, qui dividit propria dona prout vult. » Item in Homiliâ xxvii, in aliâ expositione ejusdem Symboli, quæ sic incipit: « Super Fabricam totius Ecclesie. Itaque credendum est Spiritum sanctum Patris esse & Filii. Item est Spiritum sanctum dicimus Patri & Filio esse conequalem, & procedentem de Patre & Filio. » Hoc credite, ne cullogia mala corrumpant mores vestros bonos. » Item: « Videte ubique sacramentum Trinitatis, ecce & in Spiritum sanctum credimus, qui Spiritus sanctus procedens à Patre & Filio, charitate conjungitur. »

Augustinus quoque Hippopotamis Episcopus, Legatus Provinciæ Numidæ in Africa, vir clarus, & omnium Scripturarum eloquentiâ Afer disertissimus, qui multis Africanorum Conciliis interfuit, qui non paucos libros contra hæreses Manichæorum & Donatistarum conscripsit, & in explanatione veteris & novi Testamenti omnia scripta edidit, cujus innumera volumina ubique terrarum in magnâ leguntur auctoritate, ipse quàmplurima testimonia de processione Spiritus sancti à Filio utroqueque in scriptis suis manifestissimè instruit. Item Hieronymus, Ambrosius, Ildorus, Hilarius, & alii quàmplures Latini sermone Doctores, necnon & Leo Magnus amplissimè verbes Romæ summus Pontifex, multa de processione Spiritus sancti à Filio scriptis suis instruerunt; quos idcirco tibi cum scriptis suis non propono, quia fortasse apud Græcos non sunt tantæ auctoritatis hæc temporibus Latini Doctores, sicut estis, si Græci essent. Quod id ipsum si ita est, nequaquam laudabile est, sed pace inter nos & vos dictum sit. Non enim personarum acceptor est Deus, & Spiritus abis valissimus.

Nestorius Archiepiscopus Nicomedie dixit: Quod nostros Doctores introducere voluisti, placet mihi; sed quero si tu auctoritatem illorum quos nominasti, & aliorum nostrorum Doctorem, cum sis Latinus, recipias.

ANASTASIUS Havelbergenfis Episcopus dixit: Ego nulli Christianorum, Græco, sive Latino, seu quilibet genti fidei Christiano, donum sancti Spiritus intercludo, nullum contemno, nullum abscio, nec abdicandum judico; sed omnem hominem recta loquentem, & ea quæ contra Apostolicam doctrinam non sunt, sentientem, liberâ mente suscipio & amplector.

Nestorius Archiepiscopus Nicomedie dixit: Videor mihi invenisse hominem Latinum verè Catholicum; utnam tales Latini istis temporibus ad nos veniant? Nam si aliqui veniant, ambulant in magis & in mirabilibus super se, & nequaquam tamen, nec tam Catholice, nec tam humiliter, sed superba & intolerabiliter nobis loquuntur. Proinde Doctores nostri, cum de fide sanctæ Trinitatis, sive de Symbolo fidei aliqua conferrent, si quando incidenter occasione explanandæ sententiæ dixerunt Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere vel proficere, non dixerunt hoc eâ significatione processionis vel processionis, sicut dicitur à Patre procedere: nam quod à Patre procedit, propriè procedit; & quæ propriè procedit, propriè quoque procedere dicitur. Quod autem à Filio procedere vel proficere à nobis aliquando dictum invenitur, nullatenus propriè dicitur, quia nec propriè ita procedit vel proficit à Patre, quippe propriè tamquam ab eo quæ est prima causa & principium sui, procedit; à Filio autem si quando invenitur vel dicitur procedere vel proficere, non ita propriè dicitur vel est, quia quod à Filio est, vel à Filio procedit vel proficit, hoc non est, vel hoc non facit tamquam à prima causa: quia ipse quoque Filius id quod est, & quod Filius est, & quod à se Spiritum sanctum procedentem seu proficentem mittit, hoc non à seipso, sed à Patre tamquam à primâ causa & principio; ideoque sicut dicit, à Patre tamquam à primâ causa Spiritus sanctus propriè procedere dicitur.

Hanc itaque processionem Spiritus sancti tam à Patre quàm à Filio ita distinxerunt sapientissimè Græcorum, adscribentes propriè Patri primam causam processionis, à quo propriè est & Filius generatio, & à quo Spiritus sanctus est processionem. Filio autem adscribentes ejsdem Spiritus sancti processionem, non tam propriè, quoniam ipse Filius non est à semetipso, nec est causa sumeraphus, ideoque nec propriè, nec prima causa est Spiritus sancti, ut ab eo propriè, sicut à Patre procedit. Itaque Pater à nullo est, Filius à Patre propriè est, Spiritus sanctus ab utroque est; à Patre tamen propriè est, quia Pater à nullo est, à Filio autem non ut propriè est, quia Filius non à nullo, sed à Patre est, & à Patre habet quod Spiritus sanctus ab ipso est: & ita concedo Spiritum sanctum à Patre qui à nullo est, propriè procedere; à Filio autem, quia & ipse à Patre est, non ita propriè procedere, & hoc est quod distinguatur, sicut jam dixi, sapientissimi Græcorum.

CAPITULUM XXV.

Quid Spiritus sanctus, licet ab utroque procedat, tamen à Patre propriè & principiatè procedere invenitur, tam apud Latinos, quàm Græcorum Scriptores.

ANASTASIUS Havelbergenfis Episcopus dicit: Quod Spiritus sanctus à Patre propriè procedit.

Didymus
Alex.

Chrysost.
Hom. de factis
& adoratione
de Spiritu.

idem ibid.

idem ibid.

AN. 10. 14.
Jan. 3. 2.

dat, non regamus, quia id ipsum Doctores nostri non docuerunt, sine hoc ipsi vestris, tunc vestri hoc ab ipsis habuerunt. Unde Hieronymus iohannes in definitione Fides Catholica, Nomenque Concilii exponens, ait: «Credimus in Spiritum sanctum qui de Patre procedit.» Item: «Spiritum sanctum verum Deum inventimus in Scripturis, & de Patre propriè esse. Et iterum: De Patre Deus & Spiritus propriè, & verè de Patre Filioque, quia procedit.» Primum igitur accepit, quod de Patre propriè est Spiritus sanctus, dicente Scripturam: *Verbo Domini caeli firmati sunt, & Spiritus eius est omnis virtus eorum.* Et Salvator ait: *Spiritus veritatis qui de Patre procedit.* Item beatus Augustinus Doctor egregius in xv. libro de Trinitate cap. 17. «Non frustrà in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei, nisi Filius & nec donum Dei, nisi Spiritus sanctus; nec de quo genitum est Verbum, & de quo procedit principaliter Spiritus, nisi Deus Pater.» Idem lib. xv. de Trinitate. cap. 17. «Et Spiritus sanctus principaliter de illo procedit, de quo natus est Filius. Iste autem addidit, principaliter, quia & de Filio Spiritus sanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi Pater dedit non jam existenti, & nondum habenti, sed quodvis unigenito Verbo dedit, genitum dedit. Sic ergo cum genuit, ut etiam de illo bonum commune procederet.» Item Augustinus lib. xv. de Trinitate cap. 16. «Sicut Filio præstat eternitatem sine initio temporis, sine illà mutabilitate nature de Patre generatus; ita Spiritui sancto præstat eternitatem sine illo initio temporis, sine illà mutabilitate nature de utroque procedit.» Idem in eodem: «Filius de Patre natus est, & Spiritus sanctus de Patre principaliter, & de ipso sine intervallo temporis dante communiter de utroque procedit.» Et infra. «Non ab utroque est genitus, sed procedit ab utroque amorum Spiritus.» Item in sequenti capitulo. «Neque possimus dicere quod non sit vita Spiritus sanctus, cum vita Patris, vita Filii sit; ac per hoc sicut Pater cum habeat vitam in semetipso, & dedit de Filio vitam habere in semetipso, sic et dedit vitam procedere de illo, sicut & procedit de se ipso.»

Ex his verbis beatorum Doctorum Hieronymi & Augustini satis concludendum puto, Spiritum sanctum propriè & principaliter ex Patre tamquam à primà causâ procedere, quia sic ex Patre procedit quasi primò loco, dum enim Pater ab alio non habet, sed à seipso, Pater quippe primà causâ est, & primè tantè causâ non est; Filius verò eum à seipso non sit, sed à Patre, hunc ipsum Spiritum sanctum à se quoque procedentem non à se, sed à Patre habet, à quo & ipse per generationem esse habet. Est itaque Pater principaliter & causale principium tam generationis ad Filium, quàm processionis ad Spiritum sanctum; idcirco etiam non legitur adeo propriè & principaliter à Filio procedere, tamen sicut verum est eum à Patre procedere, ita quoque substantiâ omni ambiguitate verum est eum à Filio procedere, & nulla processionis eius iniquitas admittitur, cum ab utroque, sicut dictum est, æqualiter procedere affirmatur. Quamvis autem persona Patris à quo propriè procedat, non sit eadem persona Filii à quo nihilominus procedit; tamen nequaquam videtur dicendum, duas esse processionis differentes, nec duas Spiritus sanctos, sicut duas sunt personæ Patris & Filii differentes; sed unam tantum & unum dicendam esse processum ab utroque, quia nec prius à Patre, nec postea à Filio, sed simul à Patre & à Filio est una eademque Spiritus sancti æterna & substantialis processio. Qui videlicet

Spiritus sanctus ab utroque simul & simul substantialiter & æternaliter procedens, totam Trinitatem unâ cum Patre & Filio personaliter, id est, personarum pluralitate constituit.

Nicetas Archiepiscopus Nicomediæ dixit: Satis videtur jam posse convenire, quia & nostri & veteri Doctores non inveniantur ulloquinque in hac sententiâ discrepare; si tamen eorum scripta rectè intelligantur, qui vel apud nos, vel apud vos de hac questione divergentiâ scripsisse inveniantur. Sed quod dicit de hoc, quod quidam Gerarcom Sapientes dicunt Spiritum sanctum à Patre per Filium procedere:

CAPITULUM XXVI.

Quis quidam Gerarcom & aliorum Latinarum, principaliter Spiritum sanctum procedere à Patre per Filium, idcirco quædam similitudines minus idoneas.

ANSELMI Havelbergensis Episcopus dixit: Ignota sunt mihi ista verba & inusitata, idcirco quid super hoc respondeam, ad presens non habeo, nisi quod Apollolus monet: *Verbum non utaris devari.* Veritatem qui hoc dicunt, quod scilicet dicant, ipsi vident. Ego profectò legi in quodam libro, quem conscripsit Hilarius Pictavicus Episcopus, Doctor quondam famosissimus, de Trinitate in tomo xii. quædam sine similia; ita enim loquitur idem Hilarius ad Dam. Patrem: «De ipso & Filio in sancto Spiritu tuo ex te profectò & per eum missò.» Item, «Ex te per eum Spiritus sanctus tuus est.» Item, «Filius tuum unâ tecum a Patre, Spiritum sanctum tuum, qui ex te per Unigenitum tuum est, promeretur.» Iste dicit Hilarius, que ego puto satis intelligenda cum præmissis determinatis, quoniam Pater à nullo hoc habens, Iam autem à Patre hoc habens, Spiritum sanctum ut, que à se procedentem emittunt.

Quod autem Spiritus sanctus de Patre procedat in Filium, & sic per Filium procedat ad sanctificandum creaturam, & non simul de utroque procedat, absurdissimum est, non solum dicere, sed etiam cogitare, quoniam iniqui aliqui admodum insipientes, & de hoc insitè theologizantes, tale stulticium suæ propositionis exemplum. Sicut, inquit, Filius hominum ex Patre procedit in matrem, & ex matre procedit in hanc hanc, naturaliter de substantiâ utriusque existens; ita profectò Spiritus sanctus à Patre in Filium, & per Filium ad sanctificandum creaturam procedit. Tales qui talia dicunt, quoniam in temporibus sunt, temporaliter loquuntur, & seipso saltem intelligentes temporalia æternis: cum enim Filius hominum procedit ex patre in matrem, tunc non procedit ex matre in lucem, & cum in hanc hanc procedit ex matre, non tunc procedit ex Patre. Ideoque trahentes hanc ineptam similitudinem, trahuntur non immerito in errorem, & in epulum æternis nullam condemnationem.

An se supra se in Theologiam extendentes, & tamen multum infra Theologiam remanentes, non minus ineptam similitudinem sibi adveniunt, dicentes, quod sicut lucus ex fonte, & ex rivo, sed per rivum procedere dicitur, in quem videlicet rivum aqua ipsius lucis de fonte prodeus, per eum transit ac pervenit in stagnum; sic & Spiritus sanctus ex Patre propriè procedere dicitur quasi à summi origine, in Filium quasi in rivum, & ita per Filium quasi per rivum ad sanctificandum hominum, quoniam in stagnum lucis fluxit. Verum ego miror & perhorresco huiusmodi similitudines de comprehen-

Hieron. in exortatione ad Cyprianum, libro epistol. & sub. item.

Psal. 33. 6.

2. Cor. 12. 14.

August. 15. 17. de Trinitate. cap. 17.

Idem ibid.

1. Tim. cap. 16.

Idem ibid.

Idem ibid.

Idem cap. 17.

Tim. 6. 18.

Hilarius lib. 12. de Trinitate sub. item. Idem ibid. Item ibid. sub. item.

fidibus ad incomprehensibilia erectas, quæ cum ad cognitionem veritatis attingere nequeant, longè infra remanent, & animos intendendum suam occupationem impediunt, & plerumque à reâ fide aver-
sunt, cum objecti moie corporaliæ creaturæ, iter pervellendæ veritatis in divinis & spiritalibus occidunt. Sicut autem ambulantes in fide omnia talia postponent, & post se propiciunt, & in fide speculativo intellectu proficiunt, & se supra se humiliter erigentes in altiora transcendunt; ita ambulantes in ratione, & in similitudine veri inhærentes, fatens humanæ ignorantur gravati, & sapore fallæ opinionis depressi, retrò remanent digni, qui post fidem cum ratione remanent remanent; & indigni, qui cum fide præcedente rationem antecedant. Itaque tales & tam ridiculæ similitudines nequaquam à sapientibus inducuntur; sed sicut jam supra, sicut potest, factis determinatum est, fides Catholica tractatur de processione Spiritûs sancti à Patre & Filio: & si hæc aliqua aliena scriptura invenitur, quæ tamen propter auctoritatem scripturæ in veneratione suscipienda & legenda est, quemadmodum prælati Hilari Episcopi, qui magnæ auctoritatis est in Ecclesiâ illa, inquam, scriptura tamen videatur aliquid alienum insinuare; tamen ita legenda, & eo usque exponenda est, quo ad illarum scripturarum concordantiam penitatur, & ad legem charitatis catholice fidei pervenitur.

Necnon et Archiepiscopus Nicomediensis dixit: Ille Hilarius, de quo dictus, Pictavenis Episcopus multis Græcorum Conciliis antiquis interfuisse invenitur, & magis opinionis apud nostrum fuit & est, cujus scripta tu modo in medio prolata satis cautè determinasti. Nos quoque si quando his similia in codicibus nostrorum Doctorem invenimus, simili determinatione determinamus. Cum enim in Scripturis sanctis de aliqua verè sententiâ constat, non est difficile prudenti lectori verba quolibet modo scripta ad veritatem sententiæ incutere. Promove poterit charitas tua, præmissi tot rationibus, & supplicis tot auctoritatibus, me & quolibet sapientem Græcorum stare tecum in eadem sententiâ de processione Spiritûs sancti: veniam tamen volo ut putes nos modo per te ut hæc tuâ disputatione superata hoc consensu, quoniam sapientes Græci semper hæc sententiam tenuerunt; & si quando à sapientibus Latinis hæc eadem quæstio humiliter mota est, quod corde crediderunt, ore confessi sunt, & omnibus quæ de hæc quæstione scripta sunt revocatis ad legem charitatis, tam Latini sapientes, quam Græci sapientes, concorditer in unum confiterentur. At verò nihil nostris interest, quid vel illi Græci, vel superbi Latini inter se dicant & contendant.

CAPITULUM XXVII.

De concordia huius quæstionis, & de tollendo fieri solo de medio utriusque partis, auctoritate Romanæ Pontificis per Concilium generale.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Gratias agamus Spiritui sancto, qui nos hæc quæstionem fraternâ pace & concordia consensione in processum taurorum vitonum, qui & ipsi nobiscum concordant, finire voluit. Nihil ergo jam aliud restat, nisi quod Spiritum à Patre & Filio procedere, sine aliqua hesitatione, sicut credis, ita doceres, ita scribis, & cum sanctâ Romanâ Ecclesiâ, quæ mater est omnium Ecclesiarum, & quæ hoc docet & scribit, eisdem fidei concordiam habeas. Non enim ha-

bet Dei charitatem, quæ Ecclesiis non diligit unitatem, à qua etiam qui discordat, sicut beatus Ambrosius Mediolanensis Archiepiscopus dixit, hunc planè hæreticus esse constat, quicumque enim præsumptione atque oblatione nititur, cum ratione & auctoritate suffragante superat, sine veritatis ignorantie peccat, ideoque graviter offēdit. Decretum sanctitatem tuam & humilitatem meam, cum iam Episcopi, ut non solum sciemer doceramus ea quæ sanctus, sed etiam patienter discamus ea quæ forte ignoramus.

Necnon et Archiepiscopus Nicomediensis dixit: Tuam humilitatem, frater carissime, amplector, & eam devotionem quam habere videtur ad veritatem fidei, admirror: & læteor: nequaquam postquam non commoveri te loquente; assensio etiam omnibus quæ dixisti, & accedo toto animo & toto corpore. Porro verba hæc, Spiritus sanctus procedit à Filio, quoniam hæc non solum innotuit publicè in Ecclesiis Græcorum, nequaquam subitè possunt induci, ut sine aliquo scandalo plebis vel aliquorum minus prudentium publicè doceratur, vel scribatur: sed aliquod generale Concilium Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ auctoritate sancti Romani Pontificis, admittentibus pulchris Imperatoribus celebrandum est, ubi hæc & nonnulla alia Catholice Ecclesiæ nec cessant secundum Deum diffiniantur, ne forte vos vel nos in vacuum evertamus. Extunc omnes nos qui in partibus Orientis Christiani sumus, unâ cum sanctâ Romanâ Ecclesiâ, & cum cæteris Ecclesiis quæ sunt in Occidente, communi voto & pari consensu sine aliquo nostrorum scandalo verbum hoc, Spiritus sanctus procedit à Filio, libenter suscipiemus, & prædicabimus, & doceremus, & scriberemus, & in Ecclesiis Orientis publicè cantandam inlitteremus.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Utinam hoc videam, & tam sancto Concilio interesse merear, ubi Princeps Apostolorum Petrus in personâ Vicarij sui Romani Pontificis cum universâ Ecclesiâ in unum collectâ, quæ alicui Deo commissa est, confideat, & Spiritus sanctus, de quo tractavimus, super omnes de cæcis, & omnem veritatem tunc & usque ad consummationem sæculi docens, omnes usum ut Christo cum Petro & in fide Petri faciat: Unam, unitam, unitam. Deus velit, Deus velit, Deus velit. *Dextera si e Theos, Dextera si e Theos, Dextera si e Theos.* Item alii clamantes dixerunt: Bonum est bonum est, bonum est. Ita fiat, fiat, fiat.

Explicit liber secundus.



INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII.

- I. **D**E celebratione qua facta est in Basilicâ sancta Synodus in presentia Imperatorum Græcorum.
- II. *Quid universali Ecclesiâ tribus modis existeret dispensatum, scilicet in scripturarum auctoritate, universali traditione, singulari inspiratione.*
- III. *Quid Græci contra universalem traditionem si à ratâ Romana Ecclesiâ signessent, & in fermentato sacrificasset.*
- IV. *Quid melius est errorem, quamvis longè usque usitatum, consideratâ meliori ratione deponere, quam in eo constantiter perseverare.*
- V. *De primatu Romana Ecclesiæ; & quid nullis hæreticis aliquando contumacia, sed semper Catholica fuerit.*

injectione fidei] ita emendavimus, cum eisdem ceteris injef-

dem fore.

- VI. *Quid Constantianopolitana Ecclesia scrii semper gravissimis heresibus firmata laboraverit.*
- VII. *Quod Græci dicunt tres Patriarchales sedes aliquando fuisse seors, inter quas Romana Ecclesia primum non regnat.*
- VIII. *Quid Græci dicunt velle se subtrahere à Concilio Romanorum Pontificum, quia monachibus Romani Imperii deservit.*
- IX. *Commemoratio Romana Ecclesia, quam diligentissima sit in examinanda & diligenda Ecclesiastica causa.*
- X. *Quid licet non sibi Petro, sed etiam ceteris Apostolis data sit potestas ligandi & solvendi, & licet non super filium Petrum, sed etiam super alios Apostolos Spiritus sanctus dicto sermo communis principatus Petri ceteris communicari excolatur.*
- XI. *Quid hereses in Constantinopoli, vel alijs in Oriente urbe, sint atque ibidem extinguitur.*
- XII. *Quid anam tantum sit caput Ecclesia in terris, videlicet Roma, & non duo vel plura, sicut dicunt Græci, & quod Græcorum hereses, non Græcorum, sed hæreticorum Pacificorum auctoritate destruitur.*
- XIII. *Quid auctoritas & instantio Romanorum Pontificum Melchioris & Simeonis dicunt se Græci firmamentum in sacrosancta auctoritate.*
- XIV. *De hoc quod creditur, quod Apostoli & eorum successores tunc azyri, nunc firmamentum in seorsu esse fuerit, & quod Occidentalis Ecclesia alterum, Orientalis vero alterum paulatim totam destruat.*
- XV. *Quid auctoritas plurium Romanorum Pontificum plus debeat, quam dicuntur, & quid Synodus Synodus sit, & quod Melchioris & Simeonis Papa non vultur de hostia, sed de calicis esse ministris.*
- XVI. *Quid Cauchianopolis & omnis Orientalis Ecclesia sub obedientia Romana Ecclesia sit, & iure esse debeat, & eam in ritu Sacrorum imitari.*
- XVII. *Quid in Concilio Pannonicis Chrysolus azyriam asseruerit, & quod in istum in veteri Testamento firmamentum sit azyriam ceteri debent.*
- XVIII. *Quid firmamentum in divina Scriptura vestrum in libro acceptum, & quod minus est habere ad eruditionem causam.*
- XIX. *Quid propter longum firmamenti usum Græci non facile possunt transire ad azyriam, sed falso Generalis Concilio, sive hoc, sive aliud intelligerent, fuisse suscipere, sublatum utriusque gentis sanctitate.*
- XX. *De commixtione vini & aquæ in calice, quod aliter Græci, aliter Latini faciunt.*
- XXI. *De Græcorum & Latinorum vario & diverso Baptismo.*
- XXII. *De Concilio sequitur Græcorum & Latinorum.*

NOTUM.

INCIPIT LIBER TERTIUS DE DIVERSO
EUCCHARISTIE RITU GRÆCORUM
ET LATINORUM, VIDELICET AZY-
RI ET FERMENTATI, ET DE AUC-
TORITATE ROMANÆ ECCLESIE.

CAPITULUM PRIMUM.

De collatione que facta est in Basilica sancta Sophia
in presensu Imperatorum Græcorum.

ANSELMI Havelbergensis Episcopus dixit:
Cum in presentia huiusmodi loci, quovis

causæ Pisanorum vicis, conventussemus, & de pro-
cessione Spiritus sancti tractatremus, idem Spiritus
sanctus docens omnem veritatem, nobiscum adfuit,
& quid de ipso, sive de sui processione frontem ad
esset, ipse nos mutuâ collatione sufficienter edocuit,
& post multos non contentior & sententia disputa-
tionis amictus, tandem in legem chativis, & in
eisdem sententia concordiam nos humiliter compo-
suit. Et quoniam omnium vestrum excellentissimus
pleuit, ut in hac sancta Basilica sanctæ Sophiæ iterum
conveniremus, in cuius absidâ nunc sedemus,
sicut credendum est, quod idem Spiritus sanctus,
qui explet orbem terrarum, nullquam desit præ di-
vinam essentiam in quoque spectandum est, ut tan-
torum viciorum convulsio nunc etiam incipit, per
inhabitantem & abundantem gratiam. Ita quippe
scriptum est: *Ubi duo vel tres congregati sunt in no-
mine meo, in medio eorum sum, dicit Dominus.* Vi-
deo etiam multo plures reverendos personas hic em-
pensisse, & valde mihi meticulousum est, & etiam
erubescit inter tantos Doctores loqui, inter ego
meo tanquam nullum existimo; & si quod pro-
mâ paritate loquutus fuero, atque ignoto, si
vel commemoratio, vel reprehensio dignum apud
vos habebatur. Verum si in medio Doctorem in-
ventus fuero interrogatus & audiens, nequaquam
mihi hoc erit inglorium, pariterum cum ipse
filius Dei, sapientia Dei, in medio Doctorem se-
dens, & interrogatus & audis, exemplum humili-
tatis seipsum nobis præbuerit. Ego quæ magis volo
interrogando aliquos boni dicere, quam pro sumis
vercundâ, cum tempus est loquendi, tacere, &
tacendo quod scire desiderabam, ignorare.

Nec utas Archiepiscopus Nicomediæ dixit: Gra-
tia Dei nos ita peiorum quælibet salva charitate
posuisti verbum consummavimus, ut jam sit iun-
ctum nobiscum consistere, non in disceptatione ver-
borum, sed in inquisitione sententiarum; adeoque
non sit tibi meticulousus presentis tantorum viciorum,
qua non aliquid huc conveniret, ut tibi aliquam
salutariam quæcumque occasione insisteret, sed
ut te loquentem consuetudine Græcorum mansuetu-
dine audirent; auctoritatem enim peius de eâ quam
es presentia hebdomadâ nobiscum habuisti, que-
sitione, & summoque desiderabant & desiderant dul-
cedius tue verba audire, & sive in interrogatione,
sive in responsione tua, cupimus aliquid novi quod
bonum sit, apprehendere. Scriptum est enim: *Au-
ditus sapiens sapienter erit.* Abiit autem quod ali-
quod tibi à quolibet nostrorum occurrat, quod vel
tuam, vel nostram minus deceat honestatem, vel
unde tu iusse turbas debas, nisi forte occasione
disputations hoc fiat, quod etiam studiosè cavend-
um est. Dic ergo quod placet.

CAPITULUM II.

Quid universalis Ecclesia tribus modis existere di-
gatur. scilicet in Scripturarum auctoritate, in
universalis traditione, singulari institutione.

ANSELMI Havelbergensis Episcopus dixit:
Universalis Ecclesia per orbem diffusa tribus
modis existere dignetur: nam quoad in eâ te-
netur, aut auctoritas est sanctarum Scripturarum,
aut traditio universalis, aut certe propriâ & singu-
lari institutione sed auctoritate tota Ecclesia con-
firmatur, universalis quoque traditione majorum
vniuersis tota obligatur. privati constitutionibus
& propriis informationibus unaqueque, vel pro lo-
corum varietate, vel prout unicuique bene videtur
est, subicitur & gubernatur. Unde minor vultus quod

Oratoribus

ANSEL. 13. 12.

PRO. 1. 5.

Orientalis Ecclesia tantum differt ab Occidentali Ecclesia in diverso ritu sacrificandi, in Sacramento altaris, in consecratione corporis & sanguinis Domini, quod vos vocatis Eucharistiam, maxime cum illa sit universalis majorum gradus, quam modo, ut verum, & quod majus est, dicam, apud JESU-CHRISTUM Domini nostri in violabilis & semper tenenda institutio. Sancta enim Romana Ecclesia omnibus Catholicis pare imitanda, studiosè & ex antiqua institutione in Sacramento altaris azymo utitur, & tanquam mater omnium Ecclesiarum omnibus Occidentalibus Ecclesiis id ipsum tradidit.

CAPITULUM III.

Quid Græci carni universalem traditionem se à ritu Romana Ecclesia sequantur, & sa fermento sacrificant.

ORIENTALIS Ecclesia seipsam ab obedientia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ & ab unitate tantæ communionis sequens, dum mavult aliquid novum & singulare moliri, quam tenere universalem consuetudinem, & quasi sacilegio proprii schismatis seipsam lauciendo vulnerat, in consecratione corporis Domini fermentato [utitur,] & hoc facit iudiosè, & quasi propriæ auctoritatis institutione. Quod dico, iudiosè, ita volo intelligas ut Græcus in Sacramento altaris ita studet habere fermentatum panem, ut si forte fermentatum non habeat, nec ullatenus habere queat, potius à ministerio altaris prius abstineat, quam azymum in consecratione corporis Domini offerat. Unde sicut dicit, valde miror, & hujusc consuetudinis rationem vel auctoritatem libenti animo [à] te cognoscere desidero.

NICITUS Archiepiscopus Nicomediæ dixit: Patres nostri viri religiosissimi & in lege divinè eruditissimi ac devotissimi, qui in hoc patriarchico, in quo nunc sedemus, præserunt, & hanc regiam urbem unà cum toto Oriente in Ecclesiasticâ disciplina gubernaverunt, quorum memoria hodie apud nos est, & in benedictione celebratur, quietiam multa sacrorum sacrarum institutionum scripta nobis reliquerunt: ipsi in hac institutione fermentati & ritu sacramentali, nec ratione; nec auctoritate caruisse credendi sunt, ob quorum reverentiam nos ex quæ ad nos transiderunt, in violabiliter & debita veneratione tenemus, nec ea à quolibet retractanda iudicamus, quantalibet officio auctoritate, seu vitæ sanctitate, seu eminenti scientiæ præfulgeat. Ideoque si Romana Ecclesia aliud tenet, sive tenendum docet, facit quod sibi placet, & pro arbitrio suo modo eligit quod vult, modo abicit quod vult, modo probat quod vult, modo improbat quod vult, modo statuit quod vult, modo mutat quod vult, modo scribit quod vult, modo delet quod vult, modo imperat quod vult, modo prohibet quod vult, & in his omnibus (sua propriâ octina auctoritate, & invenit que eam sequantur & imitentur, aut simplicitate bonæ aut simplicitate mundis docti) quod etiam fortasse aliquando sit obtemperandi sola consuetudine, aliquando obtemperandi necessitate. Nos autem quod à sanctis Patribus nostris statutum & traditum suscepimus, hæcenus tenuimus & tenemus, nec facile illud dimittere quicumque occasione audemus; quoniam si ad tam præziam preciosè vellemus relinquere vel immutare, sanctiorum Patrum semper venerandam & nunquam sperandam reverentiam offenderemus, & ipsius Sacramenti ritum, quem hæcenus servabamus, quasi nullus & inanis fuisset, evacua-

Tam. 4.

remus, & nos ipsos totius levitatis & instabilitatis reprehensibiles toti mundo ostenderemus. Magis autem volumus prædececlorum nostrorum inventum & institutum defendendo tenere, & in seculo tantæ auctoritatis jam seculi accumbere, quam in seculo novo amplius etiam vitata reprobare, & ad inducenda nova laborare.

CAPITULUM IV.

Quid melius est errorem, quamvis longo usu asertum, consideratâ meliori ratione deponere, quam in eo communiaciter persistere.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Nemo dubitet veritatis manifestate consuetudinem colere, qua consuetudinem ratio & veritas semper excludit: melius est errorem, quamvis longo usu vitatum, consideratâ meliori ratione humiliter deponere, quam in eo superbi persistere, ac pertinaci contentione defendere. Nam nec debet quisquam pro eo quod semel imberberit, pertinaciter contendere, sed si quid melius & utilius audierit, libenter amplecti; & hoc quæquæres boni facillè leguntur. Cyrilianus magnus natus Carthagini quondam Episcopus, Martyr pretiosissimus, unâ mensura consueverat baptizare, abundans in suo sensu, & attendens unam Fidem, unum Dominum, unam mentionem; sed persequatâ meliori ratione postea abundavit altiori sensu ter mergendo, & sanctam Romanam Ecclesiam imitando, attendens triuana sepulture sacramenta; & quod refectio temporis exprimitur, dum infans teratâ ab aliis educatur, & quid trina confessio rationabiliter possit, ut sit trina oratio. Quamvis autem propter sacramenta mysterium, & triuana sepulture sacramentum trina merito rectè celebretur; tamen propter unitatem unius dei & propter unam substantiam unius Dei, unum quoque Baptisma rectè reputatur. Nolle autem à tua prudenti talia audire, quia nec tuam religionem, nec alicuius qui se velit esse Christianum, decet honestatem, tam aliena loqui de sanctâ Romanâ Ecclesiâ. Ego autem intem, ut tu dixeris quod fuerit in oculis tuis: quamvis ego si id æquo animo ferrem, à te utique æquo animo ferendus non essem; sum etenim specialis filius Romanæ Ecclesiæ, nec erubescio me esse servum ejus, & hoc tu bene nosti: ideoque decuerat prudentiam tuam, ut mihi parendo patris de illâ loquutus fuisset, quoniam sciebas me nequaquam posse patienter sustinere vel minimam injuriam matris ac dominæ Romanæ Ecclesiæ. Sanè ego sanctos Patres, qui Orientalem Ecclesiam bene rexerunt, dignè veneratione, sicut & tu, fratres carissime, amplector, quas & studiosi investigatores, & constantes assertores Catholicæ Fidei pleneque ipsorum sacre, quamvis etiam nonnulli eorum qui regiam hanc Metropolitam vident resiste, aliquando multum in Fide errasse videntur.

CAPITULUM V.

De primata Romana Ecclesia; & quid nullis hæresibus aliquando communita, sed semper Catholica fuerit.

Quid si eorum qui hæc præserunt, auctoritas tanta est apud vos, ut eorum qualiacumque statuta in violabilibus existimatis, & attenditis tantum eorum qui illa statuerunt, utdam auctoritatem, &

E b

non potius eorum quæ statuta sunt, veritatem: quare non potius suscipere statuta sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ per Deum & à Deo & post Deum promissimoloco iudicentis primatum obtinuit in universâ quæ per totam mundum sparsa est, Ecclesiâ? Ita enim de illâ in Nicæno Concilio primo à trecentis decem & octo Patribus statutum legitur. Scieudum fuerit est, & nulli Catholico ignotandum, quoniam sancta Romana Ecclesiâ nullis synodis decretis prelatâ est, sed Evangelicâ voce Domini ac Salvatoris nostri primatum obtinuit, ut dicit beato Petro Apostolo: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. & porta inferi non prevalentibus adversum eam: & tibi dabo claves regni cælorum; & quæcumque ligaveris super terram, erunt ligatæ & in cælis; & quæcumque solveris super terram, erunt solutæ & in cælis.* Addita est locutus in eadem urbe Romanâ beatissimi Pauli Apostoli, qui uno die unaque tempore gloriosâ morte cum Petro sub Principe Nerone agonizans coronatus est, & ambo pariter sanctam Romanam Ecclesiam Christi Domino, suscipiens iusto, consecraverunt, alique omnibus in universo mundo suâ præsentia atque reverentia triumpho prætulimus.

Præsertim ergo sedes est cælesti beneficio Romanæ Ecclesiæ, quam beatissimi Apostoli Petrus & Paulus suo martyrio dedicaverunt. Secunda autem sedes est apud Alexandriam, etiam beati Petri nomine à Marco eius Discipulo & Evangelistâ consecrata, quia & ipse primus in Ægypto verum vitam directus à Petro prædicavit, & gloriosum suscepit martyrium: cui etiam successit venerabilis Abulus. Terra verò sedes apud Antiochiam, etiam beati Petri Apostoli veneratior habetur honorabilis, quia illic presens Romanæ venit, habitavit: & Ignatius Episcopum militavit vel constituit, et illic primam vocem Christianorum novellæ gentis exortum est. Itaque alias quædam sedes, secundam videlicet in Alexandria, tertiam verò in Antiochiâ sui nominis tantum consecravit memorie: primam verò sedem, quæ est in eminentissimâ & triumphatrice urbe Romanâ, Principes Apostolorum Petrus sui corporis honoravit præsentia. Ad hoc etiam sancta Romana Ecclesiâ præ cæteris à Domino prælecta, speciali privilegio ab ipso donata est & beatificata, & quasi quædam prærogativâ omnibus Ecclesiis præerinet, & parte divino antecedit. Aliis namque diversis in temporibus varas hæretibus occupatis, & in Fide Catholica mutantibus, illa supra petram fundata & solida semper mansit inconcussa, nullis falsis & subdolis hæreticorum argumentis à simplicitate Fidei, quam Simon Barjona vel columba, tenuerat, avelli potuit, quia scuto divine præsentie, dumno languente, contra doctas questionis temper munita fuit; nullis etiam in terroribus vel nimis Imperatorum seu potentiam hujus sæculi conquisitari valuit, quia scuto fortissimæ patientie, confortante Domino, contra omnes impetus secuta fuit. Unde & Dominus scians alias Ecclesias hæreticis impulsionibus nimium vexandas, & Romanam Ecclesiam, quam ipse supra petram fundaverat, nunquam in Fide debilitandam, dicit Petro: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos: & tu aperit ei dicit: Tu qui hanc gratiam accepisti, ut alius in fide naufragantibus semper in fide immobilitas & consistens permaneat; alios vacillantes confirma & coarctet, & tamquam omnium provisor, & Ductor, & Pater, & Magister omnium, curam & sollicitudinem geret. Merito ita privilegium prælationis super omnes accepta, quæ in*

construendâ integritate fidei præ omnibus privilegium à Domino susceperat.

CAPITULUM VI.

Quid Constantinopolitana Ecclesiâ fieri semper gravissimis hæresibus fermentata laboraverit.

AT verò Constantinopolitana Ecclesiâ, ut sibi pace tuâ & omnium assidentium dixerim, non eam veritatem debetis negare, quam etiam intendimus licet silere, nunquam tamen licet negare: quàm innumeros hæreticos sæpe fermentata, postpositâ sinceritate Fidei, contra Deum & Apostolicam Ecclesiam cavernosis adinventibus insara intamuit, & quantum potuit, contra Fidem Petri & suam ejus doctrinam & consummatorum erexit: Hic vivit illa detestabilis Ariana hæresis, quæ primò in Alexandriâ pullulavit, & totum terræ Orientem venenoso fermento polluit, necnon etiam quosdam Episcopos de Occidente sibi immisit, quæ de Filio Dei tam insulsa dicebat: Erat quando non erat, & priusquam nasceretur non erat; & quia ex nullis existentibus factus est, vel alia substantia, vel natura; & quia mutabilis & convertibilis est Filius Dei. In quâ hæresis fuit præposita Eusebius, qui relicta bæreticorum civitate primò concupivit & possedit Nicomedicam Ecclesiam, postea verò hanc Constantinopolitanam Ecclesiam invasit, & eodem fermento intexit, & ad mortem usque occupavit. Hic præfuit Constantinopolitanae urbis Episcopos, hæretarcha maximus, & fermentum fuit hæresis ubique diffusit, qui purum hominem ex sanctâ MARIA Virgine natum asseruit, ut aliam personam carnis, aliam fieret Deitatis, nec usum Christum in Verbo Dei & carnis sentiret, sed separatim atque junctim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret. Hic Macedoniam præfuit Ariana hæresis involutus, & eodem pessimo fermento quocumque potuit, contaminavit, qui etiam Spertum sanctum creaturam asseruit, Hic Eutyches Presbyter & Archimandrites fermentum fuit hæresis effudit: concessit est enim ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem; post adunationem autem non duas, sed unam naturam consensens, faciens commixtionem & confusionem. Factum hic majores & minores, complures Arianae presumptionis sectatores.

Hic Eudoxius prius in Antiochiâ, postea invasor hujus urbis Episcopos præfuit, Ariana velaminâ sanctus: huic addidit Eunomius hæreticus, quem sicut Eudoxius in Cyzico fecit Episcopum, expellere nifus Eusebium. Qui videlicet Eunomius Sophista præfuit contra Deum profana sophismatibus loqui, sic enim ait: « Deus de substantiâ suâ nihil novit amplius quàm nos, neque est illi potius, nobis aut agnita minus; sed quodcumque de illâ novimus, hoc modis omnibus etiam ille novit. » Quod autem rursus ille, hoc invenies immutatibiliter in nobis. Infinita quoque turba diversorum hæreticorum fermentum hæreticæ pravitatis hic semper capessere consueverunt.

Quæ denique dinumerare quæc omnes hæreticos, & omnes eorum errorum qui in hac civitate fuerunt, & sanctam & immaculatam Dei Ecclesiam falsis dogmatibus fermentaverunt, & tumcum Christi impio schismate scindere tentaverunt: Aut enim hic ortæ sunt hæreses, & abhinc quæcumque dilaminatæ, aut undecumque per Orientem ebulierunt, in hac civitatem quasi in lectinam confluxerunt;

& hic condonata cenosum flagnum fecerunt, in quo quasi luxorie raris sedentes, & argumetosis & soporifica clamoribus perirentes audium fides, quod verbum veritas sit? nec ipsi auferunt, nec alios aude permiserunt. De hoc etiam haereticum flagno tamquam abinthio multitudine simplicium interbiata est. Omnes itaque sordes haereticas pravitate semper hic domicilium, & quasi proprium nidum habuerunt; & hic firmum malum & nequitate suae miserant, & illud communicandum quocumque potuerunt per orbem terrarum non solum verbis, sed etiam fallacibus scriptis distribuerunt; & eandem mortiferam ab hac civitate, sicut prima & ingens Babylon, Imperatoribus, Regibus & Principibus propinaverunt. De qui calice Arrianae haeresei pleno biberat Constantinus Imperator, filius Magni Constantini Imperatoris, sicut apparet in Dialogo, qui inter ipsam & reverentissimum Papam Liberianum habitus est, quem conscripsit Theodoretus Episcopus, Ecclesiasticarum Historiarum conscriptor; in quo nuntium Dialogo sanctissimi Papae Liberii, qui a Sylvestro post Julium tertius fuit, fides supra normalis petram fundata, & ejus mirabilis constantia ostenditur, qui in Arrianam vesaniam, nec in damnationem Athanasii-Alexandrinorum Episcopi, magni & incomparabilis viri, subscribere voluit, dum ab Imperatore multas promissiones, & sicut ibi legitur, multas rimas patere. Qui etiam, quorum columna immobilis erat, & propugnator veritatis, & petrius constantis privilegium obtinuit, ab eodem Imperatore in exilium in Thraciam deportari iussus est. Qui etiam beatus Liberius vocatus est, quia libera fronte & libera voce veritatem qui Christus est, tunc consilium est.

Quapropter Constantinopolitana Ecclesia & Alexandria, & Antiochea, necnon & alii ferè omnibus Ecclesiis per Orientem constitutis, in Fide Catholica laborantibus, & naufragis patientibus, sola navicula Petri, licet multis persequutionum fluctibus tondetur, & quantumlibet valdus esset ventus, nullum tamen haereticæ subversionis passus est naufragium, sed ut expurgaretur fermentum malitiae & nequitiæ, quo haeretici corrumpent Ecclesiam Dei, tam per se, quam per Legatos suos, semper laboravi, & bodie laboravi. Ita quippe beatus Petrus Apostolus Princeps mandatum accepit à Domino dicens: *Et in aliquando convorsus confirmas fratres tuos.* Qui ergo sacrosancta Romana Ecclesia conservata virginitate recte Fidei, opitulante Domino, Ecclesiarum omnium mater esse mereat, meret omnes qui filii Dei & Ecclesiae dei & esse volent, illam in omnibus ecclesiasticis Sacramentis debita humilitate imitantur; & licet per diversitatem cuiusque gentis diversi mores & ecclesiasticæ consuetudines habeatur, & in his minime confirmari possint omnes Romanae Ecclesiae; tamen in ecclesiasticis, sicut dicit, Sacramentis, nulla unquam debet esse discordia à sacratissima matre omnium Romana Ecclesia. Proinde quid putas? Eius seculum Constantinopolitanae Ecclesiae decreta Romani Pontificis non suscipere, vel etiam, ut veritas dicam, contrahere? Quod si filii Ecclesiae Romanae esse cœ, nec dici vultis, vos videritis, vos iudicatis. Ibi vero filii Ecclesiae dici & esse nullis, cognate quod scriptum est: *Fili, audi disciplinam patris tui, & ne derelinques legem matris tuae, ut addatur gratia caput tuo.* & neque collo tuo. Ego in misericordia caritate meram veritatem sincere, & sine omni fermento salutatis loquutus sum; tu quoque in eadem

dem caritate, utramque sermone dimisso, responde quidquid vis.

Nichitas Archiepiscopus Nacomediae dicit: *Satis magna & sublimis de dignitate Romanae Ecclesiae loquutus es, sed ea quae de hac Ecclesia subjunctis, parca potuerat diffuse modesta tua: decet autem & te & me propter eorum reverentiam qui praesentes sunt, & qui te loquentem pariter audierunt, ut tu me respondenter eam aequanimitate audias, quae ego te audiri. Hoc enim postulat charitas in qua convenimus.*

CAPITULUM VII.

Quid Graeci dicunt tres Patriarchales Sedes aliquando fuisse seiores, inter quas Romana Ecclesia primatum non negans.

Primatum Romanae Ecclesiae, quem tam excellentem mihi proponis, ego non nego, neque abnuis siquidem in antiquis nostrorum doctorum legitur, quod tres Patriarchales Sedes seiores fuerant, videlicet Romana, Alexandria, Antiochena, inter quas Roma eminentissima sedes Imperii primatum obtinuit, ut ut prima sedes appellaretur, & ad eam de dubiis causis ecclesiasticis à ceteris omnibus appellatio fieret, & ejus iudicio ea quae sub certis regulis non comprehenduntur, dispensanda subiacerent. Ipse tamen Romanus Pontifex, nec Princeps Sacerdotum, nec Summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primae Sedis Episcopus vocaretur. Nam & Bonifacius tertius, natione Romanus, urbis Romae Episcopus, ex Patre Johanne, obtinuit apud Phocam Principem, ut Sedes Apostolica beati Petri Apolloli caput esset omnium Ecclesiarum, quae Constantinopolitana tunc temporis se primam omnium scribebat propter transfatum Imperium. Veramammodo ne vel Romanus Pontifex, vel Alexandrinus, vel Antiochenus aliquid in suis Ecclesiis docerent vel instituerent, quod vel à Fide, vel ab alicuius concordia discreparet, & ut omnes unum dicerent & predicarent, statutum est quod duo Legati in fide & sua doctrina studii à Romana Ecclesia semper miserentur, quorum alter Alexandrinus, alter Antiochenus Patriarchae assisterent, qui eos in analogo stantes, & publice de iis praedicanter diligenter observarent. Similiter duo ab Alexandria mitterentur, quorum alter Romano Pontifici, alter Antiocheno in idem opus assisterent. Item ab Antiochia duo mitterentur, quorum alter Romano Pontifici, alter Alexandrino Pontifici in idem opus assisterent. Et ita quodvis in una illarum Ecclesiarum predicaretur, quod Catholicum esset, auctoritate & testimonio aliarum confirmaretur: si quod verò forte contrarium fidei, & diffusum communioni, & alienum à veritate apud aliquam illarum Ecclesiarum diceretur, Legati aliarum fraternam charitatem ac humili mansuetudine hoc corrigere; & si quidem corrigere non possent, & ille tamquam temerarius, & de se praesumentem, errorem suum contentione defendere vellet, statim per eosdem Legatos ad aliarum forum audientiam hoc deferretur. Quod si per episcopos canonice missis revocari posset ad concordiam sine doctrina, bene esset; sin autem, Concilium generale super hoc celebraretur.

Qua verò divina voluntate in hanc tegum urbem transfatum est Imperium, & factum est caput in Oriente, & nova Roma propter auctoritatem Imperii nuncupata est, statutum est etiam à ec-

Lec. 13. 14.

Parr. 1. 2.

In quod variis unitatis sit? Vera & honesta lectio, quam didicimus in ejus locum, quem praeterea editorum stultitiae
Tom. I.

per... si.
& analogo? Hoc est à Daggia.
E. ij

Episcopus, qui in hac urbe conuenerunt, quando beatus Nêctarius ordinatus est hujus sedis Episcopus, damnato Maximo Cynico, qui Apollinaris contagio laborabat; tunc, inquam, statutum est, adinuenire piissimum Imperatorem Theodosio Majore, quod sicut antiqua Roma propter honorem Imperii primum in causis ecclesiasticis à sanctis Patribus antiquitate obtinuit; ita quoque hæc junior & nova Roma propter dignitatem Imperii haberet primatum Ecclesiasticum post illam; & sicut secunda Roma, ita & secunda sedes appellaretur & esset, & omnibus Ecclesiis totius Asiæ, Thraciæ, & Ponti præset, & causis ecclesiasticis tractaret, & auctoritate propria disiiceret. Itaque Legati custodes Catholicæ fidei, qui præ Romanam, Alexandrinam, Antiochenam Ecclesias perstrantes mutui & fraterni obseruatione fidem custodiebant, destituti sunt in hac quoque orbem regum, & similiter hinc ad illos alii Legati in idem ministerium desinati sunt, quatinus omnes unam dicerent, & in nullo uernati dogmata discreperent.

CAPITULUM VIII.

Quid Græci dicunt ideo se subseruare à Conciliis Romanorum Pontificum, quia Monarchiam Romani Imperii diuiserunt.

ITa, fratre charissime, in antiquis historiis notitiam scripturam inuenitur. Verum Romana Ecclesia, cui nos quidem inter has fortes primatum nos negamus, & cui in Concilio generali presidenti primam honorem locum recognouimus, ipsa se propter sui substantiam à nebulis sequestrauit, quando Monarchiam, quod sui officii non erat, inuasit, & Episcopos & Ecclesias Occidentis & Orientis diuisio Imperii diuiti. Ex ob hoc si aliquando cum Occidentalibus Episcopis Concilium hujus nobis celebrat, illi decreta ejus suscipimus, & debita ueneratione obseruare, quorum consilio dicitur ea que dicenda iudicauerit, & quorum conuenticum statuuntur que tractanda decreuerit. Nos quoque quatenus in eadem Catholicæ fide à Romana Ecclesia non discordemus; tamen quia Concilia his temporibus cum illa oia celebramus, quomodo decreta illius suscipere, quæ utique sine consilio nostro, imò nobis ignotibus scribuntur? Si enim Romanus Pontifex in exiliis throno gloriæ sue residens uolens tonare, & equis prosperis mundum suum de sublimi uoluerit, & non nostro consilio, sed proprio arbitrio, pro beneficiis suo de nobis & de Ecclesiis nostris iudicare, imò imperare uoluerit, que fraternitas, seu etiam que paternitas hæc esse poterit? Quis hoc unquam æquo animo sustinere queat? Tunc nempe ueri lery, & non illa Ecclesia rectè dici possemus & esse. Quid si sic necesse esset, & ita grave sagum reuersionis ostium portuandum immerceret, nihil aliud restaret, nisi quod sola Romana Ecclesia libertate quæ uellet, frueretur, & alius quidem omnibus ipsa leges conderet, ipsa uero sine lege esset, & jam non pater mater filiarum, sed dura & imperiosa domina seruorum ualens & esset.

Quid igitur nobis Scripturarum fides? Quid nobis litterarum studia? Quid magistrorum doctrinam discipulorum? Quis quidem Gæcorum nobilitatis ingenia? Sola Romana Pontificis auctoritas, que, sicut in diebus, super omnes est, uenerit hæc euacuat. Sola ipse sit Episcopus, solus magister, solus preceptor, solus de omnibus sibi soli commissis, soli Deo sicut solus bonus Pastor respondeat. Quod si in uicibus Dei uoluerit habere cooperatores, ipse quidem conseruato primatu suo exaltatus glo-

rietur in humilitate sua, & non contemnat fratres suos, quos ueritas Christi non in seruitutem, sed in libertatem in utero matris Ecclesiæ generauit. Operetur enim, sicut dicit Apollonius, omnes nos stare ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit, siue bonum, siue malum. Omnes dicit, Apollonius eam qui dixit, seipsum non excepit, nullum mortalium excepit. Omnes dicit, nec Romanam Pontificem quidem excepit. Proinde [in] nullo Symbolo hoc reperitur, quod à Romanam Ecclesiam conseruari specialiter iubemur; quinimò unam sanctam Ecclesiam Catholicam & Apollolicam conseruari ubique docemur.

Hæc de Romanam Ecclesia, salua pace tua, dicimus, quam ego tecum ueneror, sed non tecum per omnia sequor, nec ex necessitate per omnia sequor. Sicut arbitror & auius etiam auctoritatem tam excellentem tu pro nobis proposuisti, ut deposito tui nostri esse Romanam & inuentionem in Sacramentis indigula ratione & Scripturarum auctoritate suscipere, & ut tanquam cæci clausis oculis ducerentur sequebantur, quoquamque illa proprio spiritu ducta præterit. Quod quam securam, seu honestum nobis fuerit, iudicent tam Latini quam Græci sapientes.

CAPITULUM IX.

Commendata Romana Ecclesia, quam diligentissima sit in examinanda & diuiscanda ecclesiasticis causis.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Non graueur charitas tua, si ego eorum uerborum tuorum intercepso; multi enim & ualde nimis & incepta uocis uideri mihi uti aduersus Romanam Ecclesiam, ideoque substantiam eam sustinere non ualem, sermonem tuum preoccupaui, ne inutilibus uicibus inuisa uobis adderes. Quid si uolles Romanam Ecclesiam religiosam, sinceritatem, equitatem, mansuetudinem, humilitatem, pietatem, sanctitatem, sapientiam, discretionem, benignitatem, empassionem, constantiam, iustitiam, fortitudinem, prudentiam, temperantiam, puritatem, & ad omnes charitatem, & super omnia in examinanda ecclesiasticis causis diligentissima in ejus investigationem, & libertatem in danda sententia ueritatem; si, inquam, hæc in Romanam Ecclesia ha, sicut ego, cetera experientia cognoscere; nequam ista dicitur, ut etiam cogitales, qui potius nullo inuente in omnem ejus communionem sine mora sponte transire, & ad obedientiam tante sanctitatis quam inuenit, & iniquitas quæ ad alios se extendit, hinc inde corruerit, nec quemquam se resistere uolentem audiret isti tamen uis esse tam aliena sanctitatis amator, quam tuæ consuetudinis defensor.

Scimus quidem à ot. Episcopis in hac urbe sub Theodori ocellæ præiuramento statutum, quod Constantinopolitana Ecclesia tamquam secunda Roma, secunda quoque sedes appellaretur & esset, & Ecclesiis Ponti & Asiæ, & Thraciæ, & eas que Barbaricis locis essent, auctoritate propria gubernaret, & eorum causas ad se perlatas per se disiceret. Scimus etiam quod omnes Episcopi Calchedonenis Concilii numero cccc. scripserunt: Leonis Papa, rogantes ut Martino & Valentiniano Imperatoribus instantibus, Constantinopolitanæ Ecclesiæ præceteris Metropolitanis hæc præstaret, quatenus iherem ordinare Metropolitanos Præuinciarum Asiæ & Ponti & Thraciæ. Sed Leo Papa reuocissimus reuocata, omnia quidem pella sanctæ Calchedonenis Sydoni confirmans, sola uero illa introgens & omnino euacuans, quæ per præsump-

tuosam ambitionem. Consilium metropolitanorum gesta sunt, eo quod silentio contra statuta Nicæni Concilii. Unde miranda est tanti viri prudentia, quod tu statutorum, imò præsumptionem in te. Episcopus in hac urbe factam pro auctoritate inducere voluisti, præsertim cum ecclesiasticæ regula iubeat nullum cadere habere vigorem, quæ præter Romanæ Pontificis sententiam præsumuntur, & quæ ab eo apostolicæ auctoritate ac subscriptione non firmantur, nisi forte tu illud quidem statutum legis, apostolicas verò epistolas à beatissimo Papa Leone contra idem statutum scriptas non legisti, in quibus pronus evincatur, & tamquam Nicæno Concilio contrarium, in irritum ducitur.

NACHIAS Archiepiscopus Nacomæ dixit: An videtur tibi, soli Petro, & non potius omnibus Apostolis dictum à Domino: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligatæ & in cælis* & *quæcumque solveris super terram, erunt solutæ & in cælis*. Quinimò non soli Petro, sed omnibus cum Petro, & cum omnibus Petro indifferenter dictum à Domino creditur. Nec supra solum Petrum descendit Spiritus sanctus in Pentecoste à Domino missus, quomodo æqualiter Apostolis ante fuerat promissus, sed omnes simul inflammavit, & non impari dono nec impare, sed pari dono omnes pariter, sicut promissam fuerat, donavit. Sic ergo æquipollentiam Petro acceptam à Domino potestatem, ut non pariter immutandam ceterorum Apostolorum auctoritatem, qui utique æqualiter omnes sine aliquo privilegio præiudicio tibi usurpatione, tamquam verè iures & hæres corde, tandem Spiritum sanctum acceperunt, & in eodem Spiritu sancto tandem potestatem ligandi atque solvendi susceperunt. Nec tibi soli Petro valetur attributum privilegium, quod ab ipso Domino donante commune est omnium. Cavendumque est, ut ceteris in eodem potestate eandem prerogativam habentibus derogetur, dum uni tantum, quæ est omnium auctoritas ascribitur. Sic autem honoraret Petrus Apostolorum duodecimus, ut ceteri undecim Apostoli ab auctoritate sui Apostolatus non excludantur, quem ceteri non à Petro, sed ab ipso Domino, sicut & ipse Petrus, æquali & non dissimili dispensatione acceperunt.

CAPITULUM X.

Quæ dicitur non soli Petro, sed etiam ceteris Apostolis data sit potestas ligandi & solvendi & licet non super solum Petrum, sed etiam super alios Apostolos Spiritus descendit & tamen principatum Petri ceteris omnibus est excellentior.

ANSMANUS Havelbergensis Episcopus dixit: Ego quoniam non super solum Petrum, verum etiam super omnes Apostolos Spiritus sanctus descendit, nec soli Petro, sed & aliis omnibus dictum est: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, remittentur eis & quorum retinueris, retenta sunt.* Verumtamen specialiter ad Petrum sermonem hunc dirigens, & eum tamquam iuniorum cæli confluentem, ait: *Et tibi dabo claves regni cælorum.* Et rursum: *Paste, inquit, ovæ meas.* Cui etiam ante omnes contentus & dicens: *Tu es Christus Filius Dei vivi, dicit Beatus es, Simon Petre, quia cæca & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.* Manifestè docens Petrum primò cælesti inspiratione electum veritatem Fidei, quam postea per ejus manifestam confessionem ce-

teri dederunt Apostoli. Nam & Dominus JESU non Andreæ, non Joannis, non Jacobi, nec aliorum alterius, sed solum Petri naviantem ascendit, & sedens docebat turbas, figuratè ostendens à sanctâ Romanâ Ecclesiâ, cui præfatus erat Petrus Princeps Apostolorum, evangelicam & apostolicam doctrinam in turbas populorum per omnem mundum profuturam. Ipse quoque Apostolus recognoverunt principaliter beato Petro personaliter electam: quod satis patenter ostenditur in libro Lucæ, qui describitur *Actus Apostolorum*. Nam cum apud Antiochiam altercatio esset inter aliquos Apostolos, urvanæ fideiobus qui venerant ex Gentibus circumcisi imponenda esset, missus est in Jerusalem ad Petram de alios seniores Apostolos qui cum ipso erant, super hæc questione. Convenientibus omnibus & mûnam super hoc verbo conquisitionem agentibus, Petrus tamquam primatum habens in medio unum surgens, de non imponendâ Gentibus circumcisiōnem sententiam promulgavit, & collatâ sibi à Domino auctoritate, quod dubium videbatur, dissipavit: probans hoc offensâ sibi linteæ visionis, & Cornelii & aliorum Gentium conversione. Cui etiam Jacobus Jerusalemorum Episcopus, & universi qui aderant, Apostoli & fideles in eadem sententiâ humiliter acquiescentes, obediverunt.

Petrus inter Apostolos ætate senior, fide certior, in audendis verbis vite æternæ simplicior, unde & *Bartholæus* id est, filius colubæ, appellatus est: in dandis reddendisq; responsis inter Christum & Apostolos promptior, in sanandis infirmis etiam sui corporis umbra efficacior: qui etiam post Ascensionem Domini vice Christi illam novellam de prædicandâ suscepit Ecclesiam. Ipse Ananiam & Saphiram Spiritu sancto mentiens, spiritu oris sui calcidit, ab Ecclesiâ & ab illâ sanctâ societate sequestravit. Quæmadmodum etiam solus Romanus Pontifex vice Petri vicem gerit Christi: ita sicut cæteri Episcopi vicem gerunt Apostolorum sub Christo, & vice Christi sub Petro, & vice Petri sub Pontifice Romano ejus Vicario: nec in hoc aliquatenus derogatur alicui Apostolorum, si unicuique humiliter suam attribuitur officium.

CAPITULUM XI.

Quæ dicitur in Constantinopoli, ut ubique in Oriente erit, sui etiam ibidem existat.

NICHITAS Archiepiscopus Nicomediæ dixit: Potest esse quod dicitur. Ceterum paulo ante dixisti Ecclesiam Constantinopolitanam, sed ferè totum Orientem variis hæresibus contaminatum: hoc dixisti, & verum ex parte dixisti, quæ & ego cum iam servus servientis, veritatem negare non debeo. Sed dic, quæso, ubi sunt damnate illæ hæreses? Quis eas damnavit? Si hic à pravis & iniquis fuit exorte, hic etiam à bonis & Catholicis vix fuit damnate: iniquum Constantiniano Magno Imperatore ad fidem convertito, & scribens Deo placitas leges pro Christianis, Roma cum suo Occidente, & Constantinopoli cum toto Oriente ex decretis Imperatoris ad fidem evertit. Et quoniam novè & pluribus iniquitas fides subito publicè predicabatur, & in hac civitate studia liberalium artium vigeant, & audire

Jan. 10. 23.

Mart. 12. 19.

Jan. 10. 23.

Mart. 12. 19.

Jan. 10. 23.

Mart. 12. 19.

Episcopus in Logica, & in arte dialecticâ subtiliter in ratione differendi prævalentibus, corpulentis scilicet Christianum differendo examinare, & examinando & ratiocinando delectatur; scrutantur scripturas, & abertentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & evanescent in cogitationibus suis, quia non humiliter investigaverunt quod posset & humiliter credere debebant; & dum superbiâ ratione humane scientie tendunt in altum, ceciderunt in insubilitatem profundam, & facti sunt heretici multi, & fecerunt sibi sectas multas, & confusi & lacerata est fides Christiana, in multas & diversissimas hæreses divisa. Itaque Ecclesia Orientis videns tales abusi seculari scientiâ, & per diversa loca diversis temporibus bullire capita hæresiarum, missis ubique synodis Episcopi, adnotentibus piffimis Imperatoribus, multa Concilia convocavit. Primum in Nicæa Babilynæ provincie, ubi damnata est hæresis Ariana, & Symbolum Fidei omnibus Catholicis inviolabilè auctoritate Spiritus sancti & tricesimum decem & octo Patrum compositionem & confirmationem est.

Deinde succedente tempore, succedentibus quoque diversis hæresibus, alia multa Concilia ad destructionem diversarum hæresum, & ad edificationem Catholicæ Ecclesiæ celebrata sunt. Nam & in Chalcedonenf Ecclesiâ, & in hac Constantinopolitana, & in Ephesinâ, & in Antiochenâ, & in Alexandriâ generalia Concilia solemniter habita sunt in damnationem hæreticorum, & ad corroborandam fidem & unitatem omnium Ecclesiarum. Unde sicut dixi, si hic exortet sunt hæreses, hic etiam extinguntur; videturque quòd Ecclesia de occasione hæresium magis ac magis in scientiâ Scripturarum creverit, & major robur fidei post exstinctas hæreses accepit, adeo ut fide Catholicâ jam distinctâ, & iam ad plenum consummatâ, iustè & sanctis Patribus imbutum sit, quòd nemo amplius de fide publice disputare audeat, præsertim cum nihil demendum vel addendum sit de cetero. Invenit quippe veritate, qui amplius querit, quid aliud meretur, venite nisi mendaciam? Possit equidem quis humiliter interrogando investigare, ut sibi de fide aliquis in notitiam veniat, quòd ante aliquantibus temporibus, tantum ne revocet illud in ambiguum contentiosè, quòd à sanctis Patribus certo fidei terminò est distinctum; hoc enim nulli mortalium retractare licet, quoniam gravissimò anathemate interdictum est. Ignorat hoc imperceptum quòd nobis de hæresibus impingere voluisti, jam amplius cesset, quoniam quidem apud omnes sapientes plùs debet valere veritas & virtus bonorum, quam mendacia & vitia malorum. Dic, quæso, ubi nunc sunt hæretici? Non sunt hic, quorum nec nomen ulli in Oriente auditur, sed à Catholicis ubique per Orientem planè & sanè fide Deo dignum obsequium exhibetur. Et fortasse in Romana civitate vicinè nosi forent hæreses, quia non adeo sapientes & subiles de Scripturarum investigatores tibi fuerant, quàm admodum apud nos: & sicut hæreticorum qui apud nos fuerunt, vana sapientia quâ seducti sunt, culpanda est; ita nimium laudanda est Romana superbia, quâ ipsi nec hoc, nec illud de fide dixerunt, sed alios inde dicentes & docentes simplicitate quasi mendis docti audierant. Quod contempsit videtur vel ex sumâ negligentia investigandæ fidei, vel ex grossâ tarditate hebetis ingenii, vel ex occupatione mole seculari impedimenti. Sicut enim Doctorum est aut omnibò bene, aut omnibò male sentire vel di-

tere; ita insipientium & indoctorum est nec bene nec male sentire vel dicere. [4 De istis dicit Apostolus: *Nescientes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* De istis dicit quidam sapiens: *Dubitare de linguis baud erit inuide.*]

CAPITULUM XII.

Quid unum tantum sit caput Ecclesiæ in terris, videlicet Roma, & non duo, vel plura, sicut dixerunt Græci; & quòd Græcorum hæresis, non Gregoriam, sed Romanorum Pontificum auctoritate destruitur.

ANSELMI Havelbergensis Episcopus dixit: *Apostolus dicit: Caput Ecclesiæ Christus, caput autem Christi Deus.* Sed caput Ecclesiæ Christus acceptus in altum, vicem suam in terra Petro Apostolorum Principi commisit. Petrus ad martirium vestigiis Christi sequens, Clementem sibi Vicarium subrogavit, & sic Romani Pontifices per ordinem consequenter vice Christi subdituti, caput Ecclesiæ sunt in terris, cuius Ecclesiæ caput Christus est in caelis. Nihil itaque in uno corpore Ecclesiæ duo vel plura capita habere, quia valde est invidens in quolibet corpore, & indecorum, & monstruosum, & perfectum contrarium, & corruptiois proximum. Cum enim dicit, quòd à centum quadraginta Patribus in hac urbe congregatis statutum sit, quòd Constantinopolis tamquam nova & junior Roma primum in Oriente super omnes Ecclesias habere debeat, & propter auctoritate causas ecclesiasticas diffinire valeat, quid aliud facis, nisi duo capita in uno corpore unius Ecclesiæ erigas, & altare contra altare extruas, & quasi aliud Manichæorum bema ædificas & innovas: licet enim illi hæreticè pravitate, ab Ecclesiâ [sic] dividentes, aliquando in Africa suam bema, videlicet sequelstratum sacrificandi locum erexerunt, de diem quo Manichæus occisus in illa bema celebratè pro Palse hæ frequentabant, & tribuni vel aliarumque gradibus instructo, & pretiosis linteis adornato, ac in aperto posito & adorantibus objecto, & magnis honoribus honorato: ita nimirum vos in Oriente itane singulariter ritum sacrificandi tenentes, & Ecclesiæ Romanæ vos opposcentes, cornu singularitatis erexitis. Quod si iure translati Imperii existimas debere fieri, jam non divino, sed humano iudicio probaris iunxit. Proinde si ab auctoritate urbis, eo quod in illa sedem Regni esse dicitur, caput etiam Ecclesiarum hic constitutum putas, eidem ratione in Antiochia, quæ non minus sedes Regni fuisse dignoscitur, tertium caput Ecclesiarum statere poteris. Nihilominus quoque in Babilone, quæ est Metropolis Ægypti & sedes Regis, quartum caput Ecclesiarum erigere poteris, si tamen eas imperio vestro addere, & legibus Christianorum subijcere poteris. Similiter etiam ratione in civitate magna Baldach, quàm dicunt sedem magni Regni Persarum, quintum caput Ecclesiarum instituire poteris, si tamen et illam sperare, & legibus ecclesiasticis subdere poteris. Et ita de singulis aliorum Regnorum sedibus eadem ratio instituentium Ecclesiarum capitum poterit adduci, & jam non unus Petrus, non unus Princeps Apostolorum, sed multi Petri & multi Principes Apostolorum inventientur. Quod quàm sit absurdum, tu videris, & qui perentes sunt, & me & te audiunt, iudicent.

Cecum est igitur, & nulli qui sanè sit capitis,

d. de istis dicit | Quod unum innotum est, videtur hodie bene admodum ab imperio justè & rectè amovendum, tam

quam superioribus non exhorrens: ac postquam comata & libro a. cap. ut hoc adveclam est.

dubium, quod sicut una est Ecclesia, ita & unus Ecclesiæ summus caput est in terris. & hic est Romanus Pontifex, qui non solum auctoritas humani aspectu, sed majestas divini iudicii principaliter omnibus præfere voluit, cujus quidem formam & institutionem maxime in ecclesiasticis sacramentis oportet omnes imitari, qui sub obedientia illius in Fide Petri cupiunt salvari. Ita enim dicit beatus Ambrosius Mediolanensis Archiepiscopus: « Qui à Romanâ Ecclesiâ discordat, hunc proculdubio hæreticum esse conat. » Quod autem dixisti hæreticis hic exortas, hic esse mortuos, & hoc distinctum esse auctoritate sanctorum Patrum qui fuerunt in Oriente, & qui in Nicæno Concilio, & in aliis multis Conciliis congregati sunt: miror tuam prudentiam quod hoc adhibitis membris, quod erat caput, & quod assidentibus hoc attribuas, quod constat esse prædicantem. Qui videlicet sancti Patres, qui eidem Concilio interfuerunt, si hodie omnes viverent, nullus coram, nec omnes quidem, simul aliquam auctoritatem aliquis Concilio sibi usurparent, quin potius omnem Conciliorum auctoritatem Romano Pontifici cognoscere, aut in propria persona præfidenti, aut per Legatos suos universâ confirmanti. Ecclesiastica namque regula quam ipsi non ignoverunt, ita jubet: « Non oportere præter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari. » Sciendum est ergo quod hæreticis hic exortæ sunt, Græcorum quales erotes: sed & hic quidem destruxerunt, non Græcorum, sed Romanorum Pontificum auctoritate.

Sylvestri Papa natione Romanus, præcepit Nicænum Concilium congregatis trecentis decem & octo Episcopis sub Constantino Augusto celebrari, ubi auctoritate Apostolica fides inter cetera est expulsa, & Arianus, & Photinus, & Sabellius, & eorum sequaces hæretici sunt damnati. Cui Concilio vice Sylvestri Romani Pontificis Victor & Vincentius urbis Romæ Presbyteri præfidentur, & primi subscripti sunt. Ipsi quoque congregavit in urbe Romæ ceteros Episcopos, & veram damnavit Calixtum & Arrianum & Sabellium. Innocentius Papa natione Albanensis, damnavit Pelagium & Celestium hæreticos. Qui Pelagius dicitur natum de Chiriliana matre deinde non oportere nasci per Baptismum. Leo Papa natione Thulicus, constituit Concilium sibi sub Martino Augusto in Chalcedonia, ubi congregati sunt sexcenti triginta Episcopi, ubi auctoritate Apostolica hæc Catholica exposita est, quæ creditur duæ naturæ esse in Christo, videlicet Dei & hominis; & Eutyches Archianandrites, & Nestorius hujus urbis Episcopus, & Dioscorus Alexandrinorum Archiepiscopus damnati sunt. Hunc Concilio præfiderunt Paschalinus Hæreticis Episcopus, & Lucenius Episcopus civitatis Ecclesie Anticolane, & Bonifacius Presbyter sanctæ Romanæ Ecclesie, Vicarij Domini Leonis Papæ, & vice ejus subscripti sunt. Felix Papa natione Romanus, sacro Concilio in fide sua damnavit Acacium Constantinopolitanum Episcopum, & Petrum Alexandrinum Episcopum, eo quod essent Eutyriani. Gelasius Papa natione Africæ, invenit Manichæos in urbe Romæ, quos exilio deportari fecit, quorum codices ante hunc Basilicæ sanctæ Mariæ incendio concremavit. Hic sacra Synodo, & missis epistolis per Orientem, iterum damnavit Acacium & Petrum.

Agapitus Papa natione Romanus, veniens Constantinopolim ad Justinianum Augustum cum gloria susceptus est, in cujus presentia convicit &

damnavit Anthimum hujus urbis Episcopum, qui seductus Eutyriani hæresi noluit duas esse naturas in Christo. Quæ etiam Anthimus ab Augusto in exilium missus est. Theodorus Papa natione Græcus, damnavit Pyrrhæum Constantinopolitanum Episcopum, qui patris Romani venerat, & condemnatus hæreticus quibus involuntaverat coram Pauli, rursus morte carui ad propriam damnatæ hæresis vomitum expulsi. Idem Papa missus Legatus in hanc urbem damnavit Paulum hujus urbis Episcopum, eo quod nec unam, nec duas voluntates, aut operationes in Christo Domino voluit confiteri. Martinus Papa natione Thulicus, habitâ Synodo in Lateranensi patriarchio, cum Episcopis centum quinque damnavit Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhæum & Paulum, Patriarchas Constantinopolitanos, qui novitates contra immaculatam fidem præsumptæ innectere, & faciens exemplaria misit per omnem Orientem & Occidentem per manus Orthodoxorum. Donus Papa natione Romanus, reperit in urbe Romæ in Monasterio, quod appellatur Boezanas, Nestorianis Monachos Syros, quos per diversa Monasteria devotus, & ibi Romanos Monachos induxit. Agathon natione siculus, rogatus pulcherrimum Principum Constantinæ, Heraclii & Iuberi Augustorum direxit Milites suos in Constantinopolim pro facienda adoratione Ecclesiarum, Abundantij Paternissem, Johannem Reginarum, Johannem Portuensem Episcopos, Theodorum Presbyterum Ravennatem, Theodorum & Gregorium Presbyteros, Johannem Diaconum, Constantinum Subdiaconum. Ibi ingressi urbem, cum magna honorificentia suscepti dei Dominico, advocati sunt in processionem ad sanctam Dei Genitricem ad Blacheris in tanto honore, ut etiam de Palatio caballus stratus eis dirigeret cum obsequio pietas Imperiali, ut sic eos susciperet. Qui in Basilicâ, qui Trullus dicitur, præfidentes in Synodo cum centum quinquaginta Episcopis, & presentantes locum beatissimi Agathonis Papæ, residenter Imperatores sub regali cultu, damnaverunt Macharium Patriarcham Antiochenum & suos sequaces, qui unam voluntatem & operationem in Christo asseruerunt, quem Imperator Romam in exilium misit. Statuerunt etiam ut duæ voluntates & duæ operationes in Christo dicantur. Eodem tempore Johannem Episcopum Portuensem Dominicorum die octavâ Paschæ in Ecclesiâ sanctæ Sophiæ publicas Missas eorum Principe et Patriarchis Latinis celebravit, & unanimiter in laudes & victorias pulcherrimum Imperatorum Latinis vocibus omnes acclamaverunt.

Ecce vides quales hæreses hic & ubique exortas à Petri fide per Petrum Apostolum collatas & destruktas. Itaque non solum ex prædictis, verum etiam ex aliis multis Conciliis per Orientem celebratis, necnon etiam ex plurimis Africanorum Conciliis, in quibus varis hæreses damnate sunt, constat Romanam Ecclesiam duo divina privilegia divinitus habere, videlicet præ omnibus incorruptam puritatem fidei, & super omnes potestatem judicandi. Quæ ergo præcilia esse in potestate, quis adeo imprudens, ut illius auctoritatem & decretales Institutiones suscipere, & ejus ritum in Ecclesiasticis Sacramentis non eligat imitari? Quamobrem in sufficit tibi tandem auctoritas tanta, ut deposito ritu fermenti, ruzymo parte utaris in sacro altaris, & tam in hoc quam in aliis Sacramentis conformem te exhibeas sanctæ & immaculatæ Romanæ Ecclesie, tamquam devotus filius obediens matri lux.

e in fide sua Ita emendavit Baluzius, cum legatur in fide sua. Idem ubi legitur quod appellatur Boezanas, idem

Baluzius monuit eadem esse ex Arabibus Emendationem.

NICHITAS Archiepiscopus Nicomedie dixit: Nos in hoc archivo hague Sophie antiqua Romanorum Pontificum gesta, & Conciliorum habemus actiones, in quibus hae eadem quae dicitur de auctoritate Romanae Ecclesiae, reperimus; & ideo non parva verendum nobis esset, si ea negaremus, quae apud nos à Patribus nostris scriptis per oculos habemus. Verum neque ipse Romanus Pontifex, neque Missi sui aliquam auctoritatem in aliquo Concilio, neque in damnatione aliquis in Oriente habuissent, nisi coefferent & suffragio & admiralico orthodoxorum Episcoporum per Orientem constitutorum, qui zelo fidei aliquando cum Romanis Ecclesiam, aliquando etiam sine illa hereses damnaverunt, & rectitudinem Catholicæ fidei confirmaverunt. Quia vero tantopere auctoritatem sepe dicit Romanæ Ecclesiae prætendit, dic mihi, quæro, quid Romanorum Pontificum statuerit, ut ad, mo. pace in sacrificio altaris utendum sit, in tantum ut necessitas urgere nos debeat quod illud suscipere cogamur: quod si non ceperimus, iuxta damnationi subiacemus.

CAPITULUM XIII.

Quid auctoritate & institutione Romanorum Pontificum Melchisedes & Sicuti dicitur se Græci fermentum nisi in sacrificio altaris.

ANSELMIUS Havelbergensis Episcopus dixit: Fator ego in Ecclesiis hinc qui apud nos sunt, nullquam scripturam invenit.

NICHITAS Archiepiscopus Nicomedie dixit. Sanè Melchisedes Papa natione Afer, constituit, ut die Dominico oblationes fierent per Ecclesiam ex consecrata Episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. Et Sicuti Papa natione Romanus, conditum fecit, ut nullus Presbyter Missam celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum Episcopi loci designati suscipere declaratum, quod omninatur fermentum. Si auctoritas Romanorum Pontificum sufficere tibi videtur sanè me, debet quoque mihi sufficere contra te. Tu quidem propositus mihi ritum sacrificandi in azymo, quem Romana Ecclesia tenet jam longè consuetudine; ego autem proprobo tibi scriptum Romanorum Pontificum ex antiqua fermenti institutione. Si ergo me iudicas tamquam prævaricatore consuetudinis; ego nihilominus iudico te in eodem tamquam prævaricatore Apostolicæ institutionis. Gravior autem & plus presumptuosam offendere institutionem quam consuetudinem; hæc enim auctoritate & ipsius auctoris ratione tenenda probatur, illa verò solo usu undecumque: oro utcumque tenetur. Etenim constitutum Romanorum Pontificum Catholicorum Melchisedes & Sicuti de fermento offerendo nulli dubium est, qui gesta Romanorum Pontificum, ac diversis eorum constitutionibus legendo noverit. Præterea, ut veritas puto, & sicut ex quorundam consuetudine, qui occupant eadem auctoritate potius sunt, colligi potest, Romana Ecclesia antiquioris in hoc non à Græcis, nec Græci ab illa disconlabant; sed tam utriusque illi modo fermento, modo azymo, iuxta quod opportunus offerentium suadebat, indifferenter in ministerio altaris utebantur, nec quicquam eorum qui communicare vellet, sive Græcus, sive Latinus, aliquod scandalum in hoc patiebatur. Quod etiam ex hoc vetus credi potest, quia cum in urbe Romanâ simul habitarent turba Græcorum & Latinorum, non solum Latini, ve-

nim etiam quamplurimi Græcorum præfuisse leguntur in sancta Romanâ Ecclesia. Anacletus Papa natione Græcus fuit; Evastus successore eius, natione Græcus fuit; Telephorus, Hyginus, Eleutherius, Antherius, Xyllus, Eusebius, Zosimus, Johannes, item Johannes de patre Platone, Zacharias ex patre Polieno: ipsi omnes & quamplures alii, quorum nomina præsertim memorari non occurrunt, natione Græci, in Christianâ Religione & illâ doctrinâ præcipui, in Romanâ Ecclesia præfuisse noverunt.

Putasne quod inter illos Græcos Prælatos & Latinos subditos fuerit quoties contentiosa discordia de offerendo azymo, sive fermento, ita ut ipsi Pontifici, quomquam Græci, nunquam nisi fermentum obtulerint, & Romana Ecclesia eis in hoc nequamquam communicaverit? Et rursum Romana Ecclesia per Latinos Sacerdotes nunquam nisi azymo oblationem, & Romani Pontifices similitur se à communionem Latinorum subditorum suorum propter oblatum azymum subtraxerunt? Quis hoc cedat? Quis hoc affirmare audeat? Quomodo possent esse Prælati Catholici, quibus non communicarent subditum apud Catholicos? Aut quomodo possent esse subditi Catholici, quibus non communicarent Pontifices apud Catholicos? Quomodo talis Ecclesia iustè dici possit Ecclesia, in quâ nulla Prælatorum subditos communicandi esset concordia? Quinimod potius credendum puto, quod, sicut dixi, quines indifferenter utriusque nationis fermento, nunc azymo iuxta prædicationem, seu officium liberrimum, subdito omni scandalo communicantiam, sive Græcorum, sive Latinorum. Unde etiam intrâ muros amplissima Romæ apud beatum Cælestium Congregatio Monachorum Græcorum usque hodie est, & toris maris viâ Latinâ in territorio Romano, in loco qui dicitur Crypta ferrea: est alia Congregatio similiter Monachorum Græcorum, quoad hæc, hec verè compertum habeo, fermentatum offerunt: & hoc fit sine scandalo Romani Pontificis, seu etiam eorum Latinorum inter quos habitant, & quibus communicantibus libi comunicant.

CAPITULUM XIV.

De hoc quod credi potest, quod Apostoli & eorum successores nunc azymo, nunc fermento indifferenter uti fuerint; & quod Occidentalis Ecclesia alterum, Orientalis vero Ecclesia alterum panem tantum deseruit.

PUTO etiam idipsum fecisse Apostolos Christi, quos in consecratione corporis Domini iuxta ritum quem tunc nascente Ecclesia observabant, nunc azymo, nunc fermento utrosque fuisse credendum est. Ipsi namque diversas provincias evangelizando peragrantes, cum ad aliquam Christianorum Ecclesiam declinassent, & sacrificium sanctum Domino ad communionem fratrum offerre vellet, bene credendum videtur, quod nec fermentatum, nec azymum nimis studiosè, vel etiam, ut ita dicere audeam, nimis curiosè quaesierint; sed quidquid ad manus inveniebatur, sive hoc, sive illud, indifferenter cum devotione offerbant; & hanc formam oblationis seu communionis puto antiquioris fuisse tam in Romanâ Ecclesia, quàm in omnibus aliis Ecclesiis traditam quædam ab Apostolis, licet certa scriptura hoc nobis non dicat. Ac verò eadem Romana Ecclesia pauciatim alterum deposuit, videlicet fermentatum; alterum tantum assumpsit, scilicet az-

[Anselmus] Totum hoc capitulum in priori editione Melchisedes tribuitur, non Anselmo tribuitur, quod ego

esse azymo negaverit.

num; & hoc fecit propriâ auctoritate. Orientalis quoque Ecclesia alterum totum, scilicet azymum, patulitum dimisit; alterum verò tantum, valicet fermentatum, elegit: & tamen propter hoc nec antiqui Græci sapientes, nec antiqui Latini sapientes se invicem contemnendos existimabant: sed licet in hoc, minus essent uniformes, tamen mutua pace & fraternâ charitate se invicem in Christo fideliter diligebant & consolvebant, & sine alterno iudicio, si quando oportuim fuit, Concilia simul celebrabant.

Porro moderna temeritas quorundam Latinarum extollerantiam se super se, juxta narrationem Historix quæ in chronico, id est, in annalibus libris legitur, circiter [ante] trecentos annos se erexit. Illa namque temeritas multa scandala inter Latinos & Græcos sæpe commovit. Illis namque temporibus successit quidam Karolus Rex Francorum, qui valenter Romanum Imperium invasit, & se Patrium Romanæ urbis appellari fecit; cujus tempore contra majestatem Imperii Monarchiæ divisa vel potius scissa est, unde non paucas scandala inter Latinos & Græcos orta sunt, non solum in imperialis institutionum varietate, verum etiam in ecclesiasticarum regularum diversitate. Inde est quod cum Latini nostrum fermentum blasphemant, & sacrificio altaris indignum iudicant, & nos potius ex falsis suæ elationis, quam assertione veritatis hæreticos vocant, & ab altaribus suis removens nos non communicant: nos quoque ab eis irritati, & ex æquo eis respondentes, azymum eorum nequaquam curamus, indignum sacrificio sacri altaris iudicamus, eos non falsis superbit, sed iuste retributionis nomine azymatis hæreticos appellamus, & ab altaribus nostris removens eis non communicamus, & confidentes nos æquâ lance confundimus, & quidquid in hoc peccamus, graviter provocat scilicet. Quod si ipsi ab huiusmodi improprie vellet se continere, & nobiscum in fraternâ charitate ambulare, & non super nos potestatis altitudine calcare, nos utique magno gaudio gaudeamus, & non solum ab ineptâ responsione quiesceremus, verum etiam ignem illorum iudicantes, aut à jure nostræ communionis aliquem pro eo quod diversim sentire, amoverens, dignam reverentiam fraternâ charitate libentissimo animo imponderemus, & juxta Apostolum honore congruo prevernerimus. Sed verum est proverbium quod dicitur: Ubi præcedit inepta provocatio, haud indignè indigna sequitur responsio. Ad hoc attendendum semper, & non facile obliviscendum est, quod Græcorum auctoritas tanta erat aliquando in medio Septentrionalium Latinarum, ut etiam ipsa Ecclesiastica seu solemnitate nomina Græcâ nominibus disposita ordinarentur, quemadmodum adhuc hodie in ipsâ Romanâ Ecclesiâ & per totum Occidentem dantur; sicut est Patriarcha, Metropolitæ, Archiepiscopus, Episcopus, Choræpiscopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Canonici, Clericus, Abbas, Monachus, Ecclesia, Monasterium, Cenobium, Eremita, Basilica, Baptismus, Exorcismus, Catechumenus, Epiphania, seu Theophania, Hypapante, Parasceve, Pentecoste. Ex quo manifestè patet non minimam habendam esse auctoritatem Græcorum, à quibus ipsi Latini aliquando jam æquæ vel plûs ut nunc prudentissimi, antiquis fortis sunt nomina Ecclesiasticarum dignitatum & solemnitatum.

CAPITULUM XV.

*Quid auctoritas plurimum Romanorum Pontificum
Tom. I.*

plûs valere debet, quam auctoritas; & quid Synodus Synodus solvis; & quid Melchiodis & Sereini Pape non valentur de hostia; sed de eulogis infirmitate.

ANSELMUS Havelbergensis Episcopus dixit: Si Melchiodis Pape & Sereini Pape constitutum de fermento observandum iudicet propter auctoritatem constitutum, multo magis observandum, quod à plurimis Romanis Pontificibus disponitur quotidiano usû frequentatum, & in omnibus Ecclesiis tam Romæ, quam per totum iter orbem cælesti observatione utilitatem. Quod autem dici, ferè, propter vos solos Græcos dicit, & eos qui habitant in Ponto, & in Thracia, & quosdam in Asia, & Ruthenorum gentem, qui tamquam idiotæ & ignari omnium divinarum Scripturarum solâ consuetudine ritum vestrum tam irrationabiliter, quam simpliciter imitantur, quoniam contigui habitatores vestri sunt, & jugum huius Imperii cum formidine serviliter portant. Eamverò quod prædicti Pape auctoritate Sedis Apostolicæ suis fortasse temporibus observandum infirmitatem, nonquid non licuit eidem plurimis Pontificibus eadem auctoritate ipsam Apostolicæ Sedis, quâ & ipsi profuerunt, Ecclesiâ erigente, & in majorem discretionem de die in diem ascendente, in melius rationabiliter mutare? Si auctoritatem Apostolicæ Sedis consideras in duobus, eandem auctoritatem scias prevalere in pluribus: quia major est auctoritas plurimorum sanctorum Patrum qui bonum dicunt & faciunt, quam duorum qui eadem auctoritate funguntur, tamen boni & bonum dicant, & bonum faciunt. Præterea, sicut tu nosti, Synodus Synodus solvis aliquando considerat meliori ratione, aliquando necessitate, aliquando utilitate, aliquando temporum qualitate: & hoc totum fit juxta discretionem prævidentium, quos tunc vel nunc Deus sui Ecclésiæ præfisse voluit, quibus & claves discretionis & potestatis in omne opus divinum commisit, salvo semper & immoto Catholice fidei fundamentum.

Ceterum sicut ego vobis puto, constitutum hoc Romanorum Pontificum Melchiodis & Sereini, non de fermentatâ hostia, sed de eulogis potius intelligendum videtur, quæ per singulos Dominicos dies per Ecclesiâ distribui jubentur. Quod autem dixisti de concordia antiquorum Sapientum Latinarum & Græcorum, quibus, ut tu asseris, nullum erat scandalum in offerendo azymo, sive fermento, nisi quidem id quod dicit, non displicet, attamen majorem meorum, & præcipue Romani Pontificum, sententiam super hoc verbo expectandam puto. Nec enim mea mihi, sed illorum placere debet sententia, quibus & de me, & de mea sententiâ iudicare de super datum est: & decet nos imitari non solum docendi diligentiam, sed etiam discendi modestiam.

CAPITULUM XVI.

Quid Constantiopolis & omnis Orientalis Ecclesia sub obedientia Romane Ecclesiæ sint, & jure esse debet, & tam in ritu Sacramenti imitari.

Porro quod causis modernam & quasi novam temeritatem Latinarum adversus Græcos, non te tibi morum, quia cum omnes hæretici narrent & probent vos antiquitus sub obedientia Romane Ecclesiæ, quæ Latina est, fuisse, vos jam non multum longo tempore suave jugum obedientie contemistis, & subjectionem quam antecessores vestri Romane Ecclesiæ humiliter exhibuerunt, vos tamquam prudentes apud vosmetipsos & alta de vobis

ſapientes abnegatiſis: unde mirum non eſt ſi vobis indignantur, & rixus veſtros calumniantur, quos ab obedientiâ ſua ſequitratos in malam vobis metiſtis dolent.

Quod autem quaſi jaſtando dicitis, Latinos habere Græcæ vocabula in Eccleſiaſticis dignitatibus & ſolemnitatibus poſita, quaſi, quòd Latini hoc ad Græcos miſerint, ut ipſi eis formarent hujusmodi nomina tanquam imperita, & in Latino eloquio deficientibus, & formare non ſcientibus? Ne, quaſi, ita putes. Quia potius antiqui Græci ampliffimam Romam tanquam domam & caput mundi frequentabant, & ejus imperio, ſicut cæteræ nationes per orbem terræ, ſubjacebant, & Romano Pontifici debent reverentiam obediebant: quorum conſilia tam in ordinandis Eccleſiaſticis nominibus & ſolemnitatibus, quam in aliis pluribus Romane Eccleſiæ ſanctæ & laudanda humiliter admittebat, qua fuerunt tam ſapienter humiles, quàm humiliter ſapientes. Italia quoque antiquis magna Græciæ appellabatur, ſicut antiquarum hibernarum Scriptores dicunt, & in urbe Romæ aſtruiſſe linguæ ſermo aſtutus vivebat, & viſum Latino Græcæ, & Græci Latini linguæ utebantur, & neutra ſue aliena Romani habitantibus. Unde factum eſſe videtur, ut quadam Latini, quorundam etiam Græcorum nominibus nunciarentur in Eccleſiâ; & inde uſitatum quoque eſt in Ordine Romano, quòd in ſummis ſolemnitatibus ad Miſſarum ſolemnia Lectiones & Evangelia Latine & Græcè recitentur, propter perfectum utriuſque populi in utraque lingua eruditum. Et utinam moderni Græci adeo eſſent humiles, & Romane Eccleſiæ obedientes, quemadmodum illi fuerunt. Quàm libenter, quàm, inquam, libenter Romana Eccleſia adhuc hodie conſilia eorum admitteret, & ſecundum conſuetam humilitatem eorum prudentiam addit! nunquam enim tam ſuperba vel invida ſuit, ut vel propriis inſtitutionibus, qualicumque eſſent, ſuperet nimis & contentioſè diſſideret, vel aliorum inſtituta, ſi tamen bona eſſent, invidioſè detraheret, vel obſtiteret.

Quod exinde apparet, quæ propria inſtituta ſepe mutaverunt melioribus inſtitutionibus ſuperſtitioſis, & aliorum bona inſtituta humiliter imitanda ſuſceperunt; quemadmodum ſigna Eccleſiæ, quæ in Campania apud Nolam civitatem primò inventa ſunt, unde & nola ſive campana vocantur: hoc aſſumit Romana Eccleſia, quia bonum eſt, & non contemnit, eo quod non ſuum, ſed alterius adventum fuerit. Græci verò tanquam præſentes apud ſempiternos, & abundantes in ſuo ſenſu, & ſapientes in oculis ſuis, & ſibi ex ſe ſufficere exultantes, ſemper de propriis invidiosè, qualicumque fuerint, conſueverunt gloriari, aliorum ſtatuta quantumlibet bona invidioſè detrahentes, hoc afferentes bonum quod ſuum, quia ſuum, & non bonum quod non ſuum, quia non ſuum. Contra quod dicit Apollolus: *Non quod ſufficienter ſuntis cogitare aliquod a nobis quaſi ex nobis; ſi ſufficienter vultis de Deo eſſe.* Qui tamen etiam de ſeipſo dicit tam humiliter quam ſcientialiter: *Uſque quia & ego ſperavi in Deo ſervatore.* Utuntur ergo Latini modo Latini, modo Græcorum vocabulis in Eccleſiaſtica Ordinationibus, nempe Græcè Episcopos, Latine dicunt Pontifices, Græcè Presbyteri, Latine Seniores, quod eſt Sacerdotes; Diaconos Latine Miniſters, quemadmodum de Græco in Latium; ſive de Latino in Græcum, ſive de Hebræo in Latium vel Græcum tranſiit tranſlatorum diſcretio.

Necnon Archiepiſcopus Neomedius dicit: Satis de antientitate Romane Eccleſiæ utrimque dictum eſt. Quia verò diſtincti quòd conſiderati meliori ratione apollolica auctoritas de azymo conſultum

ſecerit, & omnibus Eccleſiis univerſaliter mandatum dederit, ſeu tradiderit; vellem jam audire rationem quâ hoc factum ſit, quòd deſecto pluſiſſime, quem Melchiodorus Papa & Sereus Papa inſtituerunt, aſus azymorum ab aliis Apollolicis viris inſtitutas & traditas ſit. Si enim ratio quam proximitas, accedit ad auctoritatem præmiſſam, magis videbitur credendum quod afferere conaris. Et ſi qualem, ut dixi, ratio & auctoritas tibi invicem ſuffragantur, qual aliam reſtat, niſi quòd continud omnes nos tuae aſſertionis conſentimus, & de poſito ſcepto, quòd duo inſtituiſſe videntur, concordantes cum pluribus qui aliud ſuperordinaverant, azyum aſſumam.

ANSELMI HAVELBERGENSIS EPISCOPUS dixit: Ego non facile accellerim ad hoc quòd tu tam perſuadendo dictum putas mihi ſubito eſſe perſuſum, videlicet quòd Romana Eccleſia aliquando fructu uſa fuerit, quo poſtea de poſita azyum aſſumit. Sed quantum tu conſtitutum Melchiodori & Sereus Papæ adduxiſti, oportuit me tibi reſpondere quod ſuper hoc ſenſerim ducente me non fallaci ratione, ſed tamen minorum Patrum auctoritate. Præterea jam intendere quòd ratione potius ſit utendum azymo noſtro, quàm tuo firmato in ſanctis altaris.

CAPITULUM XVII.

Quod in Cæna Dominice Chriſtus azyum conſecravit; & quòd azyum in veteri Teſtamento fermentum, ſed azyum offerri jubetur.

DOMINIUS noſter JESUS CHRISTUS qui venit in hanc mundum peccatores ſalvos facere, qui ſe formam totius veritatis exhibuit, ipſe in conſecratione ſui ſacraſſimi corporis primò credendum eſt habuiſſe azyum, quòd & Diſcipulis ſuis diſtribuit, & cuius formam eis imitabilem & in commemorationem ſui ſervendam reliquit. Ita quippe dicit Sacramentum diſtribuendo: *Accipite: hoc eſt corpus meum;* & ita dicit formam Sacramenti inſtituendo: *Hoc facite in meam commemorationem.* Illud hoc dixit propter errorem quorundam, qui in ſanctio altaris non putant ſolem corpus conſecrare, quòd ipſe in Cæna: ſi habuit, ſecravit, & Diſcipulis tradidit, ſed huius verbo quòd ſequitur, *in meam commemorationem*, ſtulti nimis incoherentes, putant cum hoc tantum inſtituiſſe, quòd in commemorationem tantum, & non in veritatem ejuſdem ſui corporis ſacraſſimam dicitur celebranda eſſe. Hoc, inquit, eſt corpus meum: hoc facite; hoc, id eſt, illuſum corpus, non tantum in commemorationem, ſed in ipſum corpus ipſam veritatem facite ad eſt, conſecrate. Quòd autem dicit, *in meam commemorationem*, hoc voluit intelligi, quòd Sacramentum veri corporis nequaquam propter aliud, ſed ſimpliciter in memoriam Paſſionis ejus & ſalutem animarum debet ſolemniter celebrari. Sic enim dicit Apollolus: *Quoſcumque potum bene uſuravimus, & calicem bene bibimus, mortem Domini commemoramus, donec veniam.* Credendum eſt inique Chriſtum in magna Cæna Paſcha azyum tantum habuiſſe, & illud conſecratum in corpus ſuum Diſcipulis ſuis tradidiſſe: quia ipſe de ſeipſo dicit: *Non veni legem ſolvere, ſed adimplere.* Iuxta autem dicit in Evangelio, qui & Hellemoth Hebræicè dicitur: *Primo meſſi, quare ſi dicitis die meſſi, aſi eſſetis comedere azyum aſiſe in diem meſſium primo in conſecratione, & ad veſperam; ſecundo dicitis non uteremur ſacramentum in dominica veſperis. Quomodo comedere fermentum, perſiſi azyum eſiſi de cæna Iſiſi, tam de alterna, quàm de indiſcretiſſima. Omnes fermentum non com-*

Luc. 22. 19.

114.

114.

1. Cor. 11. 16.

Mat. 3. 17.

Eſod. 11. 18.

1. Cor. 11. 17.

114.

deis, in cunctis habitacionibus vestris comedetis azyma. Quia igitur secundum mandatum legis in illis septem diebus Paschalibus in nulla domo Israel inventum est fermentum, sed tantum solum azyma, & Christus venerat non solvere legem, sed adimplere, manifestum est eum in Cena Paschali, ubi consecravit corpus suum, azyma habuisse, & illud consecrasse, antiquum Pascha ita quidem consummando, & novum Pascha imitando. Unde enim illi fermentum, quod utraque per omnes domos Israel in illis septem diebus secundum legem erat prohibuit, & tam ad venis quam indigenis sub certo damnationis periculo interdictum & veritum? Nisi forte inde talem tibi opinionem fingere velis, quod ipse tamquam omnipotens novum ibi fermentum tunc ad hoc Sacramentum complectendum creaverit; quod non solum contrarium Evangelium, verum etiam contra omnem verisimilitudinem esse constat.

Namquid videtur tibi ratio illa sufficiens? Christus auctor hujus Sacramenti, quem per omnia oportet imitari, sufficit tibi in exemplum & imitationem; cujus auctoritas, si cuiusmodi sufficit, aliam quaerere cum quo loquatur, quia ego tum tamquam haereticum hominem post primum & secundum mentationem, sicut Apostolus monet, vitare volo. Ad hoc attendat charitas tua, quod nusquam in veteri Testamento precipitur, vel etiam conceditur fermentum offerri in sacrificio Domini, imò protus interdicitur, & sicut ingratum Deo ubique in lege offerri prohibetur. Ita namque legitur in Levitico, qui & Vinea Hebraicè nuncupatur: Omnis oblatio qua offertur Domino, absque fermento fiet, nec quidem fermentum ac mellis adhibetur in sacrificio Domini. Item in Levitico: Hac est lex hostia pacificorum: si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offerent panes absque fermento confectus oleo, & legumina azyma nulla oleo, callisque similia. Item: Ista est lex pro consecratione: Cum conplebuntur dies, quos ex voto quis decreverat, offeret oblationem Domino, agnum immaculatum in holocaustum, ovem aequaliam immaculatam pro peccato, arream immaculatam, hostiam pacificam, canstrum quoque panum azymorum, qui confecti sunt oleo, & legumina absque fermento nulla oleo. Item: Ista est lex sacrificii & libaminum. Talles Sacerdotes pugillam simila qua confecta est oleo, adolebitque in altare in odorem suavisimum; reliquam autem partem simila comedet Aaron cum filii absque fermento, & comedet in loco sanctuarii. Idem autem non fermentabitur, quia pars ejus offertur in sacrificium Domino, sancti quoque sanctorum erit. Item in Exodo: Non immolabis super fermentum sanguinem hostia meae. Item: Talles panes azymos & crustulam absque fermento, qua confecta sunt oleo, legumina quoque oleo lita. Similiter quoque duodecim panes propositionis de pura simila colis, qui supra mensam purissimam astringuntur feni coram Domino positi sunt. & per singula sabbata ministrantur. Azymos fuisse utemo dubitat, qui illius Scripturae noticiam aliquatenus habere valeatur.

Levit. 2. 11.

Ibid. 7. 11.

Num. 4. 17.

Levit. 4. 14.

Exod. 23. 18.

Ibid. 29. 1.

Levit. 24. 1.

Viles itaque quam evidenti ratione, quamve firmâ auctoritate instructum sit, quod in sacrificio altaris ponatur utendum sit azymum, quam fermento. Ubique enim fermentum corruptiois improbatum, & à sacrificio prohibetur, & ubique azymus sinceritatis & veritatis probatur, per cujus quoque oblationem Deus ad propitiandum populo placatur.

Nachus Archiepiscopus Nicomediae dixit: Rationem quam promissit, satis convenienter & probabitur, utpote magnis auctoritatibus innixam adduxit; & ego quod verum esse coustat, negare non

dedique Discipulis suis, & ait: Accipite & comedate, hoc est corpus meum. Et accipens calicem, gratis egit, dedit eis dicens: Bibite ex hoc amnes, hoc est enim sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Ecce habes, o hæretice, quid panis & vitium post benedictionem convertantur in corpus & sanguinem Domini. Nam quod ante benedictionem panis dicitur, post benedictionem corpus & sanguinem manente asserit, quod verè manducaverit, vitam non habebit, qui verè manducaverit, vitam obturbat. Unde Dominus in Evangelio secundum Johannem: Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam; & ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro mea verè est etiam; & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Apostolus quoque in Epistola ad Corinthios cap. 10. Calix benedictus, cui benedicimus, nonne communicatio Domini est? Et panis quem frangimus, nonne participatio Christi est? Et infra cap. 11. Ego enim accipi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis traditur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & postquam coenavit, dicens: Hic est calix novi Testamenti in meo sanguine, hoc facite in meam commemorationem. Quisquamque biberit, &c. ulique: Qui manducat & bibit involvit se in manducato & bibito, non dicitur corpus Domini.

De resurrectione mortuorum in die novissimo.

Ucas cap. 10. Filii hominis fecerit rubum & tradidit ad nuptias: ubi nuptio qui digni habentur secundo ubi ex resurrectione ex mortuis, neque rubus, neque dicitur axeres, neque ultra mors poterant; u- quales cum Angelis sunt, & filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis. Quod resurgere mortui, & Mos- sicus referendus rubum, sicat dicit: Deum Abraham & Deum Isaac & Deum Jacob; Deus autem non est mortuorum, sed vivorum, amos enim vocavit ei- Johannes cap. 6. Hac est voluntas Patris mei qui misit me, ut omne quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die: hæc est enim voluntas Patris mei qui me misit, ut omni qui videt Filium, & credit in eum, habent vitam æternam; & ego resuscitabo eum in novissimo die. Paulus in Epistola ad Cor. cap. 15. Si Christus prædicatur quod resurrexerit à mortuis, quomodo quidem dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est, neque resurrectio? Si notem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Et multa alia quæ de resurrectione in hoc capitulo loquitur Apostolus, usque: Mytherium ecce vobis dico, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in oculo, in novissimo tubâ; cænet enim tuba, & mortui resur- gent incorrupti, & nos immutabimur, &c.

Quid carnes, castus, ova & lac absque peccato manducari possunt.

Attædus cap. 15. Audite & intelligite nunc. Quod jurat in eis, non conjugat dominum; sed quod præterit ex ore, hoc conjugat hominem; Paulus in Epistola ad Rom. cap. 14. Si qui manducat, manducatem non spernas; & qui non manducat, manducatem non iudicet. Item: Scio & confido in Tom. 1.

Domino Iesu, quia nobis commune per ipsum, nisi ei qui existat quod commune esse, sed commune est. Item: Omnia quidem mundi sunt, sed unum est hominum qui per officium mundum. Paulus in Epistola ad Cor. cap. 10. Omne quod in mundo videtur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra & plebs eius. Item: Si qui conscientiam vocat vos ad carnem, & vultis ire, amate quod vobis ponitur, manducate. Ad Coloss. cap. 2. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu. Ad Tim. cap. 4. Spiritus manifeste dicit, quod in necessariis temporibus descendens quidem a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hyperis loquentium manducate, & caritatem habentium suam conscientiam, prohibentium habere, abstinere à cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem. Quod amos creavit Dei bona, & nihil rejectum quod gratiarum actione percipitur: similitudinem enim per verbum Dei & orationem. Ad Tim. cap. 1. Omnia mundi mundi, conjugantem autem & infidelibus nihil est mundum, si in iniquitate sunt eorum mens & conscientia.

Qui à veritate jurare necessitate exigente, cupiditate amara, non sit damnabile.

Utrum hoc quod dicit, & illa castitate, mortale esse jurare, pro eo quod Dominus dicit, non jurare amara, sed firma velle, est, est; non, non sic respondemus, quia non precipiendo, sed hortando & monendo hoc dicit, nec tum præcepti necessitatem impositit, sed consilium dicit: sed nec qui veritatem jurat necessitate cogente, cupiditate amara, damnabile quiddam facit. Et quid est jurare, nisi mentis certitudinem pro manifestâ utilitate verbis confirmare? Nam & ipse Dominus juravit, ubi dicit: Amen amen dico vobis, Et Apostolus ubi dicit in Epistola sua: Invoce Deum testimonium & animam meam. Et iterum: Deum mihi testis est. Item in Epistola ad Hebræos cap. 6. Abraba namque promittens Deus, quoniam nomen habuit, per quem juraret, maiorem iuravit per seipsum dicens: Nisi benedixeris benedicam te, & multiplicam multiplicabo te. Et sic longanimiter servens, adeptus est repræsentationem. Hominis enim per maiorem sui iuravit, & omni contraria eorum sine ad confirmationem est juramentum. Item in Apocalypsi cap. 10. Et Angelus Domini, quem supra mare vidi stantem, & super terram, levavit manum suam ad caelum, & iuravit per viventem in sacula seculorum, qui creavit caelum & ea quæ in eo sunt, & terram, & ea quæ in ea sunt, & mare & ea quæ in eo sunt, quia tempus amplius non erit. His itaque auctoritatibus colligere aperte possumus, quod non jurare, consilium est, non præceptum. Unde mentem manifestè comprobant, o hæretice. [qui] mortale officii juramentum esse: quia sicut omne id quod in parte deceratur, morte innotat non impetum; ita ea quæ [consulantur] potius quam iudicentur, facta profunt, non facta [non] nocent.

ADVERSUS HÆRETICOS QUI PASAGII NUNCUPANTUR.

Qualis sit eorum error, qui Pasagii vocantur, & quàm illorum sit nefanda fides & doctrina, non iam præcis, sed quàm pluribus apparet. Sed quia sunt nonnulli ad quorum notitiam notandum pervenit, tam pro illorum castella & Glute, tam pro illorum consensione & pudore, quod de eis sentio, scribere non pœget, ar quo magis fuerit eorum

Thid. c. 20.
L. Cor. 10. 25.
Thid. v. 27.
Colos. 2. 26.
L. Tim. 4. 1.
Thid. c. 23.

CAPUT XVI. Mens. 5. 14.

L. Cor. 1. 21.
Rom. 1. 9.
Thid. c. 15.
Thid.

Apo. 10. 1.
Thid. c. 6.

D. 4.)

Joh. 6. 11. 06.

L. Cor. 10. 16.

Thid. 15. 15. 06.

CAPUT VIII. Cor. 10. 14. 06.

Thid. v. 12.

Joh. 6. 13. 06.

L. Cor. 11. 15. 06.

Thid. v. 12.

CAPUT IX. Rom. 14. 15.

Rom. 14. 5.

Thid. v. 14.

nota demerita, eo amplius à cunctis contemnatur & conculcetur. Quia licet bona sciri debent ut, exerceantur, sua etiã mala scire conveniat ut penitentis vitentur.

Adverte ergo tu qui nescis, quàm perverſa ſit illarum fides & doctrina. In primis enim dicunt, quòd Moſiſca lex ut ad litteram observanda, & quòd Sabbatum & Circumciſio & aliæ legales obſervantia adhuc habere ſtatum debeant. Dicunt etiã quòd Chriſtus Dei filius non ſit æqualis Patri, & quòd Pater & Filius & Spiritus ſanctus, illæ tres Perſonæ non ſint unus Deus & una ſubſtantia. Præterea ad augmentum ſui erroris, omnes Ecclēſiæ Doctores, & univerſitates totam Ecclēſiam Romanam judicant & condemnant. Sed quia huic ſuum errorem novi Teſtamenti ac Prophetarum teſtimonio [aſſerere] nituntur, proprio aliorum gladio, Chriſti luſtrante gratiã, ſicut David Goliam, eundem ſuſtulerunt.

Quòd lex Mofaica ſit ſpiritualiter obſervanda.

CAPUT I.
Matth. 7. 12.
Luc. 16. 14.
Rom. 4. 14.
Ibid. 7. 1. & 6.

IN Matthæo: Omnia quocumque voluit ut vobis faciam homines, & vos facite illis ſimiliter; hæc eſt enim lex & Prophetæ. Item [Luc.] cap. 16. Omnis enim lex & Prophetæ ſequitur ad Iohannem per ſidem ſive operibus legi. Item cap. 6. Non enim ſub lege eſtiſ, ſed ſub gratiã. Item. ſeq. cap. An ignoratis, fratres, (ſciantibus enim legem loquor) quòd lex dominatur in homine, quantum tempore vivitis. Nunc qui ſub voto militis, vitentis voto obligati eſtiſ legi; ſi autem mortuus fuerit vir tuus, liberatus eſtiſ à lege vari, ut non ſis ad altera, ſi fuerit cum altera voto. Igitur viventes voto vocabimur ad altera, ſi fuerit cum alio voto. Itaque fratres mei, & vos mortificati eſtiſ legi, per corpus Chriſti, noſſis alterius, qui ex morte reſurrexit, ut fruſtrificaretis Deo. Non enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorum que per legem erant, operabamur in membris noſtris, ut fruſtrificaretis morti. Nunc autem ſimul ſumus à morte lege, in qua deinceps vivimus, ut non ſerviamus in noſtritate ſpiritibus & in vanitate litteræ. Item cap. 10. Ignorantes autem Dei iuſtitiam, & ſuum querentes ſtatuerit, inſiſtiſ Dei non ſuis ſubſtituti; ſuis enim leges ad iuſtitiam omni creditis. Et inſiſtiſ: Qui diligit proximum, legem implet. Paulus in Epitola ad Cor. cap. 5. Fœdera transferam, & ecce omnia facta ſunt nova. In eadem Epitola cap. 3. In terra occidit, ſpiritus autem vivificat. Item & ad Gal. cap. 3. Quòd igitur lex? Propter transgreſſiones poſita, donec veniret ſemen cui promiſſa eſt. Et inſiſtiſ: Itaque lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificeremur; ut ubi venit fides, iam non ſumus ſub pedagogo. Item cap. 5. Omnis lex enim in uno firmo complectitur: Diliges proximum tuum ſicut teſipſum. Et inſiſtiſ: Si ſperatis antequam, non eſtiſ ſub lege. In Epitola ad Timoth. primã cap. 1. Scimus autem quoniam bona eſt lex, ſi qui eã legimus maneat, ſcientibus hoc, quòd iuſto non eſt lex, ſed inuſtiſ & ſubditis, impii & peccatoribus, &c. In Epitola ad Hebræos cap. 7. Reprobati quidem ſi præſentibus manibus propter inſiſtentiã & conſultationem. Item cap. 8. Ecce dies venimus, dicit Dominus, & cauſam habebit ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum novum, non ſecundum teſtamentum quòd ſeci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Ægypti; dicendo autem novum, veteris prius; quòd antiquatur & ſeruit, prope iterum eſt. Item cap. 7. Non laudandico transferat ſacerdotio, neciſe eſt ut legi tranſlatio fiat.

Ibid. 10. 3.
Ibid. 13. 8.
1. Cor. 17.
Ibid. 3. 4.
Gal. 3. 17.
Ibid. 4. 14.
Ibid. 5. 14.
Ibid. 6. 18.
1. Tim. 2. 1.
& 6.
Ibid. 7. 18.
Ibid. 8. 1. & 6.
Ibid. 9. 14.
Ibid. 7. 11.

Deceſſavit eſt Sabbati, quòd ad litteram non ſit obſervandum.

JOHANNES cap. 5. Dicebant illi qui ſiſtans fuerat: Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eiſ: Qui me ſanavi fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum & ambula. Item: Iudæi propterea perſequuntur JESUM, quia hæc faciebat in Sabbatho. JESUS autem reſpondit eiſ: Pater meus iſt: que modo operatur: propterea ergo magis quarebant eum Iudæi inſerficere, qui non ſolum ſolvebat Sabbathum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Paulus ad Colofſenſes cap. 2. Nemo vult iudicet in celo, aut in terra, aut in participatione dei ſeſtiſ ſecundum, aut ſabbatorum, que ſunt umbra futurorum; corpus autem Chriſti. Iudæus u Si enim, Sabbathi otia non obſervare; cur JESUS in Nave diſcipulus ne ſuccellor Moſi, præcipiente u Domino, ſeptem diebus continuiſ, inter quos utroque Sabbathum erat, exercitum & arma produxit, ut atque circumneute arcã, tubique elanguentibus in Jerico morus ſubvertit? Quid igitur iterum de Machabæis eloquar, de quibus ſcriptum eſt: Et nolebant Iudæi in die Sabbathi vindicare ſe de alienigenis, puſtea conſilio accepto, pugnaverunt die Sabbathi, & triumphaverunt de hoſtibus. Qualiter teſtimonio edocemur non pertinere ad ſolem illum Sabbathi elementarium diem, ſed ſolum ſpeciale. Nam hoc carnale Sabbathum non eſt datum propter purificationem, ſed propter tentationem, dicente Domino: Ut tentem eos, utrum ambuletis in vobis meis, an non; ſix diebus collectis manna, ſeptimo non collectis. Itaque dicit, ut tentem eos, ut appareat non fuiſſe peceptum propter juſtificationem, ſed propter tentationem. Hinc eſt quòd per Ezechielum Prophetam loquitur, dicens: Dedit eis præcepta non bona, ſi eſt, que carnaliter obſervata ſuos obſervatores non ſervant. Utque quædam eternali populo carnaliter agenda permiſſa ſunt, que tamen veniente Evangelio ceſſaverunt, ſicut per Prophetam dicit: Ceſſabit faciem omne gaudium eius & Sabbathi eius. Sed queritur: Si non, inquit, obſervandum Sabbathum, quare dictum eſt in mandatis Domini: Ad memora ut diem Sabbathi ſanctificetis ſex diebus operabimini, & factis operibus ſeptimo autem die Sabbathi Domini Dei tui ſivis; non facies in eã omne opus. In opere enim iſiderum ſex millia annorum demonſtrabant. Mille enim anna apud Deum unus dies ſigato comparantur, ſicut Prophetæ teſtatur: Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies una. Horum dierum Sabbathum, ſcriptis milleſimi anni tempus, ac requies ſaturi regni & ſeculæ eſt; ubi iam nulla erit opera rerum, ſed requies ſola ſanctorum. Et quippe aliud Sabbathum, de quo per Eliam dicitur: Eſt erit quippe manſus ex menſe Sabbathum. Menſis ex menſe, id eſt, ex perfectione bonæ operationis perfectionem gaudium æternæ vitæ. Et erit Sabbathum ex Sabbathis, quia qui hic ceſſaverit à perverſo opere, illic quieteſt in cœliſtiſ retributione. Sed iterum queritur, quare dixerit Jeremias: Conſidate aomias veſtras, & nolite portare portera in die Sabbathi. Audi ergo quidam prophetæ myſterium. Pondera portans in Sabbatho, qui credens in Chriſto, non delinuit à peccatis ipſe enim eſt requies animarum, ſicut ille dicit: Dyſcite à me quia mans ſum & humilis corde, & invenietis requiem aomibus veſtris. Adhuc terribi queritur, quare ille homo qui colligebat ligna in die Sabbathi, atrociter puſta Dei fuerit à populo traditus. Intelligent ergo quòd hæc omnia ſi figurã accedebant illiſ, ſcripta ſunt enim ad correptionem

Ioh. 5. 10.
& 16.
& 17.
Colof. 2. 16.
Ezech. 26. 4.
Ibid. 2. 12.
Ezech. 20. 2.
Ibid. 29. 4.
Ibid. 49. 13.
Jerem. 17. 21.

nostram. Ille enim primus carnalique est, quid dicit Sobrietatem violari usque dum vigilia colligant, propter quod [qui] est punitus, formam imitatur ejus, qui cum carnali opere in die judicij fuerit inventus, peritendus est ab omnibus Angelis, & statim morte novissima puniendus. Sic ergo quæcumque illis Judæi per legem acciderunt, formaliter intelligenda sunt.

De circumcissione, quod spiritaliter non ad litteram sit observanda.

PAULUS in Epistolâ ad Romanos cap. 2. 28. *Non enim qui in manifesto, Judæus est; neque qui in manifesto, in carne, est circumcisus; sed qui in abscondito, Judæus est; & circumcisus carnis in spiritu, non litterâ, carnis lani non ex hominibus, sed ex Deo est.* Item Gal. cap. 5. 4. *Eccæ ego Paulus dico, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* In Epistolâ ad Colossenses cap. 2. 11. *Circumcisus estis circumcissione [non] mansueti, in excelsitatione carnis [peccatorum] carnis. [in circumcissione Christi.]*

Ratio quare circumcisio Abrahæ data sit, & pro qua significatio.

ISIDORUS: Accipe nunc primam causam circumcissionis. Quis enim secundum carnem erat Christus nasciturus, in quo cunctarum gentium fuerat benedictio reponenda, & [ab] Abraham usque ad Christum multa erant secula futura: ut videns Deus genus Abrahæ, ne reliquij gentibus misceretur, & paulatim propago ejus fieret incerta, populum Judæicam circumcissionis signo notavit, ut videret inter Ægyptios, Assyrios, inter Babylones, sive Chaldaeos, quod signaculo ab his sive à cæteris gentibus, quodâ distingueretur. Deique per quædam annos in eremo nullis est circumcisus, quæ quippe sine alterius commixtione vivebant; at ubi Jordanis alticum populus Israëlicus transiit, atque in terram promissionis pervenit, signum circumcissionis futuro ex commixtione gentium peccavit errori. Quam rationabiliter custodiendum esse credimus, quouique nasceretur Christus, qui ex semine Abrahæ fuit, reponimus, quod non jam per circumcissionem carnis, sed per amputationem vitiorum mandaret corda omnium gentium. Unde Moyses ait: *In novissimis diebus circumcides cor tuum & cor femoris tui.* Et Dominus per Hæziam ammonavit dicens: *Ne memineris proceram, & antiqua non immemoris, ecce nova facium qua nunc orientur, & cognoscetis ea.* Et bene cultus lapideis circumcisio hebet, secundâ namque sicut petra, quæ Chædus est, per quem spiritalis circumcissione credentes purgantur ab omnibus illicebis vitiorum.

Quod Christus sit Deus, Patri æqualis & consubstantialis.

CAPUT II.

JOHANNIS cap. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Item cap. 5. 18. *Propterea mox quærebant Judæi Christum interficere, quod non [solum] servabat Sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se facere Deo.* Item cap. 14. 8. *Dixit et Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Dixit et JESUS: *Tanto tempore voluistis scire, & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? & Pater in me est. Et usq;: Omnis quæcumque habet Pater, mea sunt.* Item cap. 20. 29. *Re-*

*spondit Thomas & dixit: Domine meus & Deus meus. Dixit et JESUS: Quis vidisti me & crederis? beati qui non videram, & credidisti. Item in ultimo cap. 21. 15. dixit et Petrus: Domine in omnia seculi, tu sis quia amo te. In Apocalypsi cap. 1. 8. *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis.* Et usq;: *Ego sum primus & novissimus: & sum mortuus, & ecce sum vivens in secula seculorum.**

Quod Christus sit genitus, & quid idem cum Patre.

ISEBONUS: *Tecum principium in die virtutis tue, & ex matre ante luciferam genui te.* Ex utro itaque, id est, ex illâ intima & incomprehensibili Patris substantiâ. Et iterum: *Ego vici cor meum verbum bonum.* Et alibi: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Cui Reges obediunt, & gentes serviunt, & adorant Reges terræ, Omnes gentes servorum tuorum. Filium Dei in Daniele Rex et ille impius aspersus, dixit: *Eccæ ego video viros quatuor stantes ambulantes in medio ignis, & species quasi similes Filio Dei.* Si objicitur quod in Daniele Filius Dei superius, tum Angelus ooninator, assensus: nam & Christus Dei Filius Angelus dicitur. Neut enim ait Propheta de ipso: *Fecit ad templum sanctum suum dominator, quem vos vocatis, & Angelus Testamenti, quem vos vocatis.* Christus in eo quod à Patre genitus est, Filius Dei vocatur: in eo quod à Patre missus ad annuntiandum patribus legatur, Angelus annuntiat, *Pax Domini reddentis revertentium numerus suus, ipsius videlicet qui non erant Judæi. Antequam parvulus peperit, & antequam veniret pater eius, peperit mesalem.* Ac si aperit dicit: *Antequam Christum Virgo parvulum in carne, genuit Filium in deitate, sicut scriptum est de eo: Egressus eras à principio à dextera aeternitatis.* Et iterum: *Ames solum primogenitus nomen tuum, & ante Iosum & Jellam.* Quod & ipse Dei Filius, Verbum, virtus & sapientia de sua nativitate confirmat, dicens: *Nec dum erant abyssi, & ego jam concepta eram: nec dum fontes aquarum temperant, nec montes adhuc consistunt: ante colles ego parvulus, adhuc terram non fuerat, & summa, & cardines orbis terræ. Quando præparabat colos, aeternam: quando terrâ lege & gremio versabat abyssi, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo etiam cuncta componeret. Illud denud queritur, quomodo idem sit genitus, dum sacre nativitatibus ejus arcaea nec Apudolus dicit, nec Propheta comperit, nec Angelus scivit, nec creatura agnovit. Illis testante, qui ait: *Generatum est eius quod servabatur? Idereb h' ejus nativitas.* Propheta non potuit enarrari, qui confiteri fuisse, quando potuit à Patre Filius generari? Hinc est et illud in libro Job: *Sapientiam Dei Patris unde invenies? I avert enim ab oculis hominum, & à volucribus oculis abscondit est, id est, etiam ipsi Angeli incognita. Christus enim ex Patre ita emittit, ut splendor à lumine, ut verbum ab ore, ut sapientia ex corde.**

Item quod Christus sit Deus, declaratur Hæzias, utramque personam unum Deum demonstrans. Tu es, inquit, Deus, & in te est Deus. In eo quod dicit, Tu es Deus, Patrem ostendit; in eo quod subjicit, In te est Deus, solum declarat. Sed ut eundem Patrem & Filium unum Deum ostendat, subjicit. Non est absque te Deus. Verè tu es Deus absconditus Deus Israel. Alioquoque in loco idem Hæzias totam Trinitatem in digitorum osomno comprehendit, sic prædicat dicens: *Qui mensus est paginam aquæ, & celus palmis qui ponderavit? Quis appendit tribus digitis molem terræ? In tribus quippe digitis Prophetâ tuam domine omnipotentie Personam, & unitatem que una eademque in Trinitate*

CAPUT II
fol. 109. 4

fol. 44. 1.
fol. 2. 7.

fol. 11. 11.

Dem. 3. 11.

Malact. 1. 2

fol. 64. 6.

Matth. 3. 7.
psal. 75. 17.

Prov. 8. 14.

fol. 15. 8.

Job 28. 21.

fol. 41. 15.

fol. 40. 11.

Dem. 39. 6.
fol. 43. 18.

CAPUT II.

est, in tribus digitis declaravit. Item quod Christus sit Deus, ostendit Jeremias in libro Baruch, ubi dicit: *Hic est, inquit, Deus noster, & non est alius prater eum, invocans eumque vocem fecimus, & ostendit eum Jacob pater suo, & Israel dilectus sue; post in terra visus est, & cum hominibus conversatus est.* Sed hæc non putant Christum esse Deum, eo quod audierit in monte Sinai vocem Domini intonantis: *Andis, inquit, Israel, Deus meus est Dominus Deus tuus.* Et iterum: *Ego Deus, & prater me non est alius.* Et illud: *Ego sum Dominus Deus, & non mutator, gloriam meam alteri non dabo.* Dum ergo legant hoc peribit & errore cecati, Christum Deum esse non credant. Agnoscant ergo proinde illis eo tempore hæc prædicta fuisse: tunc autem unitate fidei recedentes in multos hæreses deos transierunt, atque idola gentilitatis colerent; quod & fecerunt.

Quid Spiritus sanctus est Deus, & quid idem Spiritus cum Patre & Filio sit una substantia, & unus Deus omnipotens est, non tres Dei.

CAPUT IV.
1. 30. 4. 6.

IN Evangelio Johannis cap. 4. *Spiritus est Deus.* Job 33. *Spiritus Dominus fecit me, & spiraculum omnipotentis vivificavit me. Ecce me sicut & se fecit Deus.* In primo libro Regum: *Dixit David filius Isai: Dixit vir cui constitutus de Christo Dei Jacob, egregius Psalmista Israel: Spiritus Domini loquutus est per me, & sermo eius per loquum meum.* Quis autem esset, objecit: *Deus Israel mihi loquutus est, fortis Israel, dominator omnium iustus.* Dicendo enim Christum Dei Jacob, & illum & Patrem ostendit. Item dicendo, *Spiritus Domini loquutus est per me, & spiritum sanctum evadent aperuit.* Item in Psalmis: *Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritus oris eius omnis virtus eorum.* In personâ autem Domini Patrem accipimus, in verbo filium credamus, in spiritu omnia Spiritum sanctum intelligimus. In Genesi etiam per significatam Trinitatem per pluralitatem personarum exprimitur, ubi dicit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Ubi tamen ut unicatem Deitatis ostenderet, consilium adiecit, dicens: *Et creavit Deus hominem ad imaginem suam.* In hæc quoque Trinitas declaratur, eodem Filio dicente: *Et nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius.* Ecce duæ personæ, Dominus & Spiritus eius qui mittunt, & tertia Persona ejusdem Domini qui mittitur. Alio in loco idem hæc totam Trinitatem in digitoque numero comprehendens sic prædicat, dicens: *Quis mensus est pugillo aquam, & calice palmo penteravit? Quis appensus vitæ digitis mitem terra? In tribus quippe Prophetis digitis trinitas divinx omnipotentis æqualitatem sub quidam mysteria lance liberatam, & paritatem virtutis, comperitatem & unitatem potentie, quæ una eademque in Trinitate est, in tribus digitis declaravit. Item Johannes in Epistola 1. cap. 3. *Spiritus enim est qui testificatur [quia Spiritus est] Christus est veritas, quia tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater & Verbum & Spiritus sanctus, & hi tres unus sunt.**

174. 14. 4.

175. 1. 1. 6.

176. 17.

176. 16. 11.

176. 49. 11.

1. Joan. 1. 6.

Quid sit mortuorum, & quod quædam in lege per significatorem ad pium probolus sunt.

CAPUT V.

Mortuorum autem pium, quod ad eam usum hominum non admittit, eo quod non occiditur, sed mortuorum animalium mortua caro est, nec apta ad sustentem corporis, cujus causa sumimus alimentum. Nam quod esum de sanguine antiquis in figuram præceptum est, id est, ut caro cum sanguine manducetur, sed dejecto san-

guine carnes manducari jubentur, hæc præfigurata factur beatus Augustinus in libro 214. contra Faustum, ut vita præstata, quasi suffocata in conscientiam tenetur, sed habeat effusionem per confessionem. In Actibus Apostolorum hoc legi præceptum esse ab Apostolis, ut absterrent geutes tantum ad purificationem, & ab immolatis, & à sanguine, ad est, nequiquam cederent carnem, cujus sanguis non esset effusus. Quod alii non sic intelligunt, sed à sanguine præceptum esse abstinentium, ut quia homicidio se continent; seu forte quendam rem facilem propter tunc invenitur Apostoli, quam cum Israelitis etiam geutes communiter obviarent. Nunc autem illa Veritas sententia à cunctis firmiter est tenenda: *Non quod intror in os, contingat hominem; sed quod procedit ex ore hominis, contingat hominem.* Item Iidorus: per illa animalia quæ nec ruminant, nec ungulas dividunt, infideles figurantur, quod neque bona à malis separant, nec Dei præcepta ruminant tractando; per corvos exprimitur, qui humanum sanguinem fundunt; per accipitres & mævos, qui aliena rapunt; per cygnos, elati; per pisces qui loquimur & penus calere, illi qui loquimur virtutum, & penus celestis conversationis carent; & ideo super aquas saltem dare non possant, ad est, nequeque penetrare celestia.

175. 11. 10.

176. 17. 11.

ADVERSUS ARNALDISTAS.

Quoniam pro malitia Clericorum Sacramenta Ecclesie dicunt esse vitanda: inclina aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & vide, cœnoda cor tuum & intellige. Sicut arca Noë mandata de inundanda continent animalia: ita in præsentem Ecclesiam malus esse permittit bonis, necmo est, qui ambigere debeat. Quid illi mali, dum tolerantur, vel ignorantur, officium ecclesiasticum commissum fuerit, aut forte bonius post acceptum beneficium malus esse incipit, tu quis es qui alienum servum judices? Suo domino stat, uti cadit; potestatem tamen officii quam accepit, non amittit, quando Ecclesie iudicio à Prelato suo damnatus non fuerit. Sacramenta itaque Ecclesiastica ab eo si tu dignè accepit, quamvis indignè ministraverit, ubi non filii profuturæ accipit. Audi ergo utilissima in hoc ipsum ex veteri Testamento ac novo scripta, & ex scriptis sanctorum Doctorum, scilicet Gregorii, Ambrosii, Hieronymi, Augustini & ceterorum auctoritates. De veteri ac de novo Testamento in primo libro Regum, invenies quod Eli Sacerdos graviter peccavit, quod filios suos delinquentes sustulit. Item Saul fecit malum in oculis Domini, & innotuit ei David in Regem à Samuele privatum, & Spiritus Domini recessit à Saule, & directus est in David; & tamen David obediens Sauli ut Regi, & habebat & sustinebat ut Regem, quandiu Saul vixit. In secundo libro Regum Oza extendit manum ad Arcam Dei, & tunc erat, iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritatem, qui mortuus est ibi iuxta Arcam. Mattheus cap. 7. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Item cap. 13. *Mitte utraque ad messem crescere, & in tempore messis dicam mesentibus: Colligite præmium 127 annis, & alligat eum in fideles ad comburendum; triticum autem congregat in horreum meum.* Item cap. 13. *See erit in consummatione sæculi, erunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in carnium ignis, ibi erit fletus & stridor dentium.* Item cap. 13. *Super calcidram Moysi steterunt Seriba & Pharisa: omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate & facite; & secundam vero opera illorum nolite facere: di-*

CAPUT I.
De Arnaldistis.

1. Reg. 13. 19.

Matth. 7. 1.
176. 13. 10.

176. 13. 40

176. 13. 1.

Marc. 2. 41.
Jan. 12. 48.
1. Cor. 3. 4.

omnium enim, & non faciam. Marc. cap. 1. Vide, ostende te Sacerdotibus, & esse pro commendatione tua qua precepit Moyses in testimonium illis. Johannes cap. 11. Christus cum esset Pontifex cum illis, dixit eis: Vos nescitis quodnam, nec cogitatis, quia expe- dit nobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex ante illius, prophetavit. Augustinus: Si fuerit iustus minister, comparo eum cum Paulo, qui gloriam suam non quaerit, dicens: Ego plantatus. Apollō rigebis, Dominus autem incrementum dedit. Si vero superbas minister fuerit, cum Zabulon computatur, sed non contaminatur domus Christi, quis per illum purus fluvius transit, & venit ad fertum terram. Scio quoque quod lapis ex aqua fructum ferre non potest, sed per lapideos canales transit aqua ad areolas. In lapideo canali nihil generatur, sed hocus multum fructum affert: speciales enim virtus Sacramenti, ut & lex pura illuminanda excipitur, sed per amundus transit non inquinatur. Item in libro de Corpore Domini: Intra Catholicam Ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis Domini nihil à bono majus, nihil à malo minus perficitur Sacerdote, quia non in merito conferantur, sed in verbo perficuntur Creatoris & virtute Spiritus sancti. Si enim merito Sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut & ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem, & transfundit sanguinem: credendum est enim quod in verbis Christi Sacramenta consiciuntur, & cujus prius creantur imperio, ejus utique recreantur in melius. Item in libro 2. contra Epistolam Parmeniani: Omnia Sacramenta cum oblati oblationibus tradantibus, profuit tamen per eos dignè sumendum, sicut & verbum Domini. Unde dictum est: Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite. Gregorius: Non nocet malitia Episcopi neque ad baptismum infantis, neque ad consecrationem Ecclesiae, quis baptismus à Deo datur, non ab homine venit. Sic Eucharistia & alia quaecumque in altari ponuntur, non ab homine, sed à Deo sanctificationem accipiunt. Augustinus in libro de verbo Domini: Recedit & exire inde, & amundum se tetigissent, sed contacta cordis, non corporis. Quis est enim tangere immundum, nisi facere quod pernitet ad correctionem illorum, quantum pro universisque gradis atque personis, salva pace, fieri potest? Duplicem tibi quod aliquando peccaverit, non tetigisti immundum, re-

darguisti, corriguisti, monuisti, adhibuisti etiam, si res exigat, congruat, & quae unitatem non violet, disciplinam, exiti inde: Clamavit Moyses ista, clamavit Isaias, clamavit Jeremias, clamavit Ezechiel. Videmus hi populum Dei dimiserunt, & se ad gentes alias transtulerunt. Quam multum & quam vehementer Jeremias increpuit peccatores & sceleratos! tamen inter eos unus, cum templum intrabat, eadem Sacramenta celebrabat, in eodem sceleratorum hominum congregatione vivebat, sed clamando exibat inde. Hoc est ergo exire inde, hoc est immundum non tangere, & voluntati non consentire, & ore non parere.

FRAGMENTUM SERMONIS SANCTI FAUSTINI EPISCOPI.

A N N O dicit. 400.

ADMOVENIUS ergo nunc, sicut jam ante diximus, nostri temporis homines, ut ab hujus manditurbibus ad domum Dei certam unumquodque confugiat, sicut & sui temporis homines Noë iustus admonuit. Admonuit enim illos, & futuram diluvium predicare non desistit. Et licet vox predicationis non sit audita, tamen etiam tacebat lingua, opere loquebatur: & si silentio voce, Arca personabat: cum enim adiecit tam grande opus arce, illius causam cur fieret, ipso opere testabatur. Testabatur enim ipso apparatu nova tabernacula novis peccatis profuturam. Sapientis enim quilibet intelligere poterat naufragii nescio quid imminere, cum domus talis fieret, quae non haberet in terra, sed natare in gurgine. Cum hospitiis hujusmodi pararetur, quod nec pavimentum solo deheget, nec fluctibus unda submergeret. Quis, inquam, sapiens non intellexerit adesse diluvium, cum videret tale domicilium fieri, quod suscepos arce se non tam clauderet quam portaret, quod non tam pluviarum imbres expelleret, quam naufragii procellas arceret. Quis, inquam, ex hospitiis non adverteret periculum hominum, in quo hospitiis non habitandum esset, sed potius exulandum in quilibet parte mundi futurum esset, cum ipsius habitantis peregrinum. Ipse ergo sanctus Noë opere populis praedicebat, & dicebat illud evangelicum Domini dictum: Si mihi non crederis, operibus credite.

A N N O dicit. 419.

S. PETRI CHRYSOLOGI SERMONES V.

Incipit Sermo primus de Oratione Dominica.

ACCIPISTIS audiam fidei, Fratres Carissimi, formam Dominicae orationis audire: Christus breviter orare docet, qui citò vult po-

stulata praefare: aut quid petentibus se non dabit, qui seipsum non petentibus dedit? aut in respondendo quam faciet moram, qui in dicendis precibus voca supplicum esse prevenit? Hodie quod audituri estis supient Angeli, miratur caelum, pavet terra, caro non fert, auditus non capit, non at-

Vide m... & de... quod homo de fi...

2. Sancti Faustini] Monet Achetius duos Faustini sermones de Quadragesima existare in codice quodam Corbiciensi, qui in Bibliotheca S. Germani à Paris nunc aservatur: qui quidem sermones hanc inscriptionem praesentant: *AMMONITIO S. FAUSTINI / PASTORIS DOMINICI ante Quadragesimam.* At primus quidem editus esse & adscriptus S. Casiano Arelatensi, ac secundum Homonium esse in Bibliotheca Patrum: de hoc vero editio se cogitasse, sed, quod eius pars jam exierat in Operi *Sancti Faustini* adscriptum Graeco cap. 176. reliquam demoratae hic auterit, quo longius haberetur. 50-

prà in *Acte* opere cum Faustino inter Episcopos assom sollet Achetius, sermonem hanc Iusto Regibus adscripto posse congerere, quod mihi via probari posse videtur. Altum etiam Faustini Homilium de Passione Domini in com- mo V. Anselmorum D. Edm. Martine videlicet qui voluit: ac final quod vir ille diligenter summo suaverit.
à S. Pare] In Codice Corbiciensi annotum frimè CCC. ex quo existipit fore hi sermones tribuoribus Petro Damiani, atque ejus verbis auctoritatem sequamus furtas Achetius ten. 7. sed cum deinde huc usus à suis solalibus scripisset

lias Dei & ecclesie Christi.

git mens, tota sustinere non potest creatura; ego discernere non audeo, tacere non possum. Deus det ut vos & audire possitis & dicere. Quid est magis tremendum, quod se dedit terris Deus, aut quod vos dat caelo; quod foecitatem carnis intrat ipse, aut quod vos facit confortium divinitatis intrare: quod mortem sumit ipse, aut quod vos resumat ex morte: quod ipse in vestra nascitur servitute, aut quod vos sibi pignus in liberos, quod suscepit paupertatem vestram, aut quod vos facit heredes suos, sui Unici coheredes: Est utique terribiliss, quod terra transferretur in caelum, homo deitate mutatur, servitotia foes dominationis tamen soluitur. Sed hoc quamvis metuendum sit, tamen quia causa non dicentem respicit sed jubentem; & cedamus filio, quo vocat charitas, trahit amor, invitat effectio, Deum Patrem viscera sentiant, vox perlonae, loquatur lingua, spiritus clamat. Totum quod in vobis est respondet gratiae, non timori; quia iudicem mutavit in patrem; amari voluit, non timeri.

Mat. 6. 9. Luc. 11. 2.

Querendo Dei gloriam in probis hominibus.

Rom. 3. 24.

Pater noster qui es in caelis. Hoc cum dicitis non sic habeas, quali non sit in terris; non sic accipias, quasi sit locus clausus qui claudit omnia; sed intellege esse tibi genus à caelo, cuius pater habetur in caelo. Et age, ut vivendo sanctè sancto respondeas Patri. Dei filium ille se probat, quivitis non obsecratur humanis, qui divinis virtutibus elucescit.

Sanctificator nomen tuum. Cuius genus sumus, ejus censetur & nomine. Rogamus ergo ut nomen ejus quod in se & per se sanctum est, sanctificetur in nobis. Nomen enim Dei aut honoratur ex nostro actu, aut nostris actibus blasphematur. Audi Apostolum dicentem: *Nomen Dei per vos blasphematur in Gentibus.*

Veniat regnum tuum. Et quando non regnavit Deus? Petamus ergo ut qui sibi regnavit semper, modo regnet in nobis, ut & nos in illo regnare possimus. Regnavit Diabolus, regnavit peccatum, regnavit mors, & fuit dñi captiva mortalitas. Petamus ergo ut regnante Deo pereat Diabolus, deficiat peccatum, moriatur mors, captivitas captivetur, ut nos liberi perpetuam regnemus in vitam.

Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra. Hoc est regnum Dei, quando in caelo & in terra Dei voluntas est sola, quando omnibus hominibus Deus vivit, Deus agit, Deus regnat, Deus est totus; juxta illud Apostoli: *Ut sit Deus omnia & in conspectu nobis.*

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Qui patrem se nobis dedit, qui sibi nos adoptavit in filios, qui secum nos fecit heredes, qui nos nomine sublimavit, qui nos suo & honore donavit & regno, ipse nos ut panem quotidianum postulamus addidit. In regno caeli inter munera divina quid querat paupertas humana? tam bonus, tam pius, tam largus pater panem filijs non tamen postulas invidget? Et ubi est illud: *Nolus sollicitus esse quod manducetis, aut quid bibatis, aut vestiamini?* Hoc Pater jubet quod prohibet cogitare: quid tenemus? Caelum Patri caelestem panem caelestis Filii ut postulamus hortatur: ipse dicit: *Ego sum panis qui de caelo descendi.* Ipse est panis, qui lactus in virgine,

Mat. 6. 11.

hoc in firmamento aetherei non Petrus Damiani esse, veritas Ravennatis Episcopus, cui secunda sua Chrylogi septuaginta dedit, ep. h. c. 12. Stephanus de Mazzis opinione sua probabilissima ridenti refutavit eum & eique omnino adhaesi in *Index Generali* non prolixi sensuibus que ipsum ut suo cogitatori hodie impetrata: quod si qui malo exemplo factum esse contendant, isse non admodum advertant.

h. demostrius Domi hoc in loco delevonem vocem est que seroniam turbabat ante vocem Domi. Isia ubi quo: *no. nemo*, cum non nihil deesse intelligerent, parca adjectis quas ledit id non nos fegisse praeferret.

fermentatus in carne, in passione coactus, fornace cibus sepulcri, in Ecclesie conditus, illatus altaris, caelestem cibum quoties subministrat fidelibus.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Homo sine peccato esse non potes, & vis semper dimitti tibi, totum dimitte semper: quantum vis dimitti tibi, dimitte tantum. Quoties vis dimitti tibi, toties tu dimitte, imò quia vis totum dimitti tibi, totum dimitte. Homo intellige quia remittendo alia, tibi veniam tu dedisti.

Et ne nos inducas in tentationem. Quia in hoc saeculo est ipsa vita tentatio: *Tentatio*, inquit, est *vita hominis*: rogamus ut nos nostro arbitrio non relinquat, sed in omni actu paternè pietatis constringat, & in vite tramite, caelesti moderatione confirmet.

Sed libera nos à malo. A quo malo? à Diabolo, quippe ex quo est omne malum. Rogamus nos liberari à malo, quia malo qui non carceri, frui non potest bono. Si adhuc non nati, si adhuc in utero constituti panem petunt, experire regnum; quare sit questio, quid semper Dei Filius in Dei Patris mitterem, & quid in Patre Deo Dei filius fuerit? Quomodo humana ratione tractatur? Non est, non est humano modo divinitas ritanda. Audisti Deum, nihil terrenum cogites, nihil humanum. Audisti Patrem Christi, hoc per substantiam erede: addisti Patrem tuum, hoc crede per gratiam. Ille esse Filius habuit semper te esse filium deesse modo. Sic ergo te filium scio, & servum te esse non nescis. Sic audi ad Christi similitudinem te redutum, ut semper Christo te cognoscas esse subiectum.

Jos 7. 1.

ITEM SERMO

unde supra secundus.

CONTRITIO mortalitatis, terrena compago, limosa substantia, ad vitam pensat se mortis sacroto labore attrita, consumpta pennis, putredinis pulveris subiecta natura capere non valet, credere perterrita, quod hodie cogit consisti. Tantam donorum gratiam Dei, proximorumque magnitudinem, munerum largitatem, fragilitatem humana, unde promereri valeat, non potest invenire. Hoc reor, ambiguum Prophetam mentis intuitu previdisse, dum tanto pavore concussus, & hujus auditus taliter exagitatus tremore dicit: *Domine audivi et audivimus tuum & timui; consideravi opera tua, & expavi.* Auditum timuit, non quia tunc Propheta tantus audivit Dominum, sed quia tunc servus Dominum suum sibi conservum reperit. Et audivit in partem, vel quia mundi hujus fabricam, elementa sibi sibi dissolventem, contemplantas, expavit: sed quia pietatis erga te tanta considerans tunc opera, admirationis tremore concussus est & pavore: *Consideravi*, inquit, *opera tua & expavi.* Adoptatus est tunc expavit in filium, quando perdidit ipsius fiduciam servituti. Denique ut sanctis hujus orationis, quam vobis hodie divinitus insinuat & asfunde, affectum Prophetam tunc auditu caelestis percipisse, hujus munus quodammodo pavore solutus, quod iterum

Mat. 1. 1. Joann. 1. XX.

e proximo Tot mensis fratres ha Homilz, quot se persequerentur quidem unis ex consuetudine solite possit, quamvis non nihil hie p. e. sermone caligatum ledit assequere, non in hanc partem quidem loca sancti corrupta vestigia, sed de omnibus resistentibus se cogitavit quidem si fieri enim nonnulla que, nisi ep. m. edictis emendati non possent. Hic lego tantum gratiam Dei, demum gratiam magis. Ista edidit aucto ubi erat aucto: motu proprio ubi legatur non est. Cetera ubi mibi legenda videtur, *repentis*, & *audisti Deum patrem*. Sic qua.

dicitur

Mat. 26.

dixit pervidete: *Custodite me*, inquit, & *expavit venter meus*. à voce *abscissionis laborum meorum*.

Postquam divus numeris tantam levitent largitatem custodivim se, nec se hostem, ne inimicum, ne latronem se utrum in paradiso sustineret, sit vigilanter, sit sollicitior sui custos, qui se post tantam rei salutem, caelestem thesaurum senserat reperisse, dicente Paulo: *Parvulus hanc infestantem in vestri fidelibus*. *Custodite me*, & *expavit venter meus*.

1. Cor. 7. Hiat. 3. 16.

d

Ventrem cordis interna nominat hic Propheta; quia sicut [venter] 4 cibus, ita cor sensibus pascitur & repletur. *Et expavit venter meus à voce abscissionis laborum meorum*. Si intellectus cordis fuderat ori vocem, labii dederat verba, cur vota sua, cur desideria sua, cur * et hoc est exhortatus? Expavit, non suggestione sui cordis, sed divini Spiritus loquebatur situ. Audi Paulum dicentem: *At si Deus Spiritum Filii sui in corda nostra*, clamantem *Abba Pater*. Quid cum auditum ad interna transmitteret, tantum se mensisse mirabatur, & interna totum hominis pavebant, meritis adjecti & interna tremor in ossa mea; quia ipius Propheta viscera verborum. *Et subit me*, inquit, commota est *viscera mea*. Quid subit me? quia unus ipse idemque homo, rursum per gratiam jam levatus, jacebat subit viscerum per naturam, nec virtutem caelestem virtus poterat sustinere terrena. Jam fumavit mons Sina, cum daturus legem. Deus descendit in montem: quid caro faceret cum descendit Deus in carnem? carnis gratiam collaturus venit Pater, quia homo Deum, servus Dominum non ferebat. Et quia fidelis est in verbis laici qui dicit: *Aperit os tuum, & implebit illud*: aperte unice ora vestra, ut ipsi ea tali prece, tali repleat & clamore. Ubi sunt qui de Promissione distulunt? Ecce quomodo citò est fidei remunerata confessio, mox ut Deum unicus Filii confessus es Patrem, tu ipse es Dei Patris adoptatus in filium, ut effes caeli heres, qui paralyti exul haberis, & terret. Et ideo unice vocas: *Pater noster qui es in caelis*. Quis fuit tibi quondam pater, qui te resolvit in ipsum, qui te ad claustra duxit & pertraxit inferni. Terram nesciat, amorem carnis ignoret, patrem pulveris non requirit, nihil in se viti licere permittit, qui à Deo patre caelestem repetit ad * naturam, ut qui se Deo filium credit, actus, vita, moribus, honestate tanto generi respondeat, nec terram ad terrena descendens, ad ipsam tanti genitoris tendat injuriam.

Galat. 4. 4.

Hiat. 3. 16.

e

Mat. 26. 11

Sancitificator nomen tuum. Si nomen Christi excis visum, cursum claudis, desessus vario languore sanctitatem, mortuus vitam, teque ipsum, homo, totamque sanctificat creaturam, quomodum tu ipsius nominis oras & exposituras sanctitatem? quia à Christo vocatus es Christianus, & ideo supplicis, ut prerogativa tanti nominis, meritis in te subsequenteris toboretur.

Adventus regnum tuum. Devotionem mandat, exigit desideria, vota perquirit ipse, qui adventus sui vitam in sui continet potestate. Fidelis est ille miles, qui Regis sui praesentiam litit, & tot * regni expetit, & conceptus triumphus. Sed hic petis ut tibi & in te adventat regnatus, in quo Diabolus arcem, mors imperium, dno infernus gessit * & tenus potestatem. Oremus ergo, Carissimi, ut Chri-

stus semper suo regnet in milite, ut miles semper suo triumphet in Rege.

Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra. Beatus dicit ille qui terrenorum jungit, lociat, & exequat caelestibus voluntatem, ut interdiscipulis substantias una eademque fiat voluntas. Haec est fida pax, inconvulsa concordia, gratia perseverans, quia unius Domini ordinem, naturam, famam per diversa voluntatem sita, una eademque reperitur & sentit.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Post caeleste regnum, panem quis possulet temporalem? Sed quotidianum. Et inde vult nos in Sacramento sui corporis, panis vaticum postulare: Unde ex hoc ad perpetuum dicit, & ipsam Christi permanentiam ad mensam, ut unde hic gultum sumimus, inde plenitudine ibi totaque satietates capimus.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quis sic peti [&] debita non relaxat, ille scietiam per quod orat acculit, qui sibi tantum donari postulat, remittit tantum, quantum ipse remittit & donat ad placitum. Deum taliter invitavit ad postum; quantum ipse praesertiter alteri, tantum sibi exigat & ipse praesertit. Dimittenda sunt autem, fratres, debita, debita, non pecunia solùm, sed omnium causatum, culpatum, & inimum, quidquid homo incurere potest. In his tibi cum incurterit alter, ignosce: sius peccati sui peti veniam, qui peccanti liberet aequalit.

Et ne inducas nos in tentationem. Hoc petere multis modis cogitur, fratres, ne fragilitas plus ausa, & de se temere praesumens, nihil virtum suarum colligens, in conspectu mali cauta succumbat; deinde offensas Deus tendat tentationibus quos relaxat.

Sed libera nos à malo. Satis de te humiliter sentit, nec salvari per se praesumit, qui ut à malo per Deum liberetur, imploret. Signate vult. Intellegit, filiali, quanta perfectiorum, quanta fortium gloria sit & potestas, quando tanta virtus in ipso conceptu, tanta majestas aperitur in partu. Nostidum natus Patrem vocat, sanctitatem postulat, regnum petit. Dat jura terra, terrenas caelestibus exequat voluntates, & laboribus profuturus exigit jam devotus annonam. *Panem*, inquit, *quotidianum da nobis hodie*. Beati estis qui carissis ante pugnam vincere, ante triumphare, quam vivere; ante ad Patris gremium, ante ad Patris promtuarium, quam matris ad gremium pervenire; ante partum gregis, quam succum lactis invenire totum; ante victoriam sonare jubilo, [ante] vagari respondere, quam canarum [. . .] Verè ut dixit Apostolus: *Infernum Dei servitus est hominibus*. Aut qui poterit tanti conceptus referre sacramentum, ubi Virgo mater parit orbem quocidie, nec relinquat postera ad laborem, sed à terreno germine praemittit ad gloriam.

1. Cor. 1. 17

SERMO CUIUS SUPRA
de eodem tenens.

Omnia quae divinitus dicta factaque referuntur, sunt miracula, sunt stupori, sunt pavenda miracula, ipsi etiam sunt caelestibus tremenda. Sed

Adventus sui vitam Qui legi oportet eam, haec vade dubito. Scitum enim reges capere, aut aliquid simili malo, quam quod è veteri editore servatum est & tu regis exp. mox est caravimus infernus gress, ubi carit infernus est. Qui sequatur in verè. Fiat voluntas illi castitudo, relinquimus. In reliqua Homilia quid addicam & lectos & soliti nota intelligi.

d venter eius] Primum vocem istius additam esse nemo scius negaverit: mox ubi legimus ex hoc est exhortationis, sanctissimum librum: error ita emendari possit: videret carnis abscissionem.

e Jam fumavit] In editis firmavit, quo nihil est inopert: infra ubi reperit ad naturam, praepositionem desideram censio, ubi vocat quis malis suspicari non nihil hic desit, ac legi oportet carissimum originem reperit ac naturam.

nihil ita stupet caelam, pavet terra, expavescit universa creatura, quam quod vos estis hodie nobis dicentibus audire. Servus Dominum Patrem vocare audeat, iudicem suum non suscipiat genitorem; conditio terrena sua se voce adnecat in filium; qui terrena pendat, estimat se divinitatis heredem. Sed audemus, quia presumptio dicentis non est, ubi auctoritas est jubentis. Ipse enim vos hodie dicere voluit, qui nos docuit sic orare. Et quid mirum si tunc homines Dei conlectavit in filios, quando se hominibus dedit & agitavit in filium? Carnis tunc naturam transiit in divinitatem, quando deitatem humanam detulit ad naturam. Tunc hominem sibi in carnis fibris praestitit coheredem, quando se participem reddidit terrenorum; aut homini negare quod amoris potuit, quod muneris, quod honoris, qui totum quod erat hominis, & peccatum suscepit & mortem? Aut quomodo hominem in suis propter non habebit, qui in adversis homini se fecit esse confortem? Homo reali ad Deum sic amatur à Deo, & ad illum gloriam à totum te, qui se totum propter te ad tuam deluxit injuriam, & voca Patrem videtur, quem tanto amore tuam probos, tenet, intelligit esse genitorem.

Pater noster qui es in caelis. Quod nondum natus Patrem vocat, nemo miratur. Deo nata sunt nascitur, futura facta sunt Deo: *Fecit*, inquit, *quae futura sunt.* Hanc est quod in utero suum Johannes sensit audire, & calat vultus matri, qui erat nescius vitz. Hanc est quod Jacob ante legitur bellare, quam nasci; corpi ante triumphare, quam vivere. Hanc est quod jam sunt Deo, qui sibi adhuc non sunt; quoniam cunctis illis ante constitutionem mundi. *Pater noster qui es in caelis.* Non quod ille non sit in terra, sed ut tu per hoc germen esse novens te caeleste. Et si te Dei filium tu fratris, vive quasi Dei filius, ut acta, vita, virtutibus tanto possis respondere genitori.

Filius ex tempore carnis ſuſcepit humanam, que vicio caret; humanitatis naturam habuit, animam prudentem, intellectualem, ſapientem, excepta diſtincta natura, habuit, ut humanitas integra heret: quam ideo Filius, qui ſiſte tempore Dei Patris eſt, aſſumſit, ut qui in divinitate erat Dei Patris, in humanitate idem eſſet hominis Filius. Quia humanitate natus eſt de Spiritu ſancto & Maria ſemper Virgine: non quia & Spiritus ſanctus, ſicut & Mariæ, Filius eſſe credendus ſit, ſed quia ex virtute & opere Spiritus ſancti conceptus, ex Virgine ortus eſt. Paſſionem crucis carne, non divinitate ſuſtulit: mortem pro noſtra redemptione & ſalute ſuſtulit: tradit tempore ſepulchro conditus, divinitate victus in eadem carne reſurrexit; & poſtquam Eccleſiam unam, Sanctam, Catholicam verbo inſtituit, exemplo ſolidavit; gratia firmavit, pace munſit, aſſumpta tota humana natura, excepto quo corruptioni obnoxius eſt, ad Patrem rediens, unde nunquam deſiit, ſedit in dextera Patris; unde reſurgentibus cunctis hominibus, ad iudicium vivorum & mortuorum aſſectus in gloria Patris, impus æternas penas, juſtis æterna præmia reddat. Hæc eſt Catholica fides, hanc credere & conſiderare quam diſcutere ſua proficere: quam non prudentia ſecularis, non mundana philoſophia, rerum potius imagines quam veritates intelligentiam ſequens, agnoſcere potuit, ſed Apoſtolica fides tradidit, & Eccleſiaſtica vigilantia cuſtodit.

## CAPUT II.

### De Creaturis ſpiritualibus.

DE Creaturis verò immenſitate tantum illo præmiſſo, ad creaturam ordinem pauper ſpicacitatem. In quo non noſtre intentionis, que nulla per ſe eſt, inventioem, ſed ſanctæ Scripturæ & majorum explanantium veſtigia vel tenus aliquo relato ſequimur. Omnis ergo creatura, aut ſpiritualis, aut corporalis eſt. Sed quis [ſpiritualis] creatura in intellectualibus ſpiritibus, qui carne non tenentur, & animabus hominum, que carne evaduntur, conſtat, prius de diſtinctis gradibus ſuperiorum ſpirituum dicendum eſt, quodum gratiæ, vel differentie miniſterium eſſe novem per ſcripturas divinas comprehenduntur, Seraphim ſcilicet, & Cherubim, Throni, Dominaciones, Principatus, Potestates, Virtutes, Archangeli, Angeli. Seraphim etiam ſuper ſolum Domini excellium ſtare viſus vidit, & cantare audivit, & uno ex his ad hæc miſſo, purgari de ſui oris pollutione promeruit. Cherubim verò in oraculo teſtimonio propitiatoem figurat & arcam tenebant, & in templo Domini cum bubus & leonibus per Salomonem depincti fuerunt. Ezechiel quoque in viſionibus Dei quadragim viſiſe ſe deſcribit, quam quatuor ſcripturæ utriuſque Teſtamenti notis myſtico ſimile conjungit. Ad Colof. verò Paulus Apoſtolus ſcribens, Thronos & Dominaciones, & Principatus & Potestates commemorat; ſive Throni, ſive Dominaciones, ſive Principatus, ſive Potestates: Ipſe etiam ad Ephelios de Virtutibus enarrat, ita inquit: *Supra omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominacionem.*

Archangelorum autem & Angelorum, offentionibus, & nominationibus, diviſorum voluminum præta referata ſunt. Horum quoque novem Ordinum ſuperiorum civium ſignificationem, novem pretioſi lapides Ezechiel offendant. Ubi ſub perſona Principis Tyri, ſuper ſummum illum qui lapis eſt Angelum ſermones Prophetæ planctum diſtinguit. Ubi dicitur: *Omnis lapis pretioſus operum omnium, ſardius, topazius, iſſis, chryſolitus, onyx, berillus, ſaphirus, carbunculus, ſmaragdus*: quibus lapidibus novem operus aſcribitur dicitur, quia novem ſpiritualium officiorum ordinibus præterat, ornabatur.

Sicut ergo de numero diximus, ſic etiam de diſtinctis officiorum gradibus aliqui pandentes. Seraphim agitur, id eſt, ardentes vel incandescentes, dicti ſunt, quia Dei amore pluriſimum omnis rationalis creatura, ſpeciali quadam divini munera largitione inardefcunt; & quanto omnibus creaturis excellens, tanto diviniæ charitatis privilegio Creatori appropinquant, & in tanto excellentiſſimo honore ſublimati conſiſtant, ut inter hæc ac Dominum nulli alii ſpiritus ſiant. Secundo quoque ordine Cherubim inter ſuperos cives numerantur, cuius ordinis vocabulum ſcientiæ multitudo interpretatur, quorum intellectus dum Deo contemplatione prope hærendo reſicitur, plus omnibus que ſubiacet creaturis intellectualibus ſcientiæ multitudine dilatatur. Qui enim diviniæ claritatis ſpeculum perſpicacitatis intendunt, ab his abſtita creaturarum occultata fieri qualiter poſſunt; Tertio quoque ordine intellectualium ſpirituum Thronorum ægmina conſiſtant ſunt, qui Sedes interpretantur: in his etenim dum ſpeciali munere Dominus ſedet, per eos iudicia ſua creaturis omnibus terribiliter & mirabiliter exercet. Hinc per Pſalmiſtam dicitur: *Sedens ſuper Thronum qui iudicas iuſtitiam.* Et in revelatione Joannis Angelus loquitur: *Et qui ſedit in Throno defendet eos.* Quarto etiam gradu officiorum conſiſtant Dominaciones conſiſtant, que illoſum, qui inſe ſcribuntur, quique graduum miniſteria alta præcellunt; & quanto alius potentæ magnitudine præponuntur, tanto his creatorum ſubjecto pro obedientiam exhibetur. De hac poſt illas quanto ordine ſuperiorum civium Principatus vocantur, quibus, dum his honorum ſpirituum jam principatus committitur, ad explenda dei myſteria que facere ſubjecti debent, principantur. Sexto quoque ſtatu in bonis ſpiritibus Potestates ſunt ordinati; qui principari diverſis potestatis Domini munere præceperunt; æqui per potestatem nequitiam malignorum ſpirituum retrahant, & ſi pluriſimum oportet permittuntur, ſervitium exercere, vel humanis ſenſibus inſistere audeant. Septimo gradus ſpiritualium miniſtrationum Virtutes nominantur, per quos ſpiritus virtutes & ſigna & mirabilia in hominibus ſepe faciuntur. Octavo ordo eſt Archangeli, id eſt ſummis nuntii, vocantur, per quos majora quoque hominibus nuntiantur; & quanto Angelis in ordinis ſummitate excellunt, tanto hominum noticiæ, Domini juſſione, excellentiſſime pericunt. Nonum miniſtrorum conſiſtantium ordo Angelus ſunt nominati, qui minora quoque, & communi, ex Dei volutate hominibus nuntiant & faciunt.

Porro in his ſciendum eſt, quod quodcumque nominantur, ex officiorum proprietate, quando ad bonos veniunt, ſumere vocabula; quia illa ſuperiorum civium ſumma vocata, propriis nominibus non indigent. Inde Michael dicitur, id eſt qui ſicut Deus, eo quod in fine ſæculi Antichriſtus contra eum, qui ſe adverſus Deum erigit, miſtendus deſtinatur. Et Gabriel, ſi eſt fortitudo Dei, ad Za-

Filius Dei  
humanam  
ſuſcepit  
naturam,

Ezech. 28, 13

Seraphim.

Cherubim.

Throni.

Pſal. 9, 7.

Dominaciones.

Principatus.

Potestates.

Virtutes.

Archangeli.

Angelus.

Novem Ar-  
guleorum or-  
dines.

Colof. 2, 16.

Ephel. 6, 12.

charum & Mariam Virginem missus scribitur; ut qui quod humana natura desegabat, futurum esse prædiceret, sortitudo Dei diceretur. Ad Tobiam quoque Raphael, id est, medicina Dri, mittitur: nimirum enim qui divinam virtute salutem ferebat, non incongruè medicina Dei uniciparetur. Et quod Angelus in singulis, hoc & in gradibus potest esse, ut cum unius alterius officium facit, illius etiam nomine censatur, sicut dicitur: *Rex facis Angelus tuus spiritus* id est, cum vis, spiritus huius omnes Angelos, id est, nuncios facit. Et aliquando ex vicinitate aliorum graduum, alii graduum officia assumunt; sicut ex Thronorum vicinitate etiam super Cherubim sedere Dominum Scripturæ dicunt; sicut & in Psalmo scriptum est: *Quis sedes super Cherubim manifestare eorum Ephraim.*

Sed illa superna societas, quod in aliquo specialiter habetur, ab omnibus in commune possidetur, quia non minus unumquodque retinet quod in alio videt, quam quod in semetipso possidet: & cum mittitur, nunquam ab eorum contemplatione Deus, à quo reficiuntur, absit: non quod illi spiritus ubique pariter possunt esse qui mittuntur, sed quod Dominus, qui ubique est, ab his qui discurrunt semper in omni loco sine sui mutatione conspicitur. Unde scribitur: *At illa multum monstrabant ei, & deires cetera illius asseribant ei.* Utrumque enim superne Potestates pariter faciunt, quia & [ad] ministrandum mittuntur, & assilunt dum contemplantur. Aliquando autem qui mittuntur Angeli, illi ad quas veniunt hominibus per se nuntiant, aliquando alios velut subiectus per se ad annuntiandum officium, sicut in Daniele scriptum legitur, Gabriel fac istam intelligere sermonem, velut superiore dictum minime dubitatur.

## CAPUT III.

De aquis qua super firmamento sunt.

VERUM quoniam de ordine Creaturarum sermonem sumimus, quod tunc propositionis continentis comprehendat, post spiritalem Creaturam, de qua postquam disserimus, de aquis que super firmamento sunt, quod Auditorum intentio potest excogitare, profertur rescribamus. Cum enim in principio primi de facta fuisse lux, que spiritalis creatura facta esse dignoscitur, secunda die firmamentum, quod dividit quæ supra sunt firmamentum, & aquas que sunt sub firmamento, esse factum scriptura testatur: ex quo intelligitur aquas illas, que supra firmamentum sunt, locali spatio de omni corporali creaturæ superiores; quamvis enim in Psalmo ceterisimo quadragesimo octavo, post firmamentum, & solem, & lunam, & stellas, aquæ illæ que supra celos sunt, postea inveniantur, tamen ut illas omnibus esse corporalibus creaturis ostenderet altiores, iterum excelsum virtutum velut habitaculo recapitulans, celos Psalmista his anteponebat, dicens: *Laudate eum celi caelorum, & aqua qua super celos sunt: laudent nomen Domini.* Unde ostenditur post illa spiritalia spatia, quæcumque sunt, ubi spiritalia, ut diximus, ordines commoventur, que caelorum celos Propheta nominat, ante hoc visibile carum aquas illas velut inanium rerum corporale esse conclusas; quas tamen ne quis spiritali iungeret creaturæ, post celos caelorum, antequam de terræ diceret, post, paulo post subinferens: *Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi.*

Ecce has aquas Psalmista super caelos politas dixit, & tamen his caelos caelorum anteponebat. Per quod

demonstratur inter utroque celos esse collocatis, id est, celis spiritalibus humilioribus, & celis corporalibus superiores; sed tamen corporalibus creaturis pertinere dicendæ sunt, dum in secundi die opere factæ supra istud corporeum firmamentum constituit. Sed quod ubi utilis in rerum corporalium utilibus agant, hinc intentione Magistrorum investigatur. Quis enim illas ad terrarum orbis abolitionem in diluvio, quod factum est sub Noë (sicut Geneosis historia narrat) Dei præsentia servatas sunt, sicut scriptura inquit: *Et cataracta celi aperte sunt, & sessa est pluvia quadragesima diebus, & quadragesima noctibus.* Sed quoniam & nubes, de quibus pluviarum imbres terreni soli fertilitatem irrogant, atque etiam aer in quo hemisphæra omnia & aere corripuntur, caelorum nomine per scripturas divinas saepe censentur: quemadmodum dicitur: *Et pluit illis manna ad manducandum, & panem celi dedit eis.* Et in alio loco: *Dalium & celi imbrem:* Et, *Terra dabit fructum suum:* quibusdam Doctores placet ex illo inferiore nubium celo, tantarum aquarum abundantiam fuisse diffusam, ut secundum illum consuetudinem, quæ per omne tempus viget, etiam tunc pluviarum copiam nubes effunderent, in quibus tamen cataractas apertas Scriptura commemorat, eo quod plus solito aquarum diffusio immilla fuerat. Ceteri vero eadem aquas supra firmamentum positas dicitur afferunt, ut igneam, quæ in luminibus ardet & siccibus, calorem temperatæ, ne pluviam sufficit inferiors spatia arderent.

## CAPUT IV.

De firmamento Celi.

POST illas aquas, creaturarum corporalium ordine, secundo loco videtur esse firmamentum, quod in secunda die, ut supra diximus, factum, inter utraque divisi aquas; de eujus etiam facta guttur velut dicitur terram desuper operat, an utriusque omniem introcliam creaturam undique cingat, utriusque adulationis non desunt punctores. Nam & illud quod de hoc Psalmista commemorat, eum dicit: *Et extendens calum sicut pellem.* utriusque affirmationis assertoribus non contra facta, quoniam cum animalis carnem equaliterque sua pellis vestit, omnia sua membra aequaliter undique circumdat; cum vero excessa de carne leonum extenditur, sive reclam, sive curvam cameram posse facere non dubitatur. Utrum ergo terram desuper velut extensa pellis tabernaculum tegat, an sicut animalis membra corio continguntur, mundi molem undique firmamentum cingat, utriusque assertioni non dissimuliter suffragatur.

De hujus quoque firmamenti sit, utrum mane atque penetrabile, an solidum, an firmam sit, diversi Auctores suas estimationes velut quæ ad has deducunt, proferunt. Quorum sententias utriusque nomina curabo; qui ad confirmationem sententiæ suæ omnium elementorum naturas conferunt. Terram etenim omnium creaturarum corporalium gravissimam esse non minus ostendunt, quam dicunt; atque illam ideo humilissimam in creaturis locum tenere aiunt: quia natura aliqua nisi frigidum suffocatum valet. Aquam vero quanto levioerem terræ videntur, tanto gravioerem aëre deprehendunt. Aër namque sub aqua per se sublevis non valet, sed ad sua spatia, & si aliqua necessitas vi abicere subducibus fuerit, statim evadit. Ignis quoque natura supra aërem esse deprehenditur; etiamque in alio igne, qui in materia terre ardet, facit comprobatur; quoniam ita

tin ut accenſus fuerit flammâ, ad ſuperna que ſuper aërem ſunt ſpacia, ubi illius eſt abundantia & locus, dirigitur, ſed circumſuſione craſſioris exiſtens, in mollem aërem evaneſcit, ut ad ſua naturæ locum pervenire non poſſit. In quo tamen oſtenditur naturam ignis, qui aſcendit, aëre eſſe levio- rem; ſicut aquæ, que naturâ deſcendit, monſtratur eſſe graviorem.

Hæc ergo ratione etiam firmamenti ſpacium, quod ſuprà ipſum eſt, levius ac tenuius putant, quia ex- cellus his omnibus, quas prædiximus, naturas con- ſtat. In quo ſpacio etiam ſtellarum fulgurantium lu- cem inæqualem eſſe dicere æſtimant, quod à illo tam amplo ſpacio ex illis alix longius, alix propius currant; ſed hæc putacionem qui minus ſuſcipiunt, ſuprà illud aëre & igne ſubtilis, & inanis, & pe- netrabilis ſpaciū conſtare aquas minimè poſſe dicenti nati forte, ut illi quos prædiximus aiant, omni corporaltate tenuiores & ſubtiliores ibi conſiſtant. Quibus etiam ab aliis contrâ reſpondetur, que un- quamquamvis tenuiſſima aquarum vaporaliſas, que firmamento levior eſſet. Propterea ergo illi aliis firmamentum velut aëre ſolidiſſimo ſuſum conſtare ſo- lidè ac firmate, faciſſimè putant; atque ideo firma- mentum nominari exiſtunt, quia tam ſolida quam inana, tam levia quam gravia, quem diximus, euncta ſpacia intrâ ſe concludat, & ſuprà ſe poſitas aquas, qualeſcumque ſunt, ſuſtineat. Verùm quantum in- ter tantos viros de tali & tantæ re variatum eſt, nul- lus aſſertionem alii præponentem cenſemus, ſed ad hos lectorem utrarumque partium arbitros mit- timus.

CAPUT V.

De Sole & Luna.

QUA verò in firmamento caeli, ſcilicet poſt ſpe- ciem maris & terræ formata duo luminaria ma- gna in principio Geneſeos Moſice lego, imò divina ſcriptura pronuntiat, non eſt iudeciſe ſi deſcendens de ſuperis fermo, in ordine locorum creaturam Solem & Lunam ſtatim poſt Firmamentum deſcribat; ita tamen ut in conditionis ordine poſt terram & mare duo hæc luminaria & ſtellas cum ſcripturæ vo- cabus animus ponat, quamvis omnia elements ſine tempore facta ſidei ratione ſides Catholica credat.

Sol ergo & Luna duo luminaria in firmamento caeli indiſculta ſunt. Unum quod eſt majus, ut præ- eſſet dici; ſecundum, quod eſt minus conſtitutum eſt, ut præeſſet noctis. Sed non eandem ſui ſplen- doris lucem, quam cum in principio creata ſunt, habuerunt, nunc per omne ſui miniſterii tempus diem ac noctium decoriſſimè conſervant; hæc enim dum humanis uſibus miniſtrare à Deo Crea- tore deſtinata ſunt, cum homines iuſtè utiliter vi- xerint, & ſub Creatoris quo conditi fuerant, lege perſeverarent, etiam ſui luminis plenitudinè decora- ta miniſtrabant; cum verò homines, quibus in mi- niſterio ſociata primitiis rotabant, b propter tranſ- greſſionem deſecti, paradii beatitudinem amiſerunt; ipſi quoque luminaria, quamvis non ſua cul- pa, ſui luminis detrimenta non ſine ſuo dolore per- tulerunt, ſicut Paulus Apoſtolicus conſtitatur, dicens: *Quoniam omnis creatura conſempſit & dolere aſſue- rit ad hunc.* Sed qua per Redemptoris adventum huma-

no generi præſtata beatitudinis in medijs ecl. uratio promeritur, etiam creatura ſuam antequam deco- rem acceptura non dubitatur. Unde Proph. Eſa. de Sole ſpecialiter & Luna illuſtrata ſpecialiſſime ſummo, inquit: *Eſt terra in die illâ cum excederit ſeris, erit lux Luna ſicut lux Solis. & lux Solis erit ſeptem- pliciter ſicut lux ſpæum dicitur, cum alligaverit Dominus vulnus populi ſui. & percuſerit plagæ rui ſanaverit.* Cum factum fuerit caelum novum, & terra nova; & non fuerint in memoriâ priora que corruptioni ſerviant; & peccati vulnus, & percuf- ſuram plagæ mors in corporibus reſurrecturorum Dominus lanaverit; & ſuperbi ſpiritus ex imperio quod arripuerant, depoſiti fuerint; tunc lux Luna in lucem Solis mutabitur, & lux Solis in lucem ſep- tem dierum, quibus conditus fuerat, hoc eſt, in ſeptemplum ſuum lumen reſtaurabitur. Nihil enim reſtaurabitur, niſi quod amiſſum eſt aut corruptum; quod igitur Sol amiſit & Luna, hoc ruriſum acci- piet.

Ex quo apparet ſeptimam nunc ſui luminis par- tem luminaria retinere, quam ſeptemplum reſti- tuent, quando per Abacuc Spiritus ſanctus pro fu- turis præterita ponens, inquit: *Elevariſur Sol in ortu ſuo. & Luna ſabit in ordine ſuo.* Ceſſante nam- que mutabilitate humani ſtatus, ſui ſerviant, & ſui curiſ mutabilitas ceſſabit. Quod enim inquit, *Sol in ortu ſuo*; hoc indicat, quod nunquam inclinati- bus in occaſu ſuo; & in eo quod dicitur, *Luna ſabit in ordine ſuo*, hoc inſinuat quod mutationis in- crementi & decrementi ſui non patietur, ſed in ſuo ordine ſemper ſabit. Hoc autem erit, *Quando*, ut Apoſtolicus loquitur, *iſta creatura liberabitur à ſer- viente corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei.* Cum enim ſancti pro mercede ſui laboris, quo Deo ſervierint, immutati fuerint, & fullerint ſicut ſol juſtitie, eorum eſt ſanctas perennis ætne & ipſi cop- poſe huc Soli pro mercede ſui miniſteri, quo ſer- vitiu corruptionis ſubjecta eſt, in ſeptemplum fulgore rutilatio reſtauratur.

Interim verò quocidians ſui miniſteri motibus quo- ties ſolem ſequitur Luna, ſui incrementa luminis auget; quotes autem Solem antecedit, detrimenta ſui ſplendoris agit. De ſtatu verò Lunæ variè pu- tandum eſt: utrum ſphæra diſiſta ſui parte nigra ac tenebroſa, & diſiſta parte alterâ lucida ſit & candida, & ſic incrementa & decrementa agantur, ut cum paulatim pars illius lucida oſtenditur, eodem modo tunc tenebroſa occultatur, ſimiliter quoque dum lucida vertitur, iterum manifeſtatur. An ſic etiam tota radiis Solis illuminata, que quocidians- que Soli ſive ante ſive poſt appropiat, velut in orâ radii luminis illuſceſcat; cum autem longius ac lon- gius recedere videtur, majus ac majus paulatim ſuam lumen à Solis ſplendore augetur; ut cum ad integrum æquiparato orbe facie ad faciem Soli op- poſita conſiſterit, tunc plene in ſe imaginem Solis habere poſſit.

De curſibus autem Solis ac Lunæ, nec tempore, nec iſtius quidem loci eſt diſſerere, quos dicere in hoc Opusculo negligentius aſſequor, quoniam & ip- ſius brevitatis compendioſa non patitur, & in uſum penè omnibus lectoribus diem ſellorum computan- dorum gratiâ converti ſuo. Hæc verò lucis organa nulli inenſurabiles\* creaturas opinantur, ſed que dixi- mus uſitatis à Catholicis auctoribus que\* frequen-

1ſai. 60. 19. & 79.

Apoſt. 2b. 1. 1im. 2b. 17. 1im. 90. 16.

Rom. 8. 21.

Unde incre- menta & de- crementa le- guntur.

Firmamen- tam ſuprà ipſum.

Aure primi hominis pec- catorum ſol & luna molto lucidiora.

b

Rom. 1. 21.

b primitiis rotabantur ] Lego primitiis rotabantur. Poſt terra pars hujus capitis factum in modum corrupta eſt; ſed in eam reſurgendum ita iudicemus, ut veram ledionem à nobis de- que ſperant eſſe verè aſſimare poſſimus. Ac primitiis quod dicitur ubi eſt male ſignificatio, legitur orationi ſingulis illis, h. e.

que ſuſum boni malve habeant: deinde vocantur que ante verbum ſervanturam expunguntur: mox ubi & h. e. ſicut & reſtitutionem, ubi hoc etiam exornationem eſt, quoniam poſtmodum, &c. & iſtâ que conſervantur... equaliter car- rant.

tantur. In his ambiguis sententiarum affirmati-  
onibus intendendum est, cui plus sanctorum scriptu-  
rarum auctoritas suffragatur; & si hæc etiam hoc  
amandum est, quoniam multis Catholicorum in  
fidem traxit: diversæ autem affirmatiões quæ tauti-  
dem \* à Catholicis assertæ sunt, & quibus utriusque  
særi canonis dacta non contrã faciunt, ad quas æ-  
qualiter currunt, hæc arbitris lectionibus, in ambiguo  
relinquenda sunt.

## CAPUT VI.

De spiritibus sapienter, & paradiso celi.

**S**ERMO de firmamento & laminaribus dicto;  
sequitur inane spatium longum, quod à Cælo  
firmamento usque ad terram deductum, & in duo  
spatia esse divisum à nonnullis Scripturis explana-  
tur: sed superius spatium ad caelum pertinere dicitur,  
inferius autem terræ fieri conjunctum non dubi-  
tatur. Atenim excelsum spatium, quod caelo per-  
tinere dicimus, purissimum ac subtilissimum, nec  
ubium tumores, nec ventorum inflationes, nec  
pluviarum aut imbrum humidas conpensationes,  
nec nivium vel grandinum gelidas conpensationes,  
nec aëris mutationes, nec tempestatum & tonitruo-  
rum fragores, sed nec ipsum aërem qui volantium  
avian corporatur, & ipsarum ubium spissioem  
aëris ipsius molem sufferre valuisse, & animantium  
diversorum vias aërii \* spiritibus receptivã inflatione re-  
ficere, atque halitus animarum, nec ullas omnino di-  
versorum hemispheriorum perturbaciones omnimodis  
habet; sicut olim Phrygæ montis altissima ter-  
rarum, & ob id cæteris incognita hominibus juga  
confidentibus, comprobatur, & eorum relatione  
refertur, qui acetæ humidatæ spongias ad conservan-  
dam aërii spiritibus inflationem & spurationem, ac na-  
ribus circumponentes; anniverſariã consuetudine  
nescio quã superstatione ducti descendunt; & nec  
ibi ullam avem, nec nubem, nec pluviam, nec ve-  
ntum aliquem vasille se confirmant, & consummati  
sacrispiciorum, quorum gratiã vadunt, officis, ibi-  
dem quædam signa ac notæ aëris imprimentes re-  
cedunt, quas etiam illic post annum iterum ascenden-  
tes illævis atque intermeratas inveniunt: Ex quo per-  
spicue demonstratur, nihil ibi perturbati aëris con-  
sistere, præsertim cum in eodem loco nihil quod per-  
tinet ad virorem herbarum, aut arborum repen-  
ri, aut videri queat. Sed tamen non ipsum esse,  
de quo superius diximus, illud purissimum ac subti-  
lissimum superius spatium putandum est, ad quod  
nulla terra pertinere, vel accedere potest, sed hic  
locus ad extrema hujus spatii inferioris & vicina il-  
lus superioris confiniã pertinet: In quo tamen loco  
eorum qui carne veniuntur vita nequaquam potest  
commodari. Unde perspicuum est illud superius pu-  
rissimum tranquillissimumque spatium, de quo paulo  
ante differimus, non casualium habitatiõni, neque  
mortalium rerum usibus præparatum: Quapropter  
plurimi Catholicorum auctorum illud spatium pri-  
mario Angelis, qui lapsi sunt cum suo principe, af-  
ferunt ad habitandum fuisse destinatum, eo quod  
desuper caelestium Angelorum neminem cecidisse re-  
batur; sed caelestes quomodò in Angelica beati-  
tudine fuerant, in quo tamen per tempus non ste-  
terant: Quoniam, ut scriptura inquit, *isti diaboli  
ad nos mittendæ sũt, & in veritate non stent*, hunc  
locum habitatiõni forte putant percipisse, quem  
scriptura pronuntiat paradisiã caelestem, quæ sub

personã principis Cyri ad summum illum Angelum  
Apostatam ita loquitur: *Perspicuum decore in deliciis  
paradisi Dei fuisse*: hunc locum habitatiõni forte  
putant percipisse. Quomodò enim homines  
post peccatum suum de terræ paradisi felicitate de-  
jecti, in hujus terræ maledictiõni obnoxie plagali  
modo habitatiõnem trahi sunt, ut dum in terrã pec-  
caverunt, in deteriori terræ mansione postea sub  
pena delicti viverent: ita & Angelos, qui aëro,  
imò etiam aëris ipsius puriore spatio, peccatis pu-  
tantur, in inferiorem deturbati de superni & puri-  
aëris, siveque dignitatis fructu, malitè & infe-  
liciter sub expectatiõne futuri examinis, in quodur-  
rũs condemnabuntur, vivere æstimat; ut dum aë-  
re corpora habent, & in aëre nunc commorantur,  
non inconvenienter æstimetur etiam priorum suæ  
beatiitudinis sedem in aëre, sed puriore & subtiliore  
prædam habuisse. Qui tamen locum dum caelo firma-  
menti, ut perdidit, pertinet, eõ nomine conser-  
tur: sicut Dominus ipse perhibet, dicens: *Vide fratrem  
sæcæ fulgore de celo cadentem*. Et ipse cum loci  
perspicuã ac purã beatiitudinẽ peccati sui merito  
dejectus, in inferiori spatii, hoc est; nebulosi ac  
brumosi aëris, infelicem ac miseram habitatiõnem  
destinatus est; sicut Apostolus Paulus conculcatur,  
dicens: *Non est colluctatio adversus carnem & san-  
guinem, sed adversus Principes & Potestates hujus  
aëris, adversus mundi Rulers hunc temerarium*.  
Quæ etiam spiritibus in caliginis aëris  
Paulus Christum in semetipso demantat trium-  
phasse.

Dejectis ergo malignis spiritibus cum suo principe  
diabolo ex illo, quem prædiximus, impeditissimò sub-  
coelestium spaciõrum habitaculo, & postmodum de-  
repto ex Adæ, & proprio usufructuque delicto,  
per Mediatorum adventum humano genere, eundem  
locum animarum sanctorum interm esse quieti, dum  
resurrectiõnem & expectant futuram, . . . al est, pa-  
natores opinantur: quem etiam caelestem paradisiã  
autumat esse nominatum: de quo Dominus latroni  
in cruce consistenti respondit: *Amen dico tibi,  
hodie mecum eris in paradiso*. Quin imò illo para-  
diso arboribus confuso, & lucido suntu præpõlente,  
amix cruce corporibus non indigent: quin imò  
spiritualis homo carnalem usum corpore mortis libe-  
ratus non possidet, nec relicti terreni paradisi frogi-  
feri arboribus necesse habet: æternas enim tempo-  
ralibus non utitur, sed æterna & spaciõna contem-  
platur.

Hæc non confirmantur, sed æstimantur sensu-  
bus perstruuntur, præsertim cum & ipsum æsti-  
mandi de talibus perspicaciam nobis ipsi non attri-  
buimus: Cum enim necessitas exigit, harum om-  
nium potationum auctores in medium adducere po-  
terimus, quibus aut fides, aut dubitatio adscribi po-  
tèrã: quorum fructu potus quàm defendendo  
[opinionem] laboramus: nos enim alicuius forte me-  
loris, si adit; assertions, cui plus vel scripturæ  
exempla; vel Catholicorum consensuum (suffra-  
gave nos, concordiam sature parati sumus. Sed de  
superiore spatio his utcumque explanatis, ad subie-  
quens sistemus.

## CAPUT VII.

De spiritibus inferiori, & hemisphaeriis diversis.

**D**E hinc inferiori spatium aër vocatur, quem ter-  
reni locum dicimus, & à quo univèrsæ carni quæ

c. corporum] An optima numerus? Insuper legi: aërii purissimi,  
de quibus antea] Mendosam esse hæc vocem affirmare no-

lit, sed sic: aëria est, sive corrupta, aliam quandam de-  
esse nisi cœlestis; quomodoque hæc ad æstimantur.

In terrâ [ & ] aëre verſatur, vitam adjuvari & contineri in nobis, & per nos comprobamus. Qui & aliquando etiam terræ per ſcripturas nomine vocatur, ſicut per Pſalmiſtam dicitur, cum in Domini creatoris laudem ordine fummo cunctæ creaturæ iucitantur, & com ſummatis his quæ ad ſuperiorum colorum ordinem pertinent, ad hæc aëris ſpatium pervenitur, taliter ſubſcribitur: *Laudate Dominum de terrâ, dracones, & omnes abyſſi. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus præcellentium, qui faciunt verbum eius.* Huiusque enim in aëre ſermo eſt, qui terræ nomine vocatur: poſtmodum namque de humo & inferioris terræ naturæ ſcripturæ vocabis imperatur: *Alvæ & omnes cæli: ligna fructifera & omnes cæli.* Idcirco autem aër terræ vocabulum ſæpe fortiter, qua tranſiſtione, & velut ſoliditate quam in ſe habet, volatilium avium quam vis maxillarum corpora ſuſtentantur, quæ velut piſces penè aquatilia marinarum ſtuctuum recondita natando pernent; ſic volucres ſpata volando pererrant. Cuncta etenim quæ aqua præſtat ad conſervandum vitam aquatilibus, hæc aer facit volatilibus: quoniam ſicut reciprocò halitu avium, & omnium quæ in aëre & terrâ vivunt vitæ altur & conſervatur, ita eorum quæ in aquis degunt, inſpirandi, exſpirandique tracta per aquam vitalis motus reſicitur. Unde cum in aërem trahuntur, quia limphaticum ſpiramentum non habent, citò deſcunt, ſicut & ea quæ in aëre vivunt, cum ab eis aër excluditur, ultra vivere non poſſunt. Sicut autem illæ aëris ſoliditate volatilia, ardiæ, corpora ſuſtantur, ita ipſa eodem terrenam quam in ſe habet craſſitudine, propter quam & terræ vocabulum ſæpe fortiter, tumida nubium moles ſuſtentatur, & per illam ſoliditatem aëris craſſitudo, nives, & grandines, & glaciem, adnente vi frigoris, parit, quando ita efficitur.

Nam hoc aëris ſpatium hæc nature inſtitum habet, ut ſublimi levitate vapores aquarum de terrâ & maris ſpecie contrahat & colligat, quos in ſublime elevans, quamdiu minutiffimis guttis conſiſtant, non globatis in ſe nubibus, ipſe per ſemelipſam aër ſuſpenderit. Sed cum ventante vento illæ guttulæ in majores ſtillas coeſunt, aëris amplius naturâ non ferente, pluvaliter inubes ad terram delapſi cadunt. Si verò ipſas quas proximitas illas, vento in majusculas moles cogente collatas, antequam deſceſſum pluant, gelu in nubibus arripuerint, lapillos coagulatos frigoris violentia conſurgit. Si autem remiſſiores necdum denſatos vapores in guttas ( id eſt gelu ) pervenerint, in nivis ſpeciem magna vis frigoris eodem tranſmittit, & quod in ſe ſuſpenſa altius nebula taliter nutrit, non ſuſſerente aëre, ac vento diſpergente, ad terram dimittit. Sicut de hoc eodem Pſalmiſta commemorans, de Domino dicit.

*Qui dat nivem velut lanam, nebulam ſicut cinerem ſpargit. Mutat cryſtallum ſicut baccas: nix faciem frigoris eius quæ ſubnebit? Et ut oſtenderet live in terrâ, live in nubibus, nives in aquas iterum reſolvi conſiſcere, paulo poſt ſubjungit, dicens: Emitte verbum ſuum & liqueſciet ea: ſtabit ſpirans eius, & ſciet aqua.*

Ut autem peripocauſi ſit ipſas aquas hoc modo in nubibus ſuſpenderit, in libro ſancti Job ſcriptum videtur: *Qui ſuſpenderit aquas in nubibus ſuis, ut non erumpant pariter deſonem.* Attamen illas aër ad terram & ad mare dimittit, quas ex iſdem inferioribus partibus ante ſuſtulit. Et quamvis de ſaltu per lapſi latitudine eas traxerit pluviæ conceptio, per aërem iſdoliceſcit. Quemadmodum cum ſalts de profundo maris unda propinata per humum terræ inſunditur ( ſicut natus eſt frequens conſuetudo )

in dulcis aquæ ſaporem ſtatim mutatur; commutatione verò aëris ventos, & vehementiore conſtatione ignes etiam, ac tonitrua oculis imperis per Angelos, quibus viſibiles regitur mundus, ſicut & cætera Conditor facit. Nonnulli verò de effectu tonitruæ illud intendunt, quòd cum circè aërem duorum elementorum, hoc eſt ignis & aquæ, ſunt ſpacia; unum ſuperius, ſicut diximus, & unum inferius, & tamen aëris natura oſtraque in ſe trahit, id eſt, aquam vaporaliter de imis, & ignem caumaliter de ſuperius, ipſa quoque contraria ſibi elementa conſigunt. Impoſſibile namque eſt abſque humidis nubibus & fulgoribus tonitrua moveri, ſicut intuentium oculis præcipue patet; in quo conſictu ignis & aquæ conſulti ſonitus horribilique frigores ſuſcitantur: & ſi ignis victor fuerit, terræ atque arborum fructibus non mediocriter nocet: ſi verò aqua vicent, frugiferam vim tam in arboribus, quam in his quæ oderam diversis ſpeciebus naſcantur, non perdit. Illo enim præcipue tempore tonitrua ſonant, quo arborum & terrarum fruges in oſtentione adhuc ſunt, præſuſquam matureſcere incipiunt. Per creaturas enim aliarum creaturarum incrementa, aut decreta, Domini conditoris imperio gubernantur.

## CAPUT VIII.

## De diabolo, &amp; naturâ demoniorum.

IN hæc autem turbolentâ ac nebulosâ aëris hujus manſione, de ſublimi felicitate, ut diximus, Angeli repulſi cum ſuo præſepe commoentur. Sed ille præſepe, Satanas & diabolus nominatur, reliqui verò ſpiritus ipſos præſepe miniſtri, qui præſepe Angeli fuerant, nunc demones vocantur. Quemadmodum etenim merita, ſic & nomina mutantur & loca: ſed tamen & nunc per ſcripturas antiquo vocabulo, eo quòd illi requirit ſunt nuntii, ſicut boni ſpiritus ſunt nuntii juſtitiæ, ſæpe Angeli vocantur. Sicut in Evangelio ſcriptum legitur: *Quæ præparavit pater meus diabolo & Angelis eius.* Et Apollolus ait: *Datus eſt mihi ſpiritualis carnis mea Angelus ſatana qui me colaphiſit.* Sed hæc etiam ſedes uſque in judicium tempus ſub expectatione terribili Domini adventûs, non ſine timore ac tremore, ſicut inſtraſtuoſo, uterim poſſident; ſicut Apoſtoliſta dicta perhibens, quibus dicitur: *Nam & demones timeſce & contremiſcunt.* Et ut manifeſtum ſit, quòd ſub expectatione temporis, in quo duris judicabuntur, vel potius peridentur, hunc locum aëris habitant ſpiritus immondi, qui in præſenti Salvatoris clamabant: *Quid nobis & tibi Jeſu Fili Dei? Veniſti hæc perdere nos ante tempus? In adventu namque æterni ( quando communis Sanctorum omnium oratione compendia eſt dicentium: *Fiat voluntas tua & in terra ſicut in celo* ) ad tenebras exterioris ſervi inſuales eſpiciantur, cum Dominus ad verſarios ſicut repulſi de celo, ſic expulſi humo, quibus æterni ignis ( ſicut Dominus ipſe teſtatur ) à Patre iremedubitate præparata eſt poma. Qui ideo nec remiſſionem, nec redemptionem recipere merentur; quia de ſublimiſſimo ordinis ſtatu ceciderunt, ac propterea nihil aliud in quod iterum, dimiſſo peccato vocarentur, babuerunt, dnm omnem ſuam beatitudinem, in quâ conſtituti ſunt, tranſgreſſione naturalis boni, quod erant, & dominice legis, in quâ conſtituti ſunt, polluerunt: propter quod nec penitentiam deſiderant, nec etiam ſi penituiſſent, veniam recipere omnino poſſent.*

fol. 148. 7.

fol. 9. 3.

fol. 147. 5.

fol. 7.

fol. 14. 8.

Quoniam humanum genus à suo conditore redemptionem ideò promerit accipere, quia de infirmitate sui ordinis gradu coortus: cum enim esset adhuc in paradiso terreno positus, generandi officio destinatus, ciborumque esui deputatus, immutationem in meliorem, sublimioremque, & spiritalem vitam sine morte reciperet, si quomòdi in hac conversatione positus esset, in mandati custodià homo permaneret. Clementià ergo Conditoris ad illum statum, ad quem peccatis adhuc non pervenerat, per passionem Domini revocatur; quem si inde cecidisset, sicut Angelus, nunquam iterum revocaret: quoniam non ad illum gradum vel ordinem, unde prius homo ceciderat, sed ad alium sublimiorem, quem speravit, restituitio fiet, dicitur Dominus: *Etiam sicut Angelus in celo.* Scilicet quia non sicut homines in paradiso, in illam enim mortalitatem, quæ generandi proli, & ciborum esui deputata pro tempore est, quamvis redempti homines, redire non poterunt; sed post mortem resurgentes, spiritualibus corporibus non crescendo, non senescendo, non moriendo Angelicæ fideiatis consortes erunt.

Tempus verò diabolicæ transgressionis si requiritur, ante tempus visibilibus rerum diaboli peccatum fuisse originaliter apprehenditur: omnia enim quæ facta sunt, simul & sine tempore facta fuisse scriptura docet, qui dicit: *Quæ creata sunt in æternum, creata sunt simul.* In quibus omnibus istam infernalis ignis æternus, de quo Dominus dicit: *Ite in ignem æternum, quem præparavi propter meos diabolo & Angelis eius:* simul factus fuisse minime ducatur. In eo enim quod dicit, *creata sunt simul,* istud non factum in omnibus creaturis reliquit. Cui ergo carcer in illâ creaturarum conditione præparatus est, illius peccatum originaliter ipsas creaturas præcessit: nequaquam enim adhuc innocenti penam Dominus præparasset, si non illius delictum præparatam penam præcessisset. Sed & hoc etiam sine tempore fecit, qui damnationis ejus penam, quæ servus fugitivus cruciaretur, efficit.

Iste autem Angelus cum ab Conditoris beatitudine recessit, omne suæ naturæ bonum, quod in conditione suâ habuit, totam amisit: sed submissipsum malus, Deo semper bonus perseverat, dum obediens Domini quæsiioni, quamvis non sponte, propter potentiam Dei tamen obtemperat. Ex omni enim naturæ bono quod habuit, hoc nunc tantummodo habet, quod Deo Creatori ad cuncta obedit imperata. Sed hoc bonum non in diabolo & ministris ejus bonum est, qui ideò obediunt, quia non obedire non possunt: sed hæc eorum obedientia in Deo bona est, cujus bonæ quidem voluntati invita diaboli mala voluntas, cum bene operari præcipitur, resistere non potest. Sed plerumque accidit, ut cum Dei bonâ voluntate aliquid facere imperatur, ipsius mala voluntas in hoc eodem opere persistat. Quomòdum ad decipiendum Achab impiissimum Regem, Molochatram scilicet & Prophetarum persequitorem, cum à Domino missus in quo deciperet interrogaretur, non solum se sponte paratum ad hoc opus obsecrat, sed etiam quasi consilio illud efficeret, indicavit, ac respondit: *Vadam & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Et Dominus dicit, vade & fac ita; & decipet Achab.* Valde enim convenerat, ut qui veros Domini Prophetas neci dedisset, per pseudopropheta-

rum falli loquia seductus, deciperet periret. Ecce promptissimè diabolus suâ mala voluntate erò ad istud decipiendi impij officium semetipsum obtulit, sed nisi à Domino permittus fuisset, hoc facere non potuit: in quâ re bona Dei voluntas sanctorum prophetarum iustam vindictam exercuit, sed malus insulter in interim impij & peccatoris malam suam voluntatem cibavit.

Sed nec in his quæ hominibus subdita sunt, aliquid absque Dei permissione facere valet, sicut Evangelica veritas prohibet, quâ refertur: *Si non ejeris, misit nos in gregem porcorum.* Sicut enim in illis hominibus, à quibus expellebatur, contra Domini præceptum istâ permanere non potuit, sic & in porcos absque ejus introite permissione non potuisse se ostendit. Quod in beato Job, & in rebus quas possidebat & amiserat, similiter manifestatur. In quibus nihil nequam absque Conditoris permissione nihil egisse probatur, sicut dicitur: *Nonne vallasti eum, & domum ejus, circumque substructionem ejus?* Et cum à Domino maligni hostis potestati ejus sublimitas permitteret, ita subinfertur: *Ecce universa quæ habet, in manu tuâ sunt: utrumquam in eum me extendas manum tuam.* Et hæc ita esse sentiens Job cum suarum rerum damnatione commiserisset, ita respondit: *Dominus dedit, Dominus abstulit. Quomodo voluit Dominus fecit; & in nomine Domini benedictum.* Non Job dixit Dominus dedit, diabolus abstulit; cessavit enim absque Dei permissione in rebus aut hominibus nihil omnino facere posse adversariam sciebatur. Sed sepe, ut dixi, in eodem ministerio & ejus adversarij præva voluntas per se persistit, & Domini benevolentia, aut justæ vindictæ, aut fructuose probationis, aut Job dispensatione ministratur: sub quâ hæc illius bonæ & malæ voluntatis distributione, & malos post vindictas trucidant, & bonos per tentationem probant. Ad hoc namque ipsorum, quomòdi in hoc aere adhuc libere volitant, usque ad tempus extremi judicii penam à Domino differunt, ut & reprobi ex hominibus eorum confortes & sceleris & spurcitæ apparatus, & boni per tribulationes eorum irrogatas probati manifesti sint.

At verò improbi & impuri spiritus, vagi & subditi, animo [ tantum ] passibiles sunt, & æteris corporibus induti, nunquam senescunt, & cum hominibus inimicitias exercentes superbiâ tument. Fallaces atque insensu callidi, homines, sensus commovent, terroremque mortalibus inferentes, iniquitadinibus somniorum, & morbus, & distorsione membrorum vitam turbant, præstigia atque oracula fingentes, regemque sulites, cupidinem illiciti amoris, & cupiditates humanis cordibus infundunt; & veritumilia mentientes in bonorum etiam Angelorum habitum & locum se transformant. Et quemadmodum nequitia, ita & potentissimum gradibus distat. Et sicut nunc boni spiritus, hoc est, perfecti Angeli, impassibiles loca possident, subiecta sibi, si feliciter & beatè viverent, hæc eadem haberent, et in etiam quando sua nomina proferunt, ex officio nequitia & potentissimum vocabulis sibi assumunt; quemadmodum cum à Domino de suo nomine in regione Gerasetorum adversarius interrogatus fuisset, respondens, inquit: *Legio meus nomen est, quia multi sumus.* Unde manifestum est, non proprii nominis, quod non habuit, sed sui gradus ac potentis vocabulum protulisse; & requiriti Domino, quæ aliter lo-

Mat. 13. 39  
Mat. 13. 41

Job. 12. 7.

Mat. 13. 41.

1. Paral. 18. 11.

c. aut Job ] Lepo ut in Job, Non ita multo post ubi amicus, reges, hæc dicitur quin legi oportet hominum sensus. I regemque sulites ] Nihil hoc loco magis corruptum;

sed quod Achertus conjecit legendum fortasse agens, Job no, non placet; sed enim alios auctore sibi capitis ut quam scripsit res nostras à demonibus, & quidem sola reg-

qui non potuit, de ſemetipſo quod erat verum indicat.

## CAPUT IX.

De natura aquarum, & curſu Oceani.

**P**OST æris ſpatia cum ſuis habitatoribus curſa, nunc ad aquæ elementum, quod inter ærem & terram conſtitutum eſt, intentio dirigitur: cuius congregatio, ſicut Geneſeos ſcriptura declarat, Mare vocatur, cum dicitur: *Et congregavit aquarum appellavit mare.* Quarum ea pars, quæ per fontes, & flumina, & flagna terris interfunditur, dulcedinem habet, ut & ſentibus animalibus potamentis & ceterorum uſum ſolatia præberet, & aliendis fructibus terram fructuandam irrigaret. Propter quod quæ de nubibus cribari per ærem deſcendunt, ut apris ad frugiferam vim, & ſedandam ſitim, ſicut ante diximus, ſubverſarent, ſapidi ſunt. Ea verò pars immutata & aquarum congregatio, quæ per magna terrarum ſpatia dilatatur, & aquæ\* ipſius ſines occultantur, ſaluginem & æriorem ſaporem in ſitum ſibi naturaliter tenet, ut convenienter humanis uſibus fructus, quoſo ſapidi liquoris non haberet unda, uſidius nutriet. Sed utrum ſapidum an ſalium ſaporem naturalis, an æqualiter utrunque aquæ habeant, pro certo Deus videt; quævis & plerique ſaluginem naturalem eſt aquarum ſaporem putant; dulciorem verò terræ aut æris naturâ conditi æſtimant: ſed tamen quemadmodum ſalis aqua per bonum ſaporem dulcetur, ita & dulcis aqua per marinarum oleum cineres inſuſa, ſalis procius ſaporem fit: unde utroque ſapor naturalis eſt ſuo modo non eſt difficultis credi, dum ab altero in alterum utroque poteſt reſundi.

Maris verò ſentibus crebris terrarum ſpatia diſtinguntur, ut & gentium terminos intercluderet, & nunciatorum ſuorum ſentibus omnes provincias diſverſorum populorum diſtaret, & inter omnes patrias cuncta communita invicem commercia neceſſaria mimſtraret. Quantam verò concordantiam cum lune curſibus, mundatione & reſolu Oceani habeat, mutuatibus diligenterque animadvertentibus perſpicuâ patet, qui quoties ad terram bis venit ac recedere per horas viginti quatuor indefinenter videtur, cujus curſus tota converſatione in ledoni & h maline diſtans videtur diſtans paratur; ita ledoni aſſiſa ſex ſemper horas incrementi ſini immutata conſuetudine complex, & per totidem horæ ipſa ſpatia quæ tenebat, reſolvit. Maline autem aſſiſa quinque horas ſua mundationis ſign, & per ſeptem horas ejuſdem reſolu ea litora quæ compleverat, vacua redit. Quæ tantam concordiam cum luna videtur habere, ut in ejuſ medio ſemper luna natiſcatur, quæ per ſeptem dies, & duodecim horas, & quartam diei partem diligenti exploratione perſequeretur videtur; & ita fit ut cum iterum luna plena miniſtratur, etiam malina rursus tenebuloſa dimittitur: interpoſitis verò ſpatiis ledo deprehenditur, qui nec plenitudo, nec natiſcitur luna inſita, in quam adire cernitur, & per hanc vaſiſtitudinem efficitur, ut per omnem communem anuum xxxix. maline, & totidem ledones converſentur: in embolismo autem viginti ſex maline, & ejuſdem numeri ledones inveniuntur, quia per omnia cum lune curſu inſeparabiliter marinus committitur. Quatuor verò ex his, hoc eſt temporum quatuor medie, duæ ſcilicet æquinoctialis, maline

duæ, cum aut dies aut noct incrementi & decrementi ſui ſinem faciunt, ſolito valdiores, ſicut oculis probare licet, ad inundationem altiores fieri videntur, & majora litorum ſpatia reterege cernuntur. Et quoniam impoſſibile eſt, ut non aliqua, licet nobis incognita ſpatia deſerat, quando per noſtrarum terrarum ſolum caudat, ſicut eadem loca à vobis recedens impet, ut cum aſſiſa ibi ſit reſecta, & an reſecta ibi ſit aſſiſa, dimidium maris multiterium ignoſcere ſatari compellimur. Sed in hoc & multis ſimilibus nihil noſtræ ſcientiæ conceditur, mihi Creatoris potentiam atque immenſitatem clamare, qui *omnia in numero, pondere, & menſura diſpoſuit.* Et interim cum inſigni Gentium Magiſtro dicere: *Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum autem ventus quod perſeſum eſt, tunc cognoſcam ſines & equitatis ſim.*

Ex hoc autem emphatico elemento piſcium & avium, hoc eſt, omniam aquatilium & volucilium diverſa genera facta ſunt Geneſeos ſcriptura pronuntiat. Sed piſcium, id eſt omnium quæ ut aquis vivunt augmentum CLII. eſt genera philoſophi, quæ de natura naturæ ratiocinantur, enumerant: quem numerum Apoſtolice ſigna velut ex omni genere piſcium congregas contraxerat. Aves verò utrum & ipſe hunc numerum generum habeant, an majorem, an miſiorem, etſi ſint aliqui qui æſtimant, tamen quæ grandis hoc autoritate firmare non poſſant, nec ſequendi, nec reſpondendi ſunt ſed cum de aquâ omnium avium origo proceſſerit, unde tam diverſe earum conſuetudines manendi, ſeu vivendi, ſeu natandi exiſtenter, ut alie in falſis undis ſemper ſuperarent, & victum habeant; alie in dulciorum aquarum ſtagus & fluminibus commorentur; alie in terrâ ſine ullâ natandi conſuetudine degant, quarum alie in campis, alie in falvis, alie in montibus, alie in paluſtribus locis fieri conſueſcunt: alias ad volandum pennæ non ſublevent, alie ita excelſe ac remota æris ſpatia volando penetrant, ut ætatis tempore grandis nivem de altiffimis nubibus ſua pennæ deſerant: Nûi forte has tam diverſiſſimas conſuetudines originis, quævis de aquâ, diverſitate conditionis in omnibus avibus efficit, ut ex his alie de falſe undâ, alie ex dulci aquâ, alie de herbarum rore, alie ex arborum conſultatione, alie ex paluſtium humore, alie ex montium conſultatione, alie ex æreo vapore, alie ex altiffimarum nubium fluidâ conſpiratione condite ſunt, atque illud earum unaquæque naturaliter, quod ſua conditionis origini pertinet, aſſueſcitur, ut ibi & inde quæque vivat. unde prius ut eſſet, habuſſet.

## CAPUT X.

De Paradifo.

**E**T quoniam poſtquam terra in clementorum ordine ſtatuta eſt, primò de paradifo dicemus, ubi primorum hominum habitatio exiſtente: quamvis commemorandi loco fermo ponendus ſit, de quo plurimorum diverſe ſententiæ probate ſunt, utrum ipſa immortalis vita, quæ ante peccatum homines donati ſunt, paradifi nomine dicta eſt, an totus hic terrarum orbis tam commode innocenterque viventes diſpoſitus fuerit, ut paradifi diceretur, quævis quævis inculpabiliter ſine ullo vitio poſtiores vixiſſent, etiam terre ejus habitatio ſiſdem con-

*E* parti immortale] Cum hæc poſterior vox nullam ideam ſeriem exhibet, ſed ipſe legendum videtur, vel ſententia. Scilicet quod ſignificat eſt vita ipſa, unde ad ea reſolvi poſſit eſt à quâ ipſa, ſemper vitæ.

*h ledoni & maline*] Ledonem, ait Acheus, vocat maris immittionem: malinam Oceanus incrementum; aſſiſum, in quam adire] Ergo utquam adire.



da filiciter oblique ullo labore monstraret, ac postmodum ipsas peccantibus, atque in deteriora mutatis, etiam orbis eorumdem vicio & vindictæ sententiâ mutatus est, atque obsecratus (quomodo de Sole diximus & Luna) & sui decorem & fragrantissimum, etiam non totam, maximâ tamen ex parte amississet, ut quæ beatitudine & felicitate bene viventium optulaverant, mâle viventibus cumularent.

An etiam spiritaliter aliquis locus hujus terre felicitate beatitudine plenus, hominibus suæ creationis merito servandis dispositus fuerit, in quo nihil, quod beatitudinem corporalem impediret, quædam mandati patientia servaretur, inerat. Cui sententiæ scripturæ Genesios auctoritas non mediocriter suffragatur, dicens: *Placuerat autem Dominus Deus paradisi in principio, in quo constituit hunc in quem servaverat.* A principio enim plantatus paradisi dicitur, dum principatum orbis spectaret hic locus tenere videtur, in quo primus homo statim post sui conditionem constitutus fuisse non dubitatur. Etenim omnibus modis conveniebat, ut caput & principium humani generis in capite & principio poneretur orbis, ut inde hominum progeni membra omnia fuorum incrementa sumeret, unde terrarum orbis, quem inhabitat, initium acciperet. Cujus paradisi locum cum eadem scriptura enumerat, singulis orbibus contum, & fonte magno, quo totius terre facies rigatur, adornatum enarrat, dum appositum isti homini ita inquisiens loquitur: *Ex omni ligno paradisi comede. Et mulier autem de fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescitur.* Et paulo ante preloquitur: *Et fuit ascendebat de terra irrigans universam superficiem terræ.*

In quibus rebus significat oblique illis ænigmatibus opus, scripturæ veritatem servari quod appetitur; quomodo & de omnibus quæ de principio nascendis totius creaturæ visibilibus continet corporeis, etiam auctoritas elucet. Factum namque hincmentum, & mare, & terram, & lunam, & stellâs, aquatiliæ etiam atque animalia terrena, & hominem illum, sicut scriptura Genesios in vestigiis hincmentis, abique ullo ænigmatibus credimus, ut in hoc hincmentum quod paradisi locum frugiferis continet arboribus, & magno fonte illustratum commemorat, nisi in ænigmatibus non recipimus? Sed hoc utroque modo potest intelligi, id est, & secundum rerum gestarum historiam narrationem, & secundum tropologiam, id est, juxta motalem explanationem.

CUM in multis omnibus, Apostolo Jacobo teste, offendamus, apud utrumque ordinem, Clericalem videlicet & Laicalem, imò apud utrumque sexum, in incantã juratione valde & misèrabiliter delinquitur. Putatur enim à quibusdam quòd solummodo ille qui falsitatem super ossa alicujus sancti viri, aut super reliquias, aut super altare, aut Evangelii jurat, perijuri crimine teneatur obnoxius: ille vero qui pro qualibet re magna, aut parvã Deum testem invocat, & per sanctam Trinitatem, super- nosque civis jurare non trepidat, immunis habeatur à perjurio; præsertim cum omnis qui testem adhibet Deum, jurare comprobetur, sicut beatus Augustinus in libro sermonum ait. Dominus quoque ait in lege: *Non assumas nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim Dominus cum habebit inforem, qui assumis nomen Dei sui frustra.* Et Zacharias Propheta: *Juramentum mendax ne diligas.* Et Solomon: *Juramentum non assuescat tui nomini.* Item: *Qui multum jurat, non effugiet peccatum.* Item: *Fit multum jurans, replentur iniquitate: & non distedis de domo illius plaga.* Et in Evangelio: *Analisis quia delictum est antiquo, reddet Domino juramentum tunc. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per caelum, quia sedes Dei est: neque per terram, quia sta-*

bellum est pedum ejus: neque per caput tuum, quia non potes facere unum capillum album, aut nigrum. Sic autem sermo vester, est, est; non, non: quod autem amplius est, à malo est.

Augustinus de sermone Domini in monte: *Ita, inquit, intelligitur præceptum Dominum ne juratur, ne quicumque sicut bonum appetat juranturum; & assiduitate jurandi ad perjurium per consuetudinem dilabatur. Quapropter qui intelligit, non in bonis, sed in necessariis jurationem habendam, refrænet se quantum potest, ut non ea utatur, nisi necessitate, cum videt pigros esse homines ad credendum, quod eis utile est credere, nisi juratione firmetur. Ad hoc itaque pertinet quod sic dicitur: *Sic autem sermo vester, est, est; non, non, hoc bonum est & appetendum: Quod autem amplius est, à malo est: id est, si jurare cogemur, scias de necessitate venire infirmitas corporis, quibus aliquid suades. Quæ infirmitas utique malum est: unde nos quoque liberi deprecamur, cum dicimus: *Libera nos à malo.* Itaque dixit: *quod autem amplius est, à malo est.* Tu autem non malam facis, qui bene uteris juratione: quæ est non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuideas, quod utiliter jurades: sed à malo est illius, cujus infirmitate jurare cogemur. Sed nemo novit, nisi qui expertus est, quam sit difficile & consuetudinem jurandi extinguere, & nunquam temerè facere, quod nonnunquam facere necessitas cogit.**

Quærit autem potest cum dicitur: *Ego autem dico vobis non jurare omnino: cur additum sit: neque per caelum, quia thronus Dei est; & cetera usque ad id quod dictum est, neque per caput tuum.* Credo propterea, quia non potabant se Jurati tibi jurjurando, si per illa juravissent: & quoniam audierant: *Reddet autem Domino usque jurandum tuum,* non se putabant Domino debere jurandum, si per caelum, aut terram, aut Jerusalem, aut per caput suum jurarent: quod non visio præcipitens, sed male intelligentes est factum. Itaque Dominus docet, nihil esse tam vile in creaturis Dei, ut per hoc quicquid perjurandum arbitretur: quando à summis ad infima divina providentiã creata regerentur, incipiens à throno Dei usque ad capillum album, aut nigrum. *Neque per caelum, inquit, quia thronus Dei est: neque per terram, quia stabellum est pedum ejus.*

Item idem in libro sermonum: « Plura sunt, inquit, plerumque juramenta, quam verba. Si dicitur homo quoties jures per totum diem, quoties te vulneret, quoties gladio linguam feriat, & transigat, quia in illo locum invenit sanus? Quis ergo grave peccatum est perjurata, compendium tibi dedit scriptura: Noli Jurare. » Item: « Vis ergo longè esse à perjurio? Jurare noli: quatenim jurat, aliquando verum jurare potest: qui autem non jurat, mendacium jurare nunquam potest. Jurat ergo Deus, qui jurat securus, quem nihil fallit: quem nihil latet, qui omnino fallere ignorat; quia nec falli potest. Cum enim jurat, se adhibet testem. Quomodo tu cum juras Deum adhibes testem: sic ipse cum jurat, se testem adhibet. Tu quando illum adhibes testem, forte super mendacium tuum accipis in vanum nomen Domini Dei tui. Ne mendacium jures, ergo jurare noli. Ipsa est angustia: perjurium præcipitum est: qui jurat, juxta est: qui non jurat, longè est. Peccat & graviter, qui fallium jurat: non peccat, qui verum jurat; sed nec ille peccat qui omnino non jurat; sed qui non jurat, & non peccat, & longè est à peccato; qui autem verum jurat, non peccat; sed propè est à peccato ad peccatum. » Item: «

Sermo de decollat. S. Joan. cap. 1. Ibid. 20. 7.

Zac. 8. 17. Eccl. 23. 9. & d. v. 12.

Mat. 5. 33. Ibid. 6. 14.

Lib. 1. c. 17.

Mat. 5. 37.

Ibid. 6. 13. Luc. 11. 6.

Mat. 6. 14.

Ibid. 7. 15.

Ibid. 7. 16.

De verb. Apost. lect. 28. cap. 2.

Ibid. 7. 18. Ibidem.

Eul. cap. 6.

Intendat quis, & advertat: Non vos fallant, qui nescio quomodo volentes ipsas jurationes discernere, vel potius non intelligere, dicunt non esse jurationem, quando dicit homo: scilicet Deus: testis est Deus. Invoco Deum supra animam meam verum me dicere. Invocavit, inquit, Deum, testem fecit Deum: Numquid juravit? Quia hoc dicunt, nihil aliud volent, nisi invocato Deo testem mentiri. Itane verò quis es peccavi & peccaveri condus, si dicas, per Deum, juras: si dicas, testis est Deus, non juras? Quid est enim per Deum, nisi testis est Deus? Aut quid est, testis est Deus, nisi per Deum? Item: Sed si aliquid teste filio tuo faceres, & amico vel proximo tuo, vel cuiuslibet hominis diceret: Non feci, & tangeres filio tuo caput, quo teste fecisti, & diceret: per hujus salutem qui non feci: exclamaret forte filius tuus sub patris manu tremens, nec tamen paternam manum, sed divosam tremens. Noli pater, non tibi sit vultus filii mei: Deum super me invocasti, Ergo te vidi, fecisti, noli perjurare: te quidem habeo genitorem, sed plus & meum & tuam timere Creatorem. Sed quia Deus, quando per eum juras, non tibi dicit: Ego te vidi, fecisti, noli jurare: sed timis ne te iste occidat, tu te ante occidis: quoniam ergo non dicit, ego te vidi, putas quia non vidit. Et ubi est quando dicit: *Tacui, tacui, nunquid semper tacui?* Item: *Breviter audire, fratres mei, conclusionem sermonem, ligens in cordibus vestris curam salubrem, autem omnia nolite jurare.* Item: *Tene ergo linguam & consuetudinem, quantum potes: non quomodo quidam, quando illis dicitur, verum dicit, non credo, non fecisti, non credo, Deus iudicat, jura mihi. Et ipse qui exigit jurationem, multum interest, si nesciat illum fallum juratorem, an sciat: si enim sciat, & ideo dicit, jura mihi, ut fides ei fiat, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana tentatio est. Si autem scit eum fecisse, novit fecisse, vadit irasce, & cogit jurare, homicida est. Ille enim perjurio suo se pernicit: sed iste manum interiticum & expressit & pressit.* Item: *Nam tantum noli habere juratio, ut qui lapidea colunt, timeant insani jurare per lapides: tu non times Deum presentem, Deum viventem, Deum sententem, Deum manentem, Deum in contemptore vindicantem? Claudio ille templum super lapidem, & vadit ad domum suam ipse, super domum suam claudit, & tamen quando illi dicitur, jura per Jovem, presentis oculos timet. Et eccedico charitati vestra, & qui per lapidem falsum jurat, perjurus est. Unde hoc dico? quia multi & in hoc falluntur, & putant quia nihil est per quod jurant, non se crimine trahere perjurii.*

Eidem.

Eul. cap. 7.

Proius perjurus es, qui per id quod sanctum putas, falsum juras. Sed ego illud sanctum non puto. Sanctum putas cui juras. Non enim quando juras, tibi juras, aut lapsi juras, non, sed proximo juras. Homini juras ante lapidem, sed numquid ante Deum? Non te audis lapsi loquentem: sed punit te Deus silentem.

Eul. cap. 8.

Eul. cap. 10.

Eul. cap. 11.

Cap. 11.

In epist. Epist. Jac. c. 5. v. 12. 13.

Mat. 23. 16.

Idem: *Interdum quædam præcepta quæ Dominus in monte Sina per simulacrum suum Moysen Israelitico populo dedit, falsum testimonium specialiter prohibent: Non falsum, inquit, testimonium dices. Justus itaque Dominus justitiam diligendum monuit, & falsitatem promendam inhibuit. Attende quis, quale edictum mortalibus servandum proposuit, Rex scilicet Regum, & Dominus dominantium, omniumque creator, inter flammam ignium, & fulgura micantia, fragorem quoque tonitruorum, & clangorem buccinæ, hanc legem terribiter promulgavit, quæ malum vetatur, & bonum jubetur, quæ veritas sceleranda, & falsitas cavenda censitur, & quod valde tremendum, & expavescendum est, contrahitur: quoniam in tantum transgressio hujus Domini præcepti in usum quibusdam devenit, ut penè illud, ut pote legem frequentem, & cum illud profertur, aut nihil, aut penè nihil sedulo querere credant, nisi id quod falso proterent, verum esse jurjurando confirmet. Hi certè vanè spe semptipos decipiunt. Videant ergo quod Dominus in libro sententiarum: *« Cavendum igitur est jurationem dicens, nec ea utendum, nisi in solâ necessitate: non est contra Dei præceptum facere; sed dum utrum jurandi facimus, perjurii crimine incurramus. Numquam ergo juret, qui perjurare timet. Multi dum loquuntur, jurare semper delibitant, dum oporteat hoc tantum esse in ore: *Est, est, non, non: Amplius enim quam est. Non, à male est.* Multatenim in fallant, perjurant, ut per fidem sacramenta, fidem faciant verbi: sicque fallendo dum perjurant, & mentuntur, hominem incautum decipiunt. Interdum & falsis lacrymis decipiuntur, & creditur dum plorant, quibus credendum non erat. Perumque sine juramento loqui disponimus: sed incredulitate eorum qui non credunt quod dicimus, jurare compellimur, talique jurandi necessitate, conservandum facimus. Sunt multi ad credendum pigri, qui non moventur ad fidem verbi. Graviter autem delinquent, qui sibi loquentes jurare cogunt. Quicumque arte verborum quique juret. Deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui juratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit, qui & Dei nomen in vanum assumit, & prosumum dolo capit. Non est conservandum sacramentum quod malum incautè promittit, veluti si quisquam adulterat perjurum cum ea permittendi fidem pollicetur. Tolerabilis est enim non imporre sacramentum, quam permanere in suspensio flagitio.**

Peripicuis itaque testimonii adfuitur nequaquam passim, ut à multis fieri solet, acquirere debere juratori: nec ea etiam, qui peccato caret, utendum nisi in solâ necessitate; ne scilicet dum nimium in usus abetur, in perjurii crimine labatur.

CAPUT XXVI.

De falso testimonio.

Inter quædam præcepta quæ Dominus in monte Sina per simulacrum suum Moysen Israelitico populo dedit, falsum testimonium specialiter prohibent: *Non falsum, inquit, testimonium dices.* Justus itaque Dominus justitiam diligendum monuit, & falsitatem promendam inhibuit. Attende quis, quale edictum mortalibus servandum proposuit, Rex scilicet Regum, & Dominus dominantium, omniumque creator, inter flammam ignium, & fulgura micantia, fragorem quoque tonitruorum, & clangorem buccinæ, hanc legem terribiter promulgavit, quæ malum vetatur, & bonum jubetur, quæ veritas sceleranda, & falsitas cavenda censitur, & quod valde tremendum, & expavescendum est, contrahitur: quoniam in tantum transgressio hujus Domini præcepti in usum quibusdam devenit, ut penè illud, ut pote legem frequentem, & cum illud profertur, aut nihil, aut penè nihil sedulo querere credant, nisi id quod falso proterent, verum esse jurjurando confirmet. Hi certè vanè spe semptipos decipiunt. Videant ergo quod Dominus in libro sententiarum: *« Cavendum igitur est jurationem dicens, nec ea utendum, nisi in solâ necessitate: non est contra Dei præceptum facere; sed dum utrum jurandi facimus, perjurii crimine incurramus. Numquam ergo juret, qui perjurare timet. Multi dum loquuntur, jurare semper delibitant, dum oporteat hoc tantum esse in ore: *Est, est, non, non: Amplius enim quam est. Non, à male est.* Multatenim in fallant, perjurant, ut per fidem sacramenta, fidem faciant verbi: sicque fallendo dum perjurant, & mentuntur, hominem incautum decipiunt. Interdum & falsis lacrymis decipiuntur, & creditur dum plorant, quibus credendum non erat. Perumque sine juramento loqui disponimus: sed incredulitate eorum qui non credunt quod dicimus, jurare compellimur, talique jurandi necessitate, conservandum facimus. Sunt multi ad credendum pigri, qui non moventur ad fidem verbi. Graviter autem delinquent, qui sibi loquentes jurare cogunt. Quicumque arte verborum quique juret. Deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui juratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit, qui & Dei nomen in vanum assumit, & prosumum dolo capit. Non est conservandum sacramentum quod malum incautè promittit, veluti si quisquam adulterat perjurum cum ea permittendi fidem pollicetur. Tolerabilis est enim non imporre sacramentum, quam permanere in suspensio flagitio.*

in passione Christi falsum contra eum dixerunt testimonium.

Luctuosam nempe nimium res est, eo quod nonnulli nihil vilius, sed nihil venalius in hac mortalitate ducant, quam animas suas: cum enim diversas pecunias accipiunt, & crapula, & ebrietate usque ad vomitum se ingurgitant, ut salutariter proficiant, quod aliud nisi animas suas venales faciunt? Hi namque vili pretio magnam rem vendunt, quod accipiunt, fumentum & momentaneum, quod amittunt, æternum, & sine fine mansurum est. Misericordis planè mercator, quando quis pro alterius nummis, & cibo, & potu, animam suam tradidit diabolo, sed & ille, qui ne justè superetur, & id quod injustè retinet amittat, & pudorem publicum incurat, parvamque legis jacturam subeat, diversis munusculis hujusmodi testes corumpit, insuper etiam sicuti hinc adoleto, in perjurium impellit, nullatenus de eorum perditione securus existat, sed pro certo sciat, quod omnium animarum, quos aut in falsitate, aut perjurium perduxit, reus apud Dominum tenebitur. Proinde Confessoribus diligens ac subtilissima indagatio necessaria est, ut falsos testes, more Davidicæ prophetæ, separamus cramentum, ut quod jus, quod verum, quid falsum sit agnoscere valeant.

Falsi quoque testes diligentissimè perquirari in libro Deuteronomii jubentur: *Silberetis testis mendax contra hominem, accusatus enim perjuracionis: falsus ambros, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum, & judicum qui fuerint, in diebus illis. Caneque diligentissimè performantes invenieris falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddas ei siam siam suo facere cognovi, & auferes malum de medio sui; ut audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. & non misereberis ei.* De falsis quoque testibus Salomon ait: *Testis falsus non erit impunitus. Et alibi: Deus odisse dicit testem fallacem, & profecerunt mendacium ad manna.* Beda quoque in expulsiōne Lucæ 1. 2. Multis, inquit, hodie Jude scelus, quod Dominum ac magistrum Dominum suum vendiderit, veluti immane & nefarium exhorrent, nec tamen cavent, nam cum pro manibus falsum contra quemlibet testimonium dicant, profectò quia veritatem pro justitia negant, Deum pecuniâ vendunt. Ipse enim dixit: *Ego sum veritas.* Qui etiam si nullus pecuniâ det, Donum argentem vendant: quia principis seculi imaginem, id est, exempla hostis antiqui, urelecti condicōis, ad quam creati sunt, imago, sumunt. Nam sicut Joannes Baptista, qui non pro Christi confessione, sed pro defensione veritatis occubuit, ideo tamen pro Christo, quia pro veritate, martyrium suscepit, ita è contrario qui charitatis & veritatis jura spernit, Christum utique, qui est veritas & charitas, prodit: maxime cum non infirmitatis causa, vel ignorantia subripiente peccat, sed in similitudinem Jude querit oportunitatem: ut adhibitis absentibus veritatem mendacium, virtutem crimine mutet. = Hæc in libro sententiarum: = Testis falsus tibus est personis obnoxius. Primum Deo, quem perjurando contemnit; sequenter judici, quem mendacando fallit: postremò innocenti, quem falso testimonio lædit. Testibus falsis convictis, = tunc mendacium falsitas reperitur quod si separatim fuerit, examine judicantis citò manifestatur.

Ecce quam abominabile, Deoque obidie falsum sit testimonium, brevier collectum est, Sollicitè itaque vigilanterque studendum est judicibus, ut judi-

cii causas patienter audiant, diligentique examinent, & jure libramine decernant; ne ab eis, vel coram eis quæpiam aut libertate, aut quibuslibet rebus injustè præveat. Hi autem qui munus accceptione, aut cuiuslibet alienis rei gratiâ, injustè iudicando, & falsum testimonium prærendo, quolibet ad severitatem addicant, aut rebus impulte carere faciunt, magnum fibi damnationis cumulum accipiunt: quoniam non solum præteritibus obstant, sed etiam in futuram eorum posteritatem eandem injuriam transmittunt.

CAPUT XXVII.

De Mendaciis.

OMNIS mendacium veteris novique Testamenti series demonstrat esse vitandum. Cui plerique evadit, multi verò sponte seclibet ampliantur, & se delinquere non suspicantur, cum scriptura dicat: *Os qui mensurat, recidat animam.* Et alibi: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Et in lege Dominus vetat: *Non mentiaris, inquit, nec decipies unquamque proximum suum.* Et Salomon: *Qui autem mensurat, testis est fraudulenti: qui autem testis est repentinus, concensus linguam mendaci. Abominatio est lingua mendaci. Libera animas testis fidelis: profert mendacium veripellis. Testis falsus non mentiar: profert mendacium testis dolosus.* Jesus filius Sirach: *Natus mensura omne mendacium: affluatitas enim illius non habet.* In Evangelio: *Omne mendacium a diabolo est.* Et Apostolus: *Deponetis, inquit, mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. Item: Nolite mentiri invicem.*

Augustinus in libro contra mendacium: = Primum est capitale mendacium longèque fugiendum, quod fit in doctrinâ religioſâ; ad quod mendacium nulla committio quisquam debet adducere. Secundum, ut aliquem lædat injustè, quod tale est, ut & nulli prodest, & obest alicui. Tertium, quod ita prodest alteri, ut obest alteri, quamvis non ad immunditiam obest corporalem. Quartum, solâ mentiendi faciendique libidine; quod veram mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate, de suavi eloquio. Hiis omnibus penitus evitatis, atque reiectis, sequitur sextum genus, quod & nulli obest, & prodest alicui, vel si quispiam pecuniâ alicuius injustè tollendam, scimus ubi sit, necesse se mentiarum. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui, vel si nocens hominem ad morem quietum prodece, mentiarum, non solum iustum acque innocentiem, sed & eum, quia Christiane disciplinæ est, ut neque cuiusdam correctione desperetur, neque cuiusdam penitentis aditus intercludatur. De quibus duobus generibus, quæ solent habere magnam controvertiam, satis tractavimus, & quid nobis placeret ostendimus, ut suscipiendis incommoditatibus, quæ honestè ac fortiter tolerantur, hæc quoque genera devitentur: fortibus, & fidelibus, & veracibus viris & feminis. = Non ergo mendacium querenti ubi sit, qui se sibi casuspiam committat: sed potius respondendum: = Nec proddam, nec mentiar: fecit hoc Episcopus quondam Tagalensis Ecclesiæ; Firmus nomine, firmo voluntate. Nam cum ab eo quærenter homo iustis Imperatoris per apparitores ab eo missos, quem ad se conjugentem diligentem quantâ poterat, occultabat, respondit querentibus, nec mentiri se posse, nec hominem prodece ipsiusque est tam

Cap. 1. 11.
Psalm. 1. 7.
Levit. 19. 11.
Prov. 20. 17.
Ibid. 29.
Prov. 14. 11.
Ibid. 4. 9.
Ecd. 7. 14.

Epist. 4. 15.

Coloss. 3. 9.

De Mendaciis ad Cor. 1. 14.

Hæc ubi fu-

sed c. 11.

n mendacium ad manna] Sic emendate libri; nam quod

anora legitur admanas omniū erat inceptum.

Ex c. 14.

Thil. c. 11.

L. Cor. 1. 2.

Lib. 1. c. 1.

Hid.

Sap. 1. 11. P. 1. 1. 7.

multa tormenta corporis (nondum enim erant Imperatores Christiani) permisit in sententia, Deinde ad Imperatorem ductus, usque adeo mirabilis apparuit, ut ipsi hominem serbaret, indulgentiam sine ulla difficultate impetraret. Quil hoc fieri potest fortius atque constantius? Oculum est genus mendacii, quod & nulli obest, & ad hoc prodest ut ab immunditia corporali quemcumque tueretur. Non igitur est mendicium in doctrina pietatis. Magnum enim scelus est, & primum genus detestabilis mendacii. Non mendicium secundo genere, quia nulli est faciunda iurata. Non est mendicium tertio genere, quia nulli cum alteris in partem consulendum est. Non est mendicium quarto genere, propter mendaciam libidinem, que per semetipsum vitiosa est. Non est mendicium quinto genere, quia uerba ipsa veritas sine placendi hominibus enuntianda est; quantum magis mendacium, quod per semetipsum quia mendacium est, utique tarpe est? Non est mendicium sexto genere: neque enim recte etiam testimonium feritas, pro cuiusquam temporali commo- modo se salute corrumpitur. Ad sempiternam vero salutem nullus ducendus est, opulente mendacio: nempe enim malis conversationis moribus ad bonos mores convertendus est; quia quod erga illum faciendum est, debet etiam ipse conversus facere erga alios. Atque ita non ad bonos, sed ad malos mores converteretur, cum hoc ei prebatur imitandum conversio, quod est prestatum est eou- versendo. Neque seipsum genere mendicium est: non enim cuiusquam commoditas, aut salus temporalis perfectioni fidei preferenda est. Nec si quisque pro recte factis nostris tam male movetur, ut fiat etiam animo detestor, longepaque a pre- tate remotior, propterea recta facta detestanda sunt; cum ad nos precipue referendum sit, quo vocare atque invitare debemus, quos sicut nosmetipsos diligamus; fortissimoque animo bibenda est illa sententia Apostolica: *Alim quidam sanum esse virum in vitam: alius esse virum in mortem.* Et ad hoc quis idoneus? Nec octavo genere mendicium est, quia & in bonis castitas animi pudicitia corporis; & in malis id quod ipsi facimus, eo quod fieri sumus, majus est. In his autem octo generibus, tanto quisque minus peccat com- munitur, quanto emergit ad octavam: tanto autem minus, quanto emergit ad primum. Quis, si autem esse aliquid genus mendicium, quod peccatum non sit, putarent, deciperet seipsum turpiter, cum honestum se deceperent arbitratur alio- rum.

Iudorus in libro Sententiarum: « Mendaces faciunt, ut nec vera dicentibus credatur: reddat enim sepe hominem multa fallitias, etiam in veritate suspectum. Sape vera premitte, qui falli dictus est; ut cum primum acquirere sibi, ad re- licta mendacia audientes et rotulos faciat. Multis videntur vera esse, quia falli sunt; & ideo non ex Deo, sed ex suo mendacio loquuntur. Nonnumquam fallitas veriloquo adiungitur, & plerumque a veritate incipit, qui falli consuevit. Idem post pauca: « Summo pre cavendum est omne mendacium; quoniam nunquam sit aliquid mendaci genus culpe levioris, si quisquam pro salute hominum mentatur; sed quia scriptum est: *Or qui mentatur, occidet animam.* Et, *Perdet amorem qui loquatur mendacium:* hoc quoque mendacii genus perfecti vici summopere fugiunt, ut nec vira cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur; nec

sum anime noceat, dum prestat aliena carnis tantur: quamquam hoc ipsum peccati genus facillime credamus relaxari. Nam si quislibet culpa frequenter mercede purgatur, quanto magis hoc facili abstrahitur, quam merces ipsa comitatur. Quod ergo mendacium omnino cavendum sit, latet patet: prout necesse est, ut unusquisque hoc vitium cavere studeat: quisque huic mancipatur, hoc peccatis relinquens, ad preteritis lamenta recurrat, & de eo inter cetera alia peccata que admittit, Deo & Sacerdoti confessionem facere non negligat.

CAPUT XXVIII.

De Caritate.

Multi scienter, multi nescienter in curiositate labuntur vitium: cui dum quis inservit, semperceptum se habere negligit. Nostra quippe que mala gravissima, sunt desideria, non aliorum errata (que nec emendare nobis, nec possimus) curiosius inquiranda, moxque detractibus carpenda. Sunt etiam quorundam pa facta, que nobis diligenter sunt scrutanda, & ad exemplum bonae actionis sumenda. Sunt item quorundam quedam facta, que nobis nescientibus nihil periculi, scientibus nihil momenti afferunt: sed dum curiosi in his scrutandis dies insumimus, proculdubio delinquimus; quo vitio multi Canonicorum, & Monachorum suum negligentes propositum, laborant. Nam & sunt ple- rumque laici, qui in huiusmodi curiositate penes, ad mane usque ad vesperam delibetabiliter versantur, & se delinquere, non intelligunt, aut intelligere recusant: hi necesse est ut perpendat factum Linx filii Jacob, que dum curiositate ducta egreditur, ut mulieres extraneae regionis videret, ad Schem filio Iemor adamatur, & rapitur, & vi opposita violatur, quique detestabilis sociatur. Dicit quippe, ut beatus Gregorius in libro Pastoralis scribit, « ut mulieres videret extraneae regionis, egreditur, quando unaqueque mens sua rudis negligens, a thomnes alienas curans, extrahit ambum, atque extrahit ordinem proprium vagatur. Quam Schem Principis terrae opprimit; quia videlicet inventam in curis exterioribus diabolo corruptit.

Plura siquidem & alia existant divinarum scripturarum documenta, que vitium curiositatis vitandum esse demonstrant, & quibus quaedam breviter subnectuntur. At enim Jesus filius Sazach: *In super- vacuo rebus nisi scrutari, ne multipletur. Non est tibi necessarium ea que abscondita sunt videre oculis tuis. De re autem qua te non molestas, ne ceteris. In libro veteri Eccl. Sed & cunctis, inquit, firmamentis qui dicuntur ne accommutes cor tuum, ne forte audias sermum tuum maledictum tibi: sit enim tu conscientia quae crederet maledixisti alii. Et Prap. Tantiu enim quis peccata sua, que nocte & die esse re debet, ignorat, quamvis curiose aliena considerat. Quod si mores suos ad ipsum reversus aspiciat, non requirit quid in aliis spectare te- prehendat, sed in seipso quod leget. roudeser- trum nostrorum vitia non facere debemus accu- sare, sed gemere: ut iuvenem onera nostra por- tantes, legem Christi possimus imitare. Gregorius in expositione Evangelii (*Aliter dicit iuga beum eum quoque. & se probat, illarum te, hule me extenuam.*) « Quis in quoque iugis bonum, nisi quoque sentas quorum accipimus; qui recte quo- que iuga vocati sunt; quia in utroque sexu ge-*

Gen. 3. 14.

X Part. 1. cap. 10.

Ecl. 1. 1. 1. 1.

Job. 11. 9. 1. 1. 1. 1.

Sen. July 2. met. de 1. 1. 1. 1. 1. 1.

Honil. 14. 1. 1. 1. 1.

Eccl. 14. 17.

x quo defideli | Doct, de Acherus, aut sequi, aut em- | mento: prius praefatio.

minantur: qui videlicet corporalis sensus, quia interna comprehendere nesciunt, sed sola exteriora cognoscunt, & desiderant intima, ea que extra sunt, tangunt, rectè per eos curiositas designatur, & que dum alienam querit vicam dicitur, semper sua intima nesciens, studeat exteriora cogitare. Grave namque curiositas est vitium, quæ dum cujuslibet alienam ad investigandam vitam proximi exterioris ducit, semper ei sua intima abscondit; ut aliena sciat, se nesciat. Et curiosi animas quanto peritus fuerit alieni menti, tanto fit ignavis sua. Propter hoc semper de videri quomodo rursus bonam dicitur, et probare illa, rogo te habe me excusatum. Ipsa enim excusantis verba vixi sui in significatione non discrepant, dum dicitur, et probare illa quæ videlicet aliquando pertuere probatio ad curiositatem solet. "Habet & in bello qui dicitur synonima: "Quod ad te quæ non pertinet, non querere: quod inter te loquitur homines, cognoscere nunquam deside- res. Noli querere quod quæque dicit, vel facit: evita curiositatem: omite curam que ad causam tuam non pertinet. Curiositas periculosa presumptio est. Multi aliorum viâ discerunt, sua non aspicunt.

Pater igitur quod curiositatis vitium omnibus Christianis summopere tibi cavendum. Quia ergo de singulari temporibus, que loqui & agere debemus, fructum bonæ operationis Dominus à nobis est exaturus, oportet ut unusquisque fidelis ab hujusmodi curiositatibus, & supervacuis rebus serutandis, prorsus se alienum efficiat.

CAPUT XXIX.

De sciendâ hospitalitate.

Quomodo hospitalitas inter se opera misericordie breviter in Evangelio commemorata sit, necessè est tamen in hoc capitulo propter quosdam qui tam negligenter, prolixiora testimonia colligenda relinunt. Inter cætera quippe Christianæ Religionis contraria quorundam sitis in consuetudinibus consuetudine, ut his pro lege valeant insillere: hospitalitas quoque, que est apud Christianos insignis ac excellens opus misericordie, ita à primis negligitur, ut & in hoc, sicut & in nonnullis aliis, Clericatus decus magna ex parte suscipitur, quomodo in tantum à quibusdam parvipenditur, ut cum amplas & spectabiles domos habeant, vix dignentur sub tectum suum recipere peregrinum, immò in peregrino Christiano, dicentem in Evangelio: *Hospes fui, & collegisti me.* Sed neque advenientes hospitio carentes, in domos suas aliter recipiunt, nisi præcipari conventioni statuatur: quid pro solo, quid pro singulari vas, quid pro igne accenso, & extrinsecus innumeris rebus, quibus uti farrine, dare debeant. Verùm si contigerit ut sine hac pactione eos permittam blandè, ac modulata charitatis officio suscipere valeantur, tanto tardo postea eos afficiunt, ut nullatenus quiescant, donec id quod avarè ab eis exigunt, eis dare compellant. Quod factum à Christianis Religione ita abhorret, ut quomodo huic vitio incumbere, nec nomine, non tantumque displiculus Christi esset. Hic autem ab eodem Christo in tremendi examinis die (ubi se antequam drem claudat extremum, contereat) benedictus vocari non meretur, eodem dicente in Evangelio: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum: quia hospes fui, & collegisti me.* & cætera. Cum quæ ergo hodie diem expectat iudicis, qui Christum in hujusmodi rebus suscipere? Inhumanitasque circa hos-

pitalitatem audituri, funt: *Recedite in ignem æternum.* Humanis verò & benevolis: *Venite benedicti Patris mei percipite regnum: quod vobis paratum est ab æternis æternis.* Ecce qualem benedictionem hospitalitatem si dicentes perciperunt: ad hoc nempe Christiani vocati sumus, ut, testante beato Petro Apostolo, eadem benedictionem hereditariè possideamus.

Quisquis illa se privari timet, necesse est ut in hac peregrinatione hospitalitatis studeat. Quæ tunc autem secunda sit, ea que sequuntur breviter insinuant. Aut enim istas Propheta: *Peregrinus vagus que intus in domum tuam.* Job: *Ferri non mansi peregrinus: ostium meum viciis patris.* Et in Evangelio: *Hospes fui, & collegisti me.* Petrus: *Hospitalitatem inquit, fratres. Paulus: Charitatem fraternitatis morat in vobis. Et, hospitalitatem nolite oblivisci.* Ambrosius in libro de Abraham primo: *Disce quomodo impingere esse debitas ut possis pervenire hospitium, nec quis præveniat, & te boni maneris delectare copul: quia non satis est rectè facere, nisi etiam mature qual facias: ubertior enim fructus habet celerata devotio. Bona est hospitalitas: habet mercatum suam primum humane gratæ, deinde quod magis est, remuneratum æternæ. Omnes in hoc incolat hospites sumus: ad tempus enim habitandi habemus hospitium. Emigramus propter: caveamus ne si nos duri nos negligentes in recipiendos fratrum hospitibus, etiam nobis post vix ipsius curiam sanctorum hospitium denegatur. Sed pauperum præteritis, non opes à te hospites requirit, sed gratiam: non ornamentum convivium, sed cibum obvium. Hæc grata hominibus, accepta Deo. Unde Dominus Iesus in Evangelio, eum qui amque dederit hospiti portum aque frigide, calcillum asserit præmeritum non extorem futurum. Aug in lib. Ieromimus: *Cogimur, inquit, loqui vobis quod non debemus: invenire enim in vobis debemus quod laudaremus, non querere quod admodum. Ecce tamen breviter dico, non inamoror. Apostolice hospitalitatem, per hæc perventum est ad Deum: suscipis hospitium, capus & tu es comes in via: quia omnia peregrini sumus. Ipse est Christianus, qui & in domo sua & in patria sua peregrinum se esse cognoscit. Patria nostra sursum est, ubi hospitem non erimus: nam unusquisque hic & in domo sua hospes est, sed dimittit illam domum hinc sua, hospitem hospitibus. Quare? Et in tabulo sit est, non te alio veniente discit? Hoc facis & in domo tua. Cessit tibi locus pater tuus, cessus est filius tuus, nec manserunt manes, nec mansus reboque. Si omnes transimus, aliquid quod transire non potest, operamur, ut cum transierimus, & illic venerimus, unde non transierimus, opera nostra bona ibi invenimus. Causos est Christianus, quod times ne perdas quod erogas?**

Gregorius in Moralibus: Hospitalitatem fraternitatis amor, charitatis opera ducere, nobis valde necessarium est; unde egregius Predicator nobis utraque commendans ait: *Charitas fraternitatis morat in vobis.* Et, *hospitalitatem nolite oblivisci.* Beatus Princeps Apostolorum hujus hospitalitatis gratiam cum benignitate fratris habendam nobis commendat dicens: *Hospitalitas inveniem sine misericordie.* Hinc ipsa veritas dicit: *Hospes fui, & collegisti me.* Misa pietate Redemptor noster loquitur ex suorum compulsi membra fratris, dicens: *Quidcumque uni ex minimis meis fecerit, mihi fecerit.* Ipse igitur nos per hoc [qui] caput nostrum est, adjuvat, qui per nossem boni opera in suis membris adjuvat. Penitendum est nobis quantum hospitalitas fraternæ compulsioms valeat: quantum nos

Ibid. 34.

I. Pet. 3. 9.

Ibid. 38. 7.

Job 31. 15.

Matt. 5. 37.

Rom. 12. 13.

Ibid. 31. 1.

Lib. 3.

Matt. 10. 41.

De verbis Domini. Item 31.

Hab. 3. 1.

I. Pet. 4. 9.

Matt. 5. 37.

Ibid. 40.

om. 1901701

Lib. 4. Synon. cap. 11. de curiositate, sed verba diver-

Matt. 11. 19.

Ibid. 34.

Ibid. 41.

omnipotenti Domino misericordie viscera conjungant. Inde enim ei qui est super omnia appropinquamus, unde nos per compassionem proximi etiam sub nomine deponimus. In rebus corporalibus nemo alta tangit, nisi qui tenditur. In rebus verbis spiritalibus, certum est quia quanto plus per compassionem attrahatur, tanto altius et verius propinquamus.

Plura itaque sanctorum Patrum exstant documenta, quae hic ob brevitate non ponuntur. Oportet ergo ut unusquisque fidelis regulam Christianitatis in secunda hospitalitate custodiat, eamque Christi amore, non mercedis temporalis retributione sectetur. Nemo quidem pauperem obtendat, dicendo: Non possum hospitem suscipere, quoniam non habeo unde illis necessaria ministrum: qui Dominus Jesus Christus ut hanc occasionem tolleret, etiam de calice aquae frigidae sitenti porrecto, se mercedem pollicitus est reddituram.



LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

De Charitate.

ILLE charitatem habet, qui & Deum persequitur, se, & proximum tanquam se diligit: *In his dominus praecepta sua lege pendit. & propheta.* Foris Christianorum proprium est & amicum diligere in Deo, & inimicum propter Deum. Unde dicitur in Psalmo: *Latum mandatum tuum nimis.* Ideo latum dicitur mandatum, quia & amicum & inimicum pari dilectione comprehenditur. Judaeis nempe moris est amicum diligere, & inimicum odium execrabilibus inferre. Christianus vero uterque, Domino praecipiente in Evangelio, neque diligendus est: *Andreas* inquit, *quis dilectum est antiquis: Dilige proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persecutoribus. & calumniantibus vos, ne sicut filii Patriae vestri qui in caelis est, qui solem suum orari facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & cetera.*

Est alibi: *Mandatum novum de vobis, ut vos invicem diligatis. In hoc cognoscet omnes quod mihi discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* In hac quippe praecipiente non solum amici, verum etiam inimici continentur dilectio: nec quisquam gloriantur potest veraciter si Deum diligit, si ab inimici & exarbitraverit dilectione. Dominus enim in Evangelio ait: *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis Pater vester caelestis peccata vestra. Si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Ad tam magnam tonitruum, ut beatus Augustinus ait, quod non expergitur, ut qui dormit, sed mortuus est: sed tamen potens est Dominus etiam mortuos suscitare.

De charitate autem Salomon ita dicit: *Odium suscitavit rixas: & universa delicta operit charitas.* Petrus: *Amo omnia, inquit, in quibusvis charitatem continentem habentes: quia charitas operis multitudinem peccatorum.* Paulus: *Charitas patientis est, benigna est, & reliqua.* Joannes: *Deum, inquit, charitas est: qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Gregorius in libro Pastorali: *in Virtus itaque est eorum hominibus, quod versarios tolerare: sed virtus*

eorum Deo, diligere: qui hoc solum Deus facerificium accipit, quod ante ejus oculos in altari bonis operibus flammae charitatis accendit. Item idem: *Cum eunda facta eloquios dominicus plena sunt praecepta: quod est quod dilectione, quasi de singulari mandato Dominus dicit: Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem? Nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, & omnis unum praeceptum sunt. Quia quisquis praecepit, in sola charitate solidatur. Ut enim multi arborum rami ex una radice procedunt, sic multae virtutes ex una charitate geruntur: nec habet aliquid veriditatis rami boni operis, si non remanet in radice charitatis. Praecepta ergo dominica & multa sunt, & unum & multa per diversitatem operum in unum in radice dilectionis. Qualiter autem ista dilectio sit tenenda ipse insinuat, qui in plerisque scripturae suae sententiis & amicum jubet diligere, se, & inimicos propter se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui & amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum. Item idem: *Omnia enim habentis diligit & abundabit: et autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eis: habenti namque dabitur & abundabit, & qui quisquis charitatem habet etiam dona sua periret: quia quisquis charitatem non habet, etiam dona quae percipisse videbatur, amittit.**

[Cum enim Apostolo testante, plenitudo legis sit dilectio, secundum est, quia nemo proximum sine Deo, nec Deum sine proximi dilectione diligere valet. Unde quia] de charitate, quae Deus est, pauca hic collecta sunt, quibus ad eum pervenire desiderat, qui charitas est, oportet ut Dei & proximi dilectione veraciter ignitus exultat.

CAPUT II.

De Humilitate.

Sicut superbia de Angelis demones, ita humilitas de hominibus Angelorum efficit civem. Diabolus itaque per superbiam corruens de caelo, hominem primum stravit, & de paradiso expulit, Christus autem Dei filius ad redimendum genus humanum humilis venit in mundum. Unde ait Apostolus: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalis Deo, sed semetipsum exinanivit formam servus accipiens. Et in ista: Humilitatem servum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. De humilitate autem ait Dominus per Prophetam: Super quem requiescit spiritus meus nisi super humilem, & quietum, & incontinentem sermones meos? Salomon: *Ubi est superbia, ibi & contumelia. Ubi autem humilitas, ibi & sapientia. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritum suscipiet gloria. Prinsquam contemnerit, exaltatus: cor homini: & antequam glorificetur, humiliatur.* Et in Evangelio: *Quicumque ergo humiliaverit se sicut paruulus esse, hoc major est in regno caelorum.* Petrus in Epistola prima: *Omnes autem invicem humilitatem insonate: quia Deum superbi respicit: humilibus autem deus gratiam.* Et, *Humilitatis in conspectu Domini, & exaltabit vos.* Jesus filius Sirach: *Quanto magis est, humiliat te in omnibus & coram Deo invenies gratiam.**

Gregorius in moralibus: *Ad hoc ergo unigenitus Dei filius formam humilitatis suscepit: ad hoc invisibilis, non solum visibilis, sed etiam deuspectus apparuit, ad hoc contumeliam ludibria, & irrisionem probra, passionumque tormenta tole-*

et ab inimic] Ita sunt suspens Jonas, nihilque eius ab ejus | mente alienum magis, quam quod ab heresi ediderat ab anti-
Tom. I. Q.9

Mat. 23. 40.
Psal. 118, 96
Mat. 5. 43.
& 49.
Joan. 9. 34.
Mat. 6. 14.
Prov. 10. 13
1. Pet. 4. 8.
1. Cor. 13. 4
1. Joan. 4. 8.
Hosai. 11.

101
101. 11. 18.
Mat. 11. 11.
Phil. 2. 6.
Ibid. 10. 9.
1. Pet. 5. 6.
Prov. 11. 3.
Ibid. 10. 11.
Ibid. 19. 11.
Ibid. 18. 11.
Joan. 18. 11.
1. Pet. 5. 5.
1. Cor. 4. 10.
Ecol. 3. 10.
1. Lib. 10. in c. 12. Job c. 18.

rari, ut superbum hominem non esse doceret
 humili Deo. Quanta ergo humilitatis virtus est,
 quamque sublimis celsitudo, propter quam solam
 veteriter edocendam is, qui sine estimatione mag-
 nus est, veniens ad passionem factus est parvus.
 Quia originem peccatorum nostræ se præbuit super-
 bia diaboli; intrinsecum redemptionis nostræ in-
 venta est humilitas Dei. Hostis noster magnus inter
 omnia conditus, videri super omnia voluit elatus.
 Redemptor autem noster magnus manens super
 omnia, fieri inter omnia dignatus est parvus. Et
 humilitas magistra est omnium, materque virtutum,
 sicut veritas ait: *Dixit et me quia misera sum & hu-
 militas corde: & inveniatis requiem animabus vestris.*
 Quia dum se humiles deiecit, ad Dei similitudi-
 nem ascendit. Quod igitur humilitate sublimas?
 Quæ dum se in ima deipinit, auctori suo manenti
 super summam se conjugit.

Hamil. 11. 19.

Hamil. 11.

Cælianus Episcopus in homilist: Humilitatem
 ergo, fratres dilectissimi, ante omnia tenemus;
 non illam que aliquotes foris tantum ostenditur,
 sed illam que in conscientia retinetur. Sunt enim
 aliqui, qui quando aliqua tranquillitas fuerit, hu-
 militatem in ore et in corpore solent ostende-
 re: & si aliqua, ut afflicto, tribulatio, vel sean-
 dali procella fuerit, effrenato ore, erectâ cer-
 vice, superbia, que in corde tepetitur, multis
 convitiis profertur ex ore. Quare hoc factum est,
 si fratres? quia fundamentum veræ humilitatis non
 habuit: quia humilitatem, quam prius promate-
 bat in corpore, non habebat in corde. Et bamiles
 ergo sumus fratres charissimi, non solum senioribus,
 sed etiam æqualibus, & junioribus nostris, ne
 Deus superbis resistat, ne se exaltantes humiles, ne
 inflati per viam angustiam transire non possimus.

Eud. post
yusca.

Ecce quantum humilitati studendum est, bre-
 viter demonstratur. Proinde necesse est, ut superbia
 cum auctore suo diabolo vigilanter caveatur, & hu-
 militas Christi obedenter amplectatur, quoniam si-
 cut illa se amittens ad ima prostrat, ita illa se am-
 plectentes ad summam erigit.

CAPUT III.

De Patientia.

PATIENTIA quæ Christianamrore suscipitur, lau-
 danda & predicanda est: quando autem amore
 terrenorum fit, non est virtus patientie dicenda,
 quæ nulla est, sed ut beatus Augustinus scribit, mi-
 randa dicitur, neganda patientia. Patientia ergo tunc
 est laudanda & virtus predicanda, cum ob Christi
 amorem non solum in accidentibus exteriorum rerum
 adversitatibus habetur, sed etiam in corde potissi-
 mi retinetur. Nec etiam prodest exterioris demon-
 strari patientiam, & interioris bella dissonantiam,
 & exteriorum fomenta retineri vitiarum. Quando igitur
 foris præstenditur patientia, & interioris regnant
 bella vitiarum, non est hujusmodi patientie virtus,
 sed virtutis simulatio zelanda. Exstat igitur
 beatus Job exterioris interiorisque exemplum pa-
 tientie: qui non solum exteriorum dama rerum,
 & orbates filiarum, & injurias illatas amicorum,
 verum etiam flagellum sui corporis patienter susti-
 nit, & inter tot adversa non ad marmurationem
 sed ad Dei laudem eripit dicens: *Si bona sustinuerim
 de manu Domini, mala autem quare non sustinuerim?*
*Item? Domini dedit, Dominus abstulit: sicut Do-
 minus placuit, ita factum est: si nomen Domini benedi-
 cimus.* De patientia autem ait Salomon: *Qui pa-
 tienti est, multa gubernat prudentia: qui autem im-
 patientem, exultat stultitiam suam.* Item: *Malior est*

De Patientia
cap. 4.

Job 1. 10.

Ibid. 1. 11.

Prov. 14. 19.

Ibid. 16. 21.

*patient, viro forti, & qui dominatur animo suo. 12-
 paginatur verbum.* Item: *Dolorum viro pro patientia
 nascitur.* Dominus in Evangelio: *Beati, inquit,
 pacifies: quoniam filii Dei vocabimini.* Item: *In pa-
 tientiâ vestrâ possidebitis animas vestras.* Paulus: *Si
 fieri poterit, quod ex vobis est, cum omnibus homini-
 bus pacem habete.* Item: *Patientiam vobis necessaria
 est: ut voluntatem Dei faciatem, repertum promissio-
 nem.* Item: *Pacem signamus in civitatibus, & sancti-
 moniam, sine qua nemo videbit Deum.* De his autem
 qui propter honores terrenos nascendos, & di-
 versas cupiditates explendas, jocoseque & multimo-
 das delectationes, & vanitates inscandandas, multa
 dura & acerba patientissimè, & molestissimè, ac
 periculosissimè tolerant, cum loqueretur beatus Au-
 gustinus in libro de bono patientiæ, ita ad extre-
 mam intulit: *In his, inquit, hominibus miran-
 da est potius quam laudanda patientia, imò nec mi-
 randa nec laudanda, quæ nulla est, sed miranda
 duritia, neganda patientia. Nihil autem illi jure
 laudandum, nihil utiliter amandum. Tantoque
 reclus major supplicio dignum iudicabit animus,
 quanto magis vitis subdit instrumenta virtutum.*
 Patientia comes est sapientiæ, non famula concu-
 piscentiæ. Patientia amica est conscientie bonæ,
 non inimica innocentie. Cum ergo videris quem-
 quam patientem aliquod pati, non contentus laudare
 patientiam, quam non ostendit nisi causa patienti-
 æ. Quando illa bona est, tunc illa vera est: quando
 illa non tollitur cupiditate, tunc à felicitate distin-
 guitur. Cum verò illa tenetur in crimine, tunc hu-
 jus nomen erratur in nomine. Non enim sicut
 homines qui sciunt, sunt particeps scientiæ, ita
 omnes qui patientes sunt particeps patientiæ: sed
 qui passione rectè utuntur, in patientie veritate
 laudantur, hi patientie munere coronantur. Ver-
 rantem cum pro libidinis, vel etiam sceleris,
 & cum denique pro illa temporali vitâ ac salute
 multa homines horrendis maribus sufferunt, fa-
 ctis nos admonent quanta sufferenda sunt pro vitâ
 bonâ, ut & possit esse æterna, & sine ullo
 temporis termino, sine utilitatis ullius detri-
 mento, verâ felicitate secunda. Unde Dominus
 ait: *In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras.*
 Non sit villas vestras, laudes vestras, luxurias
 vestras, sed animas vestras. Si ergo tanta sus-
 fert anima ut possideat, unde percat? quanta de-
 bet sufferere non percat? Et paulo post: *Quamvis
 autem patientia virtus sit animi, partem tamen eâ
 utitur animus in seipso, partem verò in corpore
 suo. In seipso utitur patientiâ, quando illa &
 intacto corpore aliquid quod non expedit, vel
 quod non debeat, tacere aut scire, quibuslibet
 adversitatibus aut fonditatibus rerum, seu verbo-
 rum stimulis incitatus, & patienter mala omnia
 tolerat, nec ipse mali aliquid opere vel ore com-
 mittit. Per hanc patientiam sustinemus etiam cum
 corpore sani sumus, quod inter hujus facili scan-
 dala bestinatio nostra differtur.* Item post que-
 dam: *Hæc omnia, & si quæ sunt alia, quæ com-
 memorare longum est, ad eum patientie modum
 pertinent, quo animus non sua peccata, sed que-
 cumque extrinsecus mala patienter sustinet in
 seipso, suo proinde corpore illa. Alius autem pa-
 tientie modus est, quo idem ipse animus quæcum-
 que molesta & gravis in sui corporis partibus
 perire, non sicut fluit vel maligui homines prop-
 ter adipiscenda vana, vel scelerata perpetran-
 da, sed sicut à Domino definitum est pro-
 pter justitiam. Utroque sancti Martyres modo cer-
 taverunt. Nam & impiorum, . . . saturati sunt,
 ubi animus corpore intacto quodam veluti plaga*

Ibid. 59. 15.

Mat. 5. 9.

Luc. 11. 19.

Rom. 12. 18.

Hebr. 10. 16.

Ibid. 11. 41.

Lib. de Pa-
tientia c. 4.

Ibid. cap. 6.

Ibid. c. 7.

Luc. 21. 19.

Ibid. cap. 8.

Ibid. cap. 9.

Ibid.

Ibid. c. 10.

Mat. 5. 10.

«sua Interger sustinet, & in corporibus vincti sunt, in-
«clusi sunt, sicut ac suis affectibus, torti sunt,
«ficti sunt, dilaniati sunt, incensi sunt, cruciati
«sunt, & pietate immobili subsiderunt Deo men-
«tem, credi poterunt in carne, quidquid exqui-
«renti videri patitur venit in mentem.

Monit. 31.

Gregorius in hominibus Evangelii: « Sciendum
«præterea est, quod tribus modis patientia exerce-
«ri solet. Alia namque sunt quæ à Deo, alia quæ
«ab adversario, alia quæ à proximo sustinentur. A
«proximo namque persecutiones, damna, & con-
«tumelias: ab adversario tentamenta: à Deo autem
«flagella tolerantur. Sed non omnibus tribus his mo-
«dis vigilantibus oculo semetipsum debet mens circum-
«spicere: ne contra mala proximi pertrahatur ad
«retributionem mali: ne contra tentamenta adver-
«sari seducatur ad delectationem, vel consensum
«delicti: ne contra flagella Officis ad excessum pro-
«vauit murmurationis. Perfectè enim adversarius
«vincitur, quando mens nostra & inter tentamen-
«ta eius à delectatione, atque consensu omnimodis
«refraturatur, & inter contumelias proximi cu-
«stoditur ab odio, & inter flagella Dei compescitur
«à muturmatione. Nec hæc agentes, retribui no-
«bis presentia bona requiramus. Nam pro labore
«patientie bona speranda sunt sequens vix, ut
«premiis nostri laboris incipiat, quando jam om-
«nis labor funditus cessat. » Item idem: *In pa-
«tientia vestra possidebitis animas vestras.* « Idem
«caro possessio animæ in virtute patientie ponitur;
«quia radix omnium cultioque virtutum patientia
«est. Per patientiam verbè possidemus animas no-
«stras; quia dum nobis ipsi dominari sumus,
«hoc ipsam incipimus possidere quod facimus. Pa-
«tientia vera est, aliena mala æquanimiter perpe-
«ti, contra eum quoque qui mala irrogat, nullo do-
«lore mordet. Nam qui sic mala proximi portat,
«ut tamen tacitus doleat, & tempus dignæ retri-
«butionis querat, patientiam non exhibet, sed of-
«tentat. Scriptum quippe est: *Choritas benigna est,*
«*patientia est.* Patientis namque est, ut aliena mala to-
«leret: benigna verò est, ut ipsos etiam quos por-
«tat, amet. Hinc namque per semetipsum veritas
«dicit: *Diligite inimicos vestros: benedixit his qui*
«*ederaunt vos. Orate pro persequentibus, & calum-
«niantibus vos.* Virtus itaque est coram inimicis
«adversarios tolerare, sed virtus coram Deo digne
«re: quis hoc solum Deus sacrificium accipit, quod
«aut ejus oculos in altari boni operis flamma cha-
«ritatis incendit. Sciendum verò est, quod plerum-
«que patientes videmur, quia retribuere mala non
«possumus: sed qui dicitur malum non retribuunt,
«quia nequaquam valet, proculdubio, ut dixerimus,
«patientis non est: quia patientia non in offensiose
«acquiritur, sed in corde.

Ecc. 31. 39.

Ibid.

I. Cor. 13. 21

Athen. p. 44

Hæc quippe & his similia eximia ac saluberrima
«testimonia nos ad patientiam virtutem informant. Et
«quia sine charitate in nobis non potest vera esse pa-
«tientia, imitemur ejus exemplum, qui propter nos
«flagella, & ludibria, & crucis patibulum patienter
«sustulit, ut exterius interiorque ejus amore virtu-
«tem patientie exhibentes, illo quoque præcessit, post
«mortem pervenire valeremus.

CAPUT IV.

De Superbia.

ALIIQUANDO propter donum alicujus virtutis,
«aliquando propter mundi honores, ali-
«quando verò propter carnis fragilitatem labor in
«superbiam, quæ totius peccati initium est. Unde
«scriptum est: *Initium omnium peccati, superbia.* Hæc

Athen. 10. 26.

Tom. I

de Angelis drimones fecit; humilitas autem homi-
«nes aequalis Angelis reddidit. De superbiam namque
«Psalmista: *Populum humilem scilicet facite: & vos
«les superbiorum humilitate.* Item: *Superbi iniqui-
«tatem assequuntur: à lege autem tuâ non declina-
«vo.* Item: *Incepisti superbia, maledicti qui dicit
«non à mandatis tuis.* Item: *Non habitabis in me-
«dis domini: men qui facis superbiam.* In Proverbis:
«*Demos superbiorum demoliantur Domum.* In Ecclesia-
«sticis: *Quid superbi terra & cinis? In Amos: Terra
«vix Domini in unum suâ, docet Domini exerce-
«ntiam: Detestor ego superbiam Jacob, & domos eju-
«m odi. Tobias alloquitur filium suum: Superbiam, in
«quit, nunquam in tuo sinu, aut in tuo verbo demer-
«tari poterat: tu ipsa enim initium fuisse omnia
«perdidit. Et Salomon: Ubi, inquit, fuerit superbia
«ibi erit & consumelium. Item: *Melius est humilitas,
«cum misere, quam dividere spolia cum superbo.*
«*Jesus filius Sirach: Odiosus coram Deo & homini-
«bus superbus. Initium superbiam hominis, injus-
«titiæ à Deo. Initium peccati est omnis superbia. Qui te-
«tigitur peccati, iniquitatis ab eâ: & qui communi-
«cavit superbo, induitur superbia. Et Dominus in
«Evangelio: Omnis, inquit, qui se exaltat, humili-
«abitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Petrus: Deus
«superbi resistit: humilibus autem dat gratiam. Pau-
«lus: Noli vultu sapere, sed time.**

Augustinus in libro sermorum: «Sola, inquit,
«diaboli superbia, & invidia mittit in ignem æternum.
«Non potest superbus esse non invidiosus: in-
«vidua superbie filia est. Sed ita mater superbia,
«nescit esse sterilis, ubi fuerit, continuè parit. » Et
«paulo post: «Prior est in vitis superbia, deinde in-
«vidi. Non enim invidia peperit superbiam, sed
«superbia invidiam. » Non enim invidet, nisi amor
«excellens. Amor excellentis, superbia vocatur.
«Gregorius in moralibus: «Occiso perditionis nos-
«træ sacra est superbia diaboli: & argumentum re-
«demptionis nostræ inventa est humilitas Dei. Quod
«elatione dejectus: quæ dum supra se tenditur, ab
«altitudine veræ celsitudinis elongatur: Initium
«omnis peccati, superbia est. Quod est autem su-
«perbia, nisi perveris celsitudinis appetitus? Per-
«veris etenim est celsitudo, cum deserto, cui debet
«animus inhærere, principio, sibi quodammodo
«ferri vult, atque esse principium. Multis sepe su-
«perbia luxurie seminarium fuit: quia dum eos spi-
«ritus quos in altum erexit, caro in sulcis meruit.
«Qui superbia hæc secreto cordis præs elevatur, po-
«stea publicè corruunt: quia dum oculos intumesci-
«unt motibus cordis, a peritis cadunt lapsibus cor-
«poris. Unde per Olee Prophetam contra Israëlita-
«tas dicitur: *Spiritus frustrationis in medio erunt:*
«*& Dominum non cognoverunt.* Qui ut offendunt,
«quod causa libidinis ex culpa proruperit elationis,
«mox subdit dicens: *Et respondebit irrogantia
«Israel in faciem ejus.* Si auctorem suum homo su-
«perbendo contemnit, jure & à subiectione carne
«patium suscipit: unde & ille primus inobediens
«mox ut superbendo peccavit, pœndenda contraxit:
«quia enim caluoniam spiritus Dei intulit, mox
«calumniam carnis invenit. » Et paulo post: « Super-
«bi quippe eo ipso quo videri alii appetunt, à
«verâ elatione Dei longè per elationem hunc: sub-
«littere etenim nequeunt qui ab æternæ elationis soli-
«titudine deviderunt; sicut per Psalmistam dicitur:
«*Detestor eos dum allevantur.* Qui eo intumescens
«corruunt, quo malè intumescens surgunt. Sic arum
«flam in altum signala raptus, sed casu con-
«cito ad ima revocatur. Sic ad vultum fumus tolli-
«tar, sed repente in nihilum tumescendo dissipatur.
«Sic ab infimis nebula densando se erigit, sed »

Q. 34

exortus solis radius ac si non fuerit, absterge: sic in herbari superficie nocturnis horis humor aspergitur, sed durans hominis subito calore siccat: sic ipsum aquarum bullæ inchoantibus pluvius extinguitur ac intemis certatim procedunt, sed eo celestis disrupere deperunt, quo inflatæ altius extenduntur: cumque excreverint ut appareant, crescendo peragunt, non subsistant. Scriptum est: cunctis diebus suis impius superba. Solent etiam elevari in quibusdam suis cogitationibus atque adibus superbare, sed quia electi sunt, cunctis diebus superbare non possunt: quia prorsus quam vitam faciunt, ad humilitatis metum ab elatione corda commorant. « Celsinus Massiliensis Episcopus in hominibus: Duo, inquit, ædificia, & dux civitates à mundi initio constructuræ: unam ædificat Christus, alteram diabolus: unam humilis, alteram superba. Attendat ergo unusquisque conscientiam suam, & si in se videtur dominari superbiam, in civitate diaboli se infeliciter ædificare, imò periclitari non dubitet ad ruinam. Non enim discernuntur filii Dei, & filii diaboli, nisi humilitate, atque superbia. Quemcumque esse superbum valens, diaboli esse filium non dubitet. Quemcumque esse humilem conspexerit, Dei filium esse veraciter credere debeat. Et ut hoc verum esse cognoscas, audi scripturam dicentem: *Instrum apertur à Deo, superbia superbia.* De superbia namque insensit contemptus mandatorum Dei, & de bonis que aguntur vanæ laudis appetus. « Hæc Celsinus dicitur.

Fit verò & in eo superbia, quando quis aut pro virtutibus, aut pro divitiis mundi alius meliorem se existimat, cum utique in eo peyor sit*, quo se meliorem alii arbitrat. Nascitur etiam ex superbia contumacia, inobediencia, contentiones, hæreses, & cætera innumera vitia, quæ omnia humilitate perficere simulis Dei sperare possunt. Putantur autem nonnulli propter cultum & splendorem vestium, superbia tumescere: quod dum plerumque ex fonte superbar solent emanare, plures tamen sunt qui exteriùs his ornantur, & interiùs humilitate polleat. De talibus erat ille purpuratus, & regio diademate insignitus, quid dicitur: *Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non sum obtulit.* Item: *Vide humilitatem meam, & laborem meum: & domeste universa delicta mea.* Quia igitur per superbiam patiens nostri Adæ cecidimus, & per humilitatem Christi resurreximus, opere pretium nobis procurandum est, ut superbiã, ut pote venenum diaboli, caveamus: & humilitatem Christi semper adheramus, qui dicit in Evangelio: *Disiste à me quia nullus sum & humilis corde: & invenietis regnum cælestium vestris.* Quisquis igitur superbie vno inservit, necesse est, ut de eo, sicut & de cæteris vitis, sacerdoti confessionem faciat, Deumque supplicet, ut sibi ignoscere dignetur.

CAPUT V.

De odio & invidia.

Sicut per concordiam parvæ res crescunt, ita & contrario per odium & livorem magnæ decreverunt. Odium enim & invidia multos micribus ac letaliter afficit. Hæc quoque duo pestifera peccata quanto occultiora, tanto perniciosiora, atque periculosiora. Eorum nempe morbus cum multorum mentes tabefaciat, nonnulli tamen per que-

dam exteriora indicia & interiùs eodem morbo laborare produnt, quia videlicet hujusmodi scilicet cum de odio cavendo admonetur, respondere solet: non possum hoc malum à corde meo vellere, quia hic, pro quo admones, multas iniurias & diversa mihi mala intulit. Faciat Deus quod vult, non quæcumque donec ex eo ultionem capiam. De invidia autem cavendâ & charitate amplectendâ, cum admonitio fit, ita ab hujusmodi responderi solet: illum & illum non decuciat habere quod adeptus est, quia non est tam nobiliter natus, ut hoc nancisci oeruent. Sæpe quoque subjungere: Ego qui inserviendo plurimos multo labore consumi animos, non percipi ad honorem; & ille qui parvo aut penè nullo servivit tempore, me in honore accipiendo præcedit. Hoc sempe vitium invidiæ & in majoribus, & in minoribus fit rebus. Verum si de cupisset invidiosus sanctitate, & bonitate vice agatur; & id quod dicitur verum esse asserat, hujusmodi invidiâ tabescentes cuncta falsa esse dicuntur, contentantur. Fuit & alia multa indicia, quibus odientes, & invidi se prodere solent: & forsitan quantum in hac re delinquant, ignorant. Cum sint itaque capitalia crimina, perari sunt, quod valeat periculum est, qui iside Deo & sacerdoti confessionem faciant, & per penitentiam satisfactionem hæc dicitur procurent. Sed dum secundum legem mundi, non secundum legem Christi, malum pro malo reddunt, & eoque quibus invidet deficientes, convitiis, & diversitibus contumeliis fatigant, & criminale in promptu sit, potius viri fortis, quam erubescerentis, & penitentis nomen habere diligunt.

Hæc igitur vitia quibus vigilanter sint cavenda, osecula divinis subitò collecta docent. Habes in veteri lege: *Ne odiam fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue illum, ut habeas super ille peccatum.* In Salomone: *Vna cornua sanctas cordis: putredinem invidia.* Item: *Vtrum stultum interficit iracundia: & parvulum occidit invidia.* Jesus filius Szech: *Per invidiam diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Joannes Apostolus: *Qui odiam fratrem suum, homicida est.* Item idem: *Qui dicit si in luce est, & fratrem suum odiam, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat: quoniam tenebra obvertentur oculos ejus.* De invidia autem ita scribit Augustinus in libro de disciplina Christianorum: *Avertat enim Deus pestem invidiæ ab omnium hominum animis, necdum Christianorum: vitium est invidiâ, quo solum diabolus reus est, & irremediabiliter reus. Non enim dicitur diabolo ut damnetur, adulterium commisit, furtum fecit, villam alienam rapulit, sed homini stanti lapsus invidia.* Invidia diabolus vitium est; sed habet matrem suam. Superbia vocatur mater invidiæ. Superbia invidios facit. Suffoca matrem, & non erit filia. Necdum humilitatem docuit Christus. Nam non ego loquor invidi, bene optantibus loquor. Illi loquor qui optant bene amicis, ut habeant tantum, quantum habeant & ipsi.

Scribit etiam & Prosperus: *Invidios est certè, qui alienum bonum, suum facit invidendo supplicium; nulli videtur ad invidendum concupaciantia provocari, sed tantum superbar morbo vezari.* Sed si animi ejus pellem, qui præcipitator incensus, subitè atque rursus, invenietis eum & perditiosum cupisum, cujus cupit intentum, & superbar malo tenens, quod tibi iugiter ingemiscit meliorem cui invidet meliori. Qui facit potest quale sit hoc malum verbis exprime, quo invidi-

b *Magillensis Episcopus* | Arclatensem dicere voluit, quod Acherus ecclie monuit.

c *in eo peyor sit* | Antra legitur *in eo peyor sit*, Gallo, & c. *in illi memora auctora*.

Levit. 19.

Prov. 14. 1

Job 5. 2.

Sap. 1. 2.

1. Joan. 5

1. Thim. 3. 9

Lib. 1.

serm. de c.

capit. 13.

si. 2.

De vitis

comp. c. 3

«dus odio hominis persequatur divinum munus in
«homine. • potius amari debeat, etiam
«pro sui meriti laudate? Tantos invidios habere
«pena iusta tertores, quantos invidiosus habuerit
«laudatores. Nequidem invidiosus facit excellen-
«tia meriti, invidiosus poena peccati, nec est ab ho-
«mine potest adhiberi crimendum, cujus est vulnus
«occultum.

Lib. 3. c. 31.

Gregorius in moralibus: «Invidere non possu-
«mus, nisi eis, quos nobis in aliquo meliores puta-
«mus. Parvulus ergo est, qui livore occiditur, quia
«ipse sibi testimonium perhibet, quod eo minor sit,
«cujus invidia toquetur. Hinc est, quod hostis
«causatus primo homini invidendo subripuit, quia
«amilla beatitudine, minorem se immortalitatem il-
«lud agnovit. Cain ad perpetrandum fratricidium
«corruit, quia de spectro suo sacrificio, prelatum sibi
«insimulavit, cujus Deus hostiam accepit, & quem
«meliores se esse exhorruit, ne utrumque esset,
«amputavit. Esau ad persequutionem hac de re fra-
«tris exaruit; quia primogenitorum benedictione per-
«dita, quam tamen Esau leotulit ipse vendiderat,
«minorem se eo, quum nascendo percibat, ingemuit.
«Ioseph sanctum fratres sui Imafinitis transmitti-
«bus ideo vendiderunt; quia cognatio revelata
«mysterio, ne eis melior fieret, ejus profectibus ob-
«viare conati sunt. • Scendum summopere est, quia
«quamvis per omne vitium, quod perpetratur, hu-
«mano cordi antiquior hostis virus insuadatur, in hac
«tamen nequitia tota sua viscera serpens concutit, &
«impugnans malitie pestem vomit. Per invidiam
«color pallore afficitur, & oculi deprimentur, mens
«accenditur, membra franguntur, sit in cogitatione
«rabies, in dentibus Irrior.

Lib. 3. c. 32.
post. 122.

Iudorus in libro Sententiarum: «Invidus niem-
«brum est diaboli, cujus invidia mors introvit in
«orbem terrarum. Nulla est virtus, quae non ha-
«beat contrarium invidie malum: sed sola miseria
«caret invidi: quia nemo invidet misero. • Et post
«pauca: «Hoc nimis invidus alienis virtutibus pra-
«estat, quod beato Job Satan pertrahit. Nam dum
«emulatur prosperitatibus, commovet adversa.
«Non homines, sed vitia odia habenda sunt. Flebiliter
«deplorandi sunt qui odio in fratrem tabulant,
«& contra alios perniciosum animae dolum servant;
«à regno enim Dei se separant, qui semetipsos à cha-
«ritate dissociant. Beda in expositione Joannis Epi-
«stolae: «Dominus, inquit, praecipit in Evangelio
«diligere inimicos. Quis ergo dicit se esse Chritia-
«num, & fratrem suum esse, in peccatis est usque
«adhuc; bene addidit usque adhuc: quia nunquam
«omnes homines in tenebris nascuntur vitiatorum.
«In tenebris manent homines, donec gratia bap-
«tismi per Christum illuminentur. Sed si qui cum odio
«fratris accedat fontem vitae, quo renascitur, ad
«potum sanguinis portandi, quo redimatur, et si
«illuminationem à Domino aestimet, in tenebris est us-
«que adhuc: neque ulla ratione peccatorum um-
«bras exuere potuit, qui viscera charitatis induere
«non caravit. • Item dicit: Omnes, inquit, qui odia
«fratrem suum, homicida est. • Si contemnebat
«quisque odium fratrum, utique & homici-
«dum in corde suo contempnere est. Non movit
«manus ad occidendum hominem; homicida jam
«teneatur à Deo. Vivit ille, & ille jam interfector
«iudicatur: *Es fecit quoniam omnis homicida non
«habet vitam aeternam nisi manentem.* Et si hic per
«fidem inter sanctos vivere ceravit, non habet in
«se perpetuam vitam manentem. Nam ubi retru-
«butio tempus advenit, cum à cin. quies ma-
«ligno erat, dimittatur: etiam qui hoc homicidi
«genere tenetur, ut dicitur, & dilidae, & pa-

In exposi-
tion. Epist.
cap. 4. v. 9.In exposi-
tion. Epist.
3. v. 14.

tem cum fratribus non habet. Notandum est
«quod non ait absolute, *homicida non habet vitam*
«*in se manentem, sed, amovet, inquit, homicida.*
«scilicet non solum ille qui ferro, verum & ille qui
«odio fratrem interfecit.

Hic & his similibus divinae scripturae auctoritatibus
«percutitur & odium, quod fructuosos suos spiri-
«tualiter necat, cavendum, & invidiam, quae rubi-
«ginem suam invidiosum mentes confusam, viciandam.
«Cassiodorus etiam mens his malis infecta fuerit, trans-
«plum sancti Spiritus esse non merebitur, nisi his ca-
«verit.

CAPUT VI.

De vitio vitii principalibus.

Quia longum est octo vitii principalibus capitulum
«enumerare, utque iudicium est ea sub vitio
«captuli adnotacionem congerere. Horum primum
«est superbia, de qua superius dictum est. Secundum
«quod vitium cum malis libentur, impuni-
«tatem sibi promittunt dicentes: *Quid delinquamus*
«*si potum & cibum, quae Deus ad utendum homini-
«bus tribuit, ad libitum nostrum percipimus?* Quae
«dum aut ante tempus, aut in tempore ultra men-
«suram modum indiscretè percipiunt, proculdubio delin-
«quunt. Quibus perpendendum illud est, quod Deus
«in Evangelio ait: *Videte ne graventur corda vestra in*
«*ebrietate, & crapula, & curis huius vitae.* Et Apo-
«stolus: *Esca & potus non commendant: eo.* Et
«Ilias: *Va qui potentes estis ad bibendum vinum, &*
«*viris fortes ad mistendum ebrietatem.* Item: *Eccc gan-
«dium & latvia occidere vitulos, jugulare arietes,*
«*comedere carnes, & bibere vinum.* *Vos ego dico*
«*Domini, si remiserit vobis iniquitas haec, donec*
«*merueritis.* Et Solomon: *Non exultet res vivum, &*
«*tumultuosa ebrietas: quoniamque enim his delictum est,*
«*non erit sapiens.* Item: *Ne intuearis vinum quando*
«*favescit, cum splenderit in vire color eius: in-
«*videtur blandi, sed in novissimo mordebit non est:*
«*Et sicut res: non venena dissuadet. Nullum secretum*
«*est tibi regnum ebrietatis.* Item: *Potentes iracundi si-*
«*sum, vinum non bibunt, ne cum bibentur oblitiscantur*
«*sapientiam.* Joel Propheta: *Expergescentus ebrius,*
«*& fies, ut late omnes qui bibitis vinum in dulcedi-*
«*ne.* Job: *Cum saevire fuerit, accidatur, &*
«*omnis dolor irruet in eum.* Iesus filius Sirach: *Opera-*
«*tarius ebrietas non implebitur. Vinum & mulie-*
«*res apostatas faciunt sapientes, & argum sapientis.*
«*Vinum potatum meliorem vivitacionem, & san-
«*& rinas multas facit.* Ex gula quippe nascitur nequitia
«lactia, furtilitas, levisitas, vaniloquium, immun-
«dicia coepotis, instabilitas mentis, ebrietas, libido,
«ut enim beatus Hieronymus ait, venemem eorum dis-
«tentum & diversis potionibus irrogatum flatum vi-
«vuptas genitalis sequitur.**

Tertium vitium fornicatio dicitur; quae non solum
«per corpus, sed etiam per mentem hirs ferit. Per
«corpus quidem fit, per commixtionem carnis cum
«sua minima quilibet, veliam alia quicumque immun-
«dicia ad explendum libidinis ardorem. Per mentem
«verò, cuoq; anima relicto connubio legitimi viri sui,
«id est Christi, aut per sollicitudinem, aut per quilibet
«aliud peccatum connubio adulterio, non existi-
«tabili, antiqui hostis se copulat. De hac quippe for-
«nicatione dicit Psalmista: *Perdes omnes qui fornicantur*
«*obis te.* Nascitur verò ex fornicatione caritas
«moris immo-dicatus, saepe periculum vitae, infamia,
«jocri, petulantia, & omnia incontinentia; odium
«mandatorum Dei, mentis enervatio, & iniuste cu-

politates, negligentia vite future, & presentis delictatio.

Quartum vitium est avaritia, de qua scribit Salomon: *Avarus non impletur pecunia.* Quæ à Deo in Evangelio hydroypis morbo comparatur, qui quanto plus bibit, tanto amplius sitit; sic & avarus quanto plus habet, tanto amplius habere desiderat, & dum modum discretionis in habendo non tenet, etiam in nimium concupiscendo amittit. De avaris autem tremenda sententia à Domino in Evangelio, & ab Apostolo de prompta est, quod avari regnum Dei non possidebant. De avaritia autem prodeunt peccata ramificata, invidiæ scilicet, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, perjuria, rapinae, violentiæ, iniquitudo, iniusta iudicia, contemptus veritatis, futuræ beatitudinis oblitio, obduracy cordis, quæ contraria est operibus misericordiarum.

Quintum vitium est ira: de qua ait Salomon: *Pro iracundis peccata vitæ: qui patient est, mitigat suspiria.* Item: *Ne vises fit ad irascendum, quæ ira in furore incitatur. Semper iurgia quarit malus: Angeli autem credidit miserari contra eum. Spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Item: Ira non habet misericordiam, nec iramptum furor: & iramptum concitatus furor quis poterit? Jesus filius Sirach: *Cum irasce non facias vitæ.* Item: *Homo iracundus incendit ignem. Zelus & ira minime dicit: & ante tempus ad fructum perducunt.* Et in Evangelio: *Omnes qui irascuntur fratri suo, reus erit iudicio.* Paulus: *Sed non occidas super iracundiam vestram.* Jacobus: *Ira enim vobis iustitiam non operatur.* Quisquis namque motum animi frustratione non regit, incidit in furorem incitæ, & cuncta quæ agit, precipitantem agere componitur: quomodo hujusmodi vitio captes, & mortuorum corpora, & modum rectæ discretionis, & honestatem pie actionis facit amittere. Nam & de ira palliat tumor mentis, rixæ, contumeliæ, clamor, indignatio, presumptio, blasphemiar, sanguinis effusio, homicidia, ulciscendi cupiditas, injuriam memoria, & alia quamplurima.*

Sextum vitium accidia, id est otiositas, de qua ait Salomon: *Ostendit otiositas animam.* Item: *Propter frigida piger avare nimis: studebitis a note, & non dabitur ei.* Otiosus verò Dominus arguit in Evangelio dicens: *Quis hic stans tercia die ieiun? ne in vestram meam.* Quæ peste multo Clericorum & laicorum laborant, & se de lingere minime intelligunt. Sicut enim extractus boni operis animam hilarescit, & ad melius semper agendum ignescit . . . De qua nascitur somnolentia, pigeria operis boni, insubilitas loci, pervagatio de loco in locum, tepiditas laborandi, tardium cursus, morositas, & insidiositas.

Septimum vitium est tristitia. Tristitia itaque cum duobus modis fiat, id est aliquando solubiter, aliquando letaliter: quando solubiter fit, non est vitium computanda, sed virtus: solubiter quippe fit, quando quis longa mediâ, & aliâ qualibet castigatione corporali decodtus, multis sanctarum virtutum certaminibus exercitatus, à dulcedine æternæ patriæ se diu exuliter tristat. De talibus dicit in Evangelio Dominus: *Tristitia vestra convertetur in gaudium.* Letaliter autem tristitia fit, quando quis de amissione terrenarum rerum, & aliâque rebus ab aliis injuriis ita tristatur, ut nihil boni operis cum agere delectet; quoniam dum hæc ei accidunt, ita animum ejus perturbare solent, ut non solum à bonis eum retrahant, verum etiam in precipitum desperationis e compellant. Quisquis igitur tali abhorretur tristitia, patet quod in fundamentum mentis futuramorem terrenum amor præposuit Christi. Quod

autem tristitantes non ad marmurationem, sed potius ad orationem, & ad Dei laudationem convertere debeant, Jacobus Apostolus docet, dicens: *Tristatur aliquis vestram, etiam aqueam & salis.* Quæ verba ita venerabilis Bedæ Presbyter exponit. *Si quis, inquit, vestrum aliqua tristitia deprimitur, vel ab aliis hominibus illata fuisse injuria urgeatur, vel culpa accedente, vel domestico damno preoccupante, vel aliâ qualibet vobis ratione conturbati contigerit, nequaquam illa horum ad invicem marmuratur, & de Dei judicio querelanti convenatis, sed potius ad Ecclesiam concurrentes flexis genibus Dominum orate, ut consolatio vobis sit gratiam mittat, ne vos tristitia seculi, quæ vobis mortem operatur, absorbeat. Ipsi quoque crebra & plurimodis dulcedine novicam morositæ pellem vestro de coepe pellite.*

Octavum est Cenodoxia, id est vana gloria, quod proprie arrogantium, & vana laudis amatorum est. De hac enim ait Dominus in Evangelio: *Omnia opera facta faciunt, ut videantur ab hominibus.* Item: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Arrogantium quippe quatuor sunt species, cum bonum aut à se metipsis habere æstimant, aut sibi datum desuper pro sua se acceptelle meritis putant; aut eorum cum jactent se habere quod non habent, aut despectis carent, singulariter videlicet appetunt habere quod non habent. Docet namque Apostolus, *ne qui gloriatur, in Domino gloriatur.* Et Dominus in Evangelio Diligatibus suis ait: *Sine me nihil potest fieri.* Cum igitur bona quis agit, nequaquam laudem ab hominibus captare, sed retributionem æternam à Deo debet expectare. *Hi sunt ut venerabilis Magister Aicinus scribit, octo totas impietatis ducem cum exercitibus suis, & fortissimi contra humanum genus dubioque fraudis bellatores, qui, Deo auxiliante, facillime vincuntur à bellatoribus Christi per virtutes sanctas. Prima, scilicet superbia, per humilitatem; gula per abstinentiam; fornicatio per castitatem; avaritia per largitatem; ira per patientiam; acriet per instantiam boni operis; tristitia mala per lætitudinem spiritalem; vana gloria per charitatem Dei.*

His planè octo vitis principalibus multi intelligendo, multi non intelligendo subalternant. Quæ adeo in usum deveniunt, ut à quibusdam aut nulla, aut penè nulla peccata ediscarbitrentur. De quibus multa hic sanctorum Patrum dicta aggregari poterant, quæ ob prolixitatem vitandam prætermissa sunt. Ceterum oportet unamquemque, ut hæc, divinâ opæ suffragante, cavet: & si forte his tandem mansuetus sit, Deo, & sacerdotum inde putam humilique confessionem facere non negligat.

CAPUT VII.

De Detractione.

DETRACCIÓNIBUS inservire non debet potenter divina indicat scriptura. Legitur itaque in libro Numeri: *Descendit Dominus in columna nubis, & stetit in ierusalem tabernaculi vocam Aaron & Mariam.* Et usit: *Quæ igitur non immittis detrahente serva mee Ad eum? ita usque contrâ eis abis, unde quoque recepti, qua erat super tabernaculum; & ecce Maria apparet candens lepra quasi vix.* Habes & in Psalmo: *Detrahentem secreto proximi suo, persequetur.* Et Salomon: *Remove ab iniquitate pravum: & detractione labii sui precat a se. Qui detrahit alicui rei, vixit se in futurum obligat: qui autem times preceptum, in pace versatur. Cum detractionibus ne commiseris, quoniam respice contra-*

Coloç. 3. 7.

Timo. 2. 18.

Fell. 7. 10.

1. Tim. 27. 11.

Ibid. 27. 11.

Ibid. 27. 11.

Fell. 3. 19.

Ibid. 27. 11.

Ibid. 20. 16.

Apost. 1. 24.

Fell. 4. 16.

Ibid. 3. 10.

Prover. 10. 4.

Ibid. 20. 7.

Ibid. 20. 7.

Jac. 1. 16.

Beda ad hunc locum.

Jan. 4. 15.

Epiſt. 2.

Pſal. 49. 16.

Prov. 14. 11.

Beda 19. 10.

Ibid. v. 11.

res perditio rerum. & riuam miramur quis vobis? Jacobus Apostolus: Si quis putat se religiosus esse non refranans linguam suam, sed factus est cor suum, huius vana est religio. Hunc locum Beda venerabilis Presbyter ita exponit: Monuerat, inquit, super verbum Dei non solum audire, sed & facere. Nunc non addit, quis de si mandata eius Domini, que dicitur, factis exercere videtur, si non etiam linguam in detractionibus, mendaciis, blasphemis, multiloquis, ab ipso etiam multiloquio, ceterisque quibus peccati solet, refranaverit, frustra si de operum iustitia loquitur: Item: Noli de detrabere in alterum fratrem meum: Qui detrabis fratrem, aut qui iudicat fratrem suum, detrahis legem, & iudicatur in legem.

Hieronymus ad Nepotianum: Cave ne aut in linguam, aut aures habes prurientes, id est, ne aut ipse alius detrahas, aut alius detrahentes audias. Sedem, inquit, aduersum fratrem tuum loqueris, & aduersus filium matris tua peccabis scandalum. Hec fecisti, & tunc. Existimasti mihi que quod res tui similes: arguas te, & statim in contrasacram tuam, subauditur sermones tuos, & cuncta nox de alius es loquutus, ut tua sententia iudicaris, in his ipse deprehensus, que in aliis arguebas. Neque verb illa iusta excolatio: reſentibus aliis injuriam facere non possum. Nemo in invito auditore libenter refert. Sagitta in lapide non nunquam figitur, interdum retiens percussit dirigentem. Dicit detractor dum te vides non libenter audire, non facit detrahere: Cum detractor scribit, aut Salomon: ne commiscearis: quoniam in tempore veniet perditio rerum: & riuam miramur quis vobis? Tam valedicit ejus qui detrahit, quam illius qui aurem accommodat detrahenti. Gregorius in Moralibus: Qui aliena vita detractione percipitur, alienis proculdubio carnibus satiantur, sicut scriptum est: Ne comedas eum qui carnes ad vescendum conferunt. Carnes quippe ad vescendum conferre, est in loquutione derogationis viculum proximorum vicia dicere. De detractoribus recte per Salomonem dicitur: Qui vacantes potibus & dantes simbula conſumentur, & vestitur per amos derisio. Potibus vacant, qui de opprobriis aliena vitæ se inebriant. Simbula verò dare est, sicut nunquique solet de parte sui cibos ad vescendum, ita in consabulatione detractionis verba conferre. Vacantes, inquit, potibus & dantes simbula, conſumentur: quia (sicut scriptum est) Omnes detractores eradiciantur. Multis neque in populo Christiano dum hoc vitio laborant, quantum à propriâ salute deficiant, ignorant. Sæpe enim detractores pia ad proximorum peccata voluntate mala esse protestantur: sæpe etiam eorum errata non studio corrigendi, aut amore compatiendi, sed solâ curiositate nosse desiderant, ut scilicet eorum detractionibus pulcantur. Hi proculdubio aliena peccata per detractionem sua faciunt, quoniam qui hoc faciunt charitatis viscera se non habere demonstrant. Et congratulandum quippe est proximis rectè viventibus, & rectè agratibus non detrahendum. Condolendum est etiam his & compatiendum, qui à seminis rectitudinis exorbitant, non insultandum.

CAPUT VIII.

De Convitiis, & otiosi sermonibus, & maledictionibus cavendis.

QUÆDAM sunt peccata, ut beatus ait Gregorius, que dum in usum venerunt, aut levia

aut nulla esse videntur: à quibus sunt convitiis & otiosi sermones, & maledictiones. Convitiis enim in aliis gerere, & otiosos sermones proficere, necnon maledictionibus execrabilibus aliorum vitam insultari, molitus nesci jam peccati culpe carere falso promittit. Hæc cum vita preſecti viri famisopere sudent caveri. Porro nonnulli imbeciles & inmensisensu & acri, periculosisimè his insistant, & se, quod pejus est, in his peccare non recognoscunt. At enim Salomon: Propter peccata laborum tuorum proximi malorum. Et Dominus in Evangelio: Dico autem vobis, quia de omni verbo otioso quod loquutus fuerit homines, rationem reddam de eo in die iudicii. Utique quæ enim aut ex verbis suis iustificabitur, aut ex verbis suis condemnabitur. Paulus Apostolus: Insuper & inanes fabulæ desunt. Item in Evangelio: Qui autem dixerit fratri suo, Raaba, remis eris gehennæ ignis. Hieronymus in commentariis Mathæi: Raaba enim dicitur inanis & vacuus, quæ non possumus vulgarè in injuriâ absque cerebro nuncupari. Si de otioso sermone reddideris (tamus rationem, quanto magis de contumelia) Sed & signanter additur: Qui dixerit fratri suo Raaba. Frater enim noster nullus est, nisi ille qui eundem nobiscum habet & potrem. Cum ergo similiter credat in Deum, & Christum Dei novit spiritum, quæ ratione stulticie elogio denotari potest.

Augustinus in libro de sermone Domini in monte: Gradus itaque sunt in his peccatis, ut primo quique nascatur, & cum motum retinet corde, mente conceptum. Jam si exterioris vocem indignans ipsa commotio non significanter aliquid, sed illam animi motum ipsa eruptione testantur, quæ si fuerit ille, cui irascitur, plus est utique, quam si sergatius ira silentio premeretur. Si vero non solum vox indignationis audiatur, sed etiam verbum quod jam certam ejus vituperationem, in quem profertur, deliquit & occidet, quis dubitet amplius hoc esse, quam si solus indignationis sonus ediderit? Itaque in primo onum est, si est ira sola, in secundo duo, & ira & vox que iram significat: in tertio tria, & ira & vox que iram significat, & in voce ipsa certa vituperationis expressio. Unde nuoc etiam teris reatus iudicii, concedi, & gehennæ ignis. Gregorius in hominibus Evangelii: Mecum vos admono. Ab otioso sermone parcamus, inuolentes loqui declinemus, in quantum refranare linguam prævaleamus, in ventum verba non desinat, cum iudex dicat: Omne verbum otiosum quod loquutus fuerit homines, reddere rationem in die iudicii.

Otiosum verbum quippe est, quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret. De maledictione autem vitandâ ait Dominus in lege: Non maledices fratri, nec coram cæcis panes offundamini. Et Salomon: Benedicito patri firmas domos filiorum, maledicito matris tralicat fundamenta. Uterque igitur seruos, qui maledictionibus inservire solet, attendat quod beatus Augustinus in libro de Civitate Dei, de quadam feminâ dicit, que insistenti hostis iniqui libens suam maledicam, quam penam eadem maledictione iuberet, vel quod postremâ illa perpessa fuisset. Nam dum & illa totis membris compagibus quaterentur, illa pro eisdem cruciatibus dolore commota lique se suspendit. Qui verò ad plenius nosse desiderat, legat sermonem beati Augustini de hæc re habnum ad populum. Quapropter necesse est, ut omnes ab huiusmodi maledictionibus se compellant, attendentes Beatum Paulum Apostolum dicentem: Neque maledictio regnum Dei possit debere. Ait autem & Jacobus Apostolus: Linguam autem hominum nullas domare potest: concupiscens malum, plena veneno mortifero. In ipsâ

P. 17

N. 16

L. 7

M. 1

L. 1

L. 1

M. 1

M. 1

L. 7

L. 1

L. 1

L. 1

L. 1

L. 1

L. 1

benedicimus Dominum & patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt. Ex ipsi ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fructus mei, hac ita fieri. Numquid fons de calice fontium emanat dulcem & amarum aquam? Quod ita Beda exponit: » Sicut dulcis & » amara aqua non possunt simul de unâ venâ fontis » ebullire, sed & si amarecant in vase vel cisterna, » dolcis quidem mox amarecant ab amarâ, amara au- » tem & admixtione dulcedinis in dulcedinem nescit » immutari; ita benedictio & maledictio, in uno ore » nullatenus possunt convenire; sed quicumque sic » Deum benedicere orando, vel verbum ejus prædi- » cando consuevit, ut etiam maledicere homines non » omisit, constat, quia dulcedinem benedictionis » ejus amaritudo maledictionis consumit, quoniam » juxta Apostolum modicum fermentum totam » massam corrumpit, & non est pulcra in ore pec- » catoris laudatio.

CAPUT IX.

De turpiloquio, & scurrilitate.

NON solum qui turpiloquio, & scurrilitati, ve-
rim etiam in his que necessaria esse videmus,
superfluum vacat, delinqunt comprobatur. Turpilo-
quium quippe & scurrilitas ab Apostolo inhibentur.
De multiloquio namque Salomon ait: *In multilo-
quio non decet peccatum.* Porro Jacobus ait: *Si
quis in verbo non offenderit, hoc perfectus est vir.* Illo
videlicet verbo, ut Beda exponit, cojas offensionem
humana potest vitare fragilitas, ut est verbum doli,
detractionis, maledictionis, sperbole, jactantæ,
exultationis in peccatis, promissionis, dissolutionis,
hæresis, mendacii, perjury, sed & otiosæ loquutio-
nes, necnon etiam superfluarum loquutionum in his que
necessaria valentur. In quo nimirum verbo, quicquid
se sine offensione custodit, hoc perfectus est vir; *Qui
enim custodit os suum & linguam suam, custodit ab
iniquitate animum suum.* Paulus: *Ferocatio, inquit,
& omnis immunditia aut avaritia, nec nominatur in
vobis, sicut decet sanctos, non surpando, aut falsi-
loquium, aut scurrilitas que ad rem non pertinet, sed
magis gratiarum actus.* Hieronymus in expositione
Epistolæ ad Ephesios: » Stultiloquium esse istum
» non solum eorum qui aliquid narrant turpia, ut
» risum movent, & fatuitate simulatâ magis illu-
» dant eis quibus placere desiderant; sed etiam eor-
» rum qui sapientes seculi putantur, & de rebus
» physicis disputantes dicunt se arenas litterarum,
» quantas oceanus, colorum spacia, terreque pun-
» ctum liquidâ comprehendisse. Inter stultiloquium
» & scurrilitatem hoc interest, quod stultiloquium
» in se nihil sapienter habet, scurrilitas verò de pru-
» denti mente descendit, & consilio appetit qua-
» dam urbana verba, vel rustica, vel facetia, quam
» nos joculariter possemus alio verbo appellare, ut
» risum movent audientibus. Verùm & hæc à san-
» ctis viris penitus propellenda, quibus magis con-
» venit loqui: » *Beati enim qui loquuntur, quoniam
» ipsi consolantur.*

Augustinus in libro sermonum ad populum:
» Ante omnia ubicunque fueritis sive in domo,
» sive in itinere, sive in convivio, sive in con-
» festu, verba turpia & luxuriosa oolite ex ore
» proferte, sed semper quod bonum est, & ho-
» nestum loqui studete. » Animadvereri sanè &
» exaudire potest, quod nec in domo interioris,
» nec aliquo membro exterioris hominis aliquem lo-
» cum peccato Deus inesse, sed potius cuncta &

interiora ejus, & exteriora sibi, non peccato, si-
mul voluerit.

CAPUT X.

De operibus misericordiarum: & quid unusquisque à
» seipso elemosinam incipere debeat.

QUISQUIS in tremendi examinis die auditum
malum exhortescit, & se benedictum Patris à
Christo optat vocari, operibus misericordiarum in Evan-
gelio ab eodem Domino nostro JESU CHRISTO pro-
mulgatis studet deditus esse. Ille quidem dignè his
valere insinuat, qui à se ipso primam elemosinam
incipit facere. De misericordiâ namque ait Dominus
per Prophetam: *Misericordiam vole, & non sacri-
ficium.* Et Job: *Ab infamia, inquit, crevit mecum
misericordia, & de utero matris mea egressa est viscum.*
Solomon: *Misericordia, & veritas non te deserant.*
Iste idem: *Benedixit anima sua viri misericors: qui
autem crudelis est, etiam propinquos abicit. Facere
misericordiam & iudicium magis placet Deo, quam
victima.* Jesus filius Sarrac: *Fili, misereere anima
tua, placet Deo.* Et Dominus in Evangelio: *Estote
ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est.*
Item: *Beati misericordes, quoniam spernum misere-
bitur Deus.* Paulus: *Estote, inquit, in misericordia
vobis, & misericordia. Induite vos sicut stellæ Dei,
viscera misericordiarum.*

Augustinus in libro de sermone Domini in monte:
» Beatos, inquit, esse dicit qui subventiam mi-
» seris, quoniam ita eis rependitur, ut de miserâ li-
» berentur. » Et paulo post: » Misericordibus, mi-
» sericordiâ tanquam vero & optimo consilio aten-
» tibus, ut hoc eis exhibetur à potentiore quod in-
» validioribus exhibent. » Cyprianus in expositione
» orationis dominicæ: » Neque, inquit, mereri Deum
» misericordiam poterit, qui misericors ipse non fue-
» rit. oque enim impetrabit à divini pietate aliquid
» in precibus, qui ad præcem pauperis non fuerit
» humanus. » Iudocus in libro sententiarum: » Ve-
» rum est quod peccata omnia misericordie operi-
» bus expurgentur, sed si jam caveat peccare qui
» misericordiam impetrat. Cæterum nulla est delicti
» vitia, quando sic præcedit misericordia, ut eam
» sequantur peccata. Dum enim causâ jactantur
» pauper pascentur, etiam ipsum misericordie opus
» in peccatum convertitur. In tantam misericordie
» opera peccata extinguunt, ne etiam iudex cele-
» stis in futuro iudicio veniens in dextera consisten-
» tibus dicat: *Veniis benedicti patris mei, possidete in
» paratam vobis regnam à constitutione mundi. Ego
» vivo enim & delictis vobis manducare; sicut &
» delictis vobis habere: hostes eram & collegistis me
» nudus, & cooperastis me: Infirmus, & visitastis
» me: In carcere eram, & venistis ad me.*

Quod autem nemo eadem opere misericordiarum
si sibi crudelis est, dignè exhibere possit, Dominus
docet in Evangelio; qui cum increpasset Phariseos,
quod fornicos se lavabant, intus autem rapinâ, &
iniquitate pleni erant, admonens quidam elemo-
sina, quam sibi homo debet primitus dare, interiora
mundari: *Ferociamen, inquit, quod superest,
date elemosinam, & ecce omnia munda sunt vobis.*
Quod etiam post paulo aperitis exegit dicens: *Munda
erunt. Antæque beatus Augustinus in libro Enchiridii:
» Qui sceleratissimè vivunt, nec curant ta-
» lem vitam mortisque corrigere, & inter ipsi faci-
» nosa & flagitia sua, elemosinam frequenter non
» cessant, frustra illo sibi blanduntur, quoniam
» Dominus ait: Date elemosinam, & ecce omnia
» munda*

Cap. 9 in Ep.
b. Jac.Prov. 10. 19.
Jac. 1. 4.Prov. 10. 24.
Eph. 5. 3.

In exp. citat.

Matt. 5. 5.

De temp. ser.
101.Matt. 9.
Job 31. 1.Prov. 3.
Ibid. 21.Eccl. 20
Luc. 6. 7Matt. 5.
Eph. 4.
Colos. 3.

Cap. 1.

Cap. 4.

In libro
opere &
mactans.

Lib. 5. c.

Matt. 2.

Eccl. 12.

Cap. 7.

Cap. 74.

non desinat vobis. Et paulo post: Qui enim vult ordinatē dare elemosinam, à seipso debet accipere, & eam sibi primum dare. Est enim elemosina opus misericordie, verissimeque dictum est:

Eus. 10. 44.

Cap. 77.

Miserere anima tua plebs Dei. In eodem post pauca: Non ergo se fallant, qui per elemosinas qualibet languissimas fructuum suorum, vel cuiuscunque pecunie, impunitatem se emere existimant, in locutione suorum immunitate, ac flagitiorum nequitia permanendi; nec solum hanc faciunt, sed ita diligunt, ut in eis semper optent, tantum si possint sustinere, versari. *Qui autem dicit sibi misericordiam, dicit animam suam;* & qui dicit animam suam, non est misericors, sed crudelis.

Psal. 10. 6.

Cap. 70.

Diligendo eam quippe secundum seculum, odit eam secundum Deum: si ergo vellet et dare elemosinam, per quam illi essent munda omnia, odisset eam secundum seculum & diligeret secundum Deum. Item idem in eodem: Sanè cavendum est, ne quisquam existimat nefanda illa crimina, quæ quæ agitur, regnum Dei non possident, quotidie perpetranda, & elemosinas quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda, & per elemosinas de peccatis præteritis est propiciandus Deus, non ad hoc emendatus quodammodo, ut semper licet impune committere.

Cap. 71. & 72.

Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quibus miserando delectat jam facta peccata, si non satisfactio congrua negligitur. Et post pauca: Elemosina est, inquit, venum petenti ignoscere. Ac per hoc ad omnia que utili misericordia sunt, valet quod Dominus ait: *Dare elemoynam, & erit omnia munda tuis vobis.* Non solum ergo qui

Eus. 31. 41.

dat eleusenti cibum, sicut et potum, modo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, agro vel studio visitationem, captivo redemptivum, debili subvectionem, cæcæ oculum, trahi consolationem, non sine meditatione, erranti visum, deliberanti consilium, & quodcumque necessarium indigenti: verum etiam qui dat veniam peccanti, elemosinam dat, & qui emendat verberem, in quem peccata datur, vel correxit aliqui discipulus, & tamen peccatū suum, quo ab illo levis aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat ut ei dimittatur, non solum etiam in eo quod dimittit atque orat, verum etiam in eo quod corripit, & alia emendatori parā plecta, elemosinam dat, quia misericordiam præstat.

Lib. 1. c. 14.

Greg. in libro Moralium: Qui indigenti proximo excusatorum substantiam præbet, sed vitam suam à nequam non custodit, rem suam Deo tribuit, & se peccato. Hoc quod minus est, obest antichristo, &

Lib. 11. c. 23.

quod minus est, est vana iniquitas. Et paulo post: Nam, qui & semper peccare vult, & quasi semper elemosinam largiri, frustra pretium tribuit, quam non redimit animam, quam à vitis non eripit. Item idem: Qui verò elemam atque vestimentum pauperibus largitur, sed tamen animam vel corporis iniquitate polluitur, quod minus est, iustus obtulit, & quod minus est, præbuit culpas: sua enim Deo dedit, & se diabolo præparavit.

Psal. psal. 5. cap. 41.

Eccē sunt oracula divina & clarissimo doctorem examia documenta ostendunt, nemo & flagitiosum interfere, & operibus misericordie valet recte incumbere. Multa necesse sunt, sicut superius dictum est, qui secleratè vivunt, & ad quod admittunt, profusum elemosinarum largitionibus se redimere posse putant. Unde etiam quæ impleres vana, modo pervertit fiduciam decepti, adulteria, homicidia, falsæ testimonia, perjury, & cætera alia multa audacter admittunt. Solet enim quibusque huiusmodi, cum arguuntur, obijcere: si me de injuria mihi illata ultus

Tom. 1.

sum; & illud, vel illud quod animo mihi fides, perpetraveris; laudo Deum; habeo multa quibus tale admittam facillimè redimere possim; quasi Deum mercede conducere possim, ut sibi libi suo licet, quod Dei sancta lege inhibetur ne fiat. Non est itaque Deus in peccatis mercede conducendus, sed ne peccatis, & à peccatis præteritis absolvatur, negandus. Quisquis verò factu poterit elatus, divitiarumque copis coactus, tale quod admittit, non sicilicet hujusmodi divinis illud exentiari possit credat. Sed pœnis necesse est, & ad præterita lamenta se toto corde converterat, & contritione corporis id quod nequiter admittit, diluere litigat.

CAPUT XI.

De tenacia.

PLURAQUE sunt que levis putantur, & non sunt, sicut est tenacia, & prodigia ejus, & multa his similia. Sicut enim rapina levis est abominabilis, ita & tenacia reprobandus. De qua cavendū aut Dominus in lege: *Si unus de fratribus tuis qui moratur intra portas civitatis tuae, in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad pauperem venerit; non elidat eum cor tuum, nec contrahas manus, sed aperies eam pauperi.* Et dicitur monitum que eum indigere persequitur. *Cave ne forte subtrahas tibi impia cogitatio.* Et dicit in corde tuo, *appropinquat septimus annus remissionis: & avertas oculos à paupere fratre tuo, velut si quod pollutus manuum commutare, ne elomet contra te ad Domini.* Et post ibi in peccatum, *sed dabis eis, nec agas quilibet eum esse in eis necessitatibus sollicitus, ut benedicas tibi Dominus Deus tuus in omni tempore.* Et in consilia ad qua manum miseris. *Non decernas pauperem in terra habitationis tuae. Idcirco ego præcepisti tibi ne aperias manum fratris tuo egeni & pauperi, qui secum versantur in terra.* Et Dominus ait in Evangelio: *Uolite, & carite ab omni avaritia, quia non in abundantia civitatum vita erit est eis qui possidet.* Et eam præmittit similitudinem de quodam divite, cujus ager uberes fructus attulerat, ad extremum intulit à Deo esdem diviti dicitur: *Sequitur, hac nocte audivimus tuam repetentem: ut que autem præparasti, cuius erunt? Sic est, inquit, qui sibi refectus est, & non est in Deo dives.*

Dei justitiam manque divitis tenacitate beatus Augustinus in libro sermorum ait: Quando mihi audeat dicere Christianus, bonum esse sapere res alienas? quandoquidem non audeat dicere bonum esse servare tenaciter res suas. Nunquid dives est, cui susceperat regio, & non invenit ubi potest, & fructus suos, & se consilium invensile gaudebat destruendi veteres apothecas, & construendi novas ampliores, ut impleret eas, & diceret amixta lux. Anima, habes multa bona in quantum tempus, letare, jacundare, gaudere. Numquid & iste dives aliena querbat? Non de capisula vicini agrilime perturbat, non spoliat pauperem, non circumvento simplice, tantummodo de suis colligendis cogitabat. Audite quid audierit, qui tenaciter sua servabat; & hinc intelligite quid expectant qui rapiunt aliena. Cum ergo se prudentissimum consilium invenisse arbitretur de apothecis veteribus angustis dejectis, & amplioribus novis ædificandis, & in his omnibus fructibus colligendis & reconduendis, non alienis occupandis atque rapiendis; ait illi Dominus: *Stulte, ubi tibi lupens videtur, ibi fustiles esse. Stulte, inquit, hac nocte repetens te ad audivimus tuum: ea qua præparasti, cuius erunt? Sol. reavertit, tua non erunt.*

R.

De Sanctis
form. 18. dir.
verbia.

Matth. 23. 35.

« si erogaveris, tua erunt. » Item idem in homilia
« in die iudicii: » Attendite, fratres, & videte quia
« non dicit Dominus, dederitque à me maledicti quia
« fursum fecistis, quia falsum testimonium distulisti,
« quia homicidium & adulterium commisitistis, quod
« gravis est, non hoc dicit, sed ait: *Esurivi enim,*
« *non desistis mihi manducare.* Non dicit: *Disce-*
« *dite à me quia res alienas tulistis,* quod magis ini-
« quitas est: sed ait, quia de substantiâ vestra pau-
« peribus non dedistis. Non quia mala opera fecistis,
« sed quia bona facere nolistis. At sicut illos qui in
« dextrâ sunt, sola misericordia liberabit; ita & il-
« los qui in sinistrâ sunt, sola tenacia condemnabit.
« In istâ enim sententiâ Domini, quâ dicit, quia qui
« esurivem non pavit, & nodum non voluit,
« mittetur in ignem æternum, postulus evidenter
« agnoscere, fratres, quasi toemuto, vel quasi pœ-
« na damnaudi sunt illa, quia mala faciunt, quando
« illi in ignem mittuntur qui bona non faciunt. Si
« enim cum diabolo condemnatur, qui pauperibus
« non dedit panem suum, ubi damnaudus est ille qui
« tulit alienum? In ignem mittitur, qui nudum
« non voluit, putas ubi damnaudus est ille, qui ex-
« spoliavit?

Homil. 40.

« Gregorius in homilia de divite & Lazaro: » Non
« enim dicitur quod dives quempiam vi oppressit,
« sed quia in acceptis rebus in extulit. Hinc ergo
« summopere colligendum est, quia pœna multita-
« da sit, qui alicui diripit; si inferus damnatione
« percutitur, qui propria non largitur. Nemo ita-
« que securam se eximit, dicens: Ecce aliena non
« rapio, illi concessis licet rebus fruor; quia dives
« ille non idcirco punitus est, quoniam aliena ab-
« tulit, sed quia in acceptis rebus semetipsum male
« dereliquit. Hocque fit quod hunc in inferno tra-
« didit, qui in sua felicitate timidis non fuit; quia
« percepta dona ad seum arrogantem iniecit, quia
« videlicet pietatis ignoravit, quia peccata sua re-
« mere, eorum dum sibi abundaret pretium, noluit.
« Vitam ergo temeritatis quam sit peccatorem & de-
« testabilem patenter amittit, quod valde omnibus con-
« venit fidelibus cavere, ne, quod abist, illud ven-
« dantes aut cum divite sua tenaciter recondere cogi-
« tante, subititri clopio demorari, aut cum altero
« divite, qui aliena non rapuit, sed sua erogare ne-
« glexit, damnari contempni. Tribuatur ergo pauperi,
« si noluit flammis exari; dicit in terrâ Christo, quod
« res reddat in celo.

CAPUT XII.

Quis à morte ante oculos semper sit confirmenda.

Qui ultimam vite suæ horam, quâ ex hoc hu-
« ano habitaculo eximendus est, ante oculos po-
« nit, sicque vas fragile, citoque contremendum, & in
« pulverem quædam gestare meminit, pœnitique impio-
« rum, & gloriam sanctorum, si dula meditatione tractet,
« aut vitæ aut rarè peccat. Quis ergo nos horum,
« ut oportet, non reminiscatur, idcirco in
« multis effusionibus abrupta libetur. Ictibus autem
« nos esse debere in oculum Domini, ut neque Te-
« llamo uti pugna copiosissime instruat. Operiet ergo
« ut tot tantisque saluberem admonitionibus & ex-
« hortationibus obtemperantes, mortem quotidie ante
« oculos nostros constituamus; taleque nos prepara-
« remus, ut cum Dominus venerit, & pulsaverit,
« confisim ei speramus, & impletur in nobis illud
« Evangelicum: *Beati spiritus illa, quos cum venisset*
« *Dominus, invenit vigilantes; & accipere meta-*
« *morum illud quod frequenter dicitur: *Parati estis, quia si-**
« *per omnia hora sua confirmati erunt.* Quis verò in om-

Matth. 24. 37.

Ibid. 44.

nibus actibus nostris novissimorum nostrorum me-
« moris esse debeamus, protestatur Salomon dicens:
« *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, &*
« *in æternum non peccabis.*

« Et Dominus in Evangelio: *Figurate itaque, quia*
« *nescitis diem neque horam.* Quod beatus Gregorius
« in Homiliis suis ita exponit: « Quia, inquit, post
« peccata Dominus pœnitentiam suscipit, si licet
« quique de presenti sæculo quo tempore exierit,
« aliud tempus voluptatibus, atque aliud pœnitent-
Quod cum ita sit, quid de nobis dicere, quid saltem possimus cogitare? Si loquuti enim vobis in confessione faciem Domini prevenimus, hoc est si antequam ad ejus iudicium veniamus narrandum, ipsi nos veraciter accusamus, panem vobis porrigendum quòd licentia consecraverimus? Si hoc non facimus, quod loquendierodum facimus, imò quid vobis unquam pro debito dicimus? De gaudento quoque nobis non aliud dicere possimus, nisi quod Tullium Angelo respondisse compertimus: *Quæ*

1. Cor. 1. 7.

Ibid. 16. 17.

Ibid. v. 8.

Psal. 77. 10.

Joan. 1. 17.

Psal. 96. 1.

Ibid. 43. 14.

1. Cor. 13. 10.

Jeron. 1. 14.

Euseb. 19. 7.

Luc. 19. 11.

Tol. 5. 11.

num - sic ille, *quale mihi erit gaudium, qui in tenebris selet, & lumen caeli non videt?* In tenebris tam quib. sedemur ipsi nobis testes sumus, qui obcuratatis mentis obtutus ad ignem nos pergere, non, ut opus fuerat, cernimus. Lumen verb. caeli est claritas Christi, qua scilicet supra Angelos, infra illuminantur homines sancti, illi ad tenendum, illi ad detestandum, utique ad formaliter quandoque fruendum. Qui ergo non illuminatus nunc ad detestandum, parat cum illuminari posse tunc ad tenendum? Quale verb. huiusmodi in quilibet solemnitate gaudium valet habere, nisi omnino inane?

Maxima illa sed hodie est, Fratres, Festivitas maxima, sed lumen caeli considerate neque valentibus, neque volentibus, nulla, nulla, inquam, nulla. Sic Janici cum veraciter Ascensionis Domini festivitas hodie, maxime Episcopalis vocabulis quomodo videri solet, & delectanda, sicutem garnio pauxillum preta: Sed cujus est Domini ista, rogo festivitas? Christi utique, & ex eo utique Christi, quod Christus pro nobis dignatus est effusi: *Dilexisti enim justitiam. & odisti iniquitatem* (causit de eo Psalmus). *Propter hoc amavit te Deus, Deus tuus elevavit te pra. participium tuus.* Quam justitiam? scilicet illam, qua justum censuit esse, ut creatura ei qua se creavit, deserviret. Quam iniquitatem? Quia videlicet homo servitit diabolo, qui ad servandum conditus fuerat Deo. Propterea igitur unxit cum Deus oleo laetitiae, id est, misericordia ipsa munditatem, qua justificat Angelos de reconsecratione generis humani ad suo consorcio diaboli fraude felicitati. Et qua eidem misericordia ex filis diaboli quidam filii Dei erant per adoptionem futuri, qui utique participes existerent ei, qui non per adoptionem, sed per naturam erat Filius Dei; pra. participium suus dicitur unctus, quia ceteris ad mensuram est data eadem Spiritus sancti gratia, in ipso autem habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, id est plene, dum utique ipsum quod pro nobis corpus assumpsit Deus adeo totus replevit, ut sicut mente ejus, & ma & carne Deo repletus, ex duabus & in duabus naturis non duo sed unus sit Dominus Jesus Christus, unus ut Pater & Spiritus per omnia Deus; unumque illis * non tres, sed unus vivens in trinitate Deus. Nisi igitur Deus carnem nostram misericorditer induisset, tam in caelum mirum levasset: nisi eam in caelum levasset, hanc diem nobis in omni dedicasset. Christus ergo est illa, Fratres, solemnitas, sed non sine pra. participio suis; hoc enim fecum vest in caelum, mirum dicitur! etiam necdum natos in terra.

Omnis ergo festivitas decuriones cum pro Christo & participibus instituta sint. *habita*, qui vult in quavis illarum partem habere, studeat quod fecit & ipse facere; sed huius dolor negligimus agere. Exhortati enim cum vos fuissetis non semel in pra. cedentibus festivitatibus istas debet, ut solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, dotaremus nobis invicem si quis adversus aliquem haberet querelam, ut Agni Dei carnes comesturi, non in fermento malicie & nequitie Pascha Domini, sed in azymis sinceritatis & veritatis celebrasse probaremus: hoc ipsi qui monuimus non eo iudicio quo diximus, fecimus. Ventum est ad Carnem Domine sacratissimam diem, *lectum est quod Apostolus dixit: suggestissimum obcurandum quod monuit, videlicet ut omnia in iudicium corporis Domini sumeremus. Non desierunt, sed probati; qui de ea manu quam truncatum optarent, baculum hancam perciperent: non desuic, qui desuic quibus daret, opta-*

rit. Et heu! quam leifero utriusque tumebant fermento. Cumque ab ipso legitimo quodam hortati fuissetis continere in Quadragesima illa concubitu, ut sacrificium Domini in Pascha purificati mereretur accipere; vix illis qui sumpto sacrificio ab adulterio nequiverunt utique distem in Octavas Domini abstinere. His enim certitimum congruere quod in Psalmico cantavimus sepe: (quia videlicet cum post buccellam, ut in Juda, introierit in eis Sathanas, id est spiritus immundus, septeno sed capite, qui solus per jejunium credebatur expulsus) *Adhuc estis verum tam esse in ore ipsorum, ita Dei ascendit super eos.* violatores tantae festivitat, non cultores dum fuisse sint miserum deprehensi. Eligant ergo quid faciunt: si enim desperantes se se obdurantur, idem utique frequentando. Iudei & si ipis laqueo strangulantur; si Petri lacrymas amirantur, veniam consequuntur: si veniam consequuntur, Christum in coris uti nunc affectu, ita post effectu ipso sequuntur. Si neutrum ex his duobus merentur, festivitatem istam Deo & Angelis bonaeque voluntatis, ut cantatum est, hominibus, nonerit esse. se verb. ab illa omnino expertes exierit.

Sed ne emolentur sibi sententiae prolatione illius Domine, quae dictum est: *Non crediderit & baptizans fuerit, salvus erit, novitque*, quia cum sit vultissimum, ut ipse Veraciter ore prolatum, illis tantum est quibus congruit verum, *Signa enim, ait, vos quo crediderit, bat. bap. gentium: In venimus inter Damascum episcopum, &c.* Quae naturam si quis fragiliter intellecta in se recognoscit, de salivatione sua securus gaudet: qui minime, suggestio contremiscat: & ut credere non solum in Deum, sed & Deo nisi fuerit, non sibi sufficere sciat. *De ore tuo iudicio serve negam.* Ad ne matores, rogo, Christus, pretere, desit istum, precor, misericors, suspende vindictam pessime, damite illum, & hoc anno ulque dum solum eare illum, & mittam stercora, suscitibus vix, supplico, misericors dicit me, fortassis enim melioras tua quandoque gratia valebo. Qui adhuc ingratitude mortiferi incorrigibilis exsilio, dum non oculos utique conversionis lacrymis ambuo, sed guttur mentis mortificat dilacionis pessimoque in dies deteriorantis cranibus stringo, in infernum vivens id non ignarus, ut multi, sed icicis, insuspetque nec celans, descendendo. *Indeque mihi, De ore tuo te iudicio serve negam.* cum his qui bona dicunt, & pessima gerunt, non inanimet clamari formido. Austeritatem quippe tae animadversionis alis innotesco, pra. sentissimum te ubique non nescio, & dicere, vel facere qua tuam considerationem dedecent, non horreo. Sed quod Domine facio i fugerem si quovis valerem: quod quia nequeo, à te, Augustini verilogi qui iusasi, ad te, id est, à iustitia ad misericordiam tuam pavens confugio. Ut consideras itaque in decencia tibi, sta Domine, considera necessitu, deprecor, mihi, me ab impatienti libertatis mortificat, quae transgredi me tam immaniter tua compellit pra. cepta. Nisi enim ab ea citatis error, perditionem eternam pra. fector, ignarus licet dispositionis de me, Domine, aux. Non sunt enim hominis vie illius, sed tuae potestatis solas; qui non damnat impi quos creati benedixit. Vos autem, Fratres, quod de nobis per me auditis, de vobis quoque meruit; mala quae usualiter facitis quantocius relinquitte, ad iustitiam vos bona, dum vacat, conferte: infernum cavete, eum bono desidero scandite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, ipsius adiutorio nisi festinare contendite; instare hancam vobis aut illuc ascendendi, aut deorsum ruen-

Psalm. 77. 10.

Matth. 16. 16.

Matth. 9. 17.

Luc. 19. 22.

Matth. 13. 6.

di, hic verò non diutius morandi sedulo cogitate, ne ex improbitate, quod abiit, vos rapti contingat, & illuc pertrahi, ubi nemo vobis valeat succurri. Quod à nobis omnibus dignetur avertere, qui in hunc mundum peccatores venit salvos facere, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

SERMO II.

DE ASCENSIONE DOMINI.

Meminisse optaremus dilectionem vestram percipere, Fratres, laborare hoc tempore nostrum hujusmodi ad terminum devenisse, ut consuetudine ex orthodoxorum testimonio Patrum copiam fandi, infirmaremus Collegio vestro, quid, cur, qualiter in procedente Resurrectionem Domini Quadragesimam nobis esset agendum, qualiter in Pascha exultandum atque letandum; post Pascha, imò in Quadragesima Pascha, quod à jejunio quidem cessandum, *Abelina* die noctuque canendum. Ad vitam verò jejunis, orationibus, & elemosinis, cooperante gratia Dei, ut desperare nullatenus debuissimus, exhausta manum redandam: ut hoc utique foret *Aegyptus* relicta, agno comesto, mare rubro transito, manna coelesti gustato, carnum taphnitarum, pepsorum atque ceparum desideria *Aegyptum* relictam repetere, promissio patris lacte & melle manans fraudari; cumque his quorum in indicio plurima perierunt nulla, perditionis aeternae damnationem subire. Ad quod suscipiendum nil aptius valiamus invenire quam ut *Abelina* cantaremus die noctuque, id est, ut *Laudate Dominum* sicut alteri clamaremus, omnesque hoc sine intermissione agere studeremus. Re enim vera, quis peccato est locus, ubi laudis Dei est nullus defectus? Quod & si B. Gregorio primum, postea Mamerto Vannensium Archiepiscopo, pro consensu necessitate quasdam Letanias infra hanc Quinquagesimam visum est instituisse, quod obest ad Dominicam illud quod continetur suasionem: *Nunquam postum filii spiritus ingerere quomodo cum illis est spiritus*, cum Letania, Rogationis minus Latinitas vilimet? Quo verò tempore rogatur sollemnis Deus, quam festivitas debet? Socris verò, iustè & pie si vivitur in Pascha, quid nocet ad hoc quod inquit Apostolus, cum Pascha nostrum ipsum dixisset esse Christum, subiungens atque dicens: *Itaque opulentur cum crapula & ebrietate, ceterisque vitis famulantes denotans, adiungat: Non in sermone veteri, id est, cumore non abdicatis debetis, & voluntate transacta crimina repetendae, vel alia committendi. Neque in sermone malitia & nequitia, sed in sermone sinceritatis & veritatis. Si ergo à crapula & ebrietate cessamus, si à coitu etiam licito consensio parum hoc triduo, dilecto ablutemur divino, si à pocis atque lascivitiis, si à cantuum vanitate atque ludorum, postremo ab omni opere servili, id est, famulatu Diaboli, cessantes, ut in Quadragesima Dominicis jore fecimus diebus, Deo servire his tribus diebus curamus: Paschali gaudio quale damnum ingerimus, cum & in his Retiurrectionis Dominicæ cultum non omnimodis omiserimus, si tamen fecimus quod debuimus? Cum verò, ut non semel diximus, corpore & sanguine Domini reficiendis necesse sit Pascheve, id est, preparationem aliquam facere, ut tanti sacramenti munus sumant indigne, & ob hoc inventas putare possimus præclaras, quæ præcedunt solemnitates, vigiliis, quid nocet, si in tanta festivitate*

vigilantiam loco hoc triduo obis, si quid in his Paschalibus commisimus gaudis, diluamus, ab *Abelina* verò canendo, semperque in Domino exultando atque letando nequaquam cessemus? Dicoote Linz Jacobo Apostolo: *Quia in multis offendimus omnes, quis ausus sit gloriarì in hoc diebus ac noctibus se nihil commisisse quod egerat satisfactione diluere, ut tantam festivitatem dignè possit excolere?*

Huc usque, Fratres carissimi, cum nostra profecerit communis causa nostre salutis ensio, ad hanc inflexam hanc *Abelina* sine intermissione cantandi, exultandi quoque atque letandi Quinquagesimam ipsique nos salere non patitur gloriosissime Ascensionis Dominicæ dies. Silere quomodo possumus, reminiscente omnium miracolorum, si ad hominem loium intendas mirabilioris miraculi, quod videret homo, non Angelico, ut Helios quondam subvertens, non pennigero ot Posticus ille noster volatu, sed corporali ipsa mole perfecti, id est annorum triginta circiter trum, hominis, ut Apostolus nobis ipseque roventurum quandoque: *Domine occurrantibus inquit, omnes in vitam perfectum in infernum atque plerumque Christi Domini nostri* videntibus idones talibus loquens elevatur, ubique suscipitur, Angelis adimplantibus quod ita sit reviviscens ad iudicandos hic relictos ab usque. Quis in finem seculi vivos & mortuos omnes? Quis hoc effari laudabiliter, quis laudare satis edificiter valet? Admirari omnium tantum, si Deum vult manentem, hominem quem de nobis pro nobis assumit gestantem pensamus: gratias si possemus solummodo ipsius misericordie referre deberemus condignas. Cetera enim melius silendo quam loquendo, in Eschibilia sunt quo, deprimimus. Ad promissum tantum inenarrabilis ipis clementie ois nostri obsequium desideramus, quomodo ex Evangelio audivimus: *Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit*. Deo gratias, universitas clamat, credamus enim, & baptizati sumus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Omnes hoc dicimus: omnes pro hoc nos salvandos speramus: sine illo nullum salvari potest: utraque credimus & confitemur. Sed de quibus dicta quæ hoc audierat Petrus? (Petrus inquam, cui fuerat specialis cum ceteris datum: *Et nunc in mundum novam Evangelium predicare Evangelium omni creaturae*.) *Melius fuerat eis non cognoscere vitam veritatis, quam post agnitionem retrosum converti*. De illis, ut conspici veracissime valet, de illis, de quorum credulitate Jacobus Apostolus quid sentiat iudicamus: *Fideles, inquit, si non habetis opera mortui estis in fidesse. Itemque: Qui confiteatur se nosse Deum, factus autem negat*. Hi namque sunt, qui fidem quam verbum aditruant, moribus iditruant. Verendum enim omnino ut de talibus quoque dicatur à Domino: *Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inagnosa, quare requirit & non invenit, dicit: Revertar in domum meam ut ibi exiri. Tum vadit, & assumit sicam spiritum alios, intras nequiores se, & ingressi habitavit ibi & sunt novissimi homines istum per se perierunt*. Hæc tam veraciter, si in nullo caderent aliorum qui se credere profiterentur, & sunt baptizati, ubi esset sententia Domini illa quæ continetur: *Ad nisi enim sint vocati, pauci vero electi*. Et, *Non omnes qui dicunt mihi, Domine in nomine, intrabis in regnum celorum? Qui enim sunt vocati, nisi per Baptismum? esse iam ingreffi? Quid pauci electi, nisi qui sacramentum vivendo tenuerunt, quod fide preceperunt? Qui non electi, nisi qui non servaverunt quod promiserunt? Quid autem promiserunt? Requirit quis cogitando ad id quod aut promittit, aut est vice illius promissum antequam baptizaretur. Modicum est, recordari lev-*

Mat. 9. 15.

I. Cor. 1. 8.

ter valet. Si illud observat, securus de salute sua gaudet. Si non, percutitur, quæsit primum, id est, si sit peccator, hinc deum penitentiam agit. *Appropinquat enim, dicitur die. nolum, Regnum celorum;* id est transiuntibus, nisi fugantibus terrenis omnibus, propinquat celestis, illis tamen qui cooperante gratia Dei, operatione fidelis illa meruerit adipisci.

Qui verbis istis subiungens passivus idem promittit demonstrat. Cum enim dicitur: *Qui verò non crediderit condemnabitur*, ut iudicis quodlibet credentes à non credentibus fecerit, subiecti: *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia Eiciuntur, linguæ loquentur novæ, serpentes tollentur, & si morderint quis biberit, non eis nocebit; super agros manus imponent, & venæ hauriantur.* Quod hoc est, Fratres, quis enim corporales ista hodie credit signa? Nemo, dicitur illi, nemo. Nullus ergo credit? Abiit. Credunt enim, Deo gratias, tanti, ut illi illud congruat Psalmodiographi: *Annuntio & loquutus sum: multiplicati sunt super aures meas. Quomodo itaque credant, cum qui hæc signa faciunt, illi tantummodo credere dicantur, illi verbis ea non faciunt? faciunt plane, faciunt quædam, sed non corporaliter faciunt, sed tantum utilius, quanto à corpore discernitur spiritus. In nomine enim Christi Dæmonia eiciuntur, qui in virtute ipsius vitia, quæ Dæmones operantur, à cordibus suis repellunt: linguæ loquuntur novæ, cum praviloquio relicto, laudem Dei lingua resonat ipsorum, utius sermo deponitur: serpentes tollunt cum quod suggerit terrena ille antiquus nimitis agunt; cumque loquentium Diabolicæ interitus sentiunt, sed quod suggerit nimitis faciunt, mortiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocet. Omnes enim, ut Apostolus, *adversarius eius tribunalis Christi, ut referat unquamque proprio corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.* Super agros manus imponunt ut bene habeant, qui peccata quæ commiserunt bonæ operationis studio, ut ad meliorem proficiant, compendiate solvant. Ecce conjuncta, ecce conjuncta, ecce audiendum credentium, & non credentium, Fratres. Qui ex his ergo in se cognoscit illud signum, credere se dicit qui non, ad credendum se potius suadere præparet, quam scmet credere jactet.*

Uos quoque à Domino dicitur creto: *Tu eras in Filium Dei? cum præpositione utique.* Et Samaritanæ: *Ad alter crede mihi,* sine præpositione: cum hæc absolutè dicatur, qui crediderit, neque scilicet addito in Deum, neque Deo, compacti valit duo expostio, id est, ut credamus in Deum, & credamus Deo. In Deum verò credit, qui catholicè credit, Deo credit, qui hortamentis illius obtemperat. Qui utrumque ita agit, & orthodoxus est baptisimæ latus, maximam mihi offert, Deo gratias, securitatem. Salvus enim absque dubio tuis, si tamen preceperit, erit. O verò nullus in hæc nostrâ plebe invenitur, qui non credentem verum esse: quod Joannis in Evangelio audit; hoc est: *Omnis per ipsum factus sum, & sine ipso factum esse nihil.* Increduli enim ad cetera, dum illud unum non credunt, fatentur tempestatem ab homine fieri posse, cum evidentissimè Psalmista proclamat: *Ignis grande, non glaciem, spiritus procellarum, quæ factum verbum eius, id est Domini.* Et in alio Psalmo de Deo: *Qui dicit vocem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Aditus crystallum suum sicut Incensum, visus faciem frigoris ejus quasi sustinuit? &c.* Quomodo ergo in Deum credit, qui Deum omnium creatorem esse non credit? Quomodo Deo credit, qui ipsi clamanti atque dicens, *sanctissimum audiam apponit. Videte, videte quod ego sum filius, & non sit vultus*

Dem præter me. Ego credam, & ego vivere faciam; percutiam & ego faciam; & non est qui de manu meâ possit evadere. Intendat Caritas vestra: contra enim eos qui dicunt, quod homo moris, vel Diaboli tempestatem facit, lapides gradinibus liqueat, vineta atque campos desolvat, fulgura mittat, jumentata & pecora, ipsosque homines interficiat; contra illos, inquam, valet quod dicit: *Ego credam, & vivere faciam.* Contra illos verò qui dicunt, quod ipsi per incantationes suas ipsas tempestates avertant, valet quod dicit: *Non est qui de manu meâ possit evadere.* Quod & si Helias tricenis oratione pluviam avertit, oratione rursum legatur eam cum voluit reddidisse; ignem de celo super impios impii Regis Ministros misit; Samuel subito tempore contraria contra naturam augere scilicet; plebique etiam in Sanctorum sive in veteri, sive in novo Testamento quædam legantur signa de celo, de terra, de mari monstrasse; non fuerunt ea ipsi, sed Deus per ipsos; fecit hoc fides ipsa, de qua ipse Dominus loquitur ad apostolos, ita: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dixeritis huic monti, tollere, & miseris in mare, & abibit vobis.* Non potest hoc ficere Diaboli, nam membrum ejus quilibet malevolus; facit hoc per seivos suos cum ei placuerit Deus, & cum sit summè bonus, benigne ut bonas.

Sed redamus ad Ascensionis Dominicæ festum. *Cum hæc dixisset, ut operis tanti actor egressus, Resurrexerat illis etiam ipse, & subter susceptus cum ab oculis eorum. Cumque invenerent in caelum caucum illum, ecce duo viri adstantes in albis illis in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, qui est istum assistentis in caelum? hoc Jesus qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Hæc pauxillum, auditor, rogo, attende. In Galilæa resurgens Christus primum videtur, viris Galilæis ascendens Christus tantum monstratur, illis reversurus præmittitur. Galilæa verò qui fuerit, fuerunt, vel erunt, mihi qui Galilæam incolerunt, incolunt, id est, incolentes futurum temporibus erunt à Galilæa verò, ut à majoribus acceptus, transmissus facta interpretatur, & hoc quare agnovimus. Bis hoc factum est, imò tertium est sublegendum, & quæ vetus de primo, de duobus tertio juncto dicamus: Transmigraverunt filii Zebedæ de patre suo ad Christum, Christus resurgens à sepulchro ad ipsos; ipsi demum de Galilæa ad montem unum confluunt illis, eisque valentibus inde est elevatus in caelum. Illic cum qui desiderat sequi, transit de Diabolo ad ipsum, confidit eum pro se mortuum, ac sepulchrum, gaudet ejus resurrectione se resuscitatum, Ascensionem in caelum evadit, si tamen in hoc signat suum firmissime desiderium. Elaborat ergo unquamque nostrum, Galilæam, ut quomodo hodie Christus cum corpore nostro caelum conscendit; ita quomodo unquam valet se conscendat, desiderio nigræ, operatione illuc pervenire nitatur. Mirum enim dicit, etiam per vitâ nostrâ caelum postumus conscendat, si videlicet studiamus ea calcare: sciam quippe de illis quodammodo nobis factum, si emendatione illa deprimamus. Elevant nos si fuerint subitis nos, deprimant nos si fuerint supra nos. Caro nostra in Christo eam conscendit, sequatur cum desiderio anima nostra. Anima Christi illi transferri cupit animas nostras, cooperetur desiderio ejus. Deus est qui gæst eam; Omnipotens misericordis viget & grati; non diffidamus de possibilitate, si non desideramus voluntate. Virtutes vult tantum loco sumptuum nobiscum portemus. Vitâ ut egestatem mortificam fimenque perpetuam, contrarietatem utique ascensus nostri pernoxiam, hæc reliquimus: hic*

Ezech. 36. 31.

Marc. 16. 14.

Ibid. v. 17.

Psal. 30. 6.

Qui verò creditur.

Ezech. 36. 10.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 18.

Credentibus Deo, & Deo, qui dicitur.

Ibid. v. 1.

Ibid. v. 1.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 17.

De

M

A

hic

hic etiam demerentes à seſſionibus illic nunquam
 cilem: abſque dubio enim ubi Chriſtus cum cae-
 ne noſtra eſt preſentatus, ſi à deſiderando ipſo mi-
 nimè ceſſaverimus, ipſius adjuvante clementià, qui
 cum Patre, &c.



M O N I T U M.

A T T O *bat nomine II.* Aldegarii filius (*inquit Ferdinand. Ughelles in Ital. Sacra*) Epi-
 ſcopus Verceſ. fuit an. 945. doctiſſimus Theologus & Canoniſta, plura ſui ingenii
 doctrinaeque monimenta reliquit, quae continentur in antiquo Codice manuſcripto, in Va-
 ticana Bibliotheca, ac Verceſſenſi Archivio, &c. Canones rurius, Statutaque Verceſ. Eci-
 cleſiae, eruta à Concilio Epitoliſque Decretalibus, quod opus in 100. Capita aptè diſtinctum.
 Item de Preſbiteriſque Opus in tres partes diviſum, quarum prima eſt. *De Judiciis*
Epitoporum: 2. De Ordinationibus eorundem: 3. De Facultationibus Eccleſiarum. Huius temporibus
 UGO & LOTHARIUS Reges Verceſſenſem Eccleſiam exornarunt, &c.

ATTONIS Opera, V. Clariffimus JOANNES BONA Abbas Generalis Re-
formatae Congregationis S. BERNARDI, ex MS. codice Vaticano, num. 4322. eruit, de-
ſcribi curavit Romae an. 1664. atque ad me tranſmiſit. Sed dolendum maximeperè eſt, quòd legiti-
mum codex ipſe pluribus in locis ſordatus, nempe in ſuperiori parte totà, vel pluvia inſectus, ſeu
curie corroſus, fuerit reperitus, ut in unàquaque pagina deſu linea. Spem tamen mihi ſuis litteris
dans erudiſſ. Abbas integram habendi codicem offeruit, quòd jam apud doctiſſ. Ughellum in Italia
Sacra legeram, exſtare in Tabulario Verceſſenſi Eccleſiae, rogavitque eà de re Epitopum Verceſ-
ſenſem ageret cum Canonici, ut illa Opera exciſiſſi fuerent. At ſi repaſſum paſſus eſt. Unde ipſhoc
negotium cum indicieſſem Illuſtriſſimo domino CAROCCIO tunc in Gallia Sereniſſimo Ducis
Sabaudiae Legato, viro religione, prudentià, & eruditione preſtantiſſimo, aſſentium ipſe, qui ſua
me, dum in viro eſſet, familiari dignabatur amicitia, omnem curam & induſtriam adhibuit,
tam per ſeipſum, tum per amicos Verceſſenſiſque agentes obtinendo huiusmodi monumenti apographo, ant
ſaltem oppidantiſſi Romani codicis Latini. Mira primò pollicenti ſunt Canonici: ſed poſt Epitolaſ
alioſ citroaque datas, demum ſatentur (ingemè an ſicè, inducens alii) in ſua Eccleſia eſſe nemi-
nem rei antiquariæ peritam. Non hic ſteus Illuſtriſſimi Carocciſque diligentia & benignitas. Nam cum
legatione ſeliciter peractà rediſſet in Sabaudiam, inſtat iterum, expoſitque ab illiſ Canonici Tan-
rinum ad ſe antographum tranſmittant, bonà fide iſtud ſe reſtituturum, poſtquam ſuis expenſis ex-
ſcribi curaveſſet.

Ecquid agerem omni ſpe abjeſtà integre tanto patiendi cheſauro? Ederem Opera hiatiſque ſenſum
ſepte inerrantibus labefactata, an aliis edendis operam darem meam? Anxio mihi adjungit eru-
ditione preſtante amici; arant ſatius in lucem proferre rebus Eccleſiaſtiſque præclara Opuscula, eſſe
nonnullis ſordata lacunis, quàm tenebris ſorſitan perpetuis ſinere involvè; aut ne incendio perirent,
quam ſortem plerique in locis ſuſtinere multa anteriori ævi monumenta. Poſtremo adjecterunt rerum
antiquarum etiam fragmenta in pretio haberi. Itaque hiſce rationibus adductus, illa typis mandari
curavi.

Et quòdquidem ATTO in rebus Diviniſ & Eccleſiaſtiſque verſatiſſimus ſuas incubrationes te-
ſtimoniis quaſque margaritis à S. Script. à Conc. & Eccl. Patribus deſumptis adornavit, hancque
loca indiguitatis, poſſiſſimum in collectione Canonum, quam Capitulare inſcripſimus, nos hanc levem
impediens operam locis quae deſignata non erant margini apponendis: eoque Labere quamplures ſup-
eriores hiatus.

Sunt & præter ea quae proferimus, ut ſcias Lector, ATTONIS Opuscula cum in Verceſ-
ſenſi, tam in Vaticano codice: videlicet Sermones XVII. ad populum & Polyptichum, quod per-
pendicularum appellat, quo noxia redarguere, & honeſta ſancire docet, cum ſcholiſ.

Porro codicem Vaticanum tranſſcribi curarunt Bibliothecæ Cuſtodes, ne totus periret:
Continent primò Sermones, qui vix legi poſſunt, & ideo non ſunt tranſcripti, &c. Ita cla-
riſſ. JOHANNES BONA in epitoſola mihi an. 1664 ſcripta.

In ATTONIS Capitulari animadvertenda ſunt: 1. Haec verba Fides Catholica ſignum
Symbolum Athanaſii, quae in eo ſenſu bis ab Antlere uſurpantur cap. IV. &c. & à Ratherio Ve-
ronenſi, vel ut alii places Udalrico, perperam tamen, in Synodica ad Preſbiteros: Sermonem ut
ſuperius dixi, Athanaſii Epitopi de fide Trinitatis, cujus initium eſt, Quicumque vult, &c.
Ricculſi quoque eadem propè habet in Cap. 5. Conſtat. Ut unuſquiſque veſtrum psalmos, &
ſermonem fidei Catholice, cujus initium: Quicumque, &c.

2. Circa ſaeculum IX. Convenius ſeu Cellationes Preſbiterorum memoratae in cap. 29. inſtituta
ſuiſſe videntur ex cap. 20. Ricculſi Sued. Rationi quoque proximum eſſe ſanxiſſis, ut in uno-

quoque mense, statuta die, id est in Kalendis uniuscujusque mensis, per singulas Decanas Presbyteri simul conveniant, non pallis vel potationibus vacent, sed de iuo ministerio, & religiosa conversatione, atque de his, quæ in eorum parochiis accident sermonem habeant, & qualiter pro Rege, vel Rectoribus Ecclesiæ, atque pro suis familiaribus tam vivis quam defunctis orare debeant, considerent. *Hæc facit Capitulum 15. Hincmari ad Presbyteros:* Ut quando Presbyteri per Kalendas simul convenierint, post peractum divinum ministerium, & necessarium Collationem, non quasi ad prandium ibi ad tabulam resideant, &c.

3. *Capitulum XC. elucidare potest Bedæ in Prefat. de Remediis peccatorum, sive Penitentialis:* Solerter admonentes doctum quemque Sacerdotem Christi, ut in univervis quæ hic annotata reperit, sexum, ætatem, conditionem, statum, personam cujusque penitentiam agere volentis, ipsum quoque cor penitentis curiosè discernat, & secundum ut sibi visum fuerit, singula quæque judicet. Quibusdam namque à cibis abstinendo, ponnullis sæpius genua flexendo, sive in cruce stando, aut aliud aliquid hujusmodi quod ad purgationem peccatorum pertineat, faciendo. *Ipissima reperit verba Hervæus Remens. in Epistola ad Vitionem Helmsig. Cap. 13. Hæc Acherius, quibus hoc unum addemus, haud paucis locum à nobis repetitas esse in libro de Presbiteris Ecclesiasticis, op. Ms. consulam codicis Monasterii Reshacensis, quem cum consulasset olim, R. P. D. Edm. Martene, quæcumque ex illo excerptas, nobiscum humanissime communicavit.*

ATTONIS II. VERCELENSIS EPISCOPI CAPITULARE.

INCIPIUNT CANONES.

CAPUT PRIMUM.

Admonitio Pastoris ad Presbyteros, qualiter erga Subditos agant.

OBSERVO vos, Fratres dilectissimi, ut erga subditarum plebium profectum & emendationem vigilantissimam curam habeatis, quæcumque illis viam salutis ostendentes, & eos verbis & exemplis instruentes, & vos de eorum profectu, & nos de vestro, Domino IESU CHRISTO auxiliante, fructuosos illi maupulos reportemus. Obsecro etiam fraternitatem vestram, ut hæc Capitula, quæ ad emendationem vitæ breviter digesti, aliudvè legatis, & memorie commendetis; & eorum, sive cæterarum sanctarum Scripturarum lectione mores componitis, vitam emendetis, ut cum subditi plebibus, optulante Domino, ad regna cælestia pergere certetis.

CAPUT II.

Retractatio episcopi. & de Ordinis discretione huiusque vitæ exhortatione.

VERACITER nosse debetis, & semper meminisse, quia nos quibus regendam animarum cura commissa est, pro his qui nostram negligentiam preceunt, actionem reddantur sumus. Pro his verò quos verbis & exemplis locuti fuimus, præmium æternæ vitæ percipiemus. Quid si populus fidelis libus est Dei, ejusdem cibi condimentum nos sumus. Scitote vestrum gradum nostrò gradus secundum, & pensè conjunctum esse. Sicut enim Episcopi Apostolorum in Ecclesiâ, ita nimirum Presbyteri cæterorum Dis-

cipulorum Domini vicem tenent. Et illi tenent gradum Summi Pontificis Aaron, illi verò florum ejus. Unde oportet vos semper memores esse tantæ dignitatis, memores vestræ consecrationis, memores factæ quam in manibus suscipulis unctiois, ut nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecrationem irritam faciat, nec manus sacro sanguine delibatas peccando pollutas; sed cordis & corporis munditiam conservantes, plebibus exemplum bene viverendi præbentes, his quibus præclis dicitur ad cælestia regna præbeat. Cooc. Tolm. 4. c. 24.

CAPUT III.

De ignorantia evitanda, & doctrinâ servandâ.

IGNORANTIA mater cunctorum errorum, maxime Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis suscipiunt. Sacerdotes enim legere sanctas Scripturas frequenter admonet Apostolus, dicens ad Timotheum: *Assidue lecturus, exhortationem & doctrinam. Semper permans his.* Sciunt igitur Sacerdotes Scripturas, & Canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrinâ consistat; atque ædificent cunctos tam fidei, scientiâ quam operum disciplinâ. 1. Tim. 4. 1.

CAPUT IV.

Ut omnes fidem Catholicam meminerit teneant.

PRIMO omnium fidem Catholicam omnes Presbyteri & Diaconi, sive Subditi cum meminerit teneant. Ut si quis hoc faciendum prætermittat, quadraginta dierum à vino se abstinat. Et si post abstinentiam neglexerit, condemnandum dupliciter in eo sententiâ.

2. fidem Catholicam Acherius jam monuit de Symbolo | Archazadi hæc apl. In fine pro fœderatâ lego fiam.

Sob. siem.
om. s. ope-
tem.

Theodasii ca-
put 2. Capi-
tularia.

104.

CAPUT V.

De negligentia censurâ, iustitiâ amplectendâ, & vitâ emendandâ.

Nemo Clericorum ultra hæc quæ iussa sunt dissi-
mulet, aut ullatenus negligere audeat, sed
libenter expleat: & sacramenta divina nequaquam
negligenter contrectet. Ideo tam juvenes quàm se-
nes de his, & de omni conversione suâ, ac conver-
satione & penitentia valde esse sollicitos, satique
agere oportet, ut hæc condignè agant, & de reli-
quo ornent tam Clericorum quàm laicorum, animas suas
ornamentis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis,
decore pudicitie, splendore iustitiæ, candore piete-
tis, aliisque omnibus, quibus comptam decet esse
rationabilem mentem. Tum præterea declinare à
consortio inhonestis, & inhælibus, & societatem
habere fidelium, atque illos frequentare convectus,
in quibus de pudicitia, de iustitiâ, de pietate tracta-
tur. Orare semper Deum ex toto corde, & ab ipso
petere quæ decet, ipsi gratias agere, & veram peni-
tentiam præteritorum gestationem. Aliquantulum
etiam, si possideat, per misericordiam pauperum
juvare penitentiam.

CAPUT VI.

Quibus armis diabolus, & vitia expugnentur.

Oportet vos assiduitatem habere legendi, & in-
stantiam orandi. Quia vita viri iusti lectio-
ne instruitur, oratione ornatur, & assiduitate lætationis
munitor homo à peccato, iuxta illum qui dicebat:
*In corde meo abscondi eloquia tua, ne non peccem
tibi.* Hæc sunt enim arma, videlicet lectio & oratio,
quibus diabolus expugnatur. Hæc sunt instrumenta
quibus æterna beatitudo acquiritur. His armis vita
comprimitur. His alimentis virtutes nutriuntur.

CAPUT VII.

Quid Sacerdos Missam solus nequaquam celebret.

Sacerdos solus Missam nequaquam celebret, quia
sicut illa celebrari non potest sine salutatione Sa-
cerdotis, responsione plebis, admonitione Sacerdotis,
responsione nihilominus plebis: ita uspiram
nequaquam ab uno debet celebrari. Esse enim de-
bet qui ei circumstant, quos ille saluet, à quibus
ei respondeatur: & ad memoriam illi redendum
est illud Dominicum: *Utrumque fuerim duo, vel
tres congregati in nomine meo, & ego in medio eorum
sum.*

CAPUT VIII.

*Quid Sacerdos Missam nisi in sacratu ab Episcopo
locis non presumat celebrare.*

Hic in Romanâ Synodo constitutum est om-
nium cum consensu Synodi, ut nullus Presby-
ter Missam nisi sacratu ab Episcopo locis celebrare
presumat, qui paterceptis de cætero sui voluerit esse
sacerdotii.

CAPUT IX.

Quid divina mysteria studiosè celebrentur.

IN sacrificiis, dilectissimè, ante omnia diligenter
obseruetur, ut panis & vinum & aqua, sine qui-

bus Missæ nequeant celebrari, mundissimè atque
studiosissimè tractentur. Et nihil in his vde, nihil
non probatum inveniat, iuxta illud quod ait Scri-
ptura: *Sic timet Dominus vobiscum: cum diligentè
cuncta facite.*

CAPUT X.

Item ex eisdem.

Corpus Domini nullo modo consecratur nisi ex
integrâ oblatione. Neque enim Dominus sui
corpore aliquam sustulit diminutionem, sicut scri-
ptum est: *Nec debet sanctum suum videre corruptionem.*
Et alibi: *Qui non communitur ex eo.* Missæ etiam
nisi à rejunctis Sacerdotibus non celebratur.

CAPUT XI.

Ut femina ad altare non accedat.

Feminae Missam Sacerdotes celebrante nequaquam
ad altare accedant, sed locis suis stent, & ibi
Sacerdos earum oblationes Deo oblaturas accipit.
Memores esse debent femina infirmitatis suæ, &
se suis imbecillitatis. Et adcirco qualibet sancta in mu-
nisterio divino contingere pertimescant. Quæ etiam
laici viri pertimescere debent, ne Oræ penam sub-
eant, quodum Arcam Domini extraordinariè con-
tingere voluit, Domino percutiente interit.

CAPUT XII.

Ut femina sacras vasa, vel pallas non contingat.

Sacras Deo feminas, vel Monachas sacra va-
sâ, vel sacras pallas penes uos contingere, &
circa altaris incensum deserre perlatum est ad Apo-
stolorum sedem. Quæ omnia reprehensione & vitu-
peratione plena esse nulli rectè sapientium dubium
est. Quapropter hujus sanctæ Scilicet auctoritate hæc
omnia reicere funditus quantocius poteratis, cen-
semus: & ne pectus hæc latius divulgetur, per omnes
provincias abstergi citissimè mandamus.

CAPUT XIII.

*Ut nullus presumat qualibet ex sacris isticis
usurpare.*

Nullus presumat aut calicem, aut patenam,
aut quolibet vas sacra, & divino servitio
mancipata, ad alios usus retroquere, nec calice ti-
cro aliquid bibat præter sanguinem Christi, qui in Sa-
cramento accipitur, nec patenam ad aliud officium
admittere audeat, quàm ad altaris ministerium. Et
altaris non cooperantur nisi auid & novis panat.
Corpora verò mortuorum in ipsis nullo modo invol-
vantur.

CAPUT XIV.

Ut vestimenta ecclesiastica sacra & honesta sin-

Vestimenta igitur ecclesiastica quibus Domine
manstratur, sacra debent esse & honesta.
Quibus aliis usibus nemo debet uti, quàm ecclesia-
sticis & Deo dignis officiis, quæ nec ab aliis debent
contingi, aut dari, nisi à sacratu hominibus, ne
utique quæ Balthasar Regem percussit, super hæc
transgredientes, & alia præsumentes, venas divinas
E l e 9

Theodulf.
cap. 1.

Theodulf.
cap. 11.

Non Theo-
dulf. cap. 4.

Max. lib. 10.

Orad. Rom.
sub Synodo
in episc. scrip-
to apud An-
selm. lib. 7
c. 197 & 198
& apud Gra-
tiam. Anthon
Prelat. De consue-
dit. 1.

Theodulf.
cap. 1.

qui dom vasa Domini in usus communes assumit, vitam cum regno pariter amittit.

CAPUT XY.

Ut Clerici secularibus indumentis non utantur.

Zacharias Papa, & re-
fector ii. q. 4
cap. Episcopi.

I. Cor. ii. 4.

Presbyteri, & Diaconi secularibus indumentis minime utantur, nisi ut condecet, tunicis sacerdotum: sed neque dum ambulaverint in civitatem, aut in viam, aut in plateas, sine operimento praesumant ambulare, praeter si in itinera longa ambulaverint. Quis sicut mulier orans in ecclesiis non velato capite deturpat caput suum, juxta Apostolicam vocem; ita Sacerdos sine operimento deturpat sacerdotium suum. Nam si temere praesumserit contra statuta agere, & communionem privetur, donec quae statuta sunt adimplere coartetur.

CAPUT XVI.

Quando Symbolum competentibus tradatur.

Council. Aga-
thian. c. 13.

Symbolicetiam placuit ab omnibus Ecclesiae unae, id est ante octo dies Dominicae Resurrectionis publice in Ecclesia Competentibus tradi.

CAPUT XVII.

De tempore Baptismi.

Gelasius Episcopus
ad Episcopos
Lactantius c. 11.

Baptizandi sibi quisquam passim quocumque tempore nullam credat medie fiduciam; praeter Paschale festum, & Pentecostes venerabile sacramentum; excepto dumtaxat gravissimi languoris incurso, in quo verendum est ne morbi crescente periculo, sine remedio salutaris fortassis agrotans, exitio praeventus abscedat.

CAPUT XVIII.

Qualiter Baptismi sacramenta celebrari oportet.

Atheometrici antequam baptizentur, instruantur qualiter credant, ut Sacerdotibus cum baptizantur fraudes loquendi imminente periculo obmutuerint, per christianissimos testes eorum fides examinetur, qui illis antequam obmutuerint, adfuerint. Et si eorum testimonium digni inventi fuerint, baptizentur. Hi vero qui ab aetate muti fuerint, si aliquibus verbis, aut indicis Christianos se esse velle, vel baptismum petere videantur, non est illis vetandum. Pro infantibus vero quibus ritus adhuc loquendi non est, alius non abutimus respondendum. Catholicis tamen. Sed qui pro eis fidem promittunt, curam & sollicitudinem habere debent, ut illi hoc implent quod ipsi pro eis promiserunt. Si autem religiosi & docti talibus pariter fuerint, quod sit cum hac protestatione committendus sunt. Qui si defuerint, illi eos frequentius instruant, siveque beneficium sapienter studeant confortare.

CAPUT XIX.

Item de parvulis agrotantibus.

Theodulfus
cap. 47.

Si parvulus agrotans ad quemlibet Presbyterorum baptismi gratia de cujuslibet parochia alle-

h s. d. f. s. m. i.] Sic scribitur ex conjectura sane non improbabili. Aucta legitur, s. d. f. s. m. i. quod cum Acherisus ipse intelligit monachos hoc loco verbos aliquid, ut ostendit, dicit.

tus fuerit, baptismi sacramentum nullo modo negatur. Si quis hoc manus petenti concedere detrectaverit, & ille parvulus absque baptismi gratia mortuus fuerit, novum se ille qui eum non baptizavit, pro ejus animi rationem redditurum.

CAPUT XX.

Ut Presbyteri absque Diaconi Baptisma non celebrent.

Ut in nulla Ecclesia cujuslibet diaconus ubi baptismus celebratur, Presbyter absque Diacono esse reperiat. Unde omnis Presbyter non habens Diaconum, eligat sibi personam, & plebs sine innotescat: tunc ad Pontificem suum congruus deducat, cujus vitam probatam habeat, & Diaconus constituetur. Quod si distulerit Presbyter, dicens eo quod non habeat talem Clericum, Episcopus suus providat ex Ecclesia sua, aut unde voluerit bonam personam. Tantum est ut sine Diacono non sit.

CAPUT XXI.

Qua in Ecclesia retandi licentia.

Videmus crebro in Ecclesiis menses & sanum congeri; unde volumus ut hoc penitus observetur, ut nihil in Ecclesia, praeter vestimenta ecclesiastica, & vasa sancta & libros, reconducatur. Si autem tempore persequutionis propter improbitatem praedonum sua pauperes alimenta imbi servanda reponunt, non sunt ejicienda: ita sane, ut de eadem Ecclesia pace recepta illic transportentur. Vendendi enim vel emendi ibi nulla datur licentia. Ne forte si alia ibi quibus oportet negotia exerceantur, à Domino audiamus: Domus mea domus orationis est, vos autem spelunca latronum facti estis.

CAPUT XXII.

Quid in Ecclesia convivium & accumbens non fiant.

Quod non oporteat in Domini Ecclesia convivium quae vocantur agapae, fieri, nec inter domum Dei comedere, vel accumbens sternere.

CAPUT XXIII.

Quid in Ecclesiis sepultura non fiant.

Antiquus in his regionibus in Ecclesiis sepulchrorum mortuorum usus fuit, & pleraque loca divino cultus mancipata, & ad offerendas Deo hostias preparata, coemeteria sive polyandria facta sunt. Unde volumus ut ab hac re deinceps absteratur, & nemo in Ecclesia sepelatur, nisi forte talis sit persona Sacerdotis, aut cujuslibet iusti hominis, qui per vitam meritum talem vivendo sibi corpori delinquo locum acquisivit. Corpora vero quae antiquitus in Ecclesiis sepulta sunt, nequaquam projiciantur, sed tumuli qui appent profundius in terra mittantur, & pavimento de super facto, nullo tumulorum vestigio apparente, Ecclesiae reverentia conserventur. Ubi vero tanta est multitudo cadaverum, ut hoc fieri difficile sit, locus ille pro coemeterio habeatur.

e an nulla] Praepositionem quae dicitur, a' h'et. d' f. a'v'v'v'] Haec utique ad Ne facta, non leguntur apud Theodulfum.

ablato inde altari, & in eo loco consecrato, ubi religiosè & parè Deo sacrificium offerri valeat.

temporis fieri Concilium non sine, saltem vel simul à nobis celebretur.

CAPUT XXIV.

Us sepulture non vendantur.

Quæta nobis est **NARRIDA** christissima femina, quod ab eâ certum solidos pro filie suæ sepultura fraternitas vestra velit exigere, atque ei super doloris gemitum majorem dispendii studeat inferre molestiam. Quod si ita se veritas habet, quia grave nimis, & procul nimis est à Sacerdotis officio, prociuum de terrâ concessâ pueredini querere, & de alieno velle facere luctu compendium; ab hac se patione fraternitas vestra contineat, & molesta ei de cætero non existat. Hoc autem vitium & nos, postquam Deo doctore ad Episcopatus honorem accessimus, de Ecclesiâ nostra omnino vetuimus, & pravam demud consuetudinem nequaquam usurpanti permittimus; memores quia dum Abraham à filio Emor, hoc est Efron filio Segor sepulcri terram pretio ad humanandum corpus conjugis postulat, pretium accipere renuit, ne commodum videretur de cadavere consequens. Si ergo tantæ considerationis paganus vir huius, quanto magis nos, qui Sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus. Unde ne hoc avaritie vitium, vel in alienis demud tentari præsumatur, admoneo; sed si quodam aliquem in Ecclesiâ vestrâ sepeliri conceditis, si quidem parentes ipsius, proxime heredes, pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipi non vetamus peti verò aut aliquid exigi, omnino prohibemus. Quod valde irreligiosum est, ne aut venales sortasse, quod abste, dicatur Ecclesiâ, aut vos de humanis videriamus mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studeatis querere quolibet modo compendiam.

CAPUT XXV.

Ut dioceses singulis annis visitentur.

Multorum experientia casuum magistrante reperimus nonnullas Dioceses Ecclesiis deservitas. Pro quâ re ad constitutionem decrevimus, ut antiquæ consuetudinis ordo servetur, & annis singulis ab Episcopis Dioceses visitentur. Et si qua forte Basilica destinata reperita fuerit, ordinatione ipsius reparetur.

CAPUT XXVI.

Qui Presbyteri Christina petant.

Presbyteri qui per Dioceses Ecclesiis regunt, non à quibuslibet Episcopis, sed à suo, nec per juniorem Clericum, sed per se ipsos, aut per illum qui sacrum tenet, ante Pascha solemniter Christina petant.

CAPUT XXVII.

Quod singulis annis Synodus celebretur.

Nulla pene res disciplinæ mores ab Ecclesiâ Christi magis depulsi, quàm Sacerdotum negligentia, qui contemptis Canonibus ad corrigendos Ecclesiasticos mores Synodum facere negligunt. Ob hoc à nobis universaliter definitum est, ut quis iuxta antiqua Patrum decreta bis in anno difficultes

CAPUT XXVIII.

Qualiter Miores Presbyteri ad Synodum veniant.

Quando more solito ad Synodum convenitis, vestimenta, & libros, & vasa sancta cum quibus vestram ministerium & injunctum officium peragatis, vobiscum deferite; nec non duos, vel tres leucos sive Laicos, cum quibus Missarum solemniam celebratis, vobiscum adducite, ut probetur quàm diligenter, quàm studiose Dei servitium peragatis.

CAPUT XXIX.

Quod singulis Kalendis cellas in plebibus fiat.

Experimento didicimus, non minus bonam colationem, quàm etiam ledionem proficere. Unde à presenti statuimus, ut per singulas plebes singulis Kalendis omnes Presbyteri seu Clerici simul conveniant, ut de fide ac Sacramentis divinis, seu de viâ & conversatione, & singulis officiis ad eos pertinentibus communiter tractent. Et si forte aliquis inter eos negligens aut reprehensibilis invenitur, à cætera corrigatur. Quod si corrigi omnino non studuerit, mox suo iustitiam Episcopo, ut hæc actibus emendare quantociens studeat. Ne cum eadem Diocesi tentur. Si autem Kalendæ in festivis fuerint, sub

CAPUT XXX.

Quod nulli absolvi Clericus ordinetur.

Nullum absolute ordinari debere Presbyterum, aut Diaconum, vel quælibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter in Ecclesiâ Civitate, aut possessionis, aut Martyri, aut Monasterii qui ordinandus est, pronuntietur. Qui vero absolute ordinatur, decrevit sancta Synodus irritam haberi hujusmodi manus impositionem, & nullquam posse ministrare ad ordinandos injuriam.

CAPUT XXXI.

Ut singulis Ecclesiis Sacerdotes ordinentur.

Ecclias per congrua, & utilis facite loca, quas divinis precibus sacrare oportet, & in singulis Sacerdotes divinis orationibus Deo dicatos ponit, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quocumque gravari.

CAPUT XXXII.

De Clericis qui loca in quibus ordinari sunt derelinquunt.

De Presbyteris, aut Diaconis qui solent dimittere loca sua, in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transferunt, placuit ut eisdem locis ministrant quibus prefati sunt. Quod si derelictis locis suis ad alium se locum transferri voluerint, dependantur.

Cap. 1b. 7. Ep. 17.

Theodis. c. 4.

Concil. Tarracon. sub Hormisda, c. 1.

Concil. Chalced. c. 4.

Conc. Carth. 4. c. 36.

Clementis, que dicitur scripta ad Jacobum.

Tol. 4. c. 3.

Concil. Arel. l. c. 11.

CAPUT XXXIII.

De Presbyteris qui pro alterius Ecclesiâ munera promittunt.

Theodulf.
c. 26.

Si quis Presbyter, vel quilibet in Clero inventus fuerit alicui Clerico aut Laico deinceps munera dare, aut promittere, ut Ecclesiam alterius Presbyteri subripat, sciat se pro hac reprimi, & sævâ cupiditate, aut gradum amissurum, aut in carceris ardua longo tempore penitentiam offendo detinendum. Illi verò quem litigare præsumserit, omne damnatum quod ei pro hac accident querelâ, ipsoque actionis sumptus insuper restituate cogatur. Nullusque Presbyter fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ de alterius Presbyteri parochiâ, ut ad suam Ecclesiam concurrant relictiâ propriâ Ecclesiâ, & suas decimas subtrahat; sed unusquisque suâ Ecclesiâ, & populo contentus, quæ ibi non vult fieri alteri nequaquam faciat, juxta illud Evangelii: *Quicumque vultis ut faciant vobis homines, hac eadem facite illis.*

CAPUT XXXIV.

Ut nullus oblationes Ecclesiæ præter consententiam Episcopi aut det, aut accipiat.

Concil. Gas.
Gleus. c. 7.

Si quis oblationes Ecclesiæ extrâ Ecclesiam accipere vel dare voluerit, præter consententiam Episcopi, vel ejus cui hujusmodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit.

CAPUT XXXV.

Ut nullus Presbyter absque permisso Episcopi aliquid in e, in Parochiâ agat.

Epist. v. que
Clerico Romano
commissum.

Nullum Presbyterum in alicujus Episcopi Parochiâ aliquid agere debere absque permisso docebat, sed & cunctos Presbyteros propriis Episcopis in omnibus absque mora obedientes (insistente Domino) esse debere docebat. Nullum item aliena concupiscere, aut perjurare quæ eorum erant, sed unusquisque suis libere commissis contentum esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi fieri vult intructus.

CAPUT XXXVI.

Ut nullus Clericus mulierem in consorcio familiaritatis habeat.

Concil. To-
let. 4. c. 3.

Illud præterea speciali ordinatione decernimus, quod nec antiqua Concilia in universis penè canonibus statuerunt, ut nullus Clericorum à gradu Subdiaconatus, & supra, in consorcio familiaritatis habeat mulierem, vel uxorem, vel libertam, aut ancillam: sed si sunt ei hujusmodi serviti, matrem, vel sororem, alique cuiuscumque propinquitatis contendant, & quælibet suis manibus proferant, proprio Domino dederunt. Aut si propinquitatis memorata deest, alia domus longè ad eam habitaculum requiratur, eo modo, ut nulla occasione introeundi domum Clericorum femine permittantur, unde aut laqueum possit incurere, aut noxialis fama innocenti fortassis possit iniuri. Sanè deinceps post da-

e. 16. 101.] Pise editio, *hæc nobis corrupit.* Hæc uique

tam hæc admonitionem quisquis harum confortio fieri voluerit, noverit se non solum à Clericatus officio retrahi, vel Ecclesiæ foribus pelli, sed etiam omnium Catholicorum, Clericorum, vel Laicorum communionem privari, nullâ prolixius colloqui consolatione relicta.

CAPUT XXXVII.

Ut Clericus nullam conversationem cum muliere post denominationem habeat.

Ut si cui Sacerdoti ex quolibet muliere denuntiatum fuerit, ut exinde suspicio male opinionis efficiatur, nullum cum ipsâ habeat conversationem, neque secretam, neque patentem. Si deinceps inventus fuerit, post secundam & tertiam conlationem ut contemptor gradus sui periculum sustineat.

CAPUT XXXVIII.

Qualem professionem Presbyteri & Diaconi faciunt, quando Adianant.

Quando Presbyteri & Diaconi per Parochias constituuntur, oportet eos primum professorem Episcopo suo facere, ut callè & purè vivant sub Dei timore, & ut eos talis professio allegatos sanctæ disciplina retineat.

CAPUT XXXIX.

Item qualis Episcopus Diaconum faciat.

A presentis die Episcopus omnibus dicatur, ut nullum facere Diaconum presumat, nisi qui se callè vitiorum promittat.

CAPUT XL.

Ut Clerici Episcopos suis obtemperent.

Item placuit, ut quicumque Clerici vel Diaconi pro necessitatibus Ecclesiasticarum rerum non obtemperaverint Episcopis suis, volentibus eos ad honorem aulicorum in suâ Ecclesiâ promovere, nec illic ministrarent in suo gradu unde noluerunt recedere.

CAPUT XLI.

Quid nullus Clericus deo Dominico atque seculari negotium audeat vitiare.

Ut nullus Presbyterorum vel Clericorum die Dominico propositum cujuscumque causæ negotium audeat vindicare, nisi hoc tantum, ut Deo licita solemniter petantur. Ceteris verò diebus, cohærentibus personis, illa quæ iusta sunt habeat licentiam iudicandâ, exceptis criminalibus negotiis.

CAPUT XLII.

Ut Clerici in licitis spectaculis non inserantur.

Non oportet Ministris altaris, vel quolibet Clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nu-

ad, Nullaque non legantur apud Theodulfum.

peius, aut in secnis exhibentur, interesse, sed antequam thymelici ingrediantur, surgere eos de convivio, & abire debent.

CAPUT XLIII.

Ut Clerici per plateas, vel andronas, vel mundinas non ambulent.

Clerici per plateas, vel andronas, aut mundinas non ambulent, & ad forum, vel tabernas non accedant absque cetera corporis vel officii sui necessitate, vel si fuerint transgrediente compulsi; nec ibi comedere aut bibere presumant.

CAPUT XLIV.

Item Clericum furrilem puniendum.

Clericum furrilem, & verbis turpibus jocularem, ab officio retrahendum censemus.

CAPUT XLV.

Item Clericus adulator & proditor degradetur.

Clericus qui adulationibus & proditiombus vacare deprehenditur, degradetur ab officio.

CAPUT XLVI.

Clerici inter epulas cantans similitur.

Clericus inter epulas cantans, supradicta sententia severitate coercendus.

CAPUT XLVII.

Quibus negotia se miscere debeant.

Decreevit Nicæna Synodus nullum Clericum aut possessiones conducere, aut negotia secularibus se miscere, nisi forte Episcopus civitatis ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere præcipiat, aut pupillorum & orphanorum, aut viduarum. Ubi liquidò patet, quia alia sunt negotia secularia, & alia ecclesiastica.

CAPUT XLVIII.

Ut Clerici anguria non credant, nec divinationes exquirant.

Si quis Episcopus aut Presbyter sive Diaconus, vel quilibet ex ordine Clericorum magos aut aruspices, aut ariolos, aut certè augures vel sortilegos, vel eos qui profectores artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes, consualisse fuerint deprehensus, ab honore dignitatis sue depositus, monasterium ingressus poenitentia excipiat, absque perpetua poenitentia deditus, scelus ad nullum sacrilegum solvat. Item, si quis post hanc cognitionem, ecclesiasticam contemnens doctrinam, ad . . . Prophetas, aut Angelos, vel aliquos sanctorum defunctorum, quos æquivocos falsò vocant, abierit, eorumque prævis doctrinam inhaerent, anathema sit; nullisque mysteris ecclesiasticis communicet, donec ad Pontificem venerit satisfactionem. Nam ipse Dominus in Evangelio docet: *Surgere enim*

Isaïa-Cherub & Isaïa-Propheeta & solent mentes. Et Paulus Ap. ostendit: Debitum Clerici & peregrinis salute abditis. Similiter etiam de illis qui arboris culum, aut ad fontes hujuscemodi in huiusmodi accedunt, dilobare curavimus. Insuper nullus talibus communicare præsumat.

CAPUT XLIX.

Ut Clerici usuras non accipiant, nec laicos quærant.

Item placuit, ut Clerici si commodaverint pecuniam, pecuniam accipiant; si speciem, eandem speciem quantum deditur accipiant. Similiter quoque laici ab usuris se abstineant; quod si non tulerint, excommunicentur.

CAPUT L.

Ut Clerici vitulos emendi & carnis vendendi usum non habeant.

Sicut per Canonem sacra firmatum est, qui-uscumque in Cæro esse voluerit, emendi vitulos, vel vendendi carnis studio non utatur. Ceterò si voluerit exercere, cohæbeat à Cæro.

CAPUT LI.

Ut Clerici secularium defensionem adversus Ecclesiasticam disciplinam non requirant.

Id etiam placuit, ut Clericus si relicto officio suo propter defensionem ad secularium fortè defensionem transierit, & ei ad quem recurrent solatium defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesie communiione peccatus.

CAPUT LII.

Ut Clerici Ecclesiasticis iudiciis contenti sint.

Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores secularium iudicentur, sed apud Presbyteros Ecclesie quicquid illud est, dirimatur.

CAPUT LIII.

Ut Clerici vigiliis non desint.

Clericus qui absque corporali sui inxualitate Vigilis desit, suspendio privetur.

CAPUT LIV.

Ut Presbyter an uxorem bigami non præleat.

Presbyterum in nuptiis bigami prædere non convenit, quia cum penitentia bigamus egesset, quis eum Presbyter, qui propter convivium talibus nuptiis possit præbere consensum?

CAPUT LV.

Quid ex cellaris convivia non celebrentur.

Quid non oporteat Sacerdotes, aut Clericos ex cellatis, vel comensalibus convivia celebrare. Hoc autem nec laicis posse congruere.

F. Jévas] Quæ sequuntur non sunt ex Concil. Tol.

desumpta.

Concil. Carthag. 4. c. 47
48
Cant. p. 149.

Concil. Carthag. 4. c. 44.

Id. c. 36.

Id. c. 42.

Refertur canon Melit. d. 11. c. 11. c. 11. c. 11.

Concil. Tol. 4. c. 19.

Boyard. lib. 10. c. 18. Yvo par. 10. c. 1. p. 71. Vide Concil. Laodic. c. 34. H. Mart. 24. 24.

102. 1. 2.

Concil. Carthag. 1. c. 14.

Concil. Tarracon. 1. c. 2.

Agath. Concil. c. 8.

Pseudo-Clementis Epist. c. ad Jacob.

Concil. Carthag. 4. c. 49.

Concil. Neocaes. c. 7.

Concil. Laodic. c. 34.

CAPUT LXI.

Quid ad agapen vocati, ciborum partes non accipiant.

Lucretius
c. 47.

Quid non oporteat sacro ministerio deditos Clericos ad agapen vocatos, ciborum partes accipere propterea quod hinc ecclesiastico ordini fiat injuria.

CAPUT LXVII.

Quid Clericus orare, & legere, ac manibus laborare instanter conveniat.

Concil. Ciz-
iburg. c. 10
16. 14. 91.
Ex cap. 3 Ca-
pitol. Theos-
tasti. Auzl.

Clericus vicium & vellimentum sibi artificio vel agricultura, absque officii dumtaxat sui detrimento præparet: & si quando à lectone cessatur, debet manuum operatio subsequi, quia otiositas invidiosa est animæ, & antiquus hostis quem à lectio-
ne sive ab oratione vacantem invenere, faciliè ad vitia rapit. Per usum namque lectionis discetis, quaerite & vos vivatis, & alia doceatis. Per usum orationis & vos vivatis, & his quibus in charitate conjuncti estis, proficere valebitis. Per manuum operationem, & corporis macerationem, & vitis alimenta negabitis, & vestris necessitatibus subvenietis, & habebitis quod necessitatibus patientibus porrigatis.

CAPUT LXVIII.

Qui Psalmi in Ecclesiâ cantentur, vel Libri legantur.

Mart. Becc.
Collect. O-
mnium. Cap. 6.
47.
Cath. 3. c. 47.

Quid non oporteat plebeos psalmos in Ecclesiâ cantari, nec libros præter canonem legi, sola facta volumina novi Testamenti, vel veteris. Licet etiam legi passionis Martyrum, cum anniversaria eorum celebrantur.

CAPUT LXIX.

Ut oratio Dominica quoties præferatur.

Ex c. 10. Con-
cil. Tolet. 4.

Oratio que Dominica dicitur, quam Dominus proprio ore composuit, suisque Discipulos per eam orare docuit, non tantum diebus Dominicis, sed quotidie in omni operatione frequentanda est. Consideret tamen unusquisque conscientiam suam, quia si ex puro corde omnibus à quibus lectus fuerit, non dimiserit, hæc oratio magis ad occasionem, quam ad veniam illi esse videtur.

CAPUT LX.

Quid profundiores quaestiones penitus non agnoscantur.

Celestium I
ad Episc. Gal-
ha c. 9.

Profundiores verò difficultatibusque partes incur-
rentium quaestionum, quas latius pertractantur qui Hæretici riterunt, sicut non audentis con-
temnere, ita non necesse habemus adstruere: quia ad consentiendum gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus subrahendum est, satis sufficere credimus, quodquod secundum predictas regulas Apostolicæ Solus nos Scriptura docuerit, ut propterea non opinemur catholicam, quod apparuit præfixis sententis esse contrarium.

CAPUT LXI.

Ubi & qualiter Schola habeantur.

Presbyteri etiam per villas & vicus scholas habeant, & si quislibet fidelium suos parvulos ad discendas litteras eis committere velit, eos suscipere & docere non renuant, sed cum summâ eos charitate doceant. *Qui autem dolis fuerint, fulgebant quasi splendet firmamentis, & qui ad iustitiam erudunt multos, fulgebant quasi stella in perpetuis æternitate.* Cum ergo eos doceat, nihil ab eis pretii pro hac re exigant, nec aliquid ab eis accipiant, excepto quod eis parentes charitatis studio sua voluntate obtulerint.

CAPUT LXII.

Quibus Libertis manumittantur.

Quicumque libertatem à dominis suis ita percipiunt, ut nullam sibi in eis obsequium patronus retinet; illi si sine crimine sunt, ad Clericatus ordinem liberè suscipiuntur; quia directâ manumissione absoluti noscuntur. Qui verò retento obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc à patrono servituti tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum dominum, sicut eis Clerici servi.

CAPUT LXIII.

Quales ad ministerium Clerici eligantur.

Tales ad ministerium Clerici eligantur, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare: melius est enim Dominum Sacerdoti pauco habere ministrum, qui possint dignè exercere opus Dei, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant.

CAPUT LXIV.

De jejuniis Quadragesimali Clericorum.

Cognoscite à nobis, & cum ceteris Episcopis in hac sanctâ & Apostolicâ sede congregatis statutum esse, ut septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes Clerici in sortem Domini vocati à carne jejurent. Quia sicut discreta debet esse vita Clericorum à laicorum conversatione, ita & in jejuniis debet fieri discretio. Hæc ergo septem hebdomadas omnes Clerici à carne & delectis jejurent, & hymnis, ac vigiliis, atque orationibus Domino inhærere diu noctaque studeant.

CAPUT LXV.

Quid nulli Sacerdotum liceat canones ignorare.

Nulli Sacerdotum suos licet canones ignorare, nec quomquam facere quod possit Patrum regulis obviare: que enim à nobis res dignè servabatur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum blotto, licentiæ populari permitti, frangatur?

CAPUT LXVI.

Quomodo adversus pro Christo patienter solvatur oporteat.

Nolite mirari, Carissimi, qui persecutiones patimini, quasi vobis aliquod novi contingat, sed

sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut in revelatione glorie ejus gaudeatis exultantes. Si exprobrationem nomine Christi, beati eratis. Neg pro aliqua cupiditate, vel segnitie, aut metu, hanc quæ vobis facienda, vel dicenda sunt, dimittatis. Nec à populi interpretatione, si deviarit, ullo modo collectis. Nemo autem vestrum patietur quasi homicida, aut fur, aut maleficus, aut alicuius appetitor: si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine, quia scriptum est: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam offerunt eis regnum celorum. Cavete, quia propter iustitiam dicit. Nam qui pro aliquo crimine patitur, ob hoc non erit beatus.*

CAPUT LXVII.

Quod cum excommunicato non sit orandum.

SI quis cum excommunicato saltem in domo simul oraverit, ille communione privetur.

CAPUT LXVIII.

Quid oblationes discordantium, vel pauperes opprimentium recusanda sint.

Oblationes discordantium fratrum, neque in sacris, neque in gazophylis recipiantur. Eorum etiam qui pauperes opprimunt, donaria à sacerdotibus recusanda sunt.

CAPUT LXIX.

Ut ebrietas vitetur.

Ance omnia Clericis vetetur ebrietas, quæ omnium vitionum fomes ac natus est. Itaque cum quem ebrium fuisse conluerit, ut ordo patet, aut triam diem spatium à visio relaxandi submovendum, aut corporali subdendum supplicio. Quod si hoc in usum alluissent, excommunicatio proteclur: si verò corrigi non poterit, à sacerdotali ordine repellatur.

CAPUT LXX.

Qualiter singulis Feriis agendum sit.

Qui die Dominico studiosè jejunet, non credatur Catholicus. Et nullam negotium, nullumque opus servile eodem die fiat. Quarta ferii quilibet non est jejunandus, ut inter jejunium Christianorum & Gentium, Catholicorum, atque hereticorum discretio sit. Die Dominico Dominus Jesus-Christus resurrexit à mortuis, live quia eo die gratia Spiritus sancti post ascensionem ad caelos, inflammavit discipulos, et mittens tradidit charismatum dona. Quarta ferii autem cum eisdem discipulis ultimarum carum mysteria celebravit. Nec multo post eodem die revolvente illis videntibus ad caelos ascendit: ipso etiam die christi conficitur: eodem quoque die penitentes reconciliantur. Quarta verò, sexta & septima ferii prae ceteris jejunandum est, quia quarta ferii Judas de prodicione Salvaicæ cum Judæis traxit, sexta autem Christus crucifixus est: sabbato quidem inter metum & spem Apostoli tristem duxerit diem, dubii aliquantulum de Resurrectionis gloriæ permanentes. Qui ergo illis

tribus diebus in crepula, vel epulis absque magna intermissione festivitatis, vel necessitate fuerit, videtur aut eum tradente tradere, vel eum crucifigentibus crucifigere: aut Apostolorum injurias deridere. Nam qui vult de Domini cum ipso Resurrectione gaudere, tritari quodammodo cum ipsis debet de Passione.

CAPUT LXXI.

Quod dies Dominice stantes orationem.

Quoniam sunt quidam in die dominico ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecostis, ut omnia in universis locis consonanter oberventur, placuit sancto Concilio, stantes in his diebus Domino vota persolvere.

CAPUT LXXII.

Ut Sacerdotes admonerent populum, qualiter festis diebus se habeant.

Sacerdotes admonerent populum ut in diebus festis non vacent conviviis malis, & jocis turpibus, sed orationibus.

CAPUT LXXIII.

Quid festis populus commoneat.

Seculares verò qui Natalem Domini, Pascha & Pentecosten non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.

CAPUT LXXIV.

Si sacrificium per negligentiam ceciderit.

Si cui sacrificium per negligentiam ceciderit, aut si qua lambat, ut nihil inde remaneat, aut diebus quadragesima jejunet. Si autem per negligentiam alterius hoc factum fuerit, peccat ipse cujus est negligentia. Locus autem in quo ceciderit, aut igne succendatur, aut penis exurgatur, & quod exterius fuerit, comburatur.

CAPUT LXXV.

Si vomitus infra tres dies post communionem negligent evenerit.

Si quis post accepta sacrosancta Mysteria infra tres dies vomitum per negligentiam fecerit & quicquid rejezum fuerit, comburatur.

CAPUT LXXVI.

Ut Euryomeni non commoneat. & balnea in sacris aquis non faciant.

Nulli liceat porrigere Corpus, vel Sanguinem Domini nostri Jesu-Christi euryomenis, donec in eadem passione sunt, nisi forte dixerint moris incurrent; nam cum criminosis talia sacramenta ventur, quanto magis illis quos ipse auctor criminis invadat? Si autem divina misericordia liberati fuerint, longo tempore in abstinentiâ & oratione permanent secundum arbitrium Sacerdotum, & sic

g. tres dies? An postea tres horas, ut Achelio placet? Tom. 2.

Nicæam Concil. 2. c. 10

Conc. Agath. c. 18

Ex Decreto quod P. Papa nomine circumferret, referunt de Concilio. dist. 2. c. 7. Si per negligentiam, vel fortuitum, vel inanimam.

demum communicent inter ceteros Christianos. Quod si baptizati vel consignati non fuerint, licet eos omni tempore baptizare, vel consignare. In aqua vero sanctificata nullus balneum facere audeat pro aliqua infirmitate vel necessitate, quæ spargi tantummodo concessa est. Huiusmodi enim lavacra nec in sacris invenimus, nec à Patribus acta audimus, nec nabis ulla valentur.

CAPUT LXXVII.

Quoditer mysteria baptismatis vel Christianitas custodienda sint.

QUI sacri baptismatis mysterium, vel Iosum Spiritus sancti in Christianitate susceperint, ante unum diem cum mulieribus nullo modo coeant: si mulier huiusmodi mulieribus omni modo à viris se abstinere, nec ullo turpi ludo, vel negotio ullo modo miscant; à ceteris uisum diu abstinere, donec Episcopus loci pro qualitate personæ, vel temporis præviderit. Nec de sacro fonte aliquem levare, aut ad consignandum ante Episcopum tenere aliquis audeat: nec Clericus nullum sacrum ordinem allumere presumat, nisi prius hæc eadem prædicta Sacramenta in se celebraverit. Si quis autem in aliquo prædictorum prævaricatus fuerit, iudicio Episcopi puniatur.

CAPUT LXXVIII.

Ut spectacula ludorum diebus festis non celebrentur.

NEC non illud petendum, ut spectacula theatrorum, ceterorumque ludorum die Dominicâ, vel ceteris Religionis Christianæ diebus celeberrimis amoveantur. Maxime quia sancti Paschæ octavarum die populi ad circum, magis quam ad Ecclesiam conveniunt, debent transferri præsentia ipsorum dies quando evenierint, nec debet ullus Christianus cogi ad spectacula.

CAPUT LXXIX.

Ut nullas Kalendas Januarii colere, aut obitus docere præsumat.

UT nullas Kalendas Januarii & brumas ritu Paganorum colere præsumat: si quis Kalendas Januarii & brumas cultu præparaverit, aut mensas cum lampadibus in domibus præparaverit, aut per vicus & plateas cantiones & choros docere præsumserit, quod magna iniquitas est, coram Deo anathema sit.

CAPUT LXXX.

Ut quod ad Ecclesiam conveniendum sit.

NON debetis ad Ecclesiam ob pliam causam convenire, nisi ad laudandum Deum, & ejus servitium faciendum: disceptationes vero & tumultus, & vaniloquia, & ceteras actiones, ab eodem loco sancto penitus prohibende sunt. Ubi enim Dei nomen invocatur, Deo sacrificium offertur, Angelorum frequentia inesse non dubitatur, periculum est tale aliquid dicere, vel agere quod loco non convenit: si enim Dominus illos de templo eiecit, qui victimas quæ sibi offerrentur, emebant vel vende-

bant: quanto magis illos iratus inde abijciet, qui mendacis, vaniloquis, rîbus, & hujuscemodii locum divino cultui mancipatum violant?

CAPUT LXXXI.

De doctrinâ virorum & mulierum.

ALICUS præsentibus Clericis, nisi ipsi probantibus docere non audeat. Et mulier quamvis docta & sancta, viros in conventu docere non audeat vel præsumat.

CAPUT LXXXII.

Item de indumentis eorum.

SI quis virorum propter continentiam, quæ præstat, amicum pallio utitur, quasi per hoc habere se iustitiam credens, & despiciat eos qui cum reverentiâ bareis, & aliis communibus solitis utuntur vestibus, anathema sit. Similiter & mulier quæ propter continentiam, quæ præstat, habitum mutat; & pro solito muliebri amicum viridem sumit, anathema sit.

CAPUT LXXXIII.

Ut natalitia seu nuptia in Quadragesimâ non fiant.

QUOD non oporteat in Quadragesimâ Martyrum natalicia celebrare, sed eorum in subbato, & Dominico die tantum memoria fieri. Nuptiarum vero aut natalitia illis diebus nullo modo celebrentur.

CAPUT LXXXIV.

De jejunio Quadragesimali.

PLACUIT etiam ut omnes Ecclesiarum, exceptis diebus Dominicis, in Quadragesimâ, etiam die Sabbati, sacerdotali ordinatione, & disceptione communicationis debeant jejunare.

CAPUT LXXXV.

Item de observatione trissemis.

QUOD non oporteat in Quadragesimâ in ultimâ septimâ, quintæ ferie jejunium solvere, totamque Quadragesimam sine veneratione transire, magisque conveniat omnino Quadragesimam distincto venerari jejunio.

CAPUT LXXXVI.

Item unde supra.

QUIDAM in die ejusdem dominicæ passionis ad horam nonam jejunium solvant, convivis abundant. Et dom sol ipse eodem die tenebris pallidus lumen subduxerit, ipsique elementa turbata mæstitiam totius mundi ostenderit, illi jejunium tanti diei polluant, equalisque inferunt. Et qui totum eundem diem universalis Ecclesiæ propter passionem Domini in more, & abstinentiâ peragat, quicumque in eo jejunium, præter parvalos, senes, & languidos, ante peccata indulgentiæ preces re-

h & observantia] In ceteris Conciliis legitur, & observantia] Hæc omnes facili videntur necessarii deesse: sed

Conciliis sententia adeo perspicua est, ut in verbis immortari necessarium non videatur.

Concil. C
thag. s. c
lib. 4. c. 31

Concil. G
cap. 11.

lib. 4. c. 11

Concil. B
cap. 4. c. 41

Concil. A
cap. 21.
h

Concil. L
cap. 10.

Toten. 4

Concil. Afri-
can. 41.

Zachar. in
Concil. Rom.
c. 9. r. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1. 1.

Theodulf.
c. 10.

soluerit, à paschali gaudio depellatur, nec in eo sacramentum corporis, & sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis ipsius per absentiam non honorat.

CAPUT LXXXVII.

De jejunijs Quatuor temporum.

Jeiunium quod ter in anno apud nos celebrare solent, convenientius nunc per quatuor tempora fieri dicimus; ut sicut annus per quatuor voluit tempora, sic & nos quaternum agamus solemne jejunium per quatuor tempora, juxta Prophetam Zacharie vocem, qui ait: *Hæc dicit Dominus exercituum: jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium sexti, & jejunium decimi erit domui Juda in quartum & tertium. & abstinentias præclaras: veritatem solum & pacem diligite, dicit Dominus exercituum.* In hoc ergo omnes unanimes oportet esse, ut secundum Apostolicam doctrinam, *Idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata.*

CAPUT LXXXVIII.

Jejunium Ecclesiasticum non dissolvendum.

Si quis eorum qui continentie student, absque necessitate corporis tradita in commune jejunia, & ab ecclesiâ custodita superbiendo dissolvit, stimulo fæ cogitationis impulsus, anathema sit.

CAPUT LXXXIX.

Ut penitentibus infirmitas eorum sanctificationem non infundatur.

Poenitentibus ipsa infundari non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus potuerit posse concedi?

CAPUT XC.

Qualiter Presbyteri erga penitentes agant.

Non debet Presbyter injuagere penitentiae leges sine aliquo respectu personæ, aut causæ; sed tempora penitentiae aut reconciliæ totum Episcopo arbitrio concedat. Et ut Presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet penitentem, nisi Episcopo permittente; sed potius Presbyter qui in plebibus ordinatur, providentiam magnum habeant, ne eorum parochiani in criminalia incidant delicta. Quod si evenierit, tam ab ipsis, quam ab omnibus vicinis diligenter qualiter acta sunt, inquirant, & scripsisse notare non desistant, eosque admonere frequententur fuerit, veniat, idemque quod scripserat, secum afferat. Quod si idem penitentes venire distulerint, ipse in capite jejunii ad primam eisdem Episcopi sedem esse nullo modo cum eodem distinet scripto, suoque suggerat Episcopo, ut quod ei extende agendum sit, consideret. Si autem etiam penitentes adfuerint, leges, quæ illis penitentiae imponuntur, rursus describat, curamque & sollicitudinem erga eos maximum gerat, ut eorum conversationem plenissime cognoscere possit. Quod si obnoxii aliquem penitentem viderit incumbere, aut debilitate incur-

rente periculum speret, aut si infirmitas quomocumque oppedit, ad suam Presbyter recurat Episcopum, ut illi per ipsum remedia concedantur. Quod si defuerit, Cardinalibus primæ sedis interim suggeratur. Ad diem namque reconciliationis, id est Cæsar Domini ipse quoque cum ipsis pariter adesse festinet, ut rursus quæ illis iusta fuerint, cognoscere & describere possit.

CAPUT XCI.

Ut penitentes quotidie genua flectant.

Poenitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

CAPUT XCII.

Ut mortui penitentes sepeliantur.

Mortui penitentes offerant Ecclesiæ, & sepeliantur.

CAPUT XCIII.

Penitentes negotiis secularibus se abstinant.

Qualitas lucri negociantem aut excusat, aut arguit, quæ est honestas questus, & turpis; verumtamen penitentis utilitas est dispensanda potius, quam periculis negotiationis obstringi; quia difficile est inter eminentes vendentiæque commercium non intervenire peccatum. Unde monemus, ne penitens aliquo negotio, seu vinatione se obstringat, sed sub custodia Sacerdotis, qui loco præfuerit, orationi, atque jejuniis vacet. Victum autem suum si egenus est, tali artificio querat, cui nulla inhæreat macula peccati, quatenus ita testimonio Sacerdotis fidei, ad Pontificis sui securus recurrat sententiam. Sed neque post penitentiam actionem pergat ad militiam secularem, cum Apostolus dicat: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.* Quapropter non est liber à his quæ dubio, iniqui se multare mundane voluerit implicare. Ergo illertorum veniam postulantem, oportet etiam à multislicitate abstinere, dicente Apostolo: *Omnia licet, sed non omnia expediunt; unde si penitens habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expedit Ecclesiasticum quam forensis iudicium.*

CAPUT XCV.

Qualiter sponsa & sponsus à Sacerdote benedicantur.

Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel paronymis offerantur. Qui cum benedictionem acceperant, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permanent.

CAPUT XCVI.

Quæ nuptia vitanda sint.

Ut nullas præsumat Deo dicatam feminam, aut commatrem suam, vel novercam, seu matrem, aut sororem, aut filiam spirituales, vel de propriâ cognatione, vel quam cognatas habuit, libi in conjugio copulare. Et virginem aut viduam

1 Unde monemus: Hæc usque ad Sed nuptia in Lewis Tom. 1.

Epistola non leguntur.

Calini Pape que dicitur Epist. 1.

Zachar. 3. 19.

Greg. Concil. c. 19.

Innocent. 1. Epist. ad Decretum c. 3.

Concil. Carthag. c. 8.

Ibid. cap. 13.

Leo M. Epist. 91. c. 9.

Ejusdem Epist. c. 10.

1. Tom. 4.

Ejusdem Leonis c. 1. c. 1. Cor. 6. 12.

Carth. 4. c. 13.

Conc. Rom. 1. sub Greg. II. Rom. sub Eugenio. 11. & Leone III.

nullus rapere præsumat, aut furari in mortem, nisi desponsatam habuerit à proprio parentibus, vel à tutoribus ejus, etiam si ipsa voluerit. Si qui verb, vel si qua in aliquo prædictorum nefario conjugio conuerit, & in eo permanserit, sciat se auctoritate canonica anathematis vinculo esse annodatum. Contententes verb atque consilientes, etiam anathematis vinculo implicentur. Si autem ii, qui conjuncti sunt, ad declinauerint, & ab alterutro fuerint diuisi, penitentia submittantur, ut Episcopus loci prævident. Similiter illi qui in hoc consiliati fuerint, vel aliquam habuerint portionem. Quicumque verb Sacerdotum vel Clericorum in totius assensum præbuerit, aut communicauerit eorum consorcio, condemnatus, sacerdotii, vel ministerii sui honore privetur.

CAPUT XCVI.

Qualiter nosquisque docendus sit.

Cum ergo omnium sanctarum Scripturarum pagine illustratis bonorum operum referre sint, & per sanctarum Scripturarum campos possint inventariis quibus vitia committuntur, & virtutes intrantur; licuit nobis hanc nostram Capitulum inferre sententiam cupisdam Patris de instrumentis bonorum operum, in qua magna brevitate quid regi quidem valeat debet continetur. In primis Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, deinde proximum tanquam seipsum. Dande non occidere: non adulterare: non sacre factum: non concupiscere: non falsum testimonium dicere: honorare omnes homines; & quod sibi quis fieri non vult, alteri non facit. Abnegare seipsum, ut Christum sequatur, corpus calcigare: delicat non amplecti. Jejunium amare; & pauperes recreare: nudum vestire: infirmum visitare, mortuum sepelire, dolentem consolari. A secularibus se facere alienum; nihil amori Christi præponere. Itam non perficere, incandescere tempus non reservare. Dolum in corde non tenere. Pacem falsam non dare, charitatem non derelinquere. Non jurare, ne forte perjurent. Veritatem ex corde & ore proferre: malum pro malo non reddere, injuriam non facere, sed & factam patienter suffere: iustos diligere, maledicentes non maledicere: sed magis benedicere: persequutionem pro iustitia sustinere. Non esse superbum, non violentum, non humilium edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratum, non detractorem. Spem suam Deo committere; bonum aliquid in se eam videri, Deo applicet, non sibi; malum verb semper à se factum leui, & sibi repetat. Diem iudicii timere: gehennam expavescere, vitam æternam omni concupiscentia spiritali desiderare; mortem ante oculos quotidie suspensam habere: actus vix suæ omni hora custodire. In omni loco Deum prospicere. Cogitationes malas cordis sui advenientes mox ad Christum allidere, & seniori spiritali patrefacere. Os suum à malo vel à pravo eloquio custodire. In omni loco Deum prospicere. Multum loqui non amare; verba vana aut ritusapta non loqui: ritum exultum aut exultum non amare; lectiones sanctas libenter audire, orationi frequenter incumbere. Mala sua præterita cum lacrymis, vel genita quotidie in oratione Deo confiteri, & de ipsis malis emendare: delicta carnis non perficere: voluntatem propriam odire: præceptis Sacerdotii & præceptis in omnibus obedire, etiam si ipse abest, quod abest, negat; memores illius Domini præcepti, *Quæ dicunt facite; quæ autem faciunt,*

facere voluit. Non velle dici sanctum antequam sit: sed prius esse, quod verus dicatur: præcepta Dei factis quotidie studere adimplere; castitatem amare; nullum odire, zelum & invidiam non habere; contentionem non amare: clationem fugere; seniores venerari, juniore diligere: in Christi amore pro inimicis orare; cum discordantibus aut Solis oculum in pacem redire, & de Dei misericordia nunquam desperare.

Ecce hæc sunt instrumenta artis spiritualis, quæ cum fuerint à nobis diu nocturne ineffabiliter adimpleta, & in die iudicii recongnata, illa retribuentur nobis à Domino recompensabuntur, quæ ipse promittit: *Quis oculum non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ preparavit Deum his qui diligunt eum.*

CAPUT XCVII.

Ut orationem Dominicam & Symbolum memoriter sentiant.

Commoverendi sunt omnes fideles, ut generaliter à minimo usque ad maximum orationem Dominicam, & Symbolum memoriter teneant; & dicendum eis quod in his duabus sententiis omne fidei Christiane fundamentum incumbit, & usi qui has duas sententias memoriter tenerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione scriptissime frequentaverit, Catholicus esse non potest. Constitutum namque est, ut nullus christum, neque baptizetur, neque à lavacro fontis alium suscipiat, neque coram Episcopo ad contrahendum quemlibet tenet, nisi symbolum & orationem Dominicam memoriter tenuerit, exceptis his quos ad loquendum ætas minoræ perduxit.

CAPUT XCVIII.

Ut hoc Canones nullum refutare præsumat.

Quicumque nobis contra salutarium reverentiam regularum cupimus temere nihil licere, & cum sedes Apostolica superior his omnibus, favente Domino, quæ paterna canonibus sunt præfixa, pio devotoque studio tenere proposito, factis indignum est quemquam vel Pontificum, vel omnium subsequenium hanc observantiam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat, & docere. Suisque conveniens sit, ut totum corpus Ecclesie in hanc sibi merito observantiam concedere, quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus Ecclesie totus posuit principatum.

CAPUT XCIX.

Ut quæ sancta sunt, nullo modo immutentur.

Hæc verb statuta nulli debent improbitate convelli, nullâ novitate mutari, quia alia ratio est secularium, alia divinatorum.

CAPUT C.

Quid scire etiam nos oportet quæ in sacris scripturis reperenda sunt, quæve refutanda.

Quamvis aliud firmamentum verum posse ponere, præter id quod possumus est CHRISTUS JESUS, tamen ad adificationem sanctæ Ecclesie post illas veteris, & novi Testamenti, quæ regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas,

Theodulf. c. 81.

S. Brecht. Reg. cap. 4.

Mat. 23. 1.

1. Cor. 1. 5.

Theodulf. c. 22.

Gratian. I. Epist. 9.

Ex Julii I. Epist. l. c. 1. ca. Gratian. innotata c. 1.

Gratian. I. n. Conc. Rom. 1.

ad est, sanctam Synodum Nicenam trecentorum decem & octo Patrum, mediante maximo Constantino Augusto: sanctam Synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est, consensu beatissimi Callisti Papae, mediante Cyrillo sanctae sedis Alexandrinae Aegiptiae, & Arcadio ab Italia destinato: sanctam Synodum Chalcedonensem, mediante Mariano Augusto, & Anatholio Constantino Episcopo, in qua Nestoriana & Eutychiana haereses simul cum Dioscoreo episcopo complicitibus damnatae sunt. Item Opuscula beati Caelestii Cypriani Martyris, Carthagenensis Episcopi: Opuscula beati Gregorii Nazianzeni Episcopi: Opuscula beati Basilii Capadociae Episcopi: Opuscula beati Athanasii Alexandrini Episcopi: Opuscula beati Iohannis Constantinopolitani Episcopi: Opuscula beati Theophili Alexandrini Episcopi: Opuscula beati Proterii Alexandrini Episcopi: Opuscula beati Hilarii Pictaviensis Episcopi: Opuscula beati Ambrosii Mediolanensis Episcopi: Opuscula beati Augustini Hipponensis Episcopi: Opuscula beati Hieronymi Praesbyteri: Opuscula beati Prosperi viri religiosi: Epistola beati Leonis Papae ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum destinata, cuius textum quispam si usque ad unum iota disputaverit, & necesse in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item, Opuscula atque Traditus omnes diversorum Patrum Orthodoxorum, qui in nullo à sanctae Ecclesiae consensu deviant, nec ab ejus fidei predicatione disjuncti sunt, sed ipsius communicationis per gratiam Dei usque in ultimum diem vitae suae fuerunt participes, legenda decernimus. Item, Decretales Epistolas quas beatissimi Papae diversis temporibus ab urbe Romana, pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendae.

Item, gesta sanctorum Martyrum, quae multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ita est Catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus perpeffos, nec fuisse viribus, sed Dei gratia & adiutorio universa tolerasse? Sed licet secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum qui consecraverunt nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus vel stansis superfluis, aut minus apta, quam ordo fuerit, scripta esse putantur; sicut consilium Cyriaci & Julitae, sicut Georgii aliorumque ejusmodi passiones, quae ab Haereticis perhibentur compositae. Propter quod, ut dictum est, ne vel levior subsannandi oritur occasio, non leguntur in sancta Ecclesia. Nos tamen cum praedicta Ecclesiae hymnes Martyrum, & eorum gloriosae agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramus.

Item, vitas Patrum Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium Heremitarum, quas tamen vir beatissimus Hieronymus conscripsit, cum omni honore suscipimus. Item, actus beati Sylvestri Episcopi Apostolicae sedis, sicut ejus qui conscripserit nomen ignoverit, à multis tamen in urbe Romae Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multae hoc imitantur Ecclesiae. Item, scripta de investitione sanctae Crucis, & alia de capite Iohannis Baptistae, novelle quaedam relationes sunt, & nonnulli eas Catholicis regunt; sed cum haec ad Catholicorum manus pervenerint, beati Pauli procedat sententia:

Omnia probate, quod bonum est, tenete. Item, Rufinus vir religiosus plurimos Ecclesiasticos operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatus Hieronymus cum in aliquibus de arborum libertate notavit, illa sententia quae praedictum beatum Hieronymum sentire cognovimus. Et non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir scriptis memoratus, zelo Dei ac fidei religione reprehendit. Item, Origenis nonnulla Opuscula, quae vir beatissimus Hieronymus non repudiavit, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum suo auctore retinenda.

Item, Chronica Eusebii Caesariensis, atque eisdem Historiae Ecclesiasticae libros, quamvis in primo narrationis suae libro reperit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis Schismarici unum conscripserit librum: propter tamen singularem notitiam, quae ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus tenendos. Orofium virum tractatissimum collaudamus, quia valde nobis necessarium adversus Paganorum calumnias ordinavit historiam, miraque brevitate contextur. Venerabilis viri Seduli paschale opus quod heroicis descriptis verbis, insigni laude profertur. Juvenici nihilominus laboriosum opus non sperimus, sed mitamur.

Cetera quae ab Haereticis, sive Schismaticis conscripta vel praedicata sunt, nullatenus recipit Catholica & Apostolica Ecclesia: à quibus poena quae ad memoriam venerunt, & à Catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. In primis Armenicum Synodum à Constantino Caesare Constantinensi Augusti filio congregatam, mediante Tauro Praefecto, ex tunc & nunc in aeternum consistenter esse damnatam. Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis, libri numero octo, apocryphum esse scimus. Adus nomine Andreae Apostoli, apocryphum. Adus nomine Thomae Apostoli, libri numero decem, apocryphum. Adus nomine Petri Apostoli, apocryphum. Adus nomine Philippi Apostoli, apocryphum. Thaddaei, apocryphum. Evangelium nomine Marthae Apostoli, apocryphum. Evangelium nomine Barnabae, apocryphum. Evangelium nomine Jacobi Minoris, apocryphum. Evangelium nomine Bartholomaei Apostoli, apocryphum. Evangelium nomine Andreae Apostoli, apocryphum. Evangelium nomine Thomae, quibus Manichaei utantur, apocryphum. Evangelium quae falsavit Lucianus, apocryphum. Liber de Infantia Salvatoris, apocryphum. Liber de Nativitate Salvatoris, & de MARIA, & oblectrice, apocryphus. Liber qui appellatur Iustoris, apocryphus. Libri omnes quos fecit delectus didicimus Dubosi, apocryphus. Liber qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber qui appellatur Theoforus, apocryphus. Liber de silibus Adameos, apocryphus. Centimetrum de Christo Vargilianis compingatum veribus, apocryphum. Liber qui appellatur Thecla & Pauli, apocryphus. Liber qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber Proverborum qui ab Haereticis conscripserit, & sancti Xisti nomine praenotatus est, apocryphus. Revelatio quae appellatur Pauli Apostoli, apocrypha. Revelatio quae appellatur Thomae Apostoli, apocrypha. Revelatio quae appellatur Stephani, apocrypha. Revelatio quae appellatur Trajani, id est. Adimpio sanctae

in operibus) Hi. Eusebium Irenaei tractas Gelisus: nam certum esse oportet, qui non videtur in primo Historiae Ecclesiasticae libro sermone de Verbo ita usum, non solum ut reliquum aequalis Patri agnoscat Filium, sed ut inferiori Patri dicatur, ac prope à Patre Deo. Quod cum ostendit Rufinus, qui ejus Historiae in Latinam lin-

gram vertit de liborem susceperat, pleraque mutavit, & quidem casu laudanda, ut vnde argumenta sumuntur Eusebii, quibus Christum Deum non esse debentem, sed de ejus interpres alia mutatus est ad probandum Christi divinitatem. Quod donec Eusebio visio veritatis Originem ab eo fuisse laudatum, cupiamus si ratio non vult.

MARIA, apocrypha. Liber qui appellatur Penitentia Adæ, apocryphus. Liber de Opuz nomine Gigantis, qui ab hæretico cum Dracone post diluuium pugnae peribatur, apocryphus. Liber qui appellatur resistentium Job, apocryphus. Liber qui appellatur Penitentia Origenis, apocryphus. Liber qui appellatur Penitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber qui appellatur Penitentia Iamnis & Mambæ, apocryphus. Liber qui appellatur Sortes Apostolorum, apocryphus. Liber qui appellatur Laus Apostolorum, apocryphus. Liber qui appellatur Canones Apostolorum, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab Hæretico conscriptus, & beati Ambrosii nomine signatus, apocryphus. Historia Eusebii Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani, apocrypha. Opuscula Lactantii, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha. Opuscula Postumiani & Galli, apocrypha. Opuscula Montani & Priscille, & Maximilæ, apocrypha. Opuscula omnia Faustii Manichæi, apocrypha. Opuscula Commodiani, apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuscula Tatii Cypriani, apocrypha. Opuscula Arnobii, apocrypha. Opuscula Tyconis, apocrypha. Opuscula Cassiani Presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini idæventis, apocrypha. Opuscula Augustini, generis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentarii, apocrypha. Epistola Iesu ad Abagarum, apocrypha. Epistola Abagari ad Iesum, apocrypha. Passio Quirici & Julitæ, apocrypha. Passio Georgi, apocrypha. Scripturae quæ appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Phylacteria omnia, quæ non Angelorum, ut illi fingunt, sed Demonum magis arte conscripta sunt, apocrypha. Hæc & his similia quæ Simon Magnus, Nicolaus, Cernæus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samaritanus, Photinus & Bonosus, qui & similes errore decebant, Montanus quoque cum suis obsecrabilissimis sequacibus, Apollinarius, Valentinus, siue Manichæus, Faustus Africanus, Arius, Sabellus, Macedonianus, Eunomus, Novatus, Sabbotus, Cælestus, Donatus, Eulathius, Jovinianus, Plagus, Julianus Celæstus, Cælestus, Maximinus, Priscilianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Cyprius, Lampertus, Dioscorus, Eutyclus, Petrus, & alius Petrus, & quibus unus Alexandrius, alius Antiochus maculavit: Acacius Constantinopolitanus eum confortatus fuit: nec non & omnes Hæretici eorumque discipuli, siue Schismatici docuerunt, vel conseripsissent, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, sed etiam ab omni sancta Catholica & Apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis insolubili vinculo in æternum confictum esse damnata.



LIBELLUS DE PRESSURIS ECCLESIASTICIS.

PARS PRIMA.

De iudicijs Episcoporum.

EVANGELICA nobis narrat Historiam, quod cum Dominus discipulos suos docturus r. l. i. c. a. turbâ

montem ascendisset, ibique postquam eos de omnibus præceptis, quibus Christiana religio informari convenit, perscrutissimè instruxisset, in fine ipsius sermonis dixit: *Omnes qui audite verba mea hæc & fecerit ea, assimilabunt vero sapienti, qui edificavit domum suam super petram. Descendit pluvius, & ventus non flumina, & flumen non venit, & struetur in domum illam, & non cecidit: fundam enim erat supra petram.* Vix enim ille sapiens, ipse proculdubio est de quo & beatus Paulus ait Apollolus: *Christus Dei virtus, & Dei sapientia; qui bene domum suam, id est Ecclesiam sanctam, de qua ipse alibi ait: Domus mea dicitur arctianu vocabitur, super petram edificavit, sedet super semetipsum, sicut & idem dicit Apollolus; Petra autem erat Christus.* Et alibi: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter illud quod positum est, quod est Christus Iesus.* Hujus domus preliata idem Dominus prænuuntians, mox adiecit: *Descendit pluvius, & ventus flumina, & flumen non venit, & struetur in domum illam, & non cecidit: fundam enim erat supra petram.* Cujus ventura mala alibi ipse prædicere dignatus est, ut quando acciderent, tanto levius ei sancta Ecclesia ferret, quanto amplius ra præcognita haberet. Armatæ quippe tam clypeo patientiæ, & quoniam levius possunt ferri mala preliata, quam ea quæ subito, & improvise eveniunt; unde & Dominus alibi: *Hæc loquutus sum vobis, ut cum venerit hora, terram remanescamini, quia ego dixi vobis.* Hæc itaque domus non ex petricibus mansuetis, sed ex vivis & electis lapidibus, id est, sanctorum caritibus elegantissimè constat. Ejus verò fundamentum sunt quæque hæcæ varus . . . virtutibus consistunt: structores autem ipsi Doctores . . . quorum per fidem & operationem . . . capus institutionis exaltatum in Beatissimi Petri fidei confessione credimus fundatum, cum ait ad Dominum: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Pro qua dicitur remuneratio audire inter cætra meruit: *Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hæc petram edificabo ecclesiam meam, & porta inferi non prevaleret adversus eam.* Edificata est ergo sancta Ecclesia supra petram in solitate Apostolicæ fidei, per fidem & dilectionem Christi, & præceptionem sacramentorum, & observantiam mandatorum ejus. Felix quidem domus, que pluvius iracundis non leditur, luminibus inundantibus non eruitur, ventis impellentibus non depicitur. Adversis quam nec portæ inferi prevalent, quamvis varo luctamine jugiter eam lassent; & que nec oculis tentationibus, nec apertis persecutionibus, nec ipsorum etiam malignorum spirituum insidiationibus, nec vitiorum, aut criminum ponderibus ullo modo eridit.

Depunnt ergo sanctam Ecclesiam persequentes contumaciam, iurant hæresis persecutione constantiam. Audiant illi, quia non prevalerunt: præparent se isti, quia revera persequuntur, & perseverantes in fine saltem coronabuntur. Nullo ergo in tempore sanctæ Ecclesiæ deficiet fundamentum, quoties, Deo gratias, accipit incrementum. Nec de erunt es persequentes, si fidei videlicet sacrissimè laceratores, qui eos post multas tribulationes ad æternum pervenit: faciunt sollicitam remunerationem. Hujusmodi etiam verba Dominus explanare videtur, cum ait Apollolus: *Eccc misit vos sicut oves in medio luporum: Etsi ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. &c.* Uique ad illud: *Qui autem persequerentur asque in finem, hic salvus erit.* Is procul dubio erant domus illa, Ecclesia quidem, quæ varus fluctuationibus concu-

Mat. 7. 14.

1. Cor. 1. 24.

Eccl. 19. 44.

1. Cor. 10. 1.
Ebd. 3. 11.

Mat. 7. 13.

Juan. 16. 4.

Mat. 16. 17.
12.

Mat. 30. 16.

Ibid. 24. 23.

sa, supra petram tamen ædificata, non est repulsa. Sed in fidei perditur constantia. Hoc quoque ipsi iuncti Apostoli, ceterisque sanctarum Ecclesiarum Doctores Dominicos intendentes preceptum, & se ad passionem tolerantiam preparabant, & alios constantissimè instabant. Ipsos etiam persecutores modè ac arguunt, insipientes doceant, & iuriam cordis eorum vehementer exprobrant: Unde & quosdam ipsorum aliquando à perversitatibus mirabiliter corregebant, quosdam verò adversum se potius irritabant. Quod & hodie agitur in sancta Ecclesià, ut dum maiorum à Receptoribus corripuntur mores, ipsi quoque suos persequantur Doctores, & ut ecclesiasticam valeant effugere disciplinam [pastorum non metuent infamare vitam. Sed hoc sancti Patres sagacissimè] considerantes, ideo inviolabile Pastorum fuerunt privilegium [permanere, ut superbieat & vicordes] eos ullo modo auderent despiciere, vel ipsorum precepta contemnere. Quomodo enim Praefules cæterorum possunt culpas arguere, si ipsi eos audent infamare? Et ideo illos non leviter accusandos, vel calamitanda, sanctorum statuta Patrum plenè interdicens, ut aliè ad eorum accusationem sancti canones admittunt, nisi qui vitæ & moribus fidelis examinatione dignus Sacerdotibus conquirendus invenitur. Sed nec ideo ipsos impunè transire sanxerunt, si crimina quæ Sacerdotibus obijcere non metuent, approbare non possunt: Eandem accusationibus reprobatas imponentes iudicam, quam convicti pati debebant accusati; nullamque accusationem contra speratam suscipere, vel defendere debere, nisi data ad invicem cautione; neque iudicari nisi scriptis, prout similè statuerunt. Ipsamque cautionem, si vi, aut metu, vel dolo exorta fuerit, nullum dicunt habere.

Judicandi quoque pariter, & accusandi in uno eodemque negotio, cuiuscumque auctoritatis persona sit, omnimodis excluduntur licentiam. Locum etiam & tempus in quo hæc debeant ventilari, insuper & personam ad cuius pertinentiam audentiam, sagacissimè indixerunt. Nec iudicium valere sententiam afferunt, nisi illorum qui ab ipsis electi fuerunt accusati. Induciam quoque suam petrauctandi responsum propter innocentiam simplicitatem, & improbatam argumentosa machinamenta non modicam concesserunt. Damna etiam eos absque sanctæ Romanæ sedis auctoritate interdixerunt omnino; quomòvis audire, vel cuicunque Metropolitanis unà cum concilio omnium provincialium Episcoporum sic licentia attribuita.

Sed ne aliquid enormiter loqui videamur, sanctorum Patrum institutionibus quæ iam diximus interm admittimus. Sanctissimus quippe Martyr ALEXANDER, de Romanis Papa ait: « Si quis ergo Episcopum vel actores Ecclesiæ quamlibet queritalem justam se habere crediderit, non prius Primates aut alios Judices, quam ipsos à quibus se lectum existimat, conveniat familiariter, & non tantum semel, sed sæpius, ut ab eis aut suam iustitiam, aut iustam accipiat excusationem. » Item ANASTASIVS: « Si enim sine crimine Sacerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus criminibus, treccis accusari aut calumniari permittitur, nec ab alio quàm ab his qui sine crimine sunt, & iuxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino servare clegerint, Sacerdotelique sine crimine fieri, & ordinari possunt, & tales per officium fuerint, quales eligi Sacerdotes iubentur. » EPTICIANVS: « Quisquis ille est qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis stripat,

libitio iuravamo etiam. » Et Hildorus: » Quicquid exgere potest & dissimulat, verum est qua concitium erroris alieni habeat. » Et Beatus Hieronymus: » Omnis correptione qua proficit ad saluam, ad praesens videtur esse trahere, sed postea o fructus habet pacificos. » Sed quod oblique gravi dici non potest gemit, [quidam ex nostris in tantum se pravum subjucant potestibus, ut etiam divinis verba, sanctorumque Patrum edicta ad reddendum vicia prolata, adeo fallis nitantur vixuationibus obumbrare, ut etiam sacris videantur confirmate doctrinis, quo omnimodis dudum destructa sunt in ipsi. Hi ergo tales merito pseudo-Prophetae, & pseudo-Christi dicuntur.] modo vel gloria vite temporalis per adulantium lapsum se

substant. Et hoc certe quiddam ideo facere videntur, ut ipsorum delicta potentium auctoritate indiscussa relinquatur; sique consensu de proprio timent fierent argui. si illorum defendere pravitates non decernerant. Quos & congruenter admonet idem dicens: » Consideret namque homo enim » quo adversario bellum gerat, in suam se mala, » quo deliquit perpendit, silem ad culpam pro-trahi, ex culpa pertimescat. Talibus quidem Dominus etiam peccatam committens dicens: *Fu qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Et supra ad Hierusalem: *Compone ut miserationem tuam aperat.* Hieronymus: » Sape imitator mendacium veritatem, & nisi habuerit aliquam ceteri similitudinem, de-cipere non potest innocentes. » Et iterum: » Si aliquando vobis pro necessitatibus & angustis bi-

1. Pa. p. 14. Ibid.

Id. p. 17.

Unde supra. Ibid.

Tit. p. 1.

Ad. p. 19.

S. Ambros. l. 5. Offic. c. 47

Job. 6. 26.

Luc. 9. 26.

Ibid. lib. 3. Sent. c. 44.

Ibid. p. 20.

Ibid. c. 24. S. Hieronym. lib. 4. in Hierem. c. 19.

Gen. 49. 8.

1. Tim. 4. 8.

S. Ambros. l. Offic. c. 30 ante med.

1. Joan. 4. 1.

Exod. p. 17.

Jac. p. 10.

Ibid. p. 1.

« militas opus est, sic enim sumamus, ne veritatem » & constantiam deseramus. Quibusdam etiam hoc sic tantummodo creditis subici, sed ad fundamentum eumdem quoque in errore proprio deducere quarrunt. Resistent quoque sibi in huiusmodi tantum protegere incipiunt, quantum in e perveriorum potentia gratiosius confidunt. Nam semper mendaces vera dicentibus ad versantur, & iniqui fideles persequi non omittunt: quia secundum Beatum Ambrosium: « Persumque etiam ex doctrinâ » arrogantia nascitur. Hunc & legimus in Hieremia, quod Semel Pseudo-propheta iratus sit contra mendaciam suam vera scripsisse Hieremiam. Unde & Dominus: *Ecce ego visitabo super Semerim.* Et Ilias: *In quo percussim vos ultra adulescentes provocacionem?* Item in Psalmis: *Deestantes autem in obligacionem: adducit Dominus cum operantibus iniquitatem.* Et Petrus Apostolus: *Omnia prophetia vel scriptura propria interpretacione non fit.* Et Johannes: *Omnia que procedit, & non manet in doctrinâ Christi, Deum non habet.* Et Iacobus: *Si zelum caritatis habetis, & contentiones in cordibus vestris, nolite glorari.* Hi etenim iniquè damnari nihil metuant proximum, ubi favorem sperant acquirere Principum, de quibus etiam & B. Papa Alexander

Tom. 19. 11.
Ep. 1. 1.
Psal. 114. 1.
1. Pet. 1. 20.
1. Jan. 5.
Iac. 1. 14.

remittit? Non leve est regalem impugnavit Majestatem, etiam iniusta in aliquo videatur. Dei enim ordinatio est. Dei est dispensatio. Profanum est enim violare quod Deus ordinat. Aut enim Dominus per Moysen: *Principem populi tui ne maledicas.* Namque cui nec maledicere licet, indigno potest quis & persequi non licet. Et per Beatum David: *Nolite tangere Christum meum.* Quod quantâ manifestum ipse observaverit, manifestum est. Certè iam Saul suâ protervia ab ipso Deo fuerat reprobatus; jam & ipse David divinâ gratiâ in Regem fuerat unctus, & tamen cum in Iphodâ in manus ipsius Saul incidisset, dicebant servi David ad eum: *Ecce dies de quâ Dominus loquutus est ad te: Ego irabor tibi inimicum tuum, ut facias ut fieri placuerit in oculis tuis.* Surrexit ergo David, & præcedit oram chlamydis Saul sterneret. *Post hæc processit cor suum David eo quod abscidisset oram: dixitque ad viros suos: propitius sit mihi Dominus, ne faciam hæc rem Domino meo Christo Domino, ut mutem manum meam in eum, quia Christus Domini est. Frevit Dominus, quia nisi Dominus processisset eum, non dies ista venisset ut moreretur, aut descendens in prælium periret; propitius sit mihi Dominus, ne mutem manum meam in Christum Dominum.* Et confregit David viros suos firmamentis. *& non permisit eis, ut conjungerent in Saul.* Quamvis enim de illis abiectione, siveque electione minimè dubitaret, eoque persequente ulque ad internam coarctaretur Iphodæ, tamen manum in eum extendere noluit, sed divinum iudicium expectavit. Et quod oram tantummodo chlamydis ipsius absciderat, postea cum potest, eo quod Principis indumentum vel in aliquo dehonestaverit. Sic Rex electus reprobato pepercit, quamvis ab ipso innocens persequeretur, nimisque angustaretur iniustè.

Exod. 23. 10.
Psal. 106. 17.
1. Reg. 24. 1.
Ibid. 32. 11.
Ibid. 34. 12.
Ibid. 35. 11.
Ibid. 37. 20.
1. Pet. 1. 14.
Ibid. 2. 17.

ATTONIS EPISCOPI VERCEL.
EPISTOLÆ.

DOMNO VALDONI
Reverendo Episcopo.

ATTO gratiâ Dei humilis Episcopus fidele servitium cum devotis orationibus.

MULTAS vestre charitati mercedes referimus pro tam benevoli legatione gratiâ fraternitatis susceptâ. Quod autem nos nobilium colloquium habere velle iudicatis, vel eum nostro Mulo, Deus scit, quia si debita inter nos unitas permaneret, libenter in vestrum & veniremus & dargereimus servitium. Sed quod pejus est, tanta inter nostrum Seniorem & vos excrevit dissensio, ut ne loquendi, nec nostrum Mulum dirigendi in vestram servitium absque ejus licentiâ nobis nunc tempus convenit. Verumtamen quod magis in commune necessarium esse cognovimus, debite charitatis vinculo constructi, celare vobis minimè valeamus. Humiliter vestram rogantes Celsitudinam, ut que à me vestro fidei, quoniam & infimo confratri humiliter decenda sunt, deposito supercilio pacificè audire dignemini. Non te, Domine, ledat, quod aliquid quali magistrando tibi insinuare præsumam, qui ut familiari veraculus suggerere vestre magnificentiæ oportuna desidero. Unde, Domine mi, tanta vestro cordi suberere potuit temeritas? unde tanta exquiri potuit occasio? unde vestra mensuram citò potui concitari, ut sacerdotibus immemoratis reverentiam, ex in privilegio à vestro discederet Seniore, vestrique benevolis Confratribus, & gratia in ipsos insurgere non vere-

Samuel quoque cum iubente Domino hunc iam Regem super Israël unxerit, vocatus à Saille in non deluit, quoniam & pro eo se oratorum sponda, dicens: *Abiit à me ut celsam orare pro te.* Sed nunc rebelles milites resistere Domino suo manu armata non formidant, eumque epellere à Regni solo omnimodis laborant. De talibus enim ait Dominus: *Sinite illos, cæci sunt, & ducet eorum. Cæci enim si ecce ducatum præbent, ambo in foveam cadunt.* Sacerdotes verò Dei, quibus divina sunt precepta mandata, non tantum se custodire à talibus, sed etiam alios quoque valent, retrahere convenit. Certè ipse Dominus tributum iubente Casare, dare nullo modo prohibuit, dicens: *Reddite quæ Cesaris sunt, Casari.* In quo non tantum tributa peditio, sed totius debiti honoris reverentia intelligendum est. Quod etiam ipse cum ab exactioribus ut redderet, argeretur, non indignatus esse perfolvit, sed ait Petro: *Fate ad mare, & mitte hominem, & cum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperis, erit eius iuvencus frater; illum sumes, & ea eis pro me, & pro te.* Unde & ipse tantâ Magistri eruditus doctrinâ, admonet Ecclesiam omnimodè Regibus servare obedientiam. Ait enim: *Deum timeo, Regem honorifico.* Nam post timorem Dei, qui sapientiarum est, Regem statim præcepte servandum esse honorem. Et item: *Subiecti esse omni humane creature propter Deum, sive Regi, quasi precellenti, sive Ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero humanam.* Sic enim nos Regi subiectos esse docet sicut precellenti: sic Ducibus tanquam ab eo missis. Multum namque est inter Principem, & missum ab eo. Sed hæc Princeps docet Ecclesie. Valeamus quid & ejus socius: *Non est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati,*

Ibid. 32. 11.
Ibid. 34. 12.
Ibid. 35. 11.
Ibid. 37. 20.
1. Pet. 1. 14.
Ibid. 2. 17.
Rom. 13. 1.

Dei ordinationi resistis. Qui autem resistens, ipsi sibi damnationem acquirit. Nam Principes non sunt timere boni operis, sed mali. Vis autem non timere persequens: bonum fac, & habebis laudem ex illis. Dei minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in ira ei qui male agit. Ideo necessitas subditi illius: non solum propter iram, sed & propter conscientiam: idcirco enim & tributa praestatis: minister enim suus Dei in hoc ipsum servientes. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Item ad Timotheum Officere igitur premium omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui sunt in sublimitate constituti.

1. Tim. 2. 2.

Psal. 10. 6.

Nam & beatus David cum peccatum suum Domino confiteretur, ait: *Tibi soli peccavi. Quam sententiam diligentissime exponens Cassiodorus dicit: « De populo si quis erraverit, & Deo peccat & Regi: nam quando Rex dicitur, soli Deo reus est, quia hominem non habet qui ejus facta dijungat. Merito ergo Rex Deo tantum dicit se peccasse, quia solus erat, qui ejus potuisset admittit & dicitur. Sed quid dicendum est de omnibus illis sanctis Doctoribus in hoc consentientibus? Qui verò contra hoc omnes calcitrare voluerit, liquidò patet quia ex Dominicis ovibus non erit, vocem Dominus non audit, bonum pastorem non cognoscit, pacem oves non intelligit, magisterium ipse non superest ut far sit & latro, macer & perdat. Et si in ovis Dominico se conficit, contulerit unde vel quomodo intravit. At cum Dominus: Qui mecum non est, adversum me est: & qui mecum non colligit, spernit. Sanè sciendum, quia cum Deus omnipotens, utrum populo Principem ducere dignatus, justum est ut ejus hoc pietati adhiberet, & grates exinde dignas persolveret: si autem adversus fuerit, suis hoc impetent peccatis, ipsumque flagitare non desinant, ut hoc secundum multitudinem misericordie sua propitius disponat. Nam deprecandus vel impugnandus nullo modo est & populo, qui jam ordinatus est & Deo. Equidem scriptum est in Daniele: Quia demonstrat excelsus in regno hominum, & cui valuerit, ipsi dat illud. Nullus de aliquo dejecti Regis injuria sibi assumat fiduciam. Quomam quamvis mal*

Ecc. 10. 19.

Dan. 4. 14.

... tanti facinoris miserabile pertulisse exitium. Quid si cui enumerare liceat, ad ipsius gentis exordio diligentissime perquirat, & tunc cognoscere poterit populi hujus destructionem maximè propter hanc evenisse occasionem. Quis donec Regibus repugnare quaerit, & à Paganis undique opprimatur, & à finitimis Gentibus ideo concalcatur. Et dum presumunt illicita, à debitis nihilominus privantur honoribus.

S. Gregor. 1.

1. Epist. 44.

Sed quid de Regià fidelitate & beatus Gregorius dicit, audiamus: Ait enim ad Mauritium scribens Imperatorem: « Omnipotens Deo reus est, qui in serenissimis Dominis in omne quod agit & loquitur, parus non est. Ego autem indignus pietatis vestre famulus in hac suggestionem meâ neque ut in Episcopus, neque ut servus servus reipublice, sed in jure privato loquor, quia, serenissime Domine, « est illo jam tempore Dominus meus fuisti, quando adhuc Dominus omnium non eras. » Quamvis enim Mauritium in quibusdam inelenter ageret, & maximè contra ipsum, sicut ipsius scriptis declaratur, tamen Domino hoc committetur, tuque fidem servabas, & pro eo orare non differabat. De-

nique enumeratis injuriis ad eo sibi inflicto, ait turbis: « Inter hæc omnia incerta ad solas lacrymas recedo, petent ut idem omnipotens Deus piissimum & dominum nostrum & suâ hâc manu regat, & in illo terribili judicio librum ad omnibus delictis inveniat. » Sed quia Dominus sibi cognovit vindictam non differat, eidem Mauritio postea aperte demonstratum est. Beatus quoque Ambrsius cum injulit persequeretur à Principe, totam se Domino commendabat, nec defendendo resistere quaerebat. Taliter Sacerdotes Dei se contra iniquos Principes munire debent. Sicut ait beatus Paulus Apostolus: *Non consuetis defendentes. Carissimi, si datus locum sit. Scriptum est: Ad ibi videram, ego retribuam dicit Dominus. Nam semis defendi, depraedatione vel devaluatione vindicari, prædâ ditari, vel homicidio vel detractione timere, non Sacerdotum, sed Daemonum est. Ait namque beatus David: *Nolite sperare in iniquitate: & in rapinis vestris concupiscite. Talia etenim perpetrantis mercenarii dici possunt, pastores autem nullatenus esse possunt. Aut quomodo Deo sacrificium offerre poterunt, cum audiant ipsum Dominum dicentem: *Si offeris munus tuum ad altare, & ibi recordaris furis, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare. & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc venies offerre munus tuum. »***

... adversum nos habere sentimus, serenissimam Deo nullatenus offerre debemus.

Igitur quæ de perveris Regibus servandâ fidelitate huic usque diximus, ideo annotare curavimus, ut exinde intelligere valeamus, quantò diligentia quantæque cautela bonis obedire debeamus, quando nec etiam malos à subditis vexandos esse monemur. Quid si ita Principis in tantum delavavit, vel si tam gravis fuerit culpa, ut ad ejus gratiam redundi adivis nullo modo reperatur, neque Sacerdotum interventu, neque Magnatum precibus, verum etiam nec familiarium consiliis vel supplicationibus, nullâque satisfactione ipsius animus placari possit, tunc fugiendum esse consilimus, dicente Domino: *Si vos persequuti fuerint in una civitate, fugite in aliam, donec mittat Dominus auxilium de lapso, & de excelso miseretur omnipotens. Congruenter itaque fieri potest, ut aliquis Procerum furarum Regis sui fugendo declinet, quam Rex in se sui regni hinc rebellantem adversum se persequi omittat. Audivimus etenim quoddam sic evadentes, ad pristinos postmodum felicissimè remeasse honores. Quoddam verò peritauerit intrans, usque etiam ad contemptibilem exitum pervenisset. Est etenim naturalis remedium, ut qui pro diversitate morum simul permanere non poterint, majores minores expellant, minores ipsos majores fugant. Nam ut à subditis prepositi violentiam dâo patiantur, inominosum est. Ait enim Dominus: *Non est dignus super magistrum, neque servus super dominum suum. Venerabilis etiam Johannes Chrysostomus in quâdam Homiliâ sic ait: « Sicut enim videmus in illis mundis regnis quomodo in primis quidem nemo a poterit facere ipsum Regem, sed populus eligit sibi Regem, quem vult: sed cum Rex ille fuerit factus & confirmatus in Regno, jam habet potestatem in hominibus, & non potest populus jugum ejus de cervice sua repellere. Nam primum quidem in potestate populi est facere sibi Regem quem vult; factum autem de Regno repellere, jam non est in potestate ejus, & sic volentia populi postea in necessitatem convertitur. » Sanctique Patres sacra celebrantes Concilia, pro robore Regum & stabilitate regni legitimissima protulerunt decreta. Ex Concilio Toletano cap. 77. post insti-**

tuta quædam Ecclesiastici ordinis, vel decreta quæ nobis cunctis Sacerdotibus sententiæ est, pro robore nostrorum Regum, & stabilitate gentis Gothorum pontificale ultimum sub Deo iudice ferre decretum. Multarum quippe gentium, ut fama est, tanta exiit perditio animorum, ut fidem juramento promissam Regibus suis servare contemnant, & ore simulent juramenti professionem, dum retinent inerte perditæ impietatem. Jurant enim Regibus suis, & fidem quam pollicentur prævaricantur, nec metuunt volumen illud iudicium Dei, per quod indicitur maledictio. Multaque est penatum comminatio super eos, qui jurant in nomine Dei mendaciter. *Que apud Ipes talibus populis contra hostes laborantibus? Erantne fides ultra cum alijs gentibus in pace credenda? Quod fasus non violandum? Que in hostibus Regum sponsio permanebit, quando nec ipse proprius Regibus juratam fidem conservant? Quis enim adeo furiosus est, qui caput suum manu propria defecet? Et illi, ut notum est, immemores salutis suæ propriâ manu seipsum interant, in semetipos proprioque Reges suos convertendo vitæ. Et dum Dominus dicit: *Nolite tangere Christum meum.* Et David: *Quis, inquit, extendit manum suam in Christum Dominum, & innocens erit?* Illis nec vitare metus est perjurium, nec Regibus suis suffere exitium. Hostibus quippe fides pacti datur, nec violatur. Quid si in bello fides valet, quanto magis in suis servanda est? Sacrilegium quippe est si violatur et gentibus Regum suorum promissa fides, quia non solum in eos fit peccati transgressio, sed et in Deum quidem, in cujus nomine pollicetur ipsa promissio. Inde est, quod multa regna terrarum caelestis iracundia ista permutavit, ut impietate fides & morum alterum ab altero solveretur. Unde & nos cavete oportet casum huiusmodi gentium, ne similes plagâ feriamur percipimus, & penâ puniamur credidit. Si enim Deus Angelis in se prævaricantis non pepercit, qui per inobedientiam caelestis habitaculum perdidit: unde & per Isaiam dicit: *Insuperbia est gladius meus in celo:* quanto magis nostræ salutis interitum vitare debemus, ne per infidelitatem eandem serventis Dei gladio preamur? Quod si divinam iracundiam vitare volumus, & severitatem ejus ad clementiam revocare cupimus, ut unâ cum eis quædam conjuratione nitantur per penam perditionis contineant, quos in pernicie præva societatis copulat. Si placet omnibus qui ad istis hæc tertio reiterata sententiæ, vestre vocis eam consensu firmate. Ab universo Clero & populo dictum est: Qui contra hæc vestram definitionem præsumserit, anathema, maraitha, hoc est perditio in adventu Domini sit, & cum Juda Iscarioth partem habeat, & ipse, & sociorum. Amen. Et nunc*

Quemquam in Concilio anteriori quod anno primo gloriosissimi Principis nostri de huiusmodi re fuerit promulgata sententiæ, tamen placet iterare quod convenit custodire. Itaque Regis vicæ constanter nullus sibi aliquo opere vel deliberatione, seu consensumque dignitatis laicorum, seu gradu Episcopatus, Presbyteri, aut Diaconi cuncteratus, exterique Clericatus officus deditus, Regem providet contra viventis Regis utilitatem, nullo blandimento vel susatione per eandem spem aut alios in se trahat, aut ipse in alium acquiescat. Iniquum enim & valde execrabile à

Christianis debet haberi, futuris temporibus illucita prospicere, & vitæ suæ ignaros ventura discipere. Et rursus: « Confrictis hostium Sacerdotes, præter eos qui Regi potestate licentiam accepere, quoslibet maniatum ad gentem extraneam occultè accipere vel dirigere non presumant: qui autem deprehenditur atque convenitur, denuntietur Principibus apud Concilium condignâ animadversione muldabitur. Qui enim iam dictis Dei & Domini nostri JESU CHRISTI, beatissimorumque Apostolorum Petri & Pauli, & ceterorum sanctorum Patrum monitis contrarie tentaverit, sciat se procul dubio diabolum habere ductorem; & quia JESUM habere nolum, proscelus Barabbam habere.

Quapropter, Reverendissime Domine, hæc & huiusmodi considerantes, ad gratiam serenissimi Regis & Domini nostri reverti non desinemini, recolentes qualem est iustejurando pollicenti civis fidelitatem. Scriptum quidem est dicente Domino: *Non assumas nomen Dei tui in vanum: quoniam non habet Dominus iniquum eum, qui amicus eius in vanum assumserit.* Memores estote Regis dignitatis, memores estote & vestri Ordinis. Eimus enim ut quantum possumus, si jubetis, in hæc factores, & trimus & fidelissimi adjutores. Nihil dubites, Pater mi, non expediat quidem: dignum enim & Deo teste, bonum pacis, & ad fructum festinamus pervenire charitatis. Non etenim omnis pax eadem pax est: est namque salutaris pax, invenitur & noxia: salutaris quidem pax est de qua Dominus ait in Evangelio: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Et quia dissimilem agnoverat, subdidit: *Non quomodo hic mundus docet ego do vobis.* Item bona pax est quam Angeli postibus nuntiavere, dicens: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bene voluntatis.* Et de quo ait Beatus Paulus Apostolus: *Christus est pax nostra, qui factus utraque unum.* Rursus iniqua pax est, de qua *Cum fortis armatus cubilet utrum suum, in pace sunt omnia qua ipse possidet.* An non ipse diabolum quem per fortem intelligimus armatum, pacem Domino querbat, cum prociens ante eum, scilicet fortorem, diceret: *Jesu fili Dei alissim, adjuvato per Deum ut me torques?* Sed quia eam injustè quæsit, impetrate apud eum minime intravit. Beatus quoque David noxiam putans pacem impioeum ait: *Quia zelatus super iniquas pacem peccatorum videns.* Sic enim Angeli bonorum pacem utilem iudicabant, sic iste impioeum inutilem iudicabat. Unde cum magnâ discretione pax est inquirenda, ut & salutare omninoque firmate habereamus, & inutile vitare valeamus. Melius itaque est nobis adversarios utcumque tolerare, quàm cum ipsis iniquè pacisci, dicente Domino: *Caveas à sermone Pharisæorum, quod est hypocrisis.* Dicit enim beatus Paulus Apostolus: *Si fieri potest quod ex vobis est, id est ex vestra parte: ac si diceret: quidquid mali homines faciunt, vos semper illoium salutem argueite, oportuna docete, inutilia quamvis ingratè argueite, & si fieri potest, corrigere studete.* Hæc est enim utilis pax, quam si deprecaverit, non ideo vobis à restitidine convenit deviare: nam à bono recedere, & alienis erroribus implicari innoxie conficitur. Scriptum quippe est: *Qui ingerit pacem, convocabitur ab eis: & qui commoneverit superbis, induetur superbia.*

Ad tramtem ergo veræ pacis, id est Domini nostri JESU CHRISTI, sanctorumque Patrum exemplis, vel documentis, sincerè mente convenimus;

176. 104. 17.
1. Reg. 14. 7.

176. 14. 6.

Concil. Tolon.
6. c. 17.

a. cupimus] Multa hinc omisit mones Achetius.
Tom. 1

b. Confrictis] Hæc in edito Concilio desunt.
111

fidelitatem Regum, ut ipsos docere cognoscimus, firmiter tenemus; nosque in Dei omnipotentis servitio, nostrisque Senioris obsequio, ac fidelium Confratrum suffragio paratissimos institutamur, & quocumque possimus ad hæc omnimodis invitamus. Qui vero talibus moribus rebelles existuerint, inter hos jam non est pacis viscusulum inferendum, sed separationis consilium persequendum, ut aliquem ex ipsis ad societatem possimus perducere gratiam, ne simul omnes pereant in culpa. Hanc quidem immutare separationem, ipsius Salvatoris quod jam præsumimus, sacro cogitur exemplo. Quosdam valde dignum est, ut cum qui se iustitie dari vult, ab eis qui noluerint separare curemus. Quia si cum ipsis in errore permanerit, neque illum prodiderit, & ipse cum illo panem iterabit. Sicut enim bonorum consortio multum proficiunt, sic malorum societate plurimi pereunt. Namque malorum collegium cupiscimusque

2^o. 40. 17.

Abd. 4^o

2^o. 61. 11.

1^o. 11. 9.

. multorum hominum nequitiam quasi unius imbecillam. iudicandum scriptum est: Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo; & quasi nihil & inane reputata sunt ei. Sed nec in arcibus quas ambobus monumentum in huiusmodi confidendum est prætidio, quia ut Propheta ait: Si exultatis superis ut aquila; & si inter sidera ponentes nidum vnum, unde derivabit de dicit Dominus. Divina quoque si infirmam, nolite car apponere: ne aliquando videntes irideant dicentes: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum; sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prevaluit in vanitate sua. Neque enim ducimus imperitium amicos acquirere, adfida utiliter erigere, possessa custodire, & honesta in omnibus servata moderatione proficere, sed his fretus auriis aliquatenus superbiere, incommodum utique iudicamus. At enim Dominus in Evangelio: Non in abundantia divitiarum que vicia est super terram. Et item: Misit, hac nocte septenas in se annam unam; qui autem parasti, unus erunt; Itaque Speret in Domino, & sit laetitiam, & habitet terram, & possidet in divitiis eius. Delictare in Domino, & dabit tibi pretiosum cor tui. Revela Domino viam tuam; & speret in eo, & ipsi faciet.

Luc. 14. 16.

1^o. 6. 10.

2^o. 16. 1.

1. Cor. 17. 19.

His & similibus sanctarum Scripturarum sermonibus invicem exhortantes, ad mioria nos provelere non tardemus, & quos nobiscum trahere non valemus, hoc saltem ad deterenda prolequi formidemus, dicente Ap^ostolo: Insuper si desierit, distinet. Ille enim ab altero revera distinet, qui nequioram viam eligit; qui viam Domini reliquit, & per devia errabundus incedit. Nam ad præcipitium cum amico descendere, non nisi capitis est fidi demittere: nec societatis valet gratia, ubi nulla est adjuvandi fiducia.

Sed ne nobis solammodo confidere videamur, ad ceteros etiam roboramus. Secundi quoque ordinis milites ita nos adiuovere oportet, ut divina iugiter mandata custodiant, sicut Regis fidelitatem, quam parando promissarum, inviolabilem teneant, & que legis transgressores nullo modo efficiant. Que etiam in ipso sui cordas de Regum fidelitate omnino castiget, & qualis transgressoribus pena debetur, ostendat, quantaque hic Regum excellentia demonstrat; nam si quis horum mandatorum observator existuerit, maximum & in præsentis sæculo decorem acquirere, & in futuro lize anime lucrum felicitatis adipisci merebitur. Qui autem in his repugnando moris iudicium incurrerit, periculum lize anime procul duto sustinebit. quum quod constitutum est vobis Heu, heu! quid de Episcopo

quod qui sibi commendatos, quin etiam & commillos contra divini doique præceptum, contraque promissum sacramentum, contra secularium quoque legem, in qua etiam mores perscrutari assignatur, Regi percipit repugnandum? Quis de dioriam animum dispendio luce suspicium? Atque omnium ut cupis exemplo vel documentum periclitata fuerint, de ipsorum manibus requiratur: prælia quoque & facultates Ecclesiarum, sive pauperum, cupis exigentibus culpis & vilitate fuerint, ad ipsius interitum prevalere poterunt. Erit enim coram Deo, plus propter divina præcepta, sanctorumque Patrum monita, quam pro aliquo terreni commodi desiderio, aut rebellantis iniquitate me ejus aliquid velle fidelitatem. At enim Dominus in Evangelio: Quis prædesit homini si universum mundum lucraverit, animam vero suam detrimentum passus? Audi beatum Sulfianum clamantem: Melius est nihil alijsque opere invidere in manus hominum, quam peccare in conspectu Domini. Et beatus David: Melius est meliorum in se super divitias peccatorum multas. Salomon quoque ait: Melius est hinc sicca cum gaudis, quam tota domus plena vilitatis cum iurgio. Quapropter Dominum IESUM CHRISTUM suppliciter imploremus, ut qui beato Petro merenti manum ut erigeret, portavit, & cunctis nos malis eripiat, & ad rectitudinem firmitatem perducatur. Amen.

EPUSDEM ATTONIS EPISCOPI
EPISTOLÆ

Pro aliquibus erroribus missæ.

II. **A**Tto gratiâ Dei humilis Episcopus, cunctis fidelibus in nostrâ parochiâ consentientibus salutem & gaudium. Nuper in vigiliâ octavæ Domini quendam hereticum his qui præfentes erant, Deo donante, retulimus, quem vobis dirigere necessarium existamus. Heu! quis fuit miti in velleis partibus, qui divina servitia contempnuit, & augura, vel cœli signa, seu vanas præcautiones intendant, nec metuunt illud quod Dominus de Judæis ait: O generum incredula & perversa, signum quæritis. Beatus quoque Paulus clamat Apostolus: Videte ne quis vos seducat per Philosophiam & insanam sapientiam secundum traditiones hominum, secundum elementa mundi; & non secundum Christum. Et alibi: Quomodo convertimini iterum ad insensum & egena elementa, quibus deum servite vultis? Dies observatum & mensis, & temporum & numerum timeo ne forte sine causa laboraverim in vobis. Philistia quoque dicit: Falsi hominum agnoscite graves corde; ut quod diligitis vanitatem, & quæritis mendaciam. Et iterum: Beatus vir etiam est nomen Domini spes eius; & non refertis in vanitates & insanas falsas. Valere in Domino.

EJUSDEM.

III. **A**Tto Christi misericordiâ humilis Episcopus, cuncto populo nostræ Diocesis sanctæ matris Verceilensis Ecclesie. Noveritis igitur quia & per ipsum Christum Dominum atque sanctos Apostolos seu Prophetas, sive sanctos reliquos Doctores, audivimus plurimos venturos esse Pseudo-prophetas, qui, quod gravissi-

nam est, subvertere à vi veritatis multos studebunt, ita ut eos in perniciem perducant, qui illi crediderunt. Unde qui non solum prodigia diversaque signa tunc temporis facientibus seu philosophicis dogmatibus falsis defendentibus, & vtriusque non tam facili iussu haberet eor, ut etiam quibuscumque simpliciter atque bruta referentibus tantummodo verba credere omnino solentibus, eosque, seu miseris diabólico errore decepti, Prophetas hominibus, relinquentes sanctam matrem vestram Ecclesiam, seu Sapientiores per quos ad æternam pervenire debetis salutem. Quocirca huiusmodi litteræ, auditis vel cognitis, si quis vestrum forte, quod ablit, deinceps huiusmodi nefas perpetraverit, sicut se omnimodis damnandum, & non habeat licentiam manducandi quid coctum, nisi panem, nec bibendi vinum, quousque ad suam sanctam matrem, scilicet Veracellensem Ecclesiam, nostramque præsentiam ad satisfactionem, veramque penitentiam humilitatem iudicandum adveniat. Si quis autem superbi inflatus contra hoc agere tentaverit, sciat se ab Ecclesiæ liminibus pellendum, & à sanctâ communionem extraneum; omnibusque fidelibus abominandum, donec sanctæ Ecclesiæ suscipere correctionem, tam ipse quam omnes qui ipsi communicant, postquam eum talem cognoverint: Sacerdotem verò si quis fortasse, quod Deus avertat, tali abominacione pollutus fuerit, nullum divinum audeat usurpare mysterium, donec dignam Deo, nostro iudicio persolvat satisfactionem.

E J U S D E M.

I V. **A** Tto grati Dei humilis Episcopus, Universis fidelibus nostræ Ecclesiæ, nostræque dilectissimis filijs pax sit & gaudium. Si cum sancto corde quæ à sanctis Patribus tradita cognoscuntur, à vobis inviolata serventur, magnam nobis in hoc præparatis lætiam. Si autem, quod ablit, diversis erroribus vos cognoverimus depravatos, grandis inde interior vestro cordi accumulabitur. Nam si abjuncto discipuli, magistri est detrimentum, quanto magis pravariacione hæresum patris, valet esse periculum? Sic nos omnipotens pater degere concedat, ut utriusque de utroque remuneremur, ne damnandi iudicemur. Igitur aodivimus inter vos novam quendam fuerit errorem, ut dicatis sextâ feriâ octo esse vacandum, & omnium Redemptor eundem diem tristitorem præ cunctis duxerit, & tanta pro nobis opprobria sustulerit vos jocus incumbere, & otia scilicet studiat. Apostoli etiam ceterique fideles tam tristitorem eundem duxerunt diem, ut per diversis latebras fugitantes vitæ duo simul repenterent. Nec epularum poterat fieri mentio, quibus vitæ jam penè adhaerent desperatio. Eidem quoque die sol tenebris amicibus lumen obduxit, & ipsa clementia turbata turbationem totius ostendebat mundi. Nam si diem Dominicum qui venerabilis Resurrectionem Domini nostri IESU CHRISTI, seu Apostolorum ceterorumque fidelium lætissimum non solum in Pascha celebramus, vgrum etiam per singulos circulos hebdomadarum ipsius diei imaginem fruentiamus; dicens est, qui sextam feriâ, quæ Dominus crucifixus est, per omnes hebdomadas ad illius imaginem cum substantiâ & compactione majoris adurgat celebrandum. Liber denique impedimentum dicitur. In magno ergo eo die Chri-

stus fuerat labore, qui tanta ab impijs tormenta pertulerat. Similiter etiam omnes ejus fideles, quos fugientes intus dolor, à foris premebat angustia, nec ferandi dabatur induciæ, quibus talis paraturus injuria. Fugite ergo, Fratres, ab hac stultitiâ: sufficiens enim vobis diem Dominicum, & alios celeberrimos & à Sacerdotibus approbatus frivilitatem observare. In quibus sero ferare debetis, ut à secularibus negotijs expediti, liberis Dominum episcopi Sanctos collaudare vel prædicare, eosque deservire possitis. Nam sextâ feriâ melius est laborare panem, unde & vitam & alienam retinere possis esurire, quam otiosis manibus sedens inanes fabulas garrulo ore jacitare

E J U S D E M.

V. **S**ummâ devotione colendo Domino AXONO reverendissimo & sanctissimo Præsuli AITTO grati Dei humilis Episcopus, vestreque fidelissimus, orationum instantiam cum devoto humiliter. Deus omnipotens, qui vos in pastoralis throno locari dignatus est, ipse vos juri opulatione adeo cultidore dignetur, ut Sacerdotalis honor cunctos vestros distinguat adus, rursumque vestra sacris cunctis sacerdotalis ordo præfulgeat. Quod autem vestra prudentia nostram habebit dignata est parvitate, quare quendam nostræ Ecclesiæ filium à filia suscepta se de sacro fonte prohibere nuptus. Insuper si aliquid capitulum repertum habebimus

qui in carnalibus nuptijs non tantum spiritibus, sed etiam inquirenda. Ignoravit LUTERANUS Catholicus REX huius in qua dignitas patriæ, tale cum consensu illius temporis Procerum vel Judicum Capitulum promulgavit: Hoc censuramus atque præcipimus, ut nullus præsumat commatrem suam uxorem ducere, sed nec filiam quam de sacrosancto lavavit; neque filius præsumat suam illius uxorem ducere, qui cum de sacro suscepti: quis spirituales germani esse nesciunt: & qui hoc malum facere tentaverit, perdat omnem substantiam suam. Et si in quo de tali illicito matrimonio nascuntur, hæres esse non debent, sed propinqui parentes. Ubi autem inventi fuerint, qui supra scripta illicita conjugia contraxerint, in præsentis sepellantur, & postea superalici-
ptæ subiacent.

Lex etiam, quæ Salica dicitur, hoc continet. Uxorem patris si quis acceperit, mortis periculum incurrat, & de præsentis conjugationibus, quæ incestus esse videntur, per præcensationem Episcoporum iustissime emendare. Qui verò Episcopum suum noluerit audire, & excommunicatus fuerit, preterea conditionem à apud Deum sustineat, & de palatio nostro omnino sit extraneus, & omnes res suas parentibus legitimis amittat. Romani quoque Principes totius præsentis Monarchie dominantes, quorum legem etiam nobis Sacerdotibus in multis conventu observare, talia instituta conjugis loquentes dedere: Sed si qua per adoptionem soror tibi esse coeperit, quamvis quidem constituta adoptio, sanè inter te & rem nuptæ consistere non possunt. Et item: Si adversus ea quæ diximus aliquis coierit, nec vir, nec uxor, nec nuptæ, nec matrimonium, nec dos intelligatur. Itaque qui ex tali coitu nascuntur, in potestate

a. *Assensu illius*] Hic nonnulla desunt.
a. *die. 674. 68*] Videt Achrius vocem aliquam, fortasse
relegatam, deest: hoc loco.

b. *auditionem*] Peripicuum est hie legi oportere
denotatum.

patris non sunt, sed tales sunt, quantum ad patriam potestatem pertinet, quales sunt in quos mater vulgè concepit. Sequitur ergo ut & dissoluto coitu, nec dotis exactionibus sit, & alias patnas patiantur, quæ sacra Constitutionibus continentur. Nulla denique adoptio talis esse poterit, quam hæc per quam homines filii Dei efficiuntur. Hæc est enim adoptio, quæ emancipari non potest. Unde beatus Paulus ait Apostolos: *Qui prædestinatione in adoptionem filiorum per Christum Jesum, in ipsum secundum præpositum voluntatum suarum in laudem gloriæ gratia sua.* Cujus adoptionis participem nemo ambigit eum qui secundum sacramentorum est spiritus. Rursusque ex sacro fonte qualem ex ma Sacerdotibus ipsis ad esse vendum committuntur. Nam sicut carnales nostri parentes nostre generationis ministri sunt, secundum quod beatus Clemens in suis Decretalibus asserit, sic hujusmodi ministri sunt sacre regenerationis. Deus auditor in utriusque consistit; sicut scriptum est: *Unusquisque sicut Dominum deat. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit.* Illi namque, qui ut superius diximus, erga pueros agunt, spiritualiter plantant, & patres sunt. Qui autem rigant, ministri Ecclesiarum sunt, sacramenta conferentes baptismatis. *Dominus autem incrementum dat in omnibus, sive in spiritualibus, sive in carnalibus profectibus.*

Legitur etiam in libro Codicum, quod est Romanæ Legis, ita: « Nihil aliud sic inducere potest patrem ad affectionem, & justam nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexus, per quem Deo animæ eorum copulatae sunt. » Item ex Novella: « Si qui infans atque damnatum matrimonium contraxerit, & ex prioris matrimonii liberos non habuerint, ratione sui facultatis careant, & dos sicuti juris vindicetur. Post publicam cautionem autem, & cinguli sui patiantur amissionem, & mesallo puniantur. Quod si videtur sit per se sua, corporali quaestioni submittat, & uxor ejus contra legem nuptia eisdem pœnis patiatur. Hæc post biennium valeant; nam biennium indigentia illis præstita est, qui jam contractu contra legem matrimonii, ut infra biennium separaverint. » Quid si non fuerint separati, sed perseveraverint in toto biennio, pœnis in primo capite dictis submittantur. » Valde enim turpe est, ut quod religiois causâ secularis leges custodire contendunt, hæc Sacerdotes Dei infringere queant. Sed neque summi Pontifices secularis leges se quoque contrivere, cum nosse atque ipsorum Dominus se Magister dicit: *Non veni legem solvere, sed adimplere.* Item sanctissimus Papa Calixtus: « Nec eos viros, quos leges secularis rejiciunt, suscipere debemus. Ipsi quoque infamiam, quæ asperis sunt, delere non possimus, sed animas eorum per penitentiarum publicationem & Ecclesie satisfactionem sanare cupimus. » sanctissimus Julius Papa confirmat: Beatissimus etiam Gregorius multa Romanæ leges capitales confirmans, suo insensatæ egrotio. Ergo, Domine mi, ab infamia esse videtur, ut spiritualis infamia carnalibus amplius obdeservire cogitur; ait enim beatus Paulus Apostolus: *vos enim in libertate vocati estis, Fratres; tantum ne libertatem in occasione detis carnis.* Et iterum: *Qui servavit in carne sua, de carne metes corruptionem; qui autem servavit in spiritu, de spiritu metes vitæ æternæ.* Et rursus: *Ubi spiritus, ibi libertas.* Et in Levitico: *Omnia consuetudo que observatur, ab homine non redimetur.* ne nostris vitiis succumbendo, sacramenta execrabilia fiat.

Sed & si hæc cum illa quæ superius talis reprehendentes conjugium diximus, deherent; satis ad id reprehendum etiam emanant. Nam adeo hujus religionis causâ hæc tenentur esse abolitum, ut non tantum licerit, vel prædentibus, sed etiam ipso iustitiam moris causâ profanum jam videatur, ut scilicet peccata exigentibus aliqual tulerentur, adeo scandalizarent. Unde grave committentibus peccatum exortio. Ait enim Dominus: *Va homini illi per quem scandalum venit.* Et beatus Paulus: *Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Et item: *Sine offensione etate Judæi, & Gentium, & Ecclesie Dei.* Et rursus: *Si ista scandalizet fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ut fratrem meum scandalizem.* Et iterum: *Nemo quod sanum est querat, sed quod alterius.* Hæc nempè offendit, qui antiquas consuetudines à religiosissimis & prædentibus observatas immutare vel abeudere præsumit: cum beatus dicit Isidorus: « Consecratio est jus quoddam moribus institutum, quod per legem suscipitur cum debita lex. Non differt utrum scripturam ratione consistat, quando & legem ratio commendat. Poro si ratione lex consistat, lex erit omne jam quod ratione consistere, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinæ conveniat, quod salutari proficiat. » Beatus quoque Papa Gregorius, eorum institutionibus penè totus regulatur orbis, ait Regula parte prima: « Ex nos juxta sciam relationem vestre consuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus, sive de Præsentibus contentendis ceterisque capitulis, exceptis his qui ex Donaculis ad Episcopatum perveniunt. » Januarii Ipsa quoque mutatio consuetudinis, ut etiam quæ adjuvat utilitate, noviter perturbat. Quapropter quæ utilis non est, perturbatione infirmitas, consequenter noxia est. Apparet ergo quod consuetudo quæ fides Catholice, vel secularibus legibus non obest, omnino servanda sit, quod Theodosiano confirmator edicto. Sed hæc de qua nunc agitur consuetudo, nec Catholice fidei, nec ulli Christianorum legi penitus impugnat. Licet tamen quardam leges hinc in quibus hæc spectant non contineantur, sed nulla est quæ huc impugnet videatur. Quapropter ideo de hæc multis tunc antequam crederemus, quæ in nova quasi religione baptismatis, nullus Christianus talia præsumere conabatur; nec judicaverit interdicendum, quod non crederent præsumendum. *Nam ista lex non est peccata, sed servanda.* Attamen nobis, quibus licet indignos discernendi impunita est conditio, ut videmus inter mundum & immundum, & lepram, talis convenit declinare, ne scientes à Domino per Prophetam arguamur, dicente: *Carnes mortui non valentes lavare;* ne populi consentire flagitii videamur, & reprehensibiles efficiamur, dum laborum reprehendere nequam diffimulamus. Sed in omnibus exhibemus sicut Dei ministros; quæ scriptum est: *Ne communicaveris peccatis alienis.* Et rursus: *Et immundum ne geraveris.*

Quod autem ex Domini sententiâ dicitur: *Quod Deus conamixta, homo non separat;* hæc religio modis omnibus colenda videtur; sed non omnes qui conjuncti sunt Dominus conjungat. Eorum tamen quos ipse conjungit bona est copula, quippe nec legibus obest, nec Catholicorum usus conturbat. Sed est honorabile consuetudinem & terna immutata, sicut beatus Paulus ait Apostolus: *Hæc namque qui matrimonio innata sunt, præcepto, non ego, sed Dominus, uxorem à vobis suo non discedere;* &

Epist. 1. 2.

L. Cor. 1. 6.

Novella 15. c. 1.

Mat. 1. 17.

Calixtus Papa 3. Epist. 2. ad Romanos Gallicanum Episc.

Galat. 5. 13.

Mat. 6. 2.

L. Cor. 1. 17.

Levit. 17. 32.

Mat. 18. 7.

L. Cor. 1. 11.

L. Cor. 10. 13.

Mat. 2. 17.

Mat. 10. 14.

S. Isidor. lib. 2. orig. c. 20.

S. Greg. lib. 1. Epist. 77.

August. Epist. 118 ad Januam

L. Tim. 1. 2.

Mat. 16. 10.

L. Cor. 6. 4.

L. Tim. 5. 22.

L. Cor. 6. 17.

Mat. 23. 6.

Mat. 23. 4.

L. Cor. 7. 10.

vix uxorem suam non dimittat. Videte quod dicit
his qui matrimonium iuncti sunt. Matrimonium enim
est conjugum iusta conventio & conditio: eos ve-
ro qui nefario & execrabili coitu contra leges & mo-
res permiscerunt, omnino separari oportet, quoniam
nec vix nec uxor poterit esse in huiusmodi. Aut enim
Dominus in Evangelio: *Si dextera manus tua scan-
dalizet te, abscide eam & projice ab te.* Quod
enim melius per scandalizantem

Mat. 5. 30.

1. Cor. 7. 11.

Mat. 5. 14.

Hab. 2. 14.

Jac. 1. 16.

Paulus Apostolus: *Non est enim servus nisi subditus frater aut soror in
eiusmodi: in pace autem vocatus nos Dominus.* Dom-
inus etiam divortium prohibens, fornicationis
causam excepit, dicens: *Excepta fornicationis cau-
sa.* Cujus ut sentis duo sunt genera, de quibus no-
bis per omnia modo non convenit disputare. Ve-
strum unde fidelem, nostrum scilicet filium, & Do-
mine mi, verbis affabundus & mellisui, sicut bene
notis, consulere non dedignemini: quatenus relicti
prioribus ad meliora pertingere queat. Bene num-
que scitis quia omnis disciplina in profanis quidem
videtur non esse gravis, sed majoris: postea autem
solum pacatissimum exercitium per eam reddet in-
justis. Et Jacobus Apostolus: *Sicere debet, quoniam
qui convertitur faciens peccatorem ab errore via sua,
salvabit animam ejus a morte, & operis multitudi-
nem peccatorum.*

Quod autem vestra nobis innouit magnificentia,
quia multi majores & inferiores in hoc Regno sint,
qui tales uxores habent, quos etiam nobis intima-
re possunt etiam, Deo teste, hoc incognitum manet
apud nos, & valde novum videtur. Sed si qui sint
qui talia agunt, aut raritate nobis obscurum est,
aut dissimulatione occultum. Verumtamen in istis
parochis nullum preter hunc aliquando audivimus:
tamen & si multi essent qui hoc agerent, Domini-
ca debuerat excellere sententia. *Ne quisque tur-
bam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimum
acquiesces sententia, ut a vero devias.* Et Pau-
lus: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non
essem.* Et Jacobus Apostolus ait: *Quicumque ergo va-
luerit amicum esse facili homini, inimicus Dei consti-
tuitur.* Et Moyses negavit se esse filium hujus Pha-
raonis, magis elegens affligi cum populo Dei, quam
temporalis peccati habere jucunditatem, majores
divinus estimans thesaurum Aegyptiarum imperperium
Christi. Secundum de cetera autem Caelitini Papae,
docendus est populus, non sequendus. Sed & si nec
lex valet, nec consuetudo proficit, saltem ipsi ra-
tio procedat.

Erod. 12. 1.

Galat. 1. 10.

Jac. 1. 6.

Hab. 1. 14.

Inter Compadres & Commatres interdita esse
conjugia evidenter omnes testificant. Cum hujus
sacramenti mysterium non specialiter in ipsis, sed
in eorum filiis celebratur. Nam & ipsi sequestratim
esse possunt. Quis ergo hoc dicere audeat, quod
absentes hoc sacramentum contingat?
. enim compater vel commater sonat,
nisi simul pater, aut mater.
. cui simul patres, vel matres sunt, omnes
eorum filii vel filiae fratres vel sorores ipsius.
. enim Dominus Scribas, & Phari-
saeos ait: *Va vobis Scribae & Pharisaei, stulti, &
caeci qui dicitis. Quicumque juraverit in altari nihil
est, quicumque autem juraverit in dono, quod est
super illud, debet. Cuius . . . quid enim mater est; do-
num, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo ju-*

Mat. 23. 17.

rat in altari, jurat in eo, & in omnibus qua super
illud sunt. Et qui juraverit in templo, jurat in illis.
& in eo qui habitat in ipsis. Videtur ergo nobis, quod
hujusmodi adoptio, si pertinet ad parentes, magis
pertinet & ad filios, & si nec ad filios, profectio
nec ad parentes pertinere videtur. Haec itaque intenden-
dentes, praedictum Theodericum a tali toro suspensum
divinus, non tamen conjugium penitus interdiximus,
nec aliter excommunicavimus, donec in Domini
Archiepiscopi & vestrum, ceterorumque nostrorum
venerabilium Coenae concilio in laetum veniamus.
Nam quid de relicitudine dubitemus modo,
sed ut majori auctoritate firmetur assertio plurimorum.
Saepe etenim delinquentibus, dum vulnus fi-
cioris premitur; reproba videtur sententia medi-
cantis: & dum perveriti criminis novum diluere no-
lent, ad ducuntur injurias currunt. Quorum detra-
ctiones a nobis extorqueamus, cum plurimorum
sententiam interem expellamus, sicut beatus Paulus
ait ad Timotheum: *Irresistibilem te exhibe,
ut si qui ex adverso est, veretur, nihil habens ma-
lum de te de nobis.* Dum enim, Domine, cum
illo agitur, non solum cum ipso, sed pro omnibus
hujusmodi laboratur. Lex enim non admittit per-
sontam; si cum huic licet, evidenter omnibus licet:
& si huic prohibitum sit eric, nullus si in postmo-
dum de ignorantia excusabit.

Imoratus etiam nobis esse aliquos talibus nup-
tis perplexos, quod pro nullius excommunicatione
suae delerant copulas. Utinam, Domine, nos in-
junctum officium implere valeamus. Illi quodquid
faciant, nos saltem nosmetipsos liberare curamus.
De talibus quippe Johannes clamat Apostolus: *Qui
autem non est ex Deo, non audit nos.* In hoc ergo co-
gnoscimus spiritum veritatis & spiritum erroris.
Deus pacis & charitatis ita vos sibi copulare
. fulgere, sic in presi-
senti valeatis vincia laborare, ut in futuris
. audire
.

GUNZONIS LEVITAE NOVARIENSIS.

VI. **D**OMNO ATTOTO Pontificali reverentia co-
lendo, Gunzo Novarenis Ecclesiae Le-
vitarum extimas, debet venerationis servitium. De
eo quod tribuitis vestra pariter meam consule-
re dignata est, ideo haecenus respondere distuli,
ut diutina meditatio firmiora daret responsis. Et
quamvis dignitati vestre omnimodo pateat, clarifi-
cimum recriptum ab Apostolica sede THEODORO NO-
VARIENSIS Episcopo in medium proferri placuit. ZA-
CHARIAS Episcopus servus servorum Dei, Reve-
rendissimo & sanctissimo Fratri THEODORO Episcopo
Ecclesiae TICINENSIS. PISTALIUM, quod nobis tua
veneranda Fratemitas obtulit, per quod nos scifi-
cari curasti, si licet filium, cujus pater alterius
filium ex sacro baptisate suscepit, id est, sp-
rituale* eju sitem patris filium, quod apud te crudelis
est, in matrimonio accipere, quod dicit te enor-
mitate assertu* contigisse. Sed bene tua sancta Fra-
ternitas compertum habet, quod Dominus per Moy-
sen precepit, * dicens: *Turpidum patris sui non
revelabis. Turpidum matris tuae non revelabis.
Turpidum fratris tuae, & turpidum filiae pa-
tris tui non revelabis. Turpium enim tua est. Tur-
pitudinem enim revelare dicitur, dum a proprii*

a id est, spirituale] Sic legitur in vestro codice Bi-
bliothecae Beate, in quo epistolam Zachariae interrogat Ba-
buthas: spectat in praesentia editione legitur idem spiritua-
lem.

h nupitius affectu] Sic idem eodem emendat: editio
Acheratae notumque agnoscit, corrupte. Ea eodem codice
repositi praesens, ubi erat praesens.

ATTONIS EPISCOPI

AMBROSIO Sacerdoti.

conflagratione precipitur abstineret: multo magis à spicali patris nostri simi, omni occasione aut argumento leposo, sed nuda destructione nos cavere convenit: ne in eam demum eamuis incidat, si quis tali fictori mixtus, minime refringerit frenis luxurie. Unde & omnes omnino cavere debent talis sceleris comminationem, ne in æternum pereant. Sed hos qui huius perniciose temeritatis, animæ suæ salutem desperantes, impuissimo se miscuerunt matrimonio, per omnia tua Fratras tuas stande sepasare, & penitentiae dignæ submittere, quatenus ab æterno eratus damnationis animas eorum luereis, prestante Domino, & deo Salvatore nostro IESU CHRISTO.

Nos igitur lætæ prudentiam tuam non solum illis Ecclesiasticæ censura ferendis qui nefario se conjugio polluerit, sed illos quoque qui huius sceleris auctores fuerunt. . . . tanto majori penitentia debet submiti quanto . . . probatur. De filiis autem horum isdem venerabilis Pater es. m. Thodoro Episcopo referribus, non tenet eos crimine poentium.

AMBROSII Mediolanensis Presbyteri

ATTONI Vercellensii Episcopi.

VII. In vniuerso Curie celestis athletæ, ac summum civium certibus aggregatæ, ATTONI ter beatissimo Pontifici, humilis CHRISTI famulus, vestrique fidelissimus AMBROSIIUS Presbyter læt indigno sanctus honore in sancta Mediolanensi Ecclesia, contumiam debite servituti obsequium cum sollicitate perentit.

hæc omnia & prioris utique Abbatis omnia sua, si tamen votum ejus illo vivente non tacuit. Novissimò verò Abbas relinquat & corpus ejus, & vestimentum, & equus, & vacca: vel si taoti honorum fuerit, duo equi cum curru, & ornamētum sui lectali, & vas de quo biberat: tamen prior Abbas offerre pro animâ Monachi sui discendens ab eo debet.

Eadem Synodus: Omne corpus sepultum habet in jure suo vacam, & equum, & vestimentum, & ornamētum lecti sui: nec quisquam horum redditur in alia debet; quia corpori ejus tamquam vernacula debentur.

CAP. VII. De mortuo vivente.

Synodus eadem: Quicumque discesserit de sub ecclēsia, & in aliâ Ecclēsiâ sepultus fuerit, cujus propinquus veniens corpus mortui mutare volens, debet prius Episcopi prioris: hoc est vacam, & vestimentum ejus commune: & rogabit principem loci, ut Boticum ejus fodere. Si verò eadē familia misericordiam animæ ejus in dō vti. fecerit, nō det amicus prius ejus, & sedatium commune. Si Sacerdos postulerit, sic erit etiâ Monachus fuerit: si verò peregrinus, vestimentum dimittet. In vitâ Monachorum: Quidam Clericus in aliena Ecclēsiâ mortuus illic sepultus est, propinquus verò ejus corpus petentibus non est dimissum, sed obviat recentem est. Inde ad ovium Episcopum eunibus dicit: nec retinendus, nec dimittendus vacuus.

EX LIBRO XX.

De Provinciâ.

CAP. V. De alienis Provinciis attendis ad intolendum.

PATRICIUS ait: Si quæstiones in hac Isola oriantur, ad Sedem Apostolicam referantur.

EX LIBRO XXI.

De Judicis.

CAP. XII. De judicibus Ecclesie quales fieri debent.

PATRICIUS ait: Non oportet Judices Ecclesie habere timorem hominum, sed timorem Dei: quia timor Dei principum sapientia est. Non oportet Judices Ecclesie Dei habere sapientiam mundi: quia sapientia mundi stultitia est apud Deum, sed sapientiam Dei habere. Non oportet Judices Ecclesie munera suscipere: quia munera excitant oculi sapientiam, & mutent verba iustorum. Non oportet Judices Ecclesie habere personam in iudicio: quia non est acceptio personarum apud Deum. Non oportet Judices Ecclesie cautelam secularium habere, sed exempla divina: quoniam non oportet fieri non Dei timorem esse, vel a' nimium. Non oportet Judices Ecclesie tam veloces esse in iudicio, donec licent quod probum fiat: quia scriptum est: Noli iuxta esse eis. Non oportet Judices Ecclesie volubiles esse. Non oportet Judices Ecclesie mendaciam dicere: quia magnum crimen est mendaciam: sed oportet Judices Ecclesie rectum iudicium judicare: quia in quocumque iudicio iudicaverit, iudicabitur de eis.

CAP. XXVI. De iudicio Clericorum, utrum fiat apud iniquos aut apud fideles.

PATRICIUS ait: Omnis mundialis sapiens, si sapiens sit, non iudicat iudicis Ecclesie.

Synodus dicit: Clericus qui causam suam sive justam sive injustam ad iudicium alterius fidei iudicis provocat, excommunicetur.

CAP. XXVII. De eo quod licet Clericus appere causam suam sine lite.

Synodus: Ne quisquam presumat Clericum apud secularium iudicem Episcopo oon permittente pulsari: sed si sollicitus fuerit, oon respondet: non proponat, nec adent criminale negotium in iudicio seculari.

EX LIBRO XXII.

De Veritate.

CAP. I. De veritate iudicandâ quocumque ore prelati sit.

GILBAS: Veritas sapienti nitet, cuiuscumque ore prelata fuerit.

EX LIBRO XXIV.

De Regno.

CAP. III. De eo quod malorum Regum opera destruant.

PATRICIUS. Nonus abusionis gradus est Rex iniquus. Cum Rector esse vult in semetipso, nominis sui dignitatem non custodit: nomen comit Regis hoc retinet, ut subiectis omnibus rectoris officium procurat: sed quærit alios corrigere potens, qui propter mortem, ne magis sint, non corrigit. Terrarum fructus demit, servitium populi impedit, earum mortem præparat, hostium incursum in provinciis concitat, undique bestias quadrupedum dilaceratione inquietat: potestates acrius suscitatur, terrarum fecunditatem, marisque ministeria prohibet, fulmina succendit, arborum exurit. Stera, fructus immaturos deiecit, non solum præsentis imperæ faciem sufficit, sed etiam filios & nepotes, ne Regni hereditatem obtineant, obsecrat. Propter piacula Regum, Saul, & Jeroboam, Achab & cæterorum, semina eorum ne regnarent extulxit Deus.

CAP. III. De eo quod honorum Regum opera adficeant.

PATRICIUS: Iustitia verò Regis iusti hæc est. Neminem iniuste iudicare, advenas & viduos, & pupillis defensorum esse, facta cohibere, adulterum punire, impudicos & bistrones non nutrire; & totius oon exaltare, inopios de terrâ perdere, parvitas, & perjurantes vivere non sinere, descendere pauperes, elemosinas alere, iustos super Regni negotia constituere, sensu sapientes & sobrios consiliarios habere, magorum & pythoniisum & auguriorum superstitionibus non interire, patriam torquet & iustitiam costrâ ad veterales destrudere, per omnia in Deo coherere.

CAP. VII.

Inter Opuscul. Ptolemaei Cap. 4.

Proverbia 5. Patulci inter Opuscul. p. 49. Prov. 1. 7. h. Cap. 1. 19.

Dant. 19. 6.

Epist. 6. 10.

Psalm. 7. 4.

In 71

P 12
a
fo
se
C
A
V

I

CAP. VII. De Rege non habente uxores plurimas.

SYMOUS : Quamvis dignitatem acceperit Rex, tantum timorem habere debet; multæ enim mulieres animam ejus depravant, & animus ejus multitudine uxorum divinis maxime in peccatum labitur.

EX LIBRO XXV.

De Sorte.

CAP. V. De eo quod inter debita fieri mitti debet.

SYMOUS Hibernensis: Sors aut inter duo dubia, aut inter duo equalia, aut inter duo catholica mitti debet.

EX LIBRO XXVII.

De Cruxationis refugii.

CAP. XI. De diversâ penitentia homicidarum sponte occisorum.

HIBERNENSIS Synodus dicit: Omnes homicidæ si toto corde converti fuerint, VII. annorum penitentiam districte sub regulâ Monasterii penitent.

PATRICIUS: Qui occiderit, aut fornicationem fecerit, aut more gentium Aruspicum interrogat; per singula crimina annum penitentia agat; & illo impleto, cum testibus postea resolvetur à Sacerdote.

EX LIBRO XXVIII.

De Furto.

CAP. VI. De furto in Ecclesiâ peralio.

PATRICIUS ait: Qui furatus h fuerit pecuniam aut in sanctâ Ecclesiâ, aut in civitate in cuius ubi Martyres & corpora Sanctorum dormiunt, suis mittatur super tribus; aut illius manus, vel pes circumcidatur, aut in catereum mittatur, juriurans tempus quod judicaverint Seniores, & reddat integrum quod abstulit; aut in peregrinationem ejicitur, & restituat duplum, & iurabit quod non revertetur donec impleverit penitentiam, & post penitentiam erit Monachus.

CAP. VII. De penitentia foranctis, si non de Ecclesiâ.

PATRICIUS: Qui furtum fecerit, dimidium annum penitent, XX. diebus cum pane & aquâ vivat, & rapta restituat, si fieri potest, & sic in Ecclesiâ recipiatur. **VIMYRIUS** dicit: Clericus si furtum fecerit, quadruplum reddat, & annum integrum penitent.

h qui [surrex] Duplex hæc restitutio, ait Achevius videtur aliena à sententiâ Gregorii Mag. in Responsis ad Interrog. Augustini; Adhuc præcipua argumenta necque quod Tom. 1.

EX LIBRO XXIX.

De Commendatis.

CAP. V. De Commendatis ad Ecclesiam non reddentis.

SYMOUS Hibernensis: Omne depositum reddatur, nisi depositum Ecclesiæ matrem omnium baptizatorum: sicut enim omnia mater depositi præditi filio suo non reddat; ita omnia Ecclesiæ filiorum suorum deposita, quamvis sint perditæ, reddere non debet.

Item eadem **SYMOUS**: Si quis custodierit clavem domus, & sur fuffoderit eam, & furatus fuerit depositum alicujus, non reddet is qui accepit, sed iurabit omnia domus illius: quanto magis, si cum pecuniâ sua furatum est?

EX LIBRO XXX.

De patribus & filiis.

CAP. XV. De eo quod non negligendi sunt parentes etiam cultus Divini gratiâ.

SYMOUS: Quicumque filii à parentibus causâ Divini cultus abdicent, nec debitam reverentiam dependent, anathema sint.

Item. Qui patrem & matrem in necessitate relinquit, eum excommunicandum esse censuimus.

CAP. XIX. De his qui deserviant filios suos causâ religionis.

SYMOUS sancta dicit: Si quis filios reliquerit, & eos non contraxerit, & non faciat quod pertinet eis causâ Divini cultus, sine contentione anathema sit.

Item. Quicumque filios prostraverit causâ posteritatis, nutrire debet, ne suæ orem homicida sine desperet existat; dicit enim scriptura: *Carorem tuam ut deservieris.*

CAP. XX. De eo quod propinquus Deus sit filiis.

SYMOUS: Definimus ut omnis penitens non omnia sua reliquerit filiis suis, & liber expectet Christum, qui omnia dabit necessaria.

EX LIBRO XXXI.

De parentibus & eorum hereditas & filiis.

CAP. X. De hereditate servandâ filiis legitimis.

SYMOUS dicit: Non debet fraudare pater filium suum, sed largiri dona, & hereditatem dare debet.

CAP. XIV. De eo quod debet Ecclesiâ partem suam dare cognatis defuncti.

SYMOUS definit: Cum quis moritur, omnia

de hereditate velat videtur antequam de sacro sacro. Et tom. 1. Concil. Angl. ubi CANON ITO RELIQUIT, ut verbum quidem de ipsa collectione.

Synod. Patrici
ci 10. i. Con-
cil. Ang. p. 21.

h
De hoc cap-
itulo repetit
tom. 1. Con-
cil. Angl.
p. 21.

Synod. Patrici
ci tom. 1.
Concil. Angl.
p. 21.

que habet commendat Deo, & partem Cæsari tribuat, & Deus per manus hominum tribuat filius ejus aut propinquus.

CAP. XX. De his qui addunt aulicos Ecclesie in fœmâ hereditatis.

SYNODUS Hibernensis: Auctores Ecclesie hic multa addunt ut femine heredes dent ratas & stipulationes; ne transferatur vera hereditas ad alienos: Dominus etiam: *Transferat hereditas earum fratribus patris sui, inde propinquis.* Secundum utrum dabant partem Domino: si tacuerint propinquorum earum, Domini erant quod dabant: si non verò, irritam erant. Sciendum est quod dabant in partem, hoc est, vaccas, vestes & vasa. Sciendum est quod dabant maneris, hoc est, partem de ovibus & lanam. Si verò de propinquis fuerint *Miſericordis*, dabant eis aliquid de hereditate; & si Ecclesie habuerint partem, dabant ei de suis hereditate; & si generis filius, viris sue cogitationis dabant hereditatem.

CAP. XXII. De Testamentis infirmi.

SYNODUS Hibernensis: Testamentum infirmi ut suo multo de mobilis partem substantiæ, & aliam partem hereditatis, aliamque Ecclesie tribuat in pretium sepulchri. Hereditas verò dividitur inter Regnum, & Ecclesiam, & heredes. Si verò non habuerit Regnum, tertia pars ministrorum erit, si autem non habuerit, dividant propinqui & ministri.

CAP. XXIII. De duobus coheredibus duorum mercatorum partem contradiſionis.

SYNODUS: Coheredes duorum patrum contradicentes, ubi invenitur ætas & prudentia, ac dignitas morum, & bona conscientia, eligatur & cedatur quod dicat; aut forte, quod dixerint omnem dubietatem à iudicibus idoneis interpretentur. Item: Heredes mortuorum iudicentur: Si alter habuerit testes, adhibeat; si non habuerit, ætas videnda, & nobilitas, & ordinatio, & ratio: si verò titubaverint, à forte aut veritate que superat omnia, aut iudicibus veris in alteram partem non declinantibus interpretentur.

EX LIBRO XXXII.

De debitis & pignoribus & usuris.

CAP. VI. De mercade mercenariorum citò reddenda.

SYNODUS: Considerandum est opus mercenariorum, & tunc mercem reddenda est.

Item: Omnis mercenarius opus suum citò consumat, ut citò accipiat.

Item: Omnis mercenarius ad oculum servit, ideo ex hoc præponendus est.

Item: Mercenarius destruit oves in quantum mercenarius, & non congregat dispersum, & quod fractum non fovet.

i Balsarias partem] Forre partem, ait Acherius, mihi longe aliter videtur, nam hoc loci legit, & si Balsarias Balsarum partem.

i non solvitur] Hoc loco non referat, ut Acherius vult. Item addit: Quod hic de pignori stipulenti dicitur, dicitur Concil. Ombarnense can. 14 & Lætes Eccles. Cæsari Regis cap. 20. Diamant quoque Gregorius Mag. lib. 7.

CAP. IX. De quantitate pignoris & ratione ejus.

SYNODUS Hibernensis statuit quintam partem debiti in pignori tribui, ut in lege dicitur: *Reddet quintam partem; & si non solvitur pignori suum, usque ad certum tempus, non solvet in æternum; & reddet totum debitum nisi misceretur illud.*

EX LIBRO XXXIII.

De fidejussoribus & ratis & Stipulationibus.

CAP. II. De eo quod non debet Clericus esse fidejussor.

SYNODUS: Clericus fidejussoribus serviens depnatus.

PATRICIUS: Clericus si pro gentili homine fidejussor fuerit in quocomque quantitate, si contigerit (quod mirum non est) ut per alium aliquam gentilis ille fallat, de rebus suis solvat debitum; nam si armis compugnaverit, computetur extra Ecclesiam.

CAP. III. De personis indignis ad fidejussorem.

SYNODUS Hibernensis: Non est dignus fidejussor sicut nec peregrinus, nec robustus, nec Monachus nisi impetrante Abbate, nec filius nisi impetrante patre, nec femina nisi domina, virgo & sancta.

CAP. IV. De tempore quo debet rata solvere.

SYNODUS Hibernensis dicit, ut rata reddat delicta pro quibus fixerat manus, ita ut primâ vice xv. diebus exspectet debitor, secundâ vice xx. diebus; tertiâ vice xxx. diebus quartâ vice xl. diebus. Postea sine reputatione reddat debitum.

Item alii aliter dicunt: ut si pro vivo, primâ vice x. diebus exspectet; secundâ vice v. Si verò pro mortuo, xxx. diebus.

CAP. V. De modo quo reddet debitor saltem rata.

IN DEFINITIONE ejusdem Synodi, debitor reddat quantum rata solvit & quantum fatigatus fuerit; si verò humanus fuerit, rata non quaeret usuram, nisi quod tantum solvit, & quantum fatigatus fuerit; si verò inhumanus fuerit, uno anno crescat usura, & omne debitum reddat, & quintam partem debiti in omni mense.

CAP. VI. De eo quod aliqui non debet emere aut vendere sine rata, & stipulationibus.

SYNODUS sancta decrevit ut omnis venditio tribus confirmetur; ad est rata, & stipulationibus & testibus, & scriptione in qua fuerit.

CAP. VII. De ratione stipulationum & estium.

SYNODUS Hibernensis: Si una stipulatio fuerit, fortiter creditor & debitor, & jurabit alter super alteram. Si verò alter duos vel tres menses ha-

epist. 11. lib. 2. Concil. Meldense can. 49. Yeburienſe can. 16. Clarom vitanum sub Urbano II. can. 8. Romanum sub Alexandro III. can. 7. Item Lactantius sub Innocentio III. can. 66.

i saltem rata] Acherius coniecit legi episcopo Balsarum n. creditor] Vox addita.

Obm. 17. 10.

j

l

Joan. 10. 18.

Ca
pol
57
cu
Co
P

huerit, aut plagibus erit juramentum, & debitor reddet. Si verò stipulationes inter se dissentiant, fuerint, & stipulationibus, ejiciatur, donec secundum iudices ponatur.

CAP. VIII. De debitorum restituente.

EADEM SYNODUS: omnis debitor qui restitit rebus, & stipulationibus, ejiciatur, donec secundum iudices ponatur.

PATRICIUS dicit: Nam si armis compugnauerit, extra Ecclesiam ejiciatur.

EX LIBRO XXXIV.

De Juramento.

CAP. V. De Juramento solvendo.

SYNODUS: De iudicio incerta solvenda, nec per variatio sed temeritas emendatio. In Regum libro Saul juravit Jonathan occidere nec occisus est; nec in hoc juramento culpatur; quia iuxta voluntatem suam non Dei voluntatem juravit.

SYNODUS Hibernensis: Juramentum filii aut filie nesciente patre, juramentum Monachi nesciente Abbate, juramentum pueri, irrita sunt.

EX LIBRO XXXV.

De Jubileo.

CAP. VII. De tempore quo neglecta cadunt in sui antiquum.

SYNODUS Hibernensis: Quidquid per 7. annos remanserit; hoc est annum jubileum, in unius iuretransgrediens, sine munitatione, aut excommunicatione in perpetuo non revertetur.

CAP. VIII. De eo quod observanda sunt leges Jubilei etiam in Novis.

SYNODUS ait: De vendendis, * adfectus licet, verum nunquam veteratur; observandæ sunt tamen leges Jubilei, id est anni quinquagesimi, ut non afferuntur incerta tempore veterata; & ideo omnis negotiatio subscriptione affirmanda est.

CAP. X. De his quæ non continentur Jubileis.

SYNODUS Hibernensis: Aliis tibi opponentibus Jubileum, respondebis: Annus Jubileus de rebus venditis & commutatis ex coheredibus propriis ad homines Catholicos est. Non de antiquis commendatis; non de his quæ per vim rapta sunt; non de his quæ sine precio sunt; non de his quæ venduntur ex alienis hereditatibus non de his quæ inter Regem & Ecclesiam sunt: quia Rex propriam Ecclesiam quanto tempore non subtrahet, ita Ecclesia jus Regis non subtrahet: non de his quæ sunt inter fratres, quia frater fratrem fraudat.

in Anno Scilicet Testamento. Sciam tibi de uxore solis legibus, Achertus vult legi de uxore; nihil videtur quiddam alterius generis ferre.

per omnes principum Si quidem Anthoni credas, hic addendum est uxorem, vel aliam quiddam ejusmodi; verum

EX LIBRO XXXVI.

De Principibus.

CAP. III. De bonis Principibus.

SYNODUS Hibernensis: Oportet omnem Principem, ut terra sit ad sustentandum, gubernator sit ad corrigendum, anchora sit ad sustentandum, malleus sit ad percipiendum, foriceps sit ad tenendum, sol sit ad illuminandum, ros sit ad madefaciendum, pugillaria ad scribendum, liber sit ad legendum, speculum sit ad conspiciendum, terror sit ad terrendum, imago sit in omnibus bonis, ut sit *omnia in amodo.*

CAP. V. De eo quod Principes non culpandi sunt pro rebus criminis.

GEDAS: Aaron tamen culpando Moyses propter uxorem Aethiopsam lepra Maria damnatur: quod nobis timendum, qui nobis * Principibus detrahimus propter mediocres culpas.

CAP. VII. De eo quod non petitur Principatus, nisi qui prius subiectionis.

SYNODUS: Oportet eum qui vult principari, prius Monachum esse: & eum qui vult hereditare, prius pium esse, qui vult docere, prius discipulum esse.

CAP. XIV. De eo quod debet Princeps habere ministrum.

* **SYNODUS:** Oportet Principem omnia pensare per manus ministrorum in usus Patochiar, & subjectionum & pauperum.

CAP. XV. De eo quod non debet Princeps nisi parva demare sine auxilio subiectionum.

SYNODUS dicit: Non debet facere quidquam sine consilio subiectionum, nisi pauca in liberationem vinctorum, & in consolationem pauperum & viduarum; & si Clerici absentes sint, tunc faciet.

CAP. XX. De consensu populi cum Principe in ordinando successore.

SYNODUS dicit: Definimus omnes Principem non ordinandum, nisi vocem Clerici & Patochia in uoum consentientibus.

CAP. XXIII. De aliis desiderandis Principatum indignis, hoc est incipientibus, aut super a mandis ceteris.

SYNODUS: Decernimus ut liceat quod doceret, reformetur quod tenet, & sicut verba super candidalabrum posita eruat, ut ad verba vis ventorum irruens concepit lucrationis flammam non caligat, sed auget.

CAP. XXVII. De penitentia blasphemantis Principem bonum.

PATRICIUS ait: Qui murruraz verba blasphemantur esse; non enim ex mea est Synodus Hibernensis Principem aliquem esse oportere, sed si sit aliquis, tam oportere esse episcopum, ut, &c.
* *q. Anon* Necessitas desit hoc loco qui non videt; Logo, qui agitur Principatus.

mix contrā Principem bonum per odium, vel invidiam, cum pane & aqua pœnitent vit. diebus, exemplo Manie contrā Moysen murmurantis.

CAP. XXIX. De eo quod incipientes præfite debent.

SYNODUS totius mundi, & Patricius decrevit: Qui incipiens est, nullo modo præfite liceat, sed sub manu Abbatis Catholicus opus suum exerceat.

CAP. XXXI. De manendo in comp. vocatione.

GILDAS: Unusquisque in quo vocatus est in eo perstare, ut nec primarias nisi voluntate mutetur subiectionum, nec subiectus nisi senioris consilio locum prois obtineat.

CAP. XXXII. De pessimo Principibus ejiciendis.

SUPERBUS Angelus de caelo ejectionis est, Adam post peccatum de paradiso in terrā ejectionis est, Hieroboam Rex iniquus à decem tribubus desectur. Omnes hæretici quamvis magnarum urbium Principes sint, deestata eorum heresi, à Cathedralis suis consensu Synodi ejectionis sunt.

CAP. XXXV. De eo quod non dispersa esse debet Ecclesia per contumaciam, sed congreganda est in ovem in ovem.

SYNODUS Hibernensis: Si qua contumacia inter principem & monachos ejus per discordiam aliquam orta sit: non rejiciat pastor gregem suum in dispersionem, nec oves pastorem fugiant, sed invicem pacificentur, dicentes: *Intrabo ad altare Dei mei.* Gregorius Nazianzenus tractat hoc dicens: Ab altario non quilibet potestatem habet me repellere. Nec fronsatus unquam ovem vestrum: non invigant pedes adversum caput, neque caput à se esse alienos deputat pedes.

CAP. XXXVII. De eo quod non debet Princeps portare propriam quod sibi deponatur, sed Ecclesie.

SYNODUS: Pontifices verb quibus aut cum Ecclesia aut sequesteratum donatur aliquis, hoc non quali proprium, sed inter facultates Ecclesie computantur.

EX LIBRO XXXVII.

De Desertibus.

CAP. XVI. De emendatione Desertium, quod ab ipsi hæresis orta est.

SYNODUS: Notandum quod à sapientibus hæresis per mundam delata est.

EX LIBRO XXXVIII.

De Monachis.

CAP. I. De nomine Monachorum.

SYNODUS Hibernensis: Monachus græcè, latinè unalis, sive quid solus in gremio vitæ solitariæ ducit; sive quod sine impedimento mundiali mundam habet; sive quod in hac vitâ solus, est

inter multos habitet, veretur.

CAP. IV. De eo quod non oportet Monachum fieri sine Abbate.

SYNODUS: Non oportet Monachos fieri sine gubernatione, nisi tantum quâ horâ, ut veniat discordiæ & dissensionis disperdat Ecclesiam.

CAP. V. De eo quod non oportet Monachum habere proprium.

GILDAS dicit: Quisquis Monacho de rebus secularibus superabundaverit, ad luxurias & divitias debet referri: & quod necessitate non voluntate habere compellitur, ut non penurâ cadat, non illi ad malum reputabitur.

CAP. VI. De Monacho non retinendo ab Abbate suo.

GILDAS dicit: Abbas remissus non retinet Monachum suum ad destructionem se condentem.

CAP. VII. De Monachis fugientibus susceptis, vel non susceptis.

GILDAS ait: Qui veniunt ad vos de vitioso loco ad perfectionem, quorum Abbas in degeneravit ab opere Dei ut meretur ad mensam non recipi Sanctorum, & fornicationis crimine non suspensionis, sed male videtur onerari, suscipite etiam sine ullo scrupulo Monachos tales ad vos de flamma inferni confugientes, nequam illorum consilio Abbatis: illos verb quorum Abbatem de mensâ Sanctorum propter infamiam non arceamus, non debemus illo nolente suscipere; quanto magis venientes de Sanctis Abbatibus & nullo alio modo suspectis, nisi quod habet pecora & vehicula, vel pro consuetudine patrie, vel suâ infirmitate, que minus ledunt habentes, si cum humilitate & patientiâ, quam aratra trahentes & solofona figentes terre cum præsumptione & superbâ. Item, navi fractâ qui potest natare ostet.

CAP. VIII. De eo quod debet Monachus dare Abbati acquiescens.

SYNODUS dicit: Monachus qui per contumaciam per desertia loca vagari cœperit ut habere aliquod præsumens proprium, omnia que acquisiverit Abbati deserantur secundum Monasterii regulam: ipse verb tamquam fugas sub custodia revocetur.

CAP. X. De eo quod ambo excommunicandi sunt Monachus fugitivus & susceptor eorum.

PATRICIUS: Quicumque excommunicatus fuerit à quolibet Clerico, & ab alio susceptus fuerit; coequali pœnitentiâ corripitur.

CAP. XI. De vago Monacho excommunicando.

PATRICIUS ait: Monachus inconsulto Abbate vagus ambulans in plebe, debet excommunicari.

CAP. XV. De eo quod non oportet Monachos à Congregatione secedere.

SYNODUS Agathensis: Monachis ad solitarias Cellulas non licet à Congregatione secedere, nisi forte proba is post meritos labores ab Abbatibus

lib. p. 42.

In notis ad Cap. Patricii pag. 100.

Pap. 42. 4.

S
C
P

C
d

permittatur: ita tamen, ut intra eadem Monasteria septa manentes, separatas habeant Cellulas.

CAP. XVI. De eo quod non oportet Monachos Cellam construere sine Abbatis permisso.

SYNODUS Aurdienfis: Nullus Monachus ambitione & vanitate impulsus Cellam sine Abbatis sui permissione construere presumat.

EX LIBRO XXXIX.

De Excommunicatione.

CAP. I. De Ordinatione excommunicationis.

SYNODUS Hibernensis vi. modos dicit, à celebratione, à communicatione Missæ, à cohabitatione, à benedictione, à colloquio pacifico, à comensatu.

CAP. IV. De eo quod non eadè quis excommunicandus sit.

GLOSA ait: Non Noë Cham filium suum Magice artis Scribam ab arcè, aut menis communione voluit arcerè. Non Abraham Aner & Hefchol in debellatione v. Regem exhorruit. Non Loth Sodomorum convivia execratus est. Non Isaac participationem menis Abimelech, & Ochaz, & Phicol doci militum negat; sed post cibum & potum juraverunt sibi mutuo. Non Jacob extimuit communice filios, quos novit venerari Idola. Non Joseph renuit Pharaonis menis & scypho participari. Non Aaron Sacerdos Idolorum Madian mensam repulit. Necnon Moyis simul cum Jethro hospitium & convivium pacificum invit. Non Christus convivia paganorum devitabat; ut omnes peccatores, & meretricis lavaret.

CAP. VII. De eo quod suscipienda non sit elemosina excommunicati.

PATRICIUS: Quicumque Clericus excommunicatus fuerit, nec ejus elemosina in Ecclesiâ recipiatur.

CAP. VIII. De eo quod non debet excommunicatus offerre, vel baptizare, sed solum orare.

PATRICIUS: Si quis excommunicatus fuerit, si quis ex eadè hora orationem faciat, nec offerre, nec baptizare licet ei, donec se faciat emendatum.

CAP. XI. De eo quod non tantùm esca & potus, quàm cogitatio & opus pravum hominem maculant.

SYNODUS: Non tantùm esca & potus nocent, quàm mala cogitatio & opus pravum hominem maculant: siquè alio enim potes esse, sine verò teipso nunquam.

CAP. XIV. De eo quod melius est succedere à malo, ne finalis quis cum illis peccet.

SYNODUS: Omnia Clericus qui ludum spectare desiderat, degradetur.

ITEM. Quicumque Clericus in bello aut in rixâ mortalium & gentium ludis mortuus fuerit, neque oblatione, neque oratione postuletur pro eo, sed in

x. distinetur In codice S. Germazii additur: & aliam

manus incidat judicis; sepulcrâ tamen non privetur.

EX LIBRO XL.

De commendationibus mortuorum.

CAP. II. De Principi aut Episcopo sua propria commendante.

SYNODUS: Omnis Princeps potest commendare sua propria post mortem.

CAP. III. De eo quod non licet Principi commendare res Ecclesiæ.

SYNODUS: Omnis Princeps Christianus ut invenit Ecclesiâ, sic derelinquit, nisi consensu Clericorum nihil in morte commendet, ne maledictionibus post mortem gravetur.

CAP. IV. De eo quod potest Princeps commendare aliqua de rebus Ecclesiæ.

SYNODUS Hibernensis: Princeps in sua morte etiam de rebus Ecclesiæ commendare potest, hoc est, pretium ancille, sive de mobili substantiâ, sive de agro.

ITEM. Testamentum Episcopi, sive Principis est x. scriptuli Sacerdoti danti sibi sacrificium, sagum pauperi, vitium cum viduarum, commune vestimentum ministris; & hæc tamen firmantur à Clericis.

CAP. VIII. De degente sub censu nihil commendante.

SYNODUS Hibernensis: Sicut sine permisso Abbatis Monachus nihil commendare audebit; ita degens sub censu potestatem non habet donare aliquid in morte sua, nisi jubente domino suo.

CAP. IX. De degente sub censu suo commendante.

SYNODUS Hibernensis: Si quis fuerit sub censu Regali, Abbate & commendaverit aliquid; si audierit & tacuerit dominus diebus, non potest retrahere; sin verò, irritum erit.

CAP. X. De Commendatione mulieris degentis in conjugio.

SYNODUS Hibernensis: Si vir ejus tacuerit diebus, non retrahet quodcumque dedit: si verò non tacuerit, irritum erit ejus testamentum præter corporis sui rationem, & sagam & vaccam cum corpore suo si habuerit: Ecclesiæ, cui servierit, quandiu cum viro suo fuerit, ex consensu viri tertiam partem substantiæ sue dabit, sed vir ejus distrahatur: cætera verò viri sui & filiarum ejus erunt.

EX LIBRO XLI.

De Ecclesiâ & mundo.

CAP. III. De Ecclesiâ non decondandâ à mundo.

SYNODUS: Fures & latrones & raptores de Ecclesiâ ejiciendi sunt.

partem partem & mater sacrorum dabit.

R. R. ij

Cocil. Anst. 127. 746.

In notis ad Cas. Patricii pag. 116.

Vide not. 2. Cocil. Angl. pag. 11.

Synod. Patricii not. 2. Cocil. Angl. p. 11.

In
A.

In
A.

ITEM: Si fraudaveris amicum, furtum est, Ecclesiam verbò fraudare sacrilegium.

CAP. VI. De Ecclesiâ, ut totum non rapiat.

SYNODUS: Nullum oportet fraudare filios, aut fratres, aut propinquos.

ITEM: Ecclesia non nisi partem Dei accipiat: cum enim heres mundi veteris, retrahet ea que mundi sunt.

CAP. VII. De dignis Ecclesiis consententibus agrum novum.

SYNODUS: Aget inquiratur in scriptione duram Ecclesiarum: si in scriptione non invenitur, requiritur si senioribus & propinquis quantum temporis fuit cum alterâ, & si sub jubileo certo mansit, sine usurpatione maneat in æternum. Si verbò senes non inveniri fuerint, ioter se dividant: & alteri cui propinquior det pretium quantum iudices iudicaverint.

CAP. VIII. De iure Ecclesia non peremte, licet multa tempora transierint.

SYNODUS: Si Episcopus humanitatis obtenta vtilibus Ceteris vel Monachis præsterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa temporum spatia transire comprobantur, ad Ecclesiam revertentur.

CAP. XV. De Ecclesiâ non retinente aliquam per vim.

SYNODUS: Si quis sua voluntate discesserit, notetur eorum testibus, & relinquatur Deo.

CAP. XIX. De eo quod melior⁹ divisio quam discordia.

SYNODUS: Melius est dividere, quam semper discordare: divisio enim præstat pacem, discordia verbò decessit.

CAP. XXI. De quanto malo merentur prelatores infantum in Ecclesiâ Dei.

SYNODUS: Hibernensis: Quicumque infantes in Ecclesiâ Dei projiciunt ignorante Abbate: si in eâ Episcopi sunt sepulti, aut presentes sint, sex. annis & dimidio penitent. Si verbò homicidium in eâ fecerint, vii. annis penitent. Unde hoc sumptum est, quod Episcopus vii. gradus habet, & Ecclesia septiformis est: si verbò non habuerint Episcopos, sed parva sit Ecclesia, anno & dimidio penitent.

CAP. XXII. De infans in Ecclesiâ projectis.

E. DEM ait: Filius allatus servus est ejusdem, nisi depretatur, nec noxa ejus maculat Ecclesiam si protervus sit, si tamen inquantum valet corrumpat filius allatus Ecclesiæ: si verbò c. dies ab eâ dilecterit, nullum potestatem habebit, sed ad nutrimentum jus pertinebit: si Ecclesia pecuniam sumserit à parentibus inquantumcumque nutrimentum more parentum erit filius: si infans mortuus fuerit per negligentiam, vii. annis penitent, quia Christum necaverunt. Hinc alii judicant, ut vii. annis penitent qui infantes projiciunt; ut quantum malum intulerint in Ecclesiâ Dei, tantum accipiant.

CAP. XXIII. De quærensibus pecuniam vinperandâ.

SYNODUS: Qui facultates Ecclesiasticas subditiuè congregat sub nomine misericordie, tollat ab eis auctoritas, si neminem captivorum redemisse compertior: & quod acquirerint in redemptionem captivorum distribuat: & alieni à Christianis sunt, donec percontationem trium annorum agant.

PATRICIUS: Si quis redemptionem captivi inquisiverit in plebe, suo jure, sine permissione Abbatis, merat excommunicationem.

CAP. XXIV. De collectivâ pecunia non vituperanda necessitate exigente.

PATRICIUS: Si quis acceperit permissionem Pontificis, & collectum sit pretium captivi, non plus exigens quam necessitas poscit, si quid supra remanserit, ponat super altare, & indigentibus detur & captivi.

ITEM: Si quis colligit pecuniam sub nomine misericordie, non audeat spoiare Ecclesiam Dei, sed Reges & plebes, quibus melius est dare, quam recedere.

CAP. XXV. De Ecclesiâ ligatam solvente.

SYNODUS: Hibernensis: Si Ecclesia solverit vinculum de vinculo, det vincula pretii penitentiae super eam: si verbò ille non impleverit penitentiam, & fecerit aliquid malum, non venit maledictum super Ecclesiam Dei: Ecclesia enim habet potestatem ligandi & solvendi, & libera est, & unusquisque in eam debitor est.

CAP. XXVI. De Ecclesiâ degente sub censu non solvente vinculum.

EADEM SYNODUS: Si Ecclesia sub censu Regis deguerit, & mundialisibus quibusdam sumibus coarctata sit, non est digna solvere vinculum; nam si solverit, reddet debita delictorum ejus.

CAP. XXVII. De libertate Ecclesia Catholica non reddente debita malorum.

EADEM SYNODUS: Non reddet Ecclesia in tribulatione delicta aliorum. Sicut non venit delicta Demorum super Deum aut Angelos ejus; sic non venit delicta membrorum Duobus super membra Christi, id est super Sanctos, nec Monachorum fugientium ab Ecclesiâ; neque peregrinorum pestiferorum, neque eorum qui parentur super Ecclesiâ, id est collectorum malorum, nec cognationum mundialisium; sed mundiales delicta aliorum mundialisium, que commiserunt in Ecclesiâ, Ecclesia reddent: similiter mali fratris delictum non maculat fratrem religiosum sive spiritaliter, sive mundaliter in delicto ejus reddendo.

CAP. XXVIII. De ordine delicti fratris peccantis.

EADEM SYNODUS: Primum delictum uniuscujusque mali hominis venit super substantiam suam & pecora sua: secundo si non habuerit substantiam aut pecora venit super regiones suas; si non habuerit regionem, venit super Regem suum: si non habuerit Regem, venit super eum qui arma dedit, & vestimenta alius qui delictum fecit; si verbò, postremo venit super illum qui cibavit illum, & lectum dedit. Si verbò nihil de his omnibus inveniat,

& delinquit in Ecclesia, queratur in Rege maximo provincie in qua est Ecclesia illa.

CAP. XXIX. De cuius peccatorum non veniente super Ecclesiam, tiam si passus est.

SYNODUS eadem: Si Ecclesia dederit cibum illi qui delictum fecerit, non venit delictum mali hominis super Ecclesiam propter cibum datum ab Ecclesia malo homini, quia columba vera est; columba autem non suis tantum pulis ministrat, sed omnibus avibus aperientibus os suum: ita omnibus servit Ecclesia, Domino dicente: *Esseis perfectis sicut pater vester celsibus perfectus est: qui solum suam avem facit super bonos & malos; super iustus & iniustos.*

ANON. L. 45

CAP. XXX. De Atrocitatibus non jurantibus super destructionem Ecclesia.

SYNODUS eadem: Defendit se Ecclesia etiam post obitum Principem suorum, & non juratur super illam, id est super discessores, quia viva sunt verba illorum. Hoc exemplo sanctae scripturae: *Et patres nostri narraverunt nobis; non sunt occisita a filijs eorum.* Et illa jurat super mortuos mundiales, & ideo non juratur super illam, quia libera est, & non ergastulum.

PSAL. 77. 4.

EX LIBRO XLII.

De Locis.

CAP. I. De Ecclesia ab infidelibus non fundanda.

SYNODUS: Si quis ingressus fuerit locum, non ab infidelibus aut à laicis, sed ab Ecclesia fundatur Ecclesia.

CAP. III. De fundamento Ecclesia ab infidelibus accepto.

SYNODUS ait: Quicumque aedificat Ecclesiam, si ab infidelibus accipiat fundamentum, convocat Episcopum & Seniores, & firmetur Episcopo, & firmet Episcopus in oblationem Deo & advenis.

CAP. IV. De conversatione advena accipiente locum.

SYNODUS Patricii dicit: Si quis advena ingressus fuerit in plebem, non ante baptizet, nec offerat, nec conficret, nec aedificet Ecclesiam, donec permissionem accipiat ab Episcopo illius provincie; quod exemplum humilitatis est: nam qui sperat ab infidelibus, à laicis & non ab Episcopo permissionem accipit, alienus est.

Inter Opus. Patricii pag. 46. & 114.

CAP. V. De advena non valente tenere locum suum.

SYNODUS Hibernensis ait: Placuit ut advena accipiat locum inter Monasteria; cum vero datum ei locum obtinere non poterit, ad suum Monasterium revertetur unde venerat. Si ab infidelibus accipiat, & non potuit obtinere, accipiat pretium ejus ab hereditibus; aliis vero vendi non poterit. Si in eo plantaverit Reliquias Sanctorum, potest dare aliis Clericis, sed tantum perfectis.

CAP. VI. De eo qui dat locum alienum, si separatus fuerit, hoc malo separabatur.

HIRERNENSIS Synodus: Oportet ut Princeps qui scriptum non dedit, non sua, sed tantum servavit Ecclesiae, si ejectus fuerit, aut voluerit abscedere, dimittat dimidium seminis in pecoribus Ecclesiae, & quod ei datum relinquat intactum, nisi quoddam necessitas loci illius exegerit ab eo, & quod secum intulit tollat. Si ipse domum nostram aut ministros construat, in sua parte erunt: si vero causi loci conduxit, cum parte loci eribunt: & omnes oblationes alienorum inter Principem & Ecclesiam dividantur in separatione: sed si Princeps Sacerdos Catholicus sit, omnes hos labores quos ille fecit, & omnia loci ornamenta, locierunt; & quicquid ipse liborantibus impendit de substantia loci non reddet, exceptis rebus maximis & propriis, id est, specialibus Ecclesiae valis. Aliis vero placuit, quod in primo anno spariet, in separatione non reddet, quoniam ejus fuit.

CAP. XI. De termino sancti loci ignoto, terminatioque trium personarum.

SYNODUS Hibernensis: Terminus sancti loci habeat signa circa se.

SYNODUS dicit: Ubicumque inventeris signum Crucis Christi, ne laeseris.

ITEM: Tres personae consecrant terminum loci sancti; Rex, Episcopus, populus.

CAP. XII. De numero terminorum sancti loci.

SYNODUS eadem quatuor terminos circa locum sanctum ponit: Primum in quem laici & mulieres intrant: alterum in quem Clerici tantum veniunt. Primum vocatur sanctus; secundus sanctior; tertius sanctissimus. Nota nomen quatuor desicite.

CAP. XV. De decreto Hibernensium in violatione Reliquiarum.

SYNODUS Hibernensis: Quicumque Reliquias Episcoporum vel Martyrum homicidio violaverit, vit. annis peregrinus punietur; si vero furto, trit. annis. Si autem in termino loci sancti occiderit in quo laici hospitantur, anno uno; indulgemus vero posteriora tempora 6. dies; quia non locus sanctus ducendus est in quem homicidia cum spoliis, fuscis cum furis, adulteris & perjuri, & praecones, & magi intrant. Et non solum omnis locus sanctus debet intus mundari, sed & ejus termini qui consecrati sunt, mundi esse debent.

CAP. XVI. De tanto graviore pollutione sancti loci, quanto plures in eo Sancti.

PATRICIUS ait: Quicumque Diis, hoc est Martyribus detrahit, Deo detrahit; quanti enim cumque Martyres in eo humati sunt loco, tantum Deo detrahit.

CAP. XXV. De profanatione, cur caries sanctum sanguis quem sanctus locum?

SYNODUS: Sanguis Martyrum consecrat locum, non locus sanguinem. Si aliquis dixerit: mea est Ecclesia; dices ei quod in Cantico legitur: *Una est columba mea, & unus est dilectus meus.* Et dices

illi apertum est filium occidi in sinu matris & nutriticam suam; tamen scias nutriticam tantum pollutam, & pro hac pollutione couferetur, filium verò mortuum esse.

ITEM Ouevus Episcopus dicit: Reliquis nemo potest pollere, quorum animæ visione Dei latius mundis obliuioni tradunt; animæ verò Martyrum sub arâ Dei clamant dicentes, *Vindicta sanguinem nostrum, &c.*

CAP. XXVI. De nomine Basilice
& eius figuræ.

SYNODUS Hibernensis: Basilium græcè, Rex latinè: hinc & Basilica, Regalis, quasi in primis temporibus Reges tantum sepeliebantur in ea, nomen loci est: nam ceteri homines iure igni, siue æteruo lapidum conditi sunt.

ITEM: Nemo alienus fuerit in libertatem sciendæ Basilicam sine Principis permisso habeat; & si hoc ausus fuerit, reddet secundam dignitatem ejusdem loci.

EX LIBRO XLIII.

De questionibus mulierum.

CAP. II. De eo quod cavenda sit etas
in conjugio.

SYNODUS: Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum seruant extollitur aduersus conjugatos, anathema sit.

ITEM: Unusquisque qui virginitatem custodit, propter Dominum faciat, non propter execrationem conjugii; qui enim virum fidelem & religiosum faminam deseruit, aut culpabiles æstimat, anathema sit.

CAP. VII. De veris viduis.

SYNODUS: Vidua quæ Ecclesiæ stipendio sustentatur, tam assidue in opere Deiffedebeant, ut orationibus & mens Ecclesiam adiuuent.

CAP. VIII. De eo quod debet Ecclesiæ vidua
sua debiles alere.

SYNODUS dicit: Viduæ adolescentes quæ corpore debiles sunt, sumptus Ecclesiæ ejus viduæ sunt, sustententur.

CAP. X. De Palliarum nomine

SYNODUS Hibernensis: Pallium à palliditate dictum: hinc & palliata siue Pallas Dea, quæ & Minerva, cujus templum pallidum est, cujus Sacerdotes virgines erant palliatae, hoc est velatae: hinc in Novo transferatur ad Palliata, hoc est velata.

CAP. XI. De atate qua debent
virgines velari.

SYNODUS: Sanctimonialia, quolibet, vitæ ca-

[non aliter] Acherus hanc locum sic emendat: oportet conjugii: *Nam magis facit, non libertatem... promissione habere.*

[quodlibet, vitæ] Balthus rectè monuit legendum, *quodlibet vitæ*. Acherus hoc etiam obseruauit, carcerem hinc esse: Concliu Acherus, in quo pro *duodecimam*, legitur *quadraginta*, quod quidem casu ipsa fides esse repo-

rum & mores probati sunt, ante annum ætatis suæ duodecimam non videntur.

EX LIBRO XLIV.

De ratione Matrimonii.

CAP. XI. De temporibus in quibus continere
si debent conjugati.

SYNODUS Hibernensis: In tribus Quadragesimis anni, & in Dominicâ die, & in feris quattuor, & in festis sancti conjuges continere se debent.

ITEM: In omnibus solemnitatibus, & in illis diebus quibus uxor prægnans, hoc est, à die quo filius in utero ejus motum fecerit, usque ad partum sui dem.

ITEM: A partu per xxxvi. dies si masculus, si verò hinc xvi. dies.

ITEM: Habitantibus illis in habitu religioso copulati non permittuntur.

CAP. XXXI. De edictis filiis de viuorum virorum
uxoribus adulterantibus.

SYNODUS Hibernensis: Si quis legitimum conjugem alicujus corripuit, & superfeminauit semen, ut prægnans sit mulier, filius ille erit corporis à quo prægnatus est: sed tamen precium filii dabit quantum iudices iudicauerint. Si verò adulterium superfeminauit, nihil reddet corruptor; nec adulter dabit aliquid adultero, nisi forte confesso filio pretium educandi.

CAP. XXXII. De omni adultero
excommunicando.

SYNODUS Hibernensis: Omnis adulter siue à celebratione, siue à communicatione mensæ, siue à cohabitatione, siue à benedictione, siue à colloquio, siue à commestione, donec penitentia excludendus est.

CAP. XXXIII. De recipiendâ adulterâ post penitentiam: & de quantitate penitentia.

SYNODUS: Ut mulier iuncta alio viro causâ adulterâ, excommunicata fiat delinens, donec penitentiam agat; & post penitentiam reconcilietur viro suo.

PATRICIUS: Si alicujus uxor fornicata fuerit cum alio viro, non ducat aliam uxorem quamdiu viva fuerit uxor prima. Si forte conuersa fuerit, & agat penitentiam; & suscipiat eam, & seruet ei quantum viva fuerit in vicem ancillæ, & annum integrum in pane & aqua per mensuram peniteat, nec in uno lecto permittantur.

SYNODUS: Septem annis penitentia; tribus qualem districte, quatuor verò remittit. Similiter de viri uicelligroda, si & ipse adulterauerit.

CAP. XXXVII. De desponsis puellis,
& ab aliis corruptis.

SYNODUS: Desponsitas puellas, & post ab aliis

entibus.

[ut videtur] Hic, ait Acherus, intelligitur quadragesima dies ante Christi Natiuitatem, item 40 ante Pascha, & 40 post Pentecosten; quarum quidem Quadragesimam triam vocant Capitula Caroli Mag. 129. ubi d.

[ut corpus] Acherus emendat corruptis.

corruptis,

Ap. 4. re.

Croc. Gag.
tam. p.

Idem, tam. 10

Croc. Camb.
4. can. 103.

0
11

0

corruptas, p̄sēuit erui, & aliis reddi quibus antefuerant deponitate.

Cap. XXXIX. *De eo quod non potest mulier accipere virum suum de incesto adulterio.*

Synodus ait: Lateente commisso virorum non facit aliquis ex suspitionibus separandus, qui utique submouebitur si ejus flagitium detegitur.

EX LIBRO XLV.

De penitentia.

Cap. XI. *De penitentia agenda etiam in ultimo spiritus.*

PATRICIUS: Si quis infirmatur, agat penitentiam, etiam ex necessitate, quia misericors est Deus.

Cap. XIII. *De loco penitentia.*

Synodus dicit: Corrigendi & penitendi locus considerandus est.

EX LIBRO XLVI.

De Regibus census.

Cap. I. *De divisione regionis census in tres partes.*

Synodus: Omnis hereditas sub censu Regis & Ecclesie dilgata, in tres partes dividatur. Prima pars hereditibus sine forte datur. Secunda Regibus. Christus enim dicit: *Pro me & se, Petro.* Tercia vero Deo, ut *Damus est terra & plantando eius.* &c. Tertiam partem Deo dant, tertiam partem Regi qui regit & fuleit Ecclesiam cum Deo & hominibus. Et tres ordines columnarum in Templo leguntur, primus lignorum sine tegmine, hoc est subjecti: secundus cum argento, significans Reges: tertius cum auro, significans Principes Catholicos.

Cap. V. *De eo quod Regis & Episcopi aequalis sit census.*

Synodus Hibernensis ait: Omnis qui ausus fuerit ea que sunt Regis aut Episcopi furari, aut rapere, aut aliquid in eos committere, patiens duppliciter, vis. ancillarum pretium reddat, aut vis. annos peniteat eum Episcopi.

EX LIBRO L.

De Tonfura.

Cap. VI. *De tonsura Britonum.*

GILDAS ait: Britones toto mundo contrarii, motibus Romanis mimici, non solum in Misia, sed etiam in tonsura cum Judæis umbra futurorum

q̄ qua veritati] An, p̄terea quoniam ueritati, ut p̄terit Achelio? In hoc caput vido Synodum S. Patricii, & Bedam lib. 4. Hicor. Angl. cap. 41. ac lib. 5. cap. 11. a Patric] Pilatam Acheros accipit pro se & futurorum] An Gallesiam, ut conijcit Acheries? Tom. 4.

seruantes, que veritati, & Romo dicunt, quom tonsura aure ad aurem tantum contingebat, pro excellentia ipsi Magorum tonsura, qua sola fons anterior regi solebat, priorum. Auctorem verò hujus tonsuræ in Hibernia subuleum Regis Logarithi filii, illis existisse Patrici sermo testatur, ex quo Hibernenses penè omnes hanc tonsuram sumunt.

Cap. VII. *De excommunicatione Clericis que non tenditur tonsura Romanæ.*

PATRICIUS: Si quis Clericos, eorum capilli non sunt tonsi Romano more, debet excommunicari.

EX LIBRO LI.

De Bestiis mixtis.

Cap. V. *De Canibus.*

HIBERNENSES dicunt: Canis catenatos quidam malifecit in nocte, non reddetur à domino suo: si verò in die violaverit aliquem, reddet domus ejus. Canis verò pecorum quodam mali fecerit in bovillo aut in pascuis suorum pecorum, non reddetur à domino suo: si verò extra fines exierit, reddetur pro eo quidam mali fecerit.

Cap. VIII. *De Pilicibus.*

HIBERNENSES dicunt: Pilix si quid malifecit nocte, non reddet dominus ejus: in die verò nocens, reddet.

Cap. IX. *De Gallinis.*

HIBERNENSES dicunt: Galline si devassaverint mellem, aut vineam, aut hortulum in civitate sepe circumdatam, que altitudinem habent usque ad mentium viri, & coronam spinarum habuerint, reddet dominus earum; sin verò, non reddet. Si verò foras exierint ultra licetorem, dominus reddet si aliquis mali fecerint.

EX LIBRO LII.

De Carnibus.

Cap. X. *De esu ferarum maximi atrocium licito.*

HIBERNENSES dicunt: Caro ferarum, ut molis putant, ad esum licita: quia magis rugerem vitalium, quàm saturitatem gignit. Quiddam tam similem carni relique dicunt; quia licitatem ventris, ut alia caro, prestat: tamen Ecclesia has tres carnes est eis coactasvit.

Cap. XII. *De feibus manducantibus homines.*

THEODORUS ait: Porci qui sanguinem gustantes tetigerint, manducantur: sed si cadavera mortuorum laerantes manducant, carnes eorum non licet comedi usquequo mactentur.

ibi quidem non lex videtur, sed sanctorum accipio pro lege.

b hoc est carnes] Quæ sine ep̄a caribus generis dicitur Acheries ex capp. 1 & 2. quæ idcirco omnino suo debuit. Ea sunt pilicis, avium, ac ferarum.

Opus. 5. Patricii pag. 61.

Mat. 17. 37.

Item, Si porcus sanguinem bibere, licet, si tantum gustaverit, nihil est.

CAP. XIV. De morticinis suis, & de animalibus sanguine humanum sumentibus. & de carnibus comestis a lupis. de piscibus & strangulatis animalibus. de comestis ab accepto. & de igne.

THEODORUS Episcopus dicit: Græcæ carne morticinam non dant porci suis. Pelles verò morticinorum ad calcamenta & lanam & cornus licent accipi; sed non in sanctam aliquid; tamen si calu porci comedant carnem morticinorum, aut sanguinem hominis, non abiciendos credimus: nec gallinas æquali modo. Animalis quæ à lupis, sive canibus consumuntur, non concedenda, nisi porci propiciantur & canibus: nec cervus, nec apes, si mortui inventi fuerant. Pices autem licent, quia alterius nature sunt. Aves & animalia cætera, si in retibus strangulentur, non sunt comedenda: Paulus enim ait: *Abstineas vos a suffocato sanguine, & ab idololatriâ.* Similiter ab accipere mortuâ. Equum non prohibent: tamen confectio non est comedere.

EX LIBRO LXI.

De Substantiâ hominum.

CAP. III. De tribus liberis a peccato alieno.

SYNODUS Hibernensis: Triâ sunt quæ peccata aliena non sustinent. Largus homo, si domum suam cum omnibus communem habet: pecora, quorum fructus & labor communia sunt omnium, nihil querentia nisi victum; & victus quo vivunt non hominis, sed Dei; servus domino suo fideliter servans. Inde Hieronymus dicit. Peccatum domini in servum non cadit: peccatum verò servi transit in dominum. Inde Basilium occasione prætextus fuit, nisi per animam emendatus esset, & aliena libera fuit.

CAP. IV. De peccato non sumendo ab alienis peccatum nisi suum.

SYNODUS Hibernensis dicit: Ut nihil aliud peccus damnetur nisi in suum peccatum, sive hominem occidendo, sive infirmando, sive aliud peccas occidendo, sive fœnum, sive mellem devallando.

EX LIBRO LXVII.

De ducatu Barbarorum.

CAP. II. De potentia ducem Barbarorum.

SYNODUS Hibernensis ait: Qui præbet ducatum Barbaris, XIV. annis pœneat. Barbarus, id est, alienus: quis est alienus, nisi qui more crudeli & unquam cunctos profertur:

CAP. III. De iure quo judicant Senatores XIV. annis pœneantur ducem.

SYNODUS Hibernensis ait: XI. annis hæc de causâ nandi sunt Senatores, si Bishops Episcoporum mcederent, vel si hominem Religiosum sive Sanctimoniam occiderent, vel prostraverint, sive innotuerent d. Ecclesiâ suberantur: ductor v. 4. annos

sui causâ, VII. annos alios causâ ductorum pœneant.

CAP. IV. De dactore qui non implet animi effectum.

SYNODUS: Indis ratum trium accepti, qui dolum elegit, & induxit alienos, & pretium doli assumpsit. Primus dicit: *Viri sanguinem & dolos non dimulabant dei facti.*

Psal. 14.

EX LIBRO LXI.

De artificio artificum.

CAPUT PRIMUM.

HIBERNENSIS dicit: Si quis artifex opus meritis faciat, & feramenta utique ad omnidium quæaverit, dimidium precium habebit; sin verò, tertiam partem adificii sui accipiet, ut sit tertia pars operarius, tertia cibo & feramentis unde Judices habebant, hoc est Judex ab artificibus. & Judex à præsidentibus Ecclesiæ, vel Castali, & quantumque voluerit pro operatione judicabit, non secundum utilitatem: postea artifex habebit precium benedictionis. Sic judicabatur & alia dona. Qui verò solerit secundum hoc Concilium facere, hat excommunicatus, & nemo eum accipiat, & in morte carebit communionem.

EX LIBRO LXIV.

De variis casis.

CAP. V. De III. petitionibus Patricii.

HIBERNENSIS dicit: Tres petitiones Patricii sunt: quarum prima est, ut bipartite, vel tripartite regionis pars Ecclesiæ propinquorum datur et. Secunda, ut non per juramentum ab aliquo firmetur super Ecclesiâ inhumanam. Tertia, ut Clericus simus queratur à laico.

CAP. VIII. De his qui se putant esse justos, & non sunt.

Et eodem Concilio, cap. xvi.

Virginem que se Domino Deo consecravit, similiter & monachum, non licere nuptialia jura contrahere: quod si hoc inventi fuerint peccentur, excommunicentur. Contentibus autem decrevimus ut habeat auctoritatem eisdem loci Episcopus misericordiam humanitatemque largiri.

CAPUT LIII.

De his qui fornicantur irrationabiliter, id est qui miscentur ptochis, vel si qui cum propinquis junguntur, aut cum masculis polluantur.

Et Concilio Anchinano*, cap. xv.

DE his qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur, quotquot ante vicessimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exclusi in penitentia communione mercantur orationum, donec quinquennio in hac communione durante, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem & vita eorum qualis tempore penitentiae exstiterit, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplicabiliter his habere criminibus, ad agendam penitentiam prolisus tempus insumant. Quotquot autem peccata viginti annorum etate, & uxores habentes hoc peccato prolapsi sunt, viginti quinque annis penitentiam gerentes in communione suscipiantur orationum, in quibus quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui & uxores habentes & transgressores quadagesimum annum etatis, ita deliquerint, ad exitum vite communionis gratiam consequantur.

CAPUT LIV.

De his qui in ptochis, vel masculis, vel aliam palam sunt, vel habitus hoc visio habent.

Et eodem Concilio, cap. xvi.

Eos qui irrationabiliter vixerint, & lepra iniusti criminis alios polluent, præcepit sancta Synodus inter eos orare qui spiritum penitentiam amittunt.

CAPUT LV.

De his qui adulteros habent uxores, vel si ipsi adulteri comprobantur.

Et eodem Concilio, cap. xii.

Si cuius uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterum commiserit, septem annorum peniten-

x leprâ iniusti] Alii: iniusti.

tiam oportet eum perfectionem consequi secundum primum gradum.

CAPUT LVI.

De his qui partem suam ex fornicatione diversis modis iterant.

Et eodem Concilio, cap. xv.

DE mulieribus que fornicantur & partem suam necant, vel que agunt secum ut utero conceptos excutiant, antiquis quidem diffinitio usque ad exitum vite eas ab Ecclesia remouet: humanitas autem nunc diffinitur, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus penitentiae largiamur.

CAPUT LVII.

De his qui virginum corruptionibus confisuntur.

Et eodem Concilio, cap. xxiv.

Quidam sponfam habens fororem ejus violavit, & gravidam reddidit; postmodum & sponfam sibi duxit uxorem; illa vero que corrupta est, loquor se peremittit: hi qui fuerint coniuncti, post decennem satisfactionem iusti sunt facti secundum gradus penitentiae constitutos.

CAPUT LVIII.

Ut natalitia vel nuptia in Quadragesima non fiant.

Et Concilio Laodiceno*, cap. lxi.

Quid non oporteat in Quadragesima aut nuptias, aut natalitia celebrari.

CAPUT LIX.

Ut in Christianorum non valeat nuptia.

Et eodem Concilio, cap. lxi.

Quid non oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere, vel saltare, sed venerabiliter carere vel prædicare, sicut Christianos decet.

CAPUT LX.

De parentibus qui filium sponsalium frangunt.

Et Concilio Helibetanensi*, cap. lxxv.

Si qui parentes fidem frangunt sponsalium, tricenarium tempore abtineant le communione; si tamen idem sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes.

CAPUT LXI.

Qualiter sponsus & sponsa benedicantur, & de castissima eorum tempore nuptiarum.

Et Concilio Carthaginensi*, cap. xlii.

Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis vel à paromythis offerantur; qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuertente ipsius benedictionis in virginitate permanent.

CAPUT LXII.

Quid aliud sit uxor, aliud concubina, nec eris

* Id. Synodus, v. l., ut alio loco, vel l. l. v. m. c. 264.

* Anno 107. sub Martinus I.

* Concil. v.

quod filium suam in matrimonium concubinae habenti tradiderit.

Ex Epistola * Papae Leonis ad Vasilium Narbonensem Episcopum, cap. xviii.

Non omnis mulier viro juncta uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris: nuptiarum autem fœdera veteri ingenio sunt legitima, & inter nuptiales: multo prius hoc ipsum Domino constituto, quam initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, aliud libera: propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum personarum discrecionem testimonium ponit ex genesi, ubi dicitur Abraham: *Eius ancillam & filiam eius; non enim heres eris filius ancilla cum filio meo Isaac.* Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter seipsum consensum non haberet in se Christi & Ecclesie Sacramentum, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium. Igitur cuiuslibet loci Clericus si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est quasi eam conjugato dederit, nisi forte ille mulier & ingenua sita, & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viro junctæ caret culpa, si mulieres quæ à viris abebantur in matrimonio non fuerint, quia aliud est nupta, aliud concubina.

CAPUT LXIII.

Quid non sit conjugii duplicatio, quando ancilla relicta uxor assumitur.

Ex eadem Epistola, cap. xix.

Ancillam à thoro abjicere, & uxorem certe ingenuitatis accipere, non duplicato conjugio, sed profectus est honestatis. Culpanda est sine talium negligentia, sed non penitus desperanda, ut crebris exhortationibus incitati, quod necessariè expectant fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnunquam quod dissidens aetatis differret, consilio maturiori perhibetur.

CAPUT LXIV.

Quid debeat femina, qua captis viros nupsit, alios, regressus de captivitate viros priores copulari, ut quod suum est nunquam recipiat.

Ex Epistola Papae Leonis ad Nicetam Aquileiensem Episcopum, cap. xlii.

Cum ergo post bellicam cladem, & per gravissimos hostilitatis incurfus, ita quedam dicatur divitiæ esse conjugia, ut abducti in captivitate viros femine eorum remanserint destituta, quæ viros proprios aut interceptos putarent, aut nunquam à dominatione crederent liberandos, & in Cumque nunc statu rerum sussistente transierint, meliora cœteris, merito charitas tua videtur amovere, quod de mulieribus, quæ alios junctæ sunt scriptum quod à Domino pignori mulier viro & veterum præceptum agnovimus: *ut quod Dni junctus, homo non separari.* Necessè est ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & re-

Y qua de re sanctissimi] Alius codex quia intractabiliter,

motis malis quæ hostilitas intulit, uniuersique id quod legitime habuit reformetur, omnique studio procurandum est ut recipiat uniuersique quod proprium est.

CAPUT LXV.

Quid non probetur esse culpabilis, qui uxorem capti in matrimonio videtur esse forsitus.

Ex eadem Epistola, cap. * xliii.

Ne tamen culpabilis iudicetur & tamquam alieni juris perversor habeatur, qui personam ejus mariti, qui jam non esse existimabatur, assumpt. Sic enim multa quæ ad eos, qui in captivitate ducti sunt, pertinebant, in jus alienum transire poterint, & tamen plenum iusticiæ est, ut eisdem reversis propria reformetur. Quod si in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus ritè servatur, quanto magis in conjugiorum redintegratione faciendum sit, ut quod bellicè necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur.

CAPUT LXVI.

Ut si viri de captivitate regressi intemperantiam uxorem suam non fuerint, & voluerint eam in conjugium recipere, liberam habeant facultatem.

Ex eadem Epistola, cap. xlii.

Et ideo si viri post longam captivitatem reversi ita in dilectione suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est & inculpabile iudicandum quod necessitas intulit, & restituendum quod fides poscit.

CAPUT LXVII.

Ut si mulieres ad priores maritos redire voluerint, velis impia ecclesiastica communione privanda sunt.

Ex eadem Epistola, cap. * xlv.

Si autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amote sint captæ, ut malint his coherere, quam ad legitimum redire consortium, merito sunt nocendæ, ita ut etiam Ecclesiasticæ communionem priventur, quæ de re excusabili & contuminationem criminis elegerunt, offendentes sibi pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio poterat expiare. Rediant ergo in suum statum voluntariè redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium male voluntatis trahatur, quod condicio necessitatis extorsit; qua sicut hæ mulieres, quæ revertente ad viros suos voluit, impie sunt habendæ, ita illæ qui in affectum ex Deo autum redeunt, merito sunt laudandæ.

CAPUT LXVIII.

Quid non liceat alicuius sponsam ad matrimonium iura servari.

Ex Epistola Papae Sixti ad Monachum Tetracontensem Episcopum, cap. i.

De conjugali autem violatione requisiti, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere. Hoc ut fiat modis omnibus inhibetur, quia illa benedictio quam nuptiæ sacer-

non male quidem, sed sine malis.

* Epist. xlii.
de p. 16. Ep.
Epist. xv.

* Epist. 17.
Epist. xli.

* Leonis 2.
Epist. lxxvii.

Paul. 11.
Epist. 17.

Matth. 19.

Cap. 11.

Cap. 114.

Cap. 115.

dos imponit; apud fideles eujusdam sacrilegii iustar est, si illâ transgressione violeatur.

CAPUT LXXIX.

De raptoribus.

Ex Epistola Pape Symmachii ad Gratianum*, cap. 121.

Raptores igitur virginarum, vel virginum, ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illos vehementer persequendo; qui sacras virgines vel volentes vel invitas matrimonio suo sociare tentaverunt, quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate à communione suspendi præcipimus.

CAPUT LXXX.

De his qui rapinas faciunt.

Ex Concilio Calcedonensi*, cap. xxvii.

Eos qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi, cooperantes aut conniventes raptoribus decrevit sancta Synodus, ut si quidem Clerici sunt decendant gradu proprio, si verò Laici, anathematentur.

CAPUT LXXXI.

De defensionis puellis & aliis rapitis.

Ex Concilio Ancyano*, cap. 2.

Defensas puellas, & post ab aliis rapitas, placuit crui & eis reddi quibus antè fuerant desponsata, etiam si eis à raptoribus vis illata consulerit.

CAPUT LXXXII.

De raptoribus si ad Ecclesiam confugerint.

Ex Concilio Aurelianensi*, cap. 11.

De raptoribus autem id constitutum esse censuimus, ut si ad Ecclesiam raptor cum rapta conveniret, & feminam ipsam violentiam pertulisse confiteri, statim liberetur de potestate raptoris, & raptoris mortis vel pœnarum impunitate concessa, aut si revendi conditionis subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si verò qui rapitur patrem habere consulerit, & puella raptori consenserit, potestate patris excusata reddatur, & raptor à patre superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.

CAPUT LXXXIII.

Quod hi qui intercedunt repudio diversarum periculosis, aliisque innoxios nuptias, adulteri esse monstrantur.

Ex Epistola Pape Innocentii* ad Exuperium Tolosanum Episcopum, cap. vi.

De his etiam requisiv dilectio tua; qui interveniente repudio alii se matrimonio copulant; quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui ergo, vel que, viro vel uxore vivente, quavis dissociatum esse videantur conjugum, ad aliam tamen copulam festinant, neque possunt adulteri non videri; in tantum ut etiam ha-

personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipse adulterium commississe videantur; secundum illud quod legitur in Evangelio: *Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mechatur: similiter & qui dimissam duxerit, mechatur.* Et ideo omnes à communionem fidelium abstinendos. De parentibus autem aut de propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi si incitatores illiciti consortii fuisse detegantur.

CAPUT LXXXIV.

De his qui uxorem, aut qua viros dimittunt, ut sic maneant.

Ex Concilio Africano*, cap. 122.

Placuit ut secundum Evangelicam & Apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito alteri conjugantur, sed ita maneant ut subimet reconciliantur. Quod si contemserint, ad poenitentiam ediganter; in quâ causâ legem Imperialem petendam promulgavi.

CAPUT LXXXV.

De feminis qua relictiis viiris suis aliis nubunt.

Ex Concilio Helibetano*, cap. viii.

Item feminæ quæ nullâ precedente causâ reliquerint viros suos, & alteri se copulaverint, nec in sine accipiant communionem.

CAPUT LXXXVI.

De feminis qua adulteros relinquunt, & aliis nubunt.

Ex Concilio quo supra, cap. 12.

Item femina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidem, & alterum ducat, prohibetur ne ducat; si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quem reliquit à seculo exierit, nisi forte necessitas inermis date compulerit.

CAPUT LXXXVII.

De secularibus, ut sine iudicio Episcopi culpabiles conjuges non relinquantur.

Ex Concilio Agathensi*, cap. xvi.

Hi verò seculares qui conjugale consortium nullâ culpâ graviore dimittunt, vel etiam dimiserint, & nullas causas discidi prohiberit proponentes, propterea sua matrimonium dimittunt, ut aut aliena aut illicita præsumant; si antequam apud Episcopum compromissum discidi causam dixerint, & prius uxorem quam iudicio damnentur, abjecerint à communione Ecclesiæ, ac sancti populi cæta pro eo quod fidem conjugii mutarent, excludantur.

CAPUT LXXXVIII.

De multinubiis.

Ex Concilio Neocaesariensi*, cap. 111.

De his qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfixum manifestum est, sed

* qui ego] Lectionem marginalis transferre libere in textum, in quo legebatur, qui vult & non, mutuit.

* si copulaverint] In Concilio ipso additur, & si hoc permanserit, uterque, quod relicto an obmitti debuit.

Mat. 19.

* vulgo dicitur
An esse totum
veniam ed-
dunt à Con-
cilio Africano
pervenit.

* Ad Atene-
lo 1.

* Ciriter an-
nus 506. cap.
xvi.

* 70. 17. 17. 17.
an 114.

relat. apud
l. cap. 11.

à Leone 1.

Anon. 1.
17. 17. 17.

vilan. 1.

novus 1.
1.

2

conversatio eorum & filias tempus abbreviat.

CAPUT LXXXIX.

De virginibus secularibus si mœchaverint.

Ex Concilio Heliberitano, * cap. xiv.

Virgines quæ virginatam suam non custodierunt, si eisdem qui eas violaverint maritus acceptus, et quod solas nuptias violaverint, post anni unius penitentiam reconcilii debent; vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatae sunt, placuit per quinque mensis tempora actâ legitimâ penitentia, admitti eas ad communionem oportere.

CAPUT LXXX.

De bigamis.

Ex Concilio Lugdunensi, * cap. i.

De his qui secundum Ecclesiasticam regulam liberi ac legitime secundis nuptias juncti sunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet ut parvo tempore transacto vacent orationibus & jeuniis, quibus etiam juxta indulgentiam communionem reddi decreverunt.

CAPUT LXXXI.

De eo qui uxorem habet, si concubinam habuerit, ut non communiatur.

Ex Concilio Tolosano, * cap. xlviii.

Ceterum is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communionem non repellatur, tantum ut animas mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus. Alias vero vivens abiciatur, donec desinat, & ad penitentiam revertatur.

CAPUT LXXXII.

De eo qui uxorem habens sapiens mœchatur.

Ex Concilio Heliberitano, cap. xlviii.

Si quis fidelis habens uxorem, non semel sed saepe fuerit mœchatus, in fine mortis est commendandus; quod si se promiserit cessaturum, detur ei communicatio; si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non habere eum de communionem nec.

CAPUT LXXXIII.

De viris conjugatis postea in adulterium lapsis.

Ex Concilio quo supra, cap. lxxv.

Si quis forte habens uxorem semel fuerit lapsus, placuit eum quinque annis agere de eâ et penitentiam, & sic reconcilii; nisi necessitas infirmitatis cogere ante tempus dare communionem. Hoc & circa feminas observandum.

CAPUT LXXXIV.

Quod viri cum adulteris uxoris non communiatur.

Ex Epistola Papae Innocentii * ad Exuperium, cap. xv.

Et illud desiderandum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoris non conveniant, cum contra uxores in consortium adultero-

rum virorem manere videantur. Super hoc christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat; sed viros suos mulieres non facile de adulterio acculant, & non habent latentis peccata vindictam; viri autem liberis uxores adulteras apud Sacerdotes desistere consueverunt; & idcirco mulieribus proinde earum criminum communicatio detegitur; virorem autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus ablinetur; qui utique submouebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdam probatione cessantâ vindicta ratio conquiescit.

CAPUT LXXXV.

De mulieribus qua lenocinium fecerint.

Ex Concilio Heliberitano, cap. xlv.

Mater vel parens, vel quilibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus vel potius suum, placuit eam nec in fine accipere communionem.

CAPUT LXXXVI.

De feminis qua concubis maritis adulterant.

Ex Concilio quo supra, cap. lxx.

Si concubio marito uxor fuerit mœchata, placuit nec in fine dandam ei esse communionem; si vero eam reliquerit, post decem annos accipit communionem.

CAPUT LXXXVII.

De fidelibus conjugatis, si cum Judaâ vel Gentili mœchaverint.

Ex Concilio quo supra, cap. lxxviii.

Si quis fidelis habens uxorem, cum Judaâ vel Gentili fuerit mœchatus, à communionem arceatur; quod si alius cum detexerit, post quinque mensis tempora penitentia poterit dominice societati communicari.

CAPUT LXXXVIII.

Ex Concilio Bracarensi, * cap. lxxv.

Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem iruerit, septem annis penitentiam agit.

CAPUT LXXXIX.

De his qua duobus fratribus nupsit, vel qui duos fratres accepit.

Ex Concilio Novecentensi, * cap. vi.

Mulier si duobus fratribus nupsit, abiciatur usque ad mortem; verumtamen in casu propter misericordiam si promiserit quod facta incola hujus conjunctionis vincula dissolvat, fructum penitentiae consequatur; quod si detexerit mulier, aut vir in talibus nuptiis, difficulte erit penitentia in vita permanenti.

CAPUT XC.

De incestis, ut quamlibet in scelere sunt, inter communicandos habeantur.

* sub Marcellino.

* sub Synodo vel patre Leonis.

* Ex Tolosano.

* Ex Capitulo Martini Bracarensis presbiteri, et Gratiani proterum Synodo antedicta, cap. lxxv.

* sub Synodo an. 514.

* Epistola I. Innocentii I.

Ex Concilio Hildesb. * cap. 19.

DE his qui se incestu pollutione commatulant, placuit, ut quousque in ipso detrahendo & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad Missam tantum catechumenatum in Ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere illum Christianorum, sicut Apollolus iussit, oportet.

CAPUT XCI.

De his qui proximos se copulant, us à communione Christi separentur.

Ex Concilio Tolosano, * cap. v.

NAm & hæc salubriter præcavenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinem sui usquequo affinitatis linnamenta succensione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari: quoniam scriptum est: Omnis homo ad proximum sanguinem sui non accedet, ut revolet turpitudinem eius. Nec sine denuntiatione sit sententia. Nam paulo post inferi & dicit: Anima tua feceris de obmutescentibus istis quidquam, peribis de medio populi sui. Si quis ergo hujus decreti temerario exultaverit, ac vetitum violare præsumserit, tanto graviore se multandam sententia recognoscat, quanto & propinquiores cui se copulari maluit, sue origines esse non ambigat; tantoque atrocioris excommunicacionis tempore à Christi corpore ac fraternitatis confortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus. Hujus institutionis regulam, cui subricribimus, irrefragabili auctoritate nos sperdemus servaturos. Si quis autem tam nostram vel eorum qui nunc sanctæ Synodo ex hac provincia defuerunt, huc tam salubri ordinationi obviare præsumserit, vel solerter adimplere neglexerit, convictus tunc fraternæ charitatis aliquando habeatur cæcatus.

CAPUT XCII.

De incestu conjunctionibus: & viduæ vel virginis in uxore foratæ: & de ariolis & aruspiciis.

Ex Concilio Agathens. * cap. 121.

DE incestu conjunctionibus nihil prorsus venire servamus, nisi cum dulteriori separatione sanaverint: nec illis verò nullis conjugii nomine deputandos, quos etiam deligrare futesum est, hos esse censemus. Si quis rebetam fratris, que penè prius foror existeret, carnalis conjunctione violaverit: Si quis frater germanam uxorem accipiat. Si quis novercam duxerit: Si quis consobrinæ se societ: quod ita præsentis tempore prohibemus, ut ita ea que sunt ante nos instituta non dissolvamus. Si quis relicte vel filie juvenulis miscetur, aut patris filix, vel privignæ suæ conjugio pollutatur. Sanè quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt incensum melioris conjugii libertatem.

CAPUT XCIII.

Gregorius sanctissimus ac beatissimus Papa dixit.

DFo verò fervente sollicitudine nimis freti animum equorū mente divino juvenam pro salute omnium studere debemus, ut incensato vultu non

[b conjugio pollutatur] In ipso Concilio sequitur, *aut qui se propria recteque modo aliquam, aut quam conjugium habuit speculatio pullat, non daturis uxorem, & qui amantissim, utque sui bene caritativitate singulis esse non desideramus.*
Tom. I.

de fraude cujusquam periculi assistere aeterno judici mereantur, & vocem audire iniquitatem: *Engesserit hanc & fidelis, qua super parva fuerit fidelis, supra multa se constituit, intra in gaudium Domini sui.* Huc namque est, quod ingenuis dico, qui populi Christiani aliquos per provinciam Italiam hanc commorantes audio temere contra Catholicam fidem & Patrum statuta agere; ita ut Deo sacras feminas ducere præsumant mulieres, & propinquas conjugio societ: quod oportunum est spiritali amputari macrone, atque si vestire placet sanctitati radicius evelli, ne leges boni agricolæ zizaniorum mixta horrentibus fractetur fondelicis. Et infra:

I. Si quis Presbyteram duxerit in conjugio, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

II. Si quis Diaconam duxerit in conjugio, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

III. Si quis Monacham, quam Dei ancillam appellant, in conjugio duxerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

IV. Si quis commatrem spiritalem duxerit in conjugio, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

V. Si quis fratris uxorem duxerit in conjugio, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

VI. Si quis neptem duxerit in conjugio, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

VII. Si quis novercam aut matrem suam duxerit in conjugio, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

VIII. Si quis consobrinam duxerit in conjugio, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

IX. Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

X. Si quis ydolum foratus fuerit in uxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

XI. Si quis virginem, nisi desponsaverit, fuerit fuerit in uxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

XII. Si quis ariolos, aruspices, vel incantatorum observaverit, aut phylacteras usus fuerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

CAPUT XCV.

De his qui divinationes expectant.

Ex Concilio Ancyrano, * cap. xxxii.

Qui divinationes expectant, & motem gentilium subsecuntur, aut in domos suas hospitem homines introducant exquirentes aliquod arte maleficæ, aut expandens casula, sub regulâ quinquaginta jaceant secundam gradus penitentia definitos.

CAPUT XCV.

De divinis & sortilegis.

Ex Concilio Bracaren. * cap. xx.

Si quis paganorum consuetudinem sequens divinos & sortilegos in domum suam introduxerit,

[b inter catholicos] *utque ad legitimum facti fallentis morte & morte præsumit, quod in præsentis tempore prohibetur, ut ea que sunt hæreticis instituta non dissolvamus, & si quis Divinam] Imò Divinam.*
X X X

* An. 1.

* Ex Capitulo Bracaren. cap. xxxii.

quasi ut malum foras mutant, aut maleficia inveniant, vel lustrationes paganorum faciant; quinque annis penitentiam agant.

CAPUT XCVI.

De eo quod non licet Christianis observationes diversas attendere.

Ex Concilio quo supra, cap. xxxi.*

Non liceat Christianis traditiones gentium observare, vel colere elementa, aut lunæ aut stellarum curiam; aut inanem signorum fallaciam pro domo faciendam, vel propter arbores plantandas, vel conjugia lociunda. Scriptum est enim: *Omnia que facta sunt in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu-CHRISTI facite, gratias agentes Deo.*

CAPUT XCVII.

Ex Concilio quo supra, cap. xxxii.*

Non licet in collectione herbarum, que medicinales sunt, aliquas observationes aut incantationes attendere, nisi tantum cum Symbolo divino & oratione Dominicâ, ut tantum Deus & Dominus honoretur.

CAPUT XCVIII.

Ex Concilio quo supra, cap. xxxiii.*

Non liceat mulieres Christianas vanitatem in suis laticibus observare, sed Deum invocant adiutorem, qui eas sapientiam terrendi donavit.

CAPUT XCIX.

Ex Concilio Carthaginiensi*, cap. lxxxix.

Auguris vel incantationibus fervientem à conventu Ecclesiæ separandum. Similiter & Judæis superfluous, vel ferè inharrentem.

CAPUT C.

De his qui partus suos ex fornicatione diversis modis interverunt.

Ex Concilio Ancyrano*, cap. xx.

De mulieribus que fornicantur & partus suos necant, vel que agunt secum ut utero conceptos excutiant: antiqua quidem distinctio ulique ad exitum vitæ eas ab Ecclesiâ removit; humanis autem nunc diffinimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus penitentis largiamur.

CAPUT CI.

De homicidiis.

Ex Concilio quo supra, cap. xxx.

Qui voluntariè homicidium fecerint, penitentis quidem jugiter se submittant, perfectiorem verbè curâ vitæ exitum consequantur.

CAPUT CII.

De his qui non sponte homicidium commiserunt.

* ad communionem ... admitti. Sic editum esse in manu scripto videtur, à communiōne placuit abstinere.

Ex Concilio quo supra, cap. xxxii.

De homicidiis non sponte commissis, prior quidem distinctio post septennem penitentiam perfectionem consequi præcepit, secunda vero quinque annis tempus capere.

CAPUT CIII.

Si dominus per zelum ancillam occiderit.

Ex Concilio Helideniano, cap. v.

Si quis femina furorè zeli accensa, flagella verberaverit ancillam suam, ita ut infra tertium diem animam cum cruciatu effundat: & quod incertum sit voluntate an casu occiderit: si voluntate, post septem annos, si casu, per quinque annis tempora actâ legem penitentis ad communionem placuit admitti: quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

CAPUT CIV.

Si quicumque per maleficium hominem interfecerit.

Ex Concilio quo supra, cap. vi.

Si quis verbè maleficio interfecerit alterum, eo quod sine idololatâ perire seclis non potuit, nec in fine impetrandam illi communionem.

CAPUT CV.

De his qui sibi quicumque negligentia mortem inferant, etiam commemoratio in oblatione non fiat. Similiter & de his qui pro suis sibi vobis puniuntur.

Ex Concilio Bracaren*, cap. xxi.

Placuit ut hi qui sibi ipsi aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitum, aut suspendium, vel quolibet modo violentam inferant mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat; neque cum palmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur: multi enim sibi hoc per ignorantiam usurparunt. Similiter & de his placuit fieri, qui pro suis seclibus puniuntur.

CAPUT CVI.

De homicidiis vel falsis testibus.

Ex Concilio Agathensi, cap. xxv.*

Itaque censuimus homicidas & falsos testes à communionem Ecclesiâ submovendos, nisi penitentis satisfactioe crimina admittit doloerint.

CAPUT CVII.

De his qui servos suos extra iudicium necant.

Ex Concilio Agathensi, cap. lxxxi.*

Si quis servum propriam sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione vel penitentis biennii reatum sanguinis emendabit.

CAPUT CVIII.

De servis qui ad Ecclesiam confugerint, ut post ju-

* sic in fine. In Concilio edito, sic in fine impetrandam non esse.

* Ex Bracaren*, Concilio primo, alio scripto.

** Anno 106, habet in edito, xxxvii.

* cap. lxxxi. in edito.

* cap. xxxv.

Colof. 3.

* cap. xxxiv.

* cap. xxxv.

* Carthag. vi.

* Ex Ancyra, hoc idem cap. supra xxv. lvi.

ramentum exire nolentes licet occupare.

Ex Concilio Aurelianens^o, cap. 111.

Servus qui ad Ecclesiam pro quolibet culpa con-
fugerit, si à domino pro admittà culpa sacra-
mentum susceperit, statim ad servitium domini sui
redire cogatur: & postea quàm dato sacramento do-
mino suo fuerit cognoscens, si aliquid penite pro e-
dem culpa, quâ excusatur, probatus fuerit pertu-
lisse, pro contempu Ecclesie & pravocatione fidei
à communione & convivio Catholicorum extantus
habeatur. Si verò servus pro culpa sua ab Ecclesia
defensus, sacramenta domini Clericis exigentibus
de impunitate perceperit, exire nolentem à domino
licet occupari.

CAPUT CIX.

De discordantibus Episcopis.

Ex Concilio Carthagen^o, cap. 225.

Diffidentes Episcopos, si non timor Dei, Synodus
reconciliat.

*Episcopus diffidens Clericos sive laicos concordare
compellat.*

Ex Concilio Carthagen^o, cap. 226.

Studendum Episcopo ut diffidentes fratres, sive
Clericos, sive laicos, ad pacem magis quàm ad
iudicium hortetur.

CAPUT CX.

De his qui per odium ad pacem non revertuntur.

Ex Concilio Agathens^o, cap. 222.

Placuit etiam ut sicut plerumque fit, quicum-
que odium longinquâ inter se lite dissenferit,
& ad pacem revocari diuturnâ intentione nequiverit,
& ad civitatis primitiis Sacerdotibus arguatur; qui si
inimicitias deponere perniciosâ intentione no-
luerint, de Ecclesie certu justissimâ excommunicatione
pollantur.

CAPUT CXI.

*De his qui sacramento se obligant, ne ad pacem
redeant.*

Ex Concilio Heliodens^o, cap. 711.

Qui sacramento se obligaverit ut litigans cum
quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro per-
jurio uno anno à communione corporis & sanguinis
Domini segregetur: reatum suum elemosinis &
stercibus, ac quantis poterit jejuniis absolvas: ad
charitatem verò, qua oportet multitudine peccatorum,
celeriter redire festinet.

CAPUT CXII.

*Ut oblationes fratrum discordantium non
recipiantur.*

Ex Concilio Carthagen^o, cap. 223.

Oblationes dissidebantium fratrum neque in gazo-
phyllacio, neque in sacramento recipiantur.

§ Natale Domini.] Locus corruptus: sed qui ex Concilio
ipso facile possit emendari; sic enim in eo legitur: *Natale
Domini vel Pentecostes solemnitates cum Episcopis inter se
negotiantur [cum in divitiis communione vel benedictionis
compendia non] p[er] se esse debent, in omni, &c.* His mo-
Tom. I.

CAPUT CXIII.

Caput tendere mulieri non licere.

Ex Concilio Agathens^o.

Quamque mulier religioni judicans conve-
nire, comam sibi amputaverit, quam Deus ad
velamen ejus & ad memoriam subjectionis illi de-
dit, tamquam resolvens jura subjectionis anathe-
ma sit.

CAPUT CXIV.

Ne femina in cimiteriis pervigilet.

Ex Concilio Heliberitano, cap. 227.

Placuit prohiberi ne femine in cimiterio pervi-
gilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis la-
tenter sceleta committant.

CAPUT CXV.

De ultione nequiter judicantium.

Ex Concilio Tolosan^o, cap. 2211.

Episcopi in protegendis populis ac defendendis
impolitam à Deo sibi curam non ambigant,
ideoque dum conspiciunt iudices ac potentes pau-
perum oppressores exultare, prius eos Sacerdotali
comminatione redarguant; & si contemserint; e-
mendatorum insolentiam regis acribus intiment,
ut quos Sacerdotalis admonitio non flectit ad ju-
stitiam, regalis potestas ab improbitate coercereat.

CAPUT CXVI.

*Ut nullus civium festivitates majores in villa
celebres.*

Ex Concilio Autellanens^o, cap. 22.

Ut nulli civium Pasche, Natalis Domini,
vel Quinquagesimæ solemnitatem in villa li-
ceat celebrare, nisi quem infirmitas prohibetur te-
nuisse.

CAPUT CXVII.

De his qui tardius ad Ecclesiam accedunt.

Ex Concilio Heliberitano, cap. 221.

Si quis in civitate positus tres Dominicas ad Ec-
clesiam non accesserit, pauco tempore abstineat-
ur, ut correptus esse videatur.

CAPUT CXVIII.

De laicis, quibus temporibus communicare debeant.

Ex Concilio Agathens^o.

Seculares verò qui Natalem Domini, Pasche,
Pentecosten non communicaverint, Catholici
non credantur, nec inter Catholicos habeantur.

CAPUT CXIX.

*De laicis qui in solemnitatibus ad civitatem
non accurrant.*

Ex Concilio, quo supra.

Ut cives qui superiorum solemnitatum, id
est, Pasche aut Natalis Domini & festivitatis

sete juvas, inter antiquas Burgensium leges hanc fuisse,
Burgensium quidem illis diebus festis in villa sua degere, sed
ita ut illi in precibus quibusque solemnitatibus ipse aut
uxor sua in civitate adesset, civitati esse servituros.

* Ex Concil.
Gaugens^o sub
Elythre I.

* Tolosan^o 11.

* Ann. 1.
cap. 227.

* Anno 106.
cap. 2211.

* cap. 2211.

Quis cum Episcopis interesse neglexerint, in quibus civitatibus positus accipiendæ communioni suæ benedictionis desiderio noverint; qui hoc facere neglexerint, citius in communionem preventur Ecclesie.

CAPUT CXX.

De his qui innoxii in Ecclesiam, per nimiam luxuriam suam Sacramenta se abstinere.

Ex Concilio Bracaren. *

SI quis intrat in Ecclesiam Dei, & sacras scripturas non audit, & pro luxuria sua avertit se à communionem Sacramenti, & in observandis mysticis declinat constitutam regulam disciplinae, illum talem proicendum de Ecclesia Catholica esse decernimus, donec penitentiam agat, & ostendat fructum penitentiae suae, ut possit communionem perceptam indulgentiam promereri.

CAPUT CXXI.

De non permittendam imperare Religiosis.

Ex Concilio Tolosano. *

REverentia totius auditu percipiatur, quia res adeo dura, non frustra cogitur hanc duram exasperare censurâ: agnovimus enim quosdam Pontifices preceptis Principum Apostolorum, qui ait: *Passite qui in vobis est grex non coacti, sed spontanei, neque vi dominantes in clero, sed forma salis gregis*, ita esse immemores, ut quibuldam Monachis, parochialibusque Ecclesiis, aut suæ confinguntatis personas, aut sui favoris participes iniquum sepe statuant in Presbiterum, ita illis providenter commoda innoxia, ut eisdem deserant, aut quæ proprio Episcopo dare iustus ordo populeret, aut quæ rapere deputati exactoris violentia potuerit; prout decerner omnibus placet & in prædicti tale rescindi factum, & non esse de extero sciendum. Nam quisque Pontificum deinceps aut sanguine propinquus, aut favore sibi personis quibulumque devandis, talem commodare lucra tentaverit usum nefandæ præsumptionis, & quod visum fuerit devocet in tritum, & qui ordinaris, annuæ excommunicationis ferat excommunicationem. Quæ verò ablatæ fortasse fuerint, ab eo qui talis reddantur in duplum.

CAPUT CXXII.

Quid usuram non solum Clerici exigere non debent, sed nec laici Christiani.

Ex Epistola Leonis * ad Episcopos per Campaniam & directas provincias.

NEC hoc quoque prætereundum duximus, quodam licet turpis cupiditate captos usurarium exercere pecuniam, & honore velle distulere: quod nos non dicam io eos qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere qui Christianos se dici cupiant, condolemus. Quod vindicari acerbis in eos qui factis confutati decernimus, ut omnis peccandi oportunitas adimat.

Explicit Liber primus.

a nec lo fas] In altero codice, non nisi in fin.

INCIPIT LIBER II.

CAPITULUM PRIMUM.

De Conjuracione vel conspiracione.

Ex Concilio Calchedonens. *, cap. xxvii.

CONjuracionis vel conspiracionis crimen & ab exteris legibus est omnino prohibendum; multo magis hoc in Dei Ecclesia ne fiat admonere convenit. Si qui ergo Clerici vel Monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut invidias ponentes Episcopos vel Clericos, grada proprio penitus abjiciantur.

CAPUT II.

De delatoriis.

Ex Concilio Helibritano, cap. lxxvii.

DELator si quis existens fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus vel interfecus, placet cum nec * io sine accipere communionem; si laevior causa fuerit, intracta quinquennium accipere poterit communionem. Si caeterum fuerit, post quinquennium tempora admittatur ad baptismum.

CAPUT III.

De accusatis & accusatoribus.

Ex Concilio Carthagini. *, cap. xxvi.

QUærendum in judicio ejus sit conversatiois & fides is qui accusat, & is qui accusatur.

CAPUT IV.

Quid excommunicati ad accusationem admitti non debeant.

Ex Concilio Africano *, cap. xlv.

PLaenitque omnibus, quoniam superioribus Conciliorum decretis de personis quæ admittenda sunt ad accusationem Clericorum jam constitutum est, & quæ personæ non admittentur non expressum est; idcirco diffinimus eum tunc ad accusationem non admitti, qui postea quam excommunicatus fuerit, in ipsâ adhuc excommunicatione constitutus, sive sit Clericus, sive laicus, accusare voluerit.

CAPUT V.

Quid servi & liberi, omnesque infames personæ non debeant accusari.

Ex eodem Concilio, cap. xxv.

ITEM placuit ut omnes servi vel proprii liberi ad accusationem non admittantur, & omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamæ maculis aspersi, ad est hultiones ac turpitudinibus subjectæ personæ, hæreticæ etiam, sive pagani, sive Judæi. Sed tamen omnibus quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non neganda.

CAPUT VI.

Ut qui unum crimen non probaverit, ad alterum admitti non debeat.

* In Capitulis
Morum Episc.
Arant. cap.
lxxviii.

* Tolosano x.
cap. iij.

i. p. 2.

* Leonis 7.
i. p. 6.

* Idem Leonis 7.

* Carth. 4.

* Falsè dicto,
sive collatione
variorum ca-
nonum & Con-
cilio Africano
provincia.
Carthag. vii.
cap. 2.

Ex eodem Concilio, cap. xxvii.

Item placuit ut quocumque Clericis ab accusationibus multa crimina obijciantur, & unum ex ipsis, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera jam non admittantur.

CAPUT VII.

Qui ad testimonium admittendi sunt.

Ex eodem Concilio, cap. xxviii.

Testes autem ad testimonium non admittendos, quinque ad accusationem admitti precepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit; ad testimonium autem infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

CAPUT VIII.

De Episcopo qui excommunicat eum, qui sibi soli crimen dicit esse confessum.

Ex eodem Concilio, cap. xxix.

Item placuit, ut si quando Episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non potest ad injuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scriptulo propriæ conscientie se dicit neganti nolle communicare.

CAPUT IX.

De non temerè quemquam communionis priuè Episcopo.

Ex Concilio quo supra, cap. c.

Quamdiu excommunicato non commuicauerit suus Episcopus, eodem Episcopo ab aliis non communicatur Episcopus, ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quemquam quod aliis documentis convincere non potest.

CAPUT X.

De his qui in accusationem majoris natu veniant, & ad Episcopum nulli criminis lites accusare.

Ex Concilio Carthaginiensi, cap. vi.

Numidus Episcopus Afulitanus dixit: Preterea sunt quamplurimi non bonæ conversationis, qui existant majores natu vel Episcopus pallium vague in accusationem pulsandos: debent tam facile admitti nec ne? Auribus Episcopus dixit: Placet igitur charitati vestræ, ut si quis aliquibus sceleribus irretitus est, vocem adversus majorem natu non habeat accusandi? Ab universis Episcopis dictum est; si criminosis est, non admittatur, placet.

CAPUT XI.

De his qui meritis facinororum suarum ab Ecclesia congregatione pellantur.

Ex eodem Concilio, cap. ix.

Augustinus Episcopus legatus provincie Numidie dixit: Hoc statuerè dignamini, ut si qui

b. ult. super] In editis additur, & pariter videtur. Memorandus est lector loquens exprimitur cum hoc loco consuetum debere; idcirco à nobis in hujus sine virgularum duntaxat editum.
c. Afulitanus] Hoc loco variant libri: in aliis enim legi-

fortè merito facinororum suorum ab Ecclesiâ pulsati sunt, & si ve ab aliquo Episcopo vel Presbytero fuerint in communione suscepti, etiam ipse cum eis pari crimine teneatur obnoxius, resurgentes sui Episcopi regulare iudicium. Ab universis Episcopis dictum est; Omnibus placet.

CAPUT XII.

De Presbyteris qui à propriis corripiantur Episcopis.

Ex eodem Concilio, cap. x.

Alippius Episcopus legatus Provincie Numidie dixit: Nec aliud præmittendum est, ut si quis fortè Presbyter ab Episcopo suo correptus, tumore vel superbia inflatus putaverit separatum sacrificia Deo ostenda, vel aliud erigendum altare contra Ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit; non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis provincie Numidie dixit: Necessariè discipline Ecclesiasticæ & fidei congrua sunt, quæ fratre noster A. lippius prosequutus est; proinde quod valesatur veritas dilectissimi educe.

CAPUT XIII.

Si quis Episcopum ab ipsa tempore Synodi in crimine detentus fuerit, à iudicio Episcopi audiantur.

Ex eodem Concilio, cap. xxi.

Felix Episcopus dixit: Suggesto secundum statuta veterum Concilioverum, ut si quis Episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem inciderit, & fuerit et munia necessitas non posse plurimos cogitare, ne in crimine remaneat, à duodecim Episcopis, & Presbyter à sex Episcopis cum proprio suo Episcopo audatur; & Diaconus à tribus.

CAPUT XIV.

De diversis ordinibus Ecclesiæ serventibus; ut si quis in causam criminis intromittat, & abnuere iudicium Ecclesiasticum, detestetur periculum; & nisi illi Sacerdotum ipsorum secularia non exhibeant.

capitulo xv.

Item placuit, quibus Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, seu Clericorum, cum in Ecclesiâ ei fuerit crimen institutum, vel civilis causa fuerit commota, si relicto ecclesiastico iudicio publicis iudicibus porgari volerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat. Et hoc in criminali actione, in civili verò perdat quod evicit, si locum suum obtinere maluerit. Hoc etiam placuit, ut à quibuscumque iudicibus Ecclesiasticis ad alios iudices Ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, fuerit provocatum, non eis obice quorum fuerit soluta sententia, si convicti non fuerint, vel inimico animo iudicasse, vel aliâ quâ cupiditate aut gratia depravati. Sanè si ex consensu partium electi fuerant iudices, etiam à pauciore numero quam constitutum est, non liceat provocari. Et ut filii Sacerdotum spectacula secularis non exhibeant; sed nec spectent, licet hoc semper Christianis omnibus interdicitum sit, & ubi blasphemie sunt non accedant.

tes Magistratus, in aliis Magistratus, in aliis Magistratus. d. Carthago] Nos exstat quidem in illo concilio, sed non est in eodem Concilio Ecclesiæ Africane.

* In ed. lat. cap. x. & in Concilio, cap. x.

* In ed. lat. cap. xxi. & in Concilio, cap. xxi.

* In ed. lat. cap. x. & in Concilio, cap. x.

* Conc. Conc. i. i. cap. x.

* Cap. 9. Carthage.

Collectio antiqua

CAPUT XV.

Ut si quis Episcopus accusatur, ad Primum ipsius provincie causa deferatur.

capitolo xix.*

Aurelius Episcopus dicit: Quisquis Episcopo- rum accusatur, ad Primum provincie ipsius causam deferat accusator, nec à Communione suspendatur. cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicium die statuti literis evocatus minime occurrerit; hoc est infra spatium mensis ex ea die qua eum literas accepisse consistent: quod si aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, cause sue dicende intra alterum mensem integram habeat facultatem; verum tamdiu post mensum secundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad Concilium universale anniversarium occurrere noverit, ut vel ibi causa sua terminetur, ipse in se damnationis sententiam dixisse iudicetur. Tempore sane quo non commoueat, nec in sua Ecclesia vel parochia communicet. Accusator autem ejus si nunquam diebus cause dicende defuerit, à communionem non removetur; si vero aliquando defuerit subrahens se, restituit in communionem Episcopo, ipse removetur à communionem accusator, sta tamen ut nec ipsi admittat facultes cause peragende, si se ad diem occurrere non soluisse, sed non potuisse probaverit. Illud vero placuit, ut cum agere cœperit in Episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas non tamen Ecclesiasticas asserere voluerit.

CAPUT XVI.

De Presbyteris vel Clericis accusatis.

Ex eodem Concilio, cap. xx.*

Si autem Presbyteri vel Diaconi fuerint accusati, ad iudicium sibi ex vicinis locis propriis Episcopos legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierunt, id est unum secum in Presbyterum nomine sex, in Diaconi tres, qui ipsorum causas discutiant: eisdem dierum & dilationum & à communionem remotioem, & discussione personarum inter accusantes, & eos qui accusantur formè servati; reliquorum autem Clericorum causas etiam solus Episcopus ejusdem loci agnoscat, & finiat.

CAPUT XVII.

De accusato vel accusatore.

Ex eodem Concilio, cap. xxx.*

Item placuit, ut accusatus vel accusator, in eo loco unde est ille qui accusatur, si metuit aliquam vim temerarie multitudinis, locum sibi eligat proximam, quo non sit difficile testes perducere ubi causa finitur.

CAPUT XVIII.

Qui de causa sua ad transmarina putaverit appellandum, in communionem minime suscipiatur.

Ex eodem Concilio, cap. xxviii.*

Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi vel ceteri Clerici inferiores in causis quas habuerint, si de iudicio Episcoporum suorum questi fuerint, vicini

Episcopi eos cum consensu sui Episcopi audiant, & inter eos diffiniant adhibiti ab eis Episcopi: quod & si ab eis provocandum putaverint, non provocent ad transmarina iudicia, sed ad Primates suorum provinciarum, sicut & de Episcopis saepe constitutum est. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam ad communionem suscipiatur.

CAPUT XIX.

Ut accusantes de levibus causis non audiantur.

Ex Concilio Vafens, cap. vii.

Placuit præterea accusandi licentiam in nostris ordinibus, si qua exisset levitate, compingentes quod si Episcopi aliquem iudicat abstinendum pro humilicatione & correptione fratris, & allurgitur, exorari à cæteris acquiescat, fratri, de quo agitur, correptione & comminatione adhibita; sin autem de crimine aliquem putes esse damnandum, accusatoris vice discutendum se sciat: fas est enim ut qui uni probantur, probentur omnibus.

CAPUT XX.

De accusatorum fratrum.

Ex Concilio Arlensium*, cap. xxiv.

Eos qui falsò fratribus suis capitalia objecisse crimina convixi fuerint, placuit eos usque ad exitum non communicare, sicut magna Synodus ante constituit, nisi digna satisfactione percutuerint.

CAPUT XXI.

Clerici accusantes fratrum ad communionem recipiantur, non ad clerum.

Ex Concilio Carthageni*, cap. lv.

UT Episcopi accusatores fratrum excommunicent, & si emendaverint vitium, recipiant eos ad communionem, non ad clerum.

CAPUT XXII.

Ne sine accusatore legitime quisquam condemnetur.

Ex Concilio Tolitano*, cap. xi.

Dignum est, ut vita innocentis nullà maculetur pernicie accusatoris; ideo quisquis à quolibet criminatur, non ante accusatus suspicio detur, quàm accusator præsentetur, atque legum & canonum sententia exquirantur. Quod si indigna ad accusandum persona invenitur, ad ejus accusationem non admittatur, nisi ubi pro capite regie majestatis causa veritate.

CAPUT XXIII.

De Clericis frequenter litigantibus.

Eius qui frequenter litigat, & ad accusandum facilis est, testimonium nemo absque gravi examine recipiat.

* Anst. ii.

* Carth. xv.

* Tolit. vi.

Ex Carth. xv. cap. 38.

* In ord. can. 17. 19. et in ord. can. cap. 7.

* Ex ord. can. cap. 10. et Const. Carth. 3. cap. 5.

* In ord. can. Const. Afric.

* Ex ord. can. et infra.

Ex Concilio Carthagenſi *, cap. vii. & Africano, cap. 1.

DE Clericis placuit, ut nullus Eccleſiaſtici ad teſtamentum dicendum perſona poſſetur*.

CAPUT XXIV.

De Episcoporum aut Clericorum accusatoribus.

Ex Concilio Calcedonenſi *, cap. xxi.

CLericos aut laicos accusantes Episcopos aut Clericos, paſſim & ſine probatione ad accusationem recipi non debere, niſi prius eorum diſcutatur exultimationis opinio.

CAPUT XXV.

De falſis teſtibus.

Ex Concilio Helibentano, cap. lxxv.

Falſus teſtis prout crimen eſt, abſtinebit; ſi tamen non fuerit cauſa mortis quod obicit & probaverit, quod diu tacuit, beneſit tempore abſtinebitur; ſi autem non probaverit, conventu Clericorum placuit per quinqueannum abſtineri.

CAPUT XXVI.

Ut nullus Episcopus vel infra poſitus die Dominica can. ad audire praſentat.

Ex Concilio Terraconenſi *, cap. xv.

Nullus Episcoporum, aut Presbyterorum, vel Clericorum die Dominico propoſitum cujuſcumque cauſe negotium audeat iudicare, niſi hoc tantum ut Deo ſtatuta ſolemnia peragant; ceteris vero diebus convenientibus perſonis, illa quae juſta ſunt habeant licentiam iudicandi, excepto criminali uergotio.

CAPUT XXVII.

Ut nullus Episcopus pro iudicio munera accipiat.

Ex Concilio quo ſupra, cap. x.

Oſervandum quoque decrevimus, ne quis Sacerdotum vel Clericorum more ſecularium iudicium audeat accipere pro impendis parrochialis munera, niſi forte in Eccleſia oblata gratuita, quae non favore numeris videantur accepta, ſed collatione devotionis illata. Quod ſi quaerita probatur accipere, veluti exadtores fornicis, aut uſurarum poſſeſſores ſecundum ſtatuta Patrum ſe noverit degredandos.

CAPUT XXVIII.

Ut Episcopus nullum cauſam audiat abſque praſentia Clericorum ſuarum.

Ex Concilio Carthagenſi *, cap. lxxii.

Ireita erit ſententia Episcopi, niſi Clericorum ſuarum praſentia confirmetur.

CAPUT XXIX.

De diſcretione cauſarum, in quibus Sacerdotes iudices ſeri poſſunt.

e poſſunt] ſequatur in priori editione cap. 1. Conc.

Ex Concilio Tolentino *, cap. xxxi.

Sepe Principes contra quolibet maſjeſtatis obnoxios Sacerdotibus negotia ſua committunt; & quia Sacerdotes a Chriſto ad miſericordiam ſalutis electi ſunt, ut conſentant Regibus ſeri iudices, ubi iurejurando ſuppliciter indulgentiam permittunt, non ubi diſcriminis ſententia preparatur. Si quis etiam Sacerdotum contra hoc commune conſultum diſculſor in alienis perculis exſtiterit, ſic reus effuſi ſanguinis apud Chriſtum, & apud Eccleſiam periat proprium gradum.

CAPUT XXX.

De contemptu iudicis.

Ex Epistola Papae Bonifacii *

Probat vera eſſe illa quae ad verſum ſe dicta ſunt, qui ad ea conſuetanda aſſeſſe miſerum vult; & nullus dubitat quod ita iudicium nocens ſubterfugit, quemadmodum ut abſolvatur qui eſt innocens quaerit, ſed abſuta cavillatio eorum qui veritatem eorum arguendas credunt eſſe conſiliis, nunquam innocentiae nomen accipiet. Conſtitetur enim de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilacionibus putat; veniet tamen aliquando ille qui talis perhibetur in medium, nec proderit illi toties latuſſe, toties ſubterfugit, quem ſui adus & commiſſa quocumque fugerit, ea quae obijciuntur illi ſi vera ſunt crimina, perſequentur; ut ſi aſſeſſe voluerit praſentis, ſi conſidit, ad obiecta reſpondit; quod ſi aſſeſſe neglexerit, dilacionem ſententiae de abſentia non lucretur. Nam manifeſtum eſt conſueti eum de crimine, qui indulto & toties delegato iudicio, purgandi ſe occasione non utitur; ubi enim interit utrum in praſentis examine omnia quae dicta ſunt comprobentur, cum ipſa quae pro conſiſſione procurata toties conſent abſentia.

CAPUT XXXI.

Ut inter diſcordes Episcopos comprovinciales Auiſtines audiant: quod ſi damnatus appellaverit ad Romanum Pontificem, id obſervandum quod ipſe conſuevit.

Ex Concilio Sarthenſi *, cap. iii.

Oſtius Episcopus dixit: Illud quoque neceſſario ad iudicandum eſt, ut Episcopi de ſua provincia ad aliam provinciam in qua ſunt Episcopi non tranſeant, niſi forte à fratribus ſuis iuvati, ne videantur januam claudere caritatem. Quod ſi in aliqua provincia aliqui Episcopi contra fratrem ſuum Episcopum litem habuerit, ne unus eſt duobus ea alia provincia advocet Episcopum cognitorem. Quod ſi aliqui Episcopus iudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere ut iterum Concilium renovetur; ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriam honoremus, ut ſcribatur vel ab his qui cauſam examinarunt Julio Romano Episcopo, & ſi iudicaverit renovandum eſſe iudicium, renovetur, & det iudices: ſi autem probaverit talem cauſam eſſe ut non reſtiterit ea quae acta ſunt, quae decreverit confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus reſpondit: Placet.

CAPUT XXXII.

Ut nullus accuſati ſedem uſurpes Episcopi.

Carthagenſis VII. quod ſupra editum eſt capite IV.

* Tit. IV. Honor. A.

* Bonifacii Papa 8. ap. Gallia, an. 419.

* An. Julio 1. an. 317.

Ex eodem Concilio, cap. 17.

GAUDENTISSIMUS Episcopus dixit: Addendum est si placet huic sententia, quam plenam sanctitate proculis, ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit, eorum Episcoporum iudicio qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Româ, aliter Episcopus in ejus cathedrali post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi fuerit causa in iudicio Episcopi Romani determinata.

CAPUT XXXIII.

De Clericis à communione sumptis, ab aliis non recipiendis Episcopus.

Ex eodem Concilio, cap. 172.

OSTENS Episcopus dixit: Si hoc quoque omnibus placet, ut sive Diaconus, sive Presbyter, sive quis Clericorum ab Episcopo suo communionem fuerit privatus, & ad alterum perterret Episcopum, & scire ille ad quem confugerit ab Episcopo suo fuisse abjectum, non oportet ut ei communionem indulgeat: quod si fecerit, sciat se convocatis Episcopis causam esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc iustitiam & pacem servabit, & concordiam custodiet.

CAPUT XXXIV.

De excommunicatione apud vicinos Episcopos audienda.

Ex eodem Concilio, cap. 173.

OSTENS Episcopus dixit: Quod me adhuc movet reticere non debet. Si Episcopus quis forte iracundus, quod non esse debet, cito aut asperè commoveatur adversus Presbyterum, sive Diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesiâ voluerit, providendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem: & adeo habeat potestatem si quis ab-clusus est, ut Episcopus finitimus interpellat, & causa ejus audiat, ac diligenter tractetur: quia non oportet ei negaria iudicium rogari. Et ille Episcopus, qui iuste aut injustè eum abiecit, patienter accipiat ut negotium discutatur, ut vel probetur sententia ejus à plurimis, vel emendetur. Tamen prius quam omnia diligenter & fideliter examinetur, eum qui fuerat à communione separatus, ante cognitionem nullas debet presumere ut eum recipiat & communioni societ. Hoc verò qui conveniunt ad audiendum, si viderint Clericorum esse fastidium & superbiam, quia jam non decet ut Episcopus injuriam vel contumeliam patiat, severioribus eos verbis castigent, ut obediant honestis præceptis Episcopi: quia sicut ille Clericus sincerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque vicissim ministri iustitiam debent Episcopo suo exhibere obsequia.

CAPUT XXXV.

Quid non oportet Clericis habentes adversus se invicem negotia propria Episcopum relinquere, & ad factiaria iudicia convolare.

Ex Concilio Calchedonenâ, cap. 12.

SI quis Clericus adversus Clericum habet negotium, non debeat Episcopum proprium, & ad secularia percurrat iudicia: sed prius actio ventile-

tur apud Episcopum proprium, vel certè consilio ejusdem Episcopi apud quos utraque partes voluerint iudicium continerit. Si quis autem præter hæc fecerit, canonici correctioibus subiebit. Quod si Clericus habet causam adversus Episcopum proprium, vel adversus alterum, apud Synodum provincie judicetur: quod si adversus ejusdem provincie Metropolitanum Episcopum vel Clericus habet querelam, petat Præmitem Durceses, aut sedem Regie urbis Constantinopolitane, & apud ipsam judicetur.

CAPUT XXXVI.

Si quis excommunicatus ante audientiam communicare presumpserit, ipse in se damnationem protrahat.

Ex Concilio Carthageno, cap. xxviii.

ITEM placuit universo Concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglecto, sive Episcopus, sive quilibet Clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communionem presumpserit, ipse in se damnationis judicetur protulisse sententiam.

CAPUT XXXVII.

De Clericis de iudicio suis expugnantibus non cogantur in publico dante testimonium.

Ex Concilio Africano, cap. xxvi.

PETENDUM etiam ut statuerentur, ut si qui forte in Ecclesiâ quamlibet causam iure Apostolico Ecclesiæ imposto agere voluerint, & foret de Clericis in iudicium ad testimonium devocari, eum qui cogitur vel præsumitur, & nulla ad testimonium audendum Ecclesiastica cujuslibet persona pulsatur.

CAPUT XXXVIII.

De Clericis damnatis.

Ex Concilio Africano, cap. xxix.

ET illud petendum ut statuerentur, ut si quis cujuslibet honore Clericus iudicio Episcoporum quorumque criminis fuerit damnatus, non liceat eum sive ab Ecclesiis quibus præfuit, sive à quolibet homine defendari, interpositâ penâ dæmonum pecunie atque honoris, quo nec statem, nec sexum excusare præcipiant.

CAPUT XXXIX.

De Clericis qui intra annum causam suam agere non procuraverint.

Ex Concilio Africano, cap. xlv.

RURSUM confitendum est, ut quoties Clerici convulsis & confusis in aliquo crimine, vel propter eorum quorum verendum pariter, vel propter Ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentium, si foret causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant: si verò intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audatur.

* Ex ed. can. Eccl. Afric. cap. 17.

* Sin collectiva carorum canon. & Concilio Africano provincie.

ibid.

ibid.

f

* sub Leone I. an. 451.

f. nono folio } Legibus nostris, antequam quidem, sed quas antiquitas à ceteris nobis, si hinc excommunicationis se iura

arum potest negligere, graviter multatur. V. editionis Regis à D. De Lauriere editæ.

CAPUT

CAPUT XL.

Quòd electorum iudicium sententia ferri non debeat.

Ex Concilio Africano, cap. LXXXIX.

A iudicibus autem quos communis consensus elegerit, non liceat provocare; & quisquis probatus fuerit pro contumacia nolle obtemperare iudicibus, cum hoc prima sedis Episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet Episcoporum donec obtemperet.

CAPUT XLII.

De Presbyteris & Clericis, ut non appellent nisi ad Africanum Concilium.

Ex eodem Concilio, cap. XXXI.

Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi vel ceteri inferiores Clerici in causis quas habuerint, si de iudicis Episcoporum suorum quæsti fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos quidquid est finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum: quòd si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africanum Concilium, vel ad Præmates provinciarum suarum. Ad transmarinam autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

CAPUT XLIII.

Ut Clericus sine Pontificis sui iussu nullum ad faculare iudicium profectum trahere.

Ex Concilio Avelanensi*, cap. XXXII.

Clericus in cuiuslibet gradu positus, sine Pontificis sui permisso nullum ad faculare iudicium perlatum attrahere; neque laico, inconsulto Sacrosanctæ Clericam in faculare iudicium licet exhibere.

CAPUT XLIII.

De damnatis & ministrare sententiis.

Ex Concilio Antiocheno*, cap. LV.

SI quis Episcopus damnatus à Synodo, Presbyter aut Diaconus à suo Episcopo, nisi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive Episcopus iuxta præcedentem consuetudinem, sive Presbyter aut Diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia Synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis: sed & communicantibus ei omnes abscis de Ecclesiâ, & maxime si postea quam didicerint adversum memoratos prolatam fuisse sententiam eisdem communicare tentaverint.

CAPUT XLIV.

De Clericis excommunicatis, & laicis.

Ex Concilio Antiocheno, cap. VI.

SI quis à proprio Episcopo communionem privatus est, non aure suscipiatur ab alio, quem suo reconcilietur Episcopo; aut certe ad Synodum quæ congregatur occurrat, pro se litigens, & persudans Concilio sententiam suscipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos, & Presbyteros, & Diaconos, omnesque qui sub regulâ esse monitantur.

Tom. I.

CAPUT XLV.

De Episcopi & Clericis adveniens Imperatorem.

Ex Concilio Antiocheno, cap. XI.

SI quis Episcopus aut Presbyter, aut quilibet regule subiectus Ecclesiæ, præter consilium & litteras Episcoporum provincie, & præcipue Metropolitanæ advenit Imperatorem; hunc reprobari & abscis oportet, non solum à communione, verum & ab honore cuius participis videtur existere; quia venerandi Principis auctoribus molestiam tentavit inferre contra leges Ecclesiæ. Si igitur adire Principem necessaria causa deposcit, hoc agatur eum tractato & consilio Metropolitanæ & ceterorum Episcoporum, qui in eadem provincia commorantur: qui etiam proficiscentem ius prosequantur epistolâ.

CAPUT XLVI.

De damnatis Episcopis aut Clericis, & adveniens Imperatorem.

Ex eodem Concilio, cap. XII.

SI quis à proprio Episcopo, Presbyter, aut Diaconus, aut à Synodo fuerit Episcopus forte damnatus, & Imperatoris auctoribus molestus existit, oportet ad majus Episcoporum converti Concilium, & quæ putaverint habere iuxta plurimas Episcopos suggerant, eorumque discussiones ac iudicia præsolentur. Si vero hæc parvi pendentes molesti fuerint Imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum satisfactionis habere, nec spem futurae restitutionis penitus opperiri dyadicantur.

CAPUT XLVII.

De Episcopi ab eisdem provincia Sacerdotibus consensu extingui.

Ex Concilio Antiocheno, cap. XV.

SI quis Episcopus de certis criminibus accusatus, condemnatur ab omnibus Episcopis eisdem provincie, cunctisque consensu eandem contra eum suam decrevit protulerint, hunc apud alios nullo modo iudicari, sed firmam concordantium Episcoporum provincie manere sententiam.

CAPUT XLVIII.

De Synodis quæ ab Episcopi, suis debent temperibus in provinciâ celebrari.

Ex Concilio Antiocheno, cap. XX.

PROpter utilitates Ecclesiasticas, & absolutiones carum rerum, quæ dubitationem controversatione recipiant, optime placuit ut per singulas quisque provincias bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur. Semel quidem post tertiam septimanam festi Paschalis, ita ut quartâ septimana quæ consequitur, id est medio Pentecostes conveniat Synodus, Metropolitanæ provinciales Episcopos admonente. Secunda verò Synodus fiat illibus Octobris, id est decimo quinto die mensis Octobris, quem hyperberetæon Græci cognominant. In ipsis autem Conciliis adint Presbyteri, & Diaconi, & omnes qui se lesos existimant, & Synodi experiantur examen. Nullis verò liceat apud se celebrare Concilia, præter eos quibus Metropolitanæ jura valentur esse commissa.

YYy

CAPUT XLIX.

De Episcopo qui ad Concilia non occurrunt.

Ex Concilio Africano*, cap. XLIII.

Item placuit, ut quocumque Concilium congregandum est, Episcopi qui neque aetate, neque aegritudine, neque aliqua graviore necessitate impediuntur, competenter occurrant; & Primatibus suarum quarumque provinciarum intimentur, ut de universis Episcopis, vel duo vel tres turbæ fiant, ac de singulis terminis vicissim quatuordecim electi fuerint ad eam Concilii instantissime occurrant; quod si oon potuerint occurrere, excusationes suas in testatorâ subscribant, vel si post adventum tractationis aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, usi rationem impedimenti sui apud suum Primateum reddiderint, Ecclesiæ suæ communionem debere esse contentos.

CAPUT L.

Ut de alieno Monasterio suscipere, nec Praepositi Monasterii, nec Clerici licet ordinari.

Ex Concilio Africano, cap. XLVII.

Item placuit, ut si quis de alterius Monasterio repertum est, vel ad Clericatum promovere voluerit, vel in suo Monasterio majorem Monasterii constituta, Episcopus qui hoc fecerit à cæterorum communione sejunctus, suæ tantum plebi communiōne contentus sit: & ille neque Clericos neque præpositos perleverit.

CAPUT LI.

De ordine quo depositi iterum ordinantur.

Ex Concilio Tolosano*, cap. XLVIII.

Episcopus, Presbyter, aut Diaconus si à gradu suo injustè dejectus, in secundâ Synodo innocens reperatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu Episcoporum, si Episcopus est, orarium, annulum, & baculum recipiat, si Presbyter, orarium, & planetam; si Diaconus orarium & albam; si Subdiaconus patenam & calicem, sic & reliqui gradus ea in reparationem sui recipiant, quæ cum ordinantur percipiunt.

CAPUT LII.

Ut Episcopus diversas Presbyteros, & quosdam ex laicis convenire litteris ad Synodum moneat.

Ex Concilio Terracoeni*, cap. XLIX.

Epistolæ tales per fratres à Metropolitanis sunt dirigende, ut non solum de cathedrali Ecclesiæ Presbyteris, verum etiam de diaconis ad Concilium trahant, & aliquos de filiis Ecclesiæ secularibus securo adducere debeant.

CAPUT LIII.

Ut ad Metropolitanis archiepiscopum Synodus congregentur.

Ex Concilio Arelateni*, cap. XLVII.

Ad Archiepiscopi Episcopi arbitrium Synodus congreganda, ad quam urbem & ex omnibus mundi partibus præcipue Gallicæ sub sancti Mar-

tini tempore legitur celebratum fuisse Concilium atque Conventum. Si quis commotus iniquitatis causâ defuerit, periculum vite suæ dirigit.

CAPUT LIV.

De defensoribus Ecclesiarum ab Imperatoribus postulatis.

Ex Concilio Carthageni*, cap. XLV.

Ab Imperatoribus, universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestis sine intermissione fatigatur Ecclesiâ, ut defensores eis adversus potentias divinum cum Episcoporum provisione delegentur.

CAPUT LV.

De his qui Ecclesiasticis ministeria præter Ecclesiâ faciunt.

Ex Concilio Gangreni*, cap. VI.

Si quis extrâ Ecclesiâ seorsum conventus celebrat, & deservens Ecclesiâ ea quæ sunt Ecclesiæ voluerit usurpare, non convenienter Presbytero juxta decretum Episcopi anathema sit.

CAPUT LVI.

De fructuum oblationibus, quæ ministris Ecclesiæ conferuntur.

Ex eodem Concilio, cap. VII.

Si quis oblationes Ecclesiæ extrâ Ecclesiâ accipere vel dare voluerit præter consuetudinem Episcopi, vel ejus cui hujuscemodi officio commissus sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit.

CAPUT LVII.

De his quæ in usus pauperum conferuntur.

Ex eodem Concilio, cap. VIII.

Si quis dederit aut acceperit oblata præter Episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat & qui accipit, anathema sit.

CAPUT LVIII.

De his qui agapas, id est passim pauperum vias deputant.

Ex eodem Concilio, cap. XI.

Si quis despiciat eos qui fideliter agapas, id est convivium pauperibus exhibent, & propter honorem Domini convocant fratres, & voluerit communicare hujuscemodi vocacionibus participandis quod geritur, anathema sit.

CAPUT LIX.

Ut qui oblationes defensorum retinent, excommunicentur.

Ex Concilio Valenti*, cap. XV.

Qui oblationes defensorum retinet, & Ecclesiis tradere demorantur, ut infideles sint ab Ecclesiâ abiciendi, quia usque ad existimacionem fidei pervenire certum est banc pietatis divinæ exacerbacionem; quis & fideles de corpore recedentes

* Valis dicitur, seu collectio veterum canonum, à Constantino Africano profusa.

* Ibidem.

* Tolos. IV.

* Terracoenensis synodus cap. 49.

* Arelat. VI.

* Carthag. v. dicitur cap. 9.

* Tempore Synodis anni 316.

* Paphos I.

vocorum suorum plenitudine, & pauperes collata alimonie & necessaria sustentatione fraudantur. hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Unde & quoniam istrum hoc scriptum fuit inferat congruente intentione, quæ ait: « Amico quodam rapere, furtum » est: Ecclesiam fraudare, sacrilegium. « Augustinus in sermone Evangelii Joannis: » Ecce inter sanctos est Judas: ecce fur est Judas: & ne contemnas, fur sacrilegus, non qualicumque fur localorum, sed dominicorum: localem, sed sacrorum: si crimina discernantur in foro, qualiscumque fur & pecculatus; pecculatus enim dicitur furtum de Republicâ, & non sic iudicatur furtum rei private, quomodo publice: quanto vehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuerit non iudicandus tollere, hoc est de Ecclesia tollere? Qui aliquid de Ecclesia furatur, rapit & tollit, Jude perditio comparatur ».

CAPUT LX.

De his qui sua, vel propinquorum oblationes Ecclesiæ fraudant.

Ex Concilio Agathensi, * cap. 17.

Clerici etiam vel seculares, vel oblationes parvorum, aut donatas, aut testamentis relictas retinere presumant, aut si quod ipsi donaverint Ecclesiis, vel Monasteriis crediderint auferendum, sicut Synodus sancta constituit, vel necatores pauperum quousque reddant, ab Ecclesiis excludantur.

CAPUT LXI.

Si quis potentiam quolibet exspoliaverit, & adveniens Episcopo non reddiderit, excommunicetur.

Ex Concilio Tolosano, * cap. 11.

Si quis de potentibus Clericum aut quemlibet pauperiorum aut religionum exspoliaverit, & mandaverit eum, ad se venire Episcopus ut audiat, & contemserit; invicem mox scripta precutant per omnes provincie Episcopos, & quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur, donec abstat & reddat alienis.

CAPUT LXII.

Si Episcopus à Metropolitanis adveniens pro Synodo, vel ordinatione Episcopali, venire distulerit.

Ex Concilio Agathensi, * cap. xxxvi.

Si Metropolitanus Episcopus ad Comprovinciales Episcopos epistolâ dixerit, in quibus eos aut ad ordinationem somni Pontificis, aut ad Synodum invitet; postpositis omnibus, exceptâ gravi infirmitate corporis, aut præceptione regis, ad constitutam diem adesse non distent: quod si defuerint, sicut præfata Canonum præcepit auctoritas, usque ad proximam Synodum charitate fratrum & Ecclesie communionem priventur.

Symachus * Casano Episcopo: Igitur quem admodum supra diximus, per singulas ecclesias beneficiæ quæ sunt diu custodita servantur, & si tamen Ecclesie Aquensis Antistes, vel alius quilibet Metropolitanus Pontifex juxta Canonum distinctionem vocatus obtinere voluerit, noverit se facendum, quod non optamus, Ecclesiasticâ disciplina.

CAPUT LXIII.

Ut Episcopus, qui contra suam possessionem in Censuris habitum tenuerit, deponatur.

Ex Concilio Carthageni, * cap. 17.

Si quis contra suam possessionem & subscriptionem vocetur in aliquo, ipse se honore privabit. Genesius Episcopus dixit: Omnia ergo quæ à cetero gloriosissimo statuta sunt, placeat ab omnibus custodiri. Ab universis Episcopis dictum est, placeat, placeat ut custodiantur ab omnibus.

CAPUT LXIV.

De communionis privatis, & ira diffinitis.

Ex Epistola Leonis * Pape ad Rusticum.

Horum causa Dei iudicio reservanda est, in cujus manu sit, ut talium obitas usque ad communionis remedium non differret: nos autem quibus viventibus oon communicavimus, mortuis communicare non possumus.

CAPUT LXV.

De terminis vicinis transgressis.

Ex Epistola * Pape Innocentii ad Florentinum, cap. xxxi.

Innocentius Florentino Episcopo Tiburtinensi. Non semel sed aliquoties clamat scriptura divinitus transgressis oon oportere terminos à Patribus constitutos, quia nefas est, si quod alter semper possederit, alter invadat. Quod tuam bonitatem frater & Coepiscopus noster Ursus asserere perpetravit: nam Nomentanam sive Feliciensem parochiam ad suam viciniam à majoribus persistentem invasit te, atque illic divina celebrasse mysteria inconsulto eodem ac nefaritate, non sine dolore conquestus est. Quod si verum est, non leviter te culpam incurrisse cognoscas: unde si declinare cupis tantæ usurpationis invisiam, nostris literis admonitum te convenit abstinere. Ceterè si aliquid tibi credis justitiam suffragari, interge omnibus & in prisano statu manentibus post dies venerabiles Paschæ adesse debes; ut memoratis possis intentionibus respondere, parvibus in medio collocatis quid antiquitas aut veritas habeant requiramus.

CAPUT LXVI.

De Episcopi qui quod referre potuerit, prætermissâ Synodo sua erit.

Ex Concilio Carthageni *.

Placuit, ut Episcopi quoscumque Ecclesie vel plebes, quas ad suam cathedram exultant gerere, non ita repererint, ut causis suis, Episcopis iudicantibus, agant, sed alio resistente ieruerint, sive volentibus sive nolentibus quibus, cause sui detrimentum patiantur. Et quicumque jam hoc fecerit, si nondum est inter Episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt; ille inde discedat quem constituit, prætermissis iudicibus Ecclesiasticis, irruisse. Nec libi quique blandiatur, si à Primato, ut retineat, litteras impetravit: sed sive habeat litteras, sive non habeat, convenit cum quo tenet, & ejus litteras accipit, ut cum appareat possit Ecclesiam ad se pervertentem. Si autem ille aliquam quarationem retulerit, per Episcopos iudices causa finiat, sive quos eis Primates dede-

* Carthag. canon. pœnit.

* Leonis l. ep. ad Rusticum.

* Epist. 112. Innoc. I. ad Florentinum Episc. Tiburtinensem.

* Ex cod. con. cap. 110. Ex Conc. Agath. cap. 37.

rint, five quos ipsi vicinos cum consulti Primatis deligerint.

CAPUT LXVII.

Ut basilice, in eujus territorio sunt, in ejus Episcopi manent parochie.

Et Concilio Antiocheno, * cap. xxxiii.

OMNES autem basilice, que per diversa loca constructe sunt, vel quoties constructur, placuit secundum priorum Canonum regulam, ut in ejus Episcopi, in eujus territorio positae sunt, potestate cogerentur.

CAPUT LXVIII.

De parochiis.

Et Concilio Chalcedonensi, * cap. xxv.

Singularum Ecclesiarum rusticas parochias vel in possessionibus manere debere inconcussas illis Episcopis, qui eas retinere noscuntur, & maxime si per concensum eas absque vi obtinentes sub dispensatione traserunt. Quod si intra tricennium facta fuerit vel fiat alteratio, licere in qui se laesos attulerunt apud sanctam Synodum provincie certare. Quod si quisquam à Metropolitano laeditur, apud Primatem Diocesis, aut apud sanctam Constantinopolitanam sedem judicetur, sicut superius dictum est. Si que verò curias potestate imperiali novata est, & aut si proximis innovetur, curies dispositiones & publicas Ecclesiasticarum parochiarum quoque ordines subsistantur.

CAPUT LXIX.

Quid ecclesiarum annuum dotes ad Episcopi ordinationem debeant pertinere.

Et Concilio Tolosano, * cap. vii.

Multi contra Canonam constituta sic Ecclesias, quas adificaverint, postulant conferri, ut decreta quom et Ecclesie contulerint censent ad Episcopi ordinationem non pertinere, quod factum & in praxerum displicet, & in futuro prohibetur: sed omnia secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

CAPUT LXX.

De tricennali prescriptione, ut post triginta annos nullo liceat pro eo appellare quod legatum tempore excoisit.

Et Episcopi Pape Gelasii. *

Illud etiam adnecti placuit, ut si, quod abest, facultates Ecclesie, nec non & diocesis que ab aliquibus possidentur Episcopis pure ab invicent quod tricennalis lex conclusit, qui & filiorum nostrorum Primatum ut emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quos legum tempus excoisit. Datum Idibus Maii Alterio & iustiduo Cois.

* necesse est] Alter codex non alia solum verbis, sed etiam & contentis: nova constituta est, aut tunc eo si maner ea potestate, restituit et iudicis formalis etiam & obsequium parochiarum erit solentur. Ultra vero lectio peccat

CAPUT LXXI.

Ut Episcopus ambulans per diocesis suam.

Et Concilio Bracarense, * cap. i.

PLACUIT omnibus Episcopis atque convenit, ut per singulas Ecclesias Episcopi per diocesis ambulantes, primum discutiunt Clericos quomodo ordinem baptismi teneant, vel Muliarum, & qualiter quecumque officia in Ecclesia peragant: & si recte quidem invenerint, Deo gratias, sin autem minime, docere debent, ignaros, & hoc modis omnibus precipere, ut licet antiqui Canones jubent, ante dies viginti baptismi ad purgationem excoisit catechumeni Symbolum quod est, *Credo in Deum Patrem omni potentem, specialiter doceantur*. Postquam ergo hæc suos Clericos discusserint vel docuerint Episcopi, aliunde convocata plebe ipsius Ecclesie, doceant illos ut errorem fugiant idolorum, vel diversam crimina, id est homicidium, adulterium, perjuriam, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera; & quod nolant sibi fieri, non faciant alteri: & ut credant resurrectionem omnium hominum: & diem iudicii in quo uniusquisque secundum sua opera recepturus sit. Et sic politica Episcopi de Ecclesia illi prohibeatur ad aliam.

CAPUT LXXII.

Ut Episcopus duas solibus sanctorum scriptis, neque tertiam partem de oblationibus queat, & ut Clerici non cogantur more servili.

Et Concilio quo supra, cap. ii.

PLACUIT ut nullus Episcopus cum suis diocesis perambulans, præter honorem cathedre suae, id est duos solidos, aliquid aliud per Ecclesias solvat; neque tertiam partem ex quicumque oblatione populi in Ecclesia parochialibus requirat; sed illa tertis pars pro humanariis Ecclesie vel recuperatione servetur: & singulis annis Episcopo exinde ratio fiat: nam si tertiam partem illam Episcopus colat, lumen & facta tecta abluat Ecclesie. Similiter & ut parochiales Clerici servili more in aliquibus operibus Episcopo servire non cogantur, quæ scriptum est: *Nepse os dominicæ in clero.*

CAPUT LXXIII.

De excoisita Ecclesiarum Gallie provincia.

Et Concilio Tolosano vir cap. xv.

INTER cætera denique que communi consensu nos consuetudine competenter oportuit, querimonias etiam parochiarum Præbiterorum Gallie provincie suleritissimè dicere decuit, quas contra Pontificum suorum rapacitates necessitas, ut compertimus, tandem compulsi in publicum examen deferret. Hi enim Pontifices, ut evidens inquisitio patefecit, indolente moderamine parochianis Ecclesiis gravantibus, dum in excoisitis superfluis frequentate exultant, penè usque ad extinctionem extreme virtutis quasdam bulicas perduxerunt probantur. Nec ergo huc de cætero quod omnibus hæc-nis pronuntiat præsumptum, non amplius quam duos

Sibi viderent, Aethiis facis ostendit cum unam in terra servavit, aliam collocavit in magister; nec sanè abest atque ille lenissim.

* Ancl. v. esp. xvii.

* sub Lxxv.

B

* Tolos.

Episc. v. G. i. f. 1. ad Episc. Roman. 5. ubi, sub finem.

* Concil. Bracaren. dato 1000.

i. Pa. fi

solidos annuifque Episcoporum præfite provinciarum per singulas dioceses, vel basilicas juxta Synodum Brevicentem annuâ illatione hinc expent conferri, Monasteriorum autem basilicæ hac solatione impositione sejunctis. Cum verb Episcopos diocesium visitat, nulli præ sui titulum onerosus existat; nec unquam quinquagennarium numerum evocationis cecedit, aut amplius quam unâ die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Quicunque verb Pontificum eorundem aliter quam decernimus agendum præsumserit, correptionis procul dubio Canonum iuræ ferbit tamquam constitutionum Synodicalium transgressor, & prescorum Patrum edictis corraoret, sicut oportet. Quid si Episcopus aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id capere non poterit, Presbyteros probabiles aut Diaconos mittat, qui & recta basilicarum, & reparacione, & ministrantium vitam inquirant.

CAPUT LXXIV.

De dispensationibus singularum Ecclesiarum.

Ex Concilio Calchedonensi, * cap. xxv.

Quoniam in quibusdam Ecclesiis, ut rumore comperimus, præter æconomos Episcopi facultates Ecclesiasticas tractant, placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum habere æconomum de clero proprio, qui dispenset res Ecclesiasticas secundum intentionem Episcopi proprii, ita ut Ecclesiæ dispensatio præter testimonium non sit, & ex hoc dispertantur Ecclesiasticæ facultates, & Sacerdotum malivolentiam derogatio procuretur. Quid si hoc minus fecerit, divinis constitutionibus subjaceat.

CAPUT LXXV.

Ut ab Imperatoribus possintur Advocatorum defensione per causas ecclesiæ.

Ex Concilio Africano, * cap. lxv.

Placuit etiam, ut petant ex nomine provinciarum omnium legati pertractari Vincentius & Fortunatianus à gloriosissimis Imperatoribus, ut dent facultatem Defensores constituti cholasticos, qui in actu sunt vel in munere defensionis causarum, ut more Sacerdotum provinciarum, ad eam ipsam, qui defensionem Ecclesiarum susceperint habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum quocumque necessitas fuerit, vel ad obviandum contempnentibus, vel ad necessaria suggerenda; ingredia iudicium secretaria.

CAPUT LXXVI.

De his que à fidelibus in parochiis Basilicæ offeruntur.

Ex Concilio Ameliansensi, * cap. xi.

De his que parochiis, in terris vicinis, mancipiis, atque peculis quocumque fideles obtulerint, antiquiorum Canonum auctoritas serventur, ut omnia in Episcopi potestate consistant. De his tamen que in altario accesserint, tertia fideliter Episcopus deferatur.

CAPUT LXXVII.

De sacris locis vestire institutis, quomodo superius di-

ctum sit, hoc nunc tamen adjiciatur, ut nulla basilicæ defensionem construxit nomine dedicetur.

Ex Epistola Pope Gelasii, * cap. xxv.

De locorum consecratione Sanctorum quam vis superius scriptum fuerit comprehensum, nobis quoque patefactum est, quod absque præcepto Sedis Apostolicæ nonnulli factas Ecclesias vel oratoria sacrate præstant; hoc sumus tamen iudicio detestabiliter permoti, quod in quocumque nomine defensionum & quantum dicitur nec omnino fideliū constructiones adificatas factis præcessionibus audacter instruxerit memoratur: que quoniam tam acerba, tam dura sunt, ut eorum vis nosse ferre possit auditis; si re verâ Christianitas afflicta in illis regionibus certus & fixus esset, & districtius ista querantur, & à quibus fuerint gesta prodantur: quoniam sicut latentes in hac atrocitate nominibus non existat in quem sententia debita profertur, ita cum manifestis fuerit documentis expositis, qui in seclum tanti pollicis amantitas non vitabit ultionem.

CAPUT LXXVIII.

Quid in antiquâ Ecclesiâ, cui Episcopus præfatus quatuor tam de redditibus quam de oblatione fideliū fieri debeant portiones, ut una sit Episcopi, alia Clericorum, tertia pauperum, & quarta fabricæ Ecclesiæ applicanda.

Ex Epistola Pope Gelasii, * cap. xxxvii.

Quatuor autem tam de redditu quam de oblatione iudicium, prout consuevit Ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones, quarum una sit Pontificis, altera Clericorum, pauperum tertia, quarta fabricæ applicanda. De qui sicut Sacerdotis interitum integram mentis Ecclesiæ memoratur dependere quantitatem, sic Clerus ultra deligatam sibi summam nihil insolenter novum expendunt. Et verb que Ecclesiasticis adificiis attributa sunt, hæc operi veraciter prærogata locorum docere instaurata manifesta sanctorum; qui necesse est factis adibus destituta, in hæcram suam Presul impendia his deliquit converteret. Ipsam nihilominus adferre partibus portiones, quam vis divinis rationibus se dispensasse monstratur esse valeatur, tamen juxta quod scriptum est, *Ut visent opera ce. ra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in celis est*, oportet etiam prædictis testificatione predicari, & bonæ famæ præconum non taceri.

CAPUT LXXIX.

Contrâ eum qui illicitè ut lites Clericos, & de redditibus Ecclesiæ.

Ex Epistola * Simplicii Pope ad Episcopos.

Religio nos vestre dilectionis instruxit, & gestorum serice plenius suscitavit, Gaudentium Augustinum Ecclesiæ Sacerdotum contrâ istam Canonum ac nostra præcepta ordinationis illicitas perpetrare, quarum nisi totam penitus asserit præcipuum potestatem. Scripsimus enim ad Severum fratrem de Corp scapum nostrum, ut si necesse fuerit ipsi in supraacta Ecclesiâ, consideratis Patrum regibus hoc fungatur officio, quo ille abusus esse convisus est, ita ut hi qui illicitè ad eodem sunt proventi, ab Ecclesiasticis ministeriis sint remoti. Simul

* Epist. p. Co. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

* Epist. p. Co. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Mai. 1.

* Epist. p. ad Flavium. Epistolam de Severo ad Episcopos.

etiam de redditibus Ecclesie vel oblatione fidelium quod decet referant, nihil licere permittat, sed sola se ex his una portio remittatur; dux Ecclesiasticis fabrick & erogationis peregrinorum & pauperum proficure, ab Onagro Presbytero sub periculo sui ordinis ministratur: ultima Clericis pro singulorum meritis dividatur. At vero ministeria Ecclesie que alienata committimus, reparare persumptos predicti fratres compellatur instantia: cui etiam in hoc specialiter precipimus imminere, ut tres illas portiones, quas triennio dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituat. Datum decima quarta Calendaram Decembriam post consilium Leonis Augusti.

CAPUT LXXX.

Ut nulli Apostolica sedis Præsuli possessionem Ecclesie magnam vel parvam in perpetuum liceat alienare, vel commutationis obtemperare ad cuiuslibet iura transgredere: & de domibus Ecclesiasticis qua sunt in arbitrio committantur.

Ex iudicio Pape Symmachi, * cap. xv.

His ergo perpenis, mansuro enim Dei nostri consideratione decreto firmatum, ut nulli Apostolice sedis Præsuli a presente de, donec disponente Domino catholice fidei mansere doctrina salvatoris, liceat prædium rusticum quantumcumque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis sub perpetua alienatione, vel commutatione ad cuiuslibet iura transgredere, nec cuiusquam exculentur necessitas obtemperare; quippe cum non sit personale quod loquimur: nec aliquis Clericorum vel Laicorum sub hac occasione accepta teneatur: sed nec in usufructum rura aliquibus dari liceat, nec data recitari præter Clericos & captivos atque peregrinos, ne male traditionis ministratur occasio, cum liberatis illi alia itinera referuntur. * Sanè tantum domus in quibuslibet orbibus constituta, quarum statim necesse est expensam non modicam sustentari, acceptus si offere contingit sub iura existimatione redditibus, & divinitus more iudicij commotetur.

CAPUT LXXXI.

Ut non liceat Presbyteris titulorum suorum prædia, seu quicquid iuris eorum fuerit quolibet alienare: committuntur: qui vero hoc agere temeraria, ordines sui amissionem periculantur.

capitulo v. *

Pari etiam Ecclesiarum per omnes Romane civitatis titulos, qui sunt Presbyteri, vel quicumque fuerint, adstringi volumus lege custodes, quia necesse dictum est obligatione, quæ licet per charitatem Christi connectit summus Pontifex, eâ hominem secundum in Ecclesia ordinis non teneri. Quicumque tamen oblitus Dei, & deserti huius immemor, cuius Romane civitatis Sacerdotes volumus religiosus nexibus devincti, in constitutum præfens committens, quidquam de iure titulorum, vel Ecclesie præfatis præfatis, quolibet modo præter aurum, argentum vel gemmas, velles quoque si sint, vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia, perpetuo iure, exceptis dumtaxat sub præfata conditione domibus, alienare tentaverit, donator, alienator, ac venditor honoris sui amissione mulctetur.

CAPUT LXXXII.

Ut qui petierit prædium & acceperit, aut si quis.

Presbyterorum aut Diaconorum, nec non defensorum danti subscripserit, anathematis servetur.

Cap. vi. *

Praeterea qui petierit aut acceperit, vel qui Presbyterorum aut Diaconorum fidei defensorum danti subscripserit, quo iratus Deus animas percuto, anathemate feritur: sitque accipientis vel subscribentis de personis superius comprehensis, id est, quas anathemate feriri censuimus, in statuta poena contubernium servata, quam præmisiimus. in alienatore vindicta: nisi forte & alienator sibi dum repetit, & qui acceperit ceteri restitutione prospexerit.

CAPUT LXXXIII.

Ut si quis anathematis poenam parvi duxerit, etiam documento quo se pœnat Ecclesia prædium possidere, frangatur, licetque cuiuslibet Ecclesiastica persona vocem contraditionis afferre, & cum fructibus præteriti temporis eadem prædia alienata reposcere.

capitulo ix. *

Quid si minore anime sine curâ sibi quisquam remedium oblatum fore neglexerit, super ea pauperum genera, que superius tenentur adscripta, contra nefas, si quod conceptum fuerit documentum, universis viribus, quamvis ab initio nullas habuerint, effector. Sed etiam licet quibuscumque Ecclesiasticis personis vocem contraditionis afferre, & Ecclesiasticis auctoritate fidei, ita ut eam fructibus possit alienata reposcere, nec aliquis se ante tribunal Christi oblatulo maniat, qui à religiosi animabus ad substantiam pauperum derelicta contenta sine aliqua potestati consideratione dispergit. Hujus autem confirmationis legem in Apostolica tantum volumus fidei servari, universis Ecclesiis per provinciam secundum annuorum considerationem, quem proposito religiosi convenire Rectores earum valent more servato.

CAPUT LXXXIV.

Si quis Clericorum pauper in ordine promotus postea habuerit aliquid, Ecclesia præfatis subijciatur.

Ex Concilio Carthageniensi, * cap. xxxix.

Item placuit ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, vel quicumque Clerici, qui nihil habent ordinantur, & tempore Episcopatus vel Clericatus sui agros vel quicumque prædia nomine suo comparant, tamquam rerum domini eorum invaloris crimine teneantur, nisi admoniti in Ecclesia eadem ipsa contulerint. Si autem ipsi proprie aliquid liberalitate alienius vel in occasione cognationis obvenierit, faciant inde quod eorum proposito congruat: quod si à suo proposito retrorsum exortaverint, honore Ecclesiastico indigni & tamquam reprobi judicentur.

CAPUT LXXXV.

Ut Presbyteri rem Ecclesie in qua sunt constituti, non vendant: nulli Episcopo liceat rem suam maricis Ecclesie asserpare.

Ex eodem Concilio, * cap. xxxviii.

Item placuit ut Presbyteri non vendant rem Ecclesie ubi sunt constituti, nec sentibus Episcopis suis; quomodo & Episcopis non liceat vendere prædia Ecclesie ignorant Concilio vel Presbyteris suis. Non habente ergo necessitatem, nec Episcopo li-

* Ibid. cap. vi.

* Ibid. cap. v. in eod.

* Ex Synodo Romana & aliis Patribus appellata.

* Hic incipit cap. v. in eod.

* Ibid. cap. vi. in eod.

* Ex ord. can. Afric. Ecclesia cap. 31. et Carth. Conc. 1. cap. 49.

* Ex ord. can. Afric. cap. 31.

ccat matrici Ecclesie rem tituli sui usurpare.

CAPUT LXXXVI.

Ut res Ecclesie nemo distrahat.

Ex eodem Concilio *, cap. xxvi.

Item placuit ut rem Ecclesie nemo vendat: quod si reditus non habet, & reliqua nimia necessitas cogit, hoc insinuandum esse Primati provincie ipsius, ut cum statuto numero Episcoporum utrum faciendum sit arbitretur. Quod si tanta urget necessitas Ecclesie, ut non possit ante consultare, saltem vicinos testes convocet Episcopus, curans ad Concilium omnes referre res Ecclesie necessitates. Quod si non fecerit, reus Deo & Concilii venditor honore amissus tenetur.

CAPUT LXXXVII.

De rebus ad Ecclesiam pertinentibus; & de his qua propria Episcopi esse nascuntur.

Ex Concilio Astorcheseo *, cap. xxvii.

Quæ sunt Ecclesie sub omni sollicitudine & conscientia bonâ, & sic quæ in Deum est, quæ cuncta considerat iudicatur, servantur. Quæ etiam dispensanda sunt iudicio & potestate Pontificis, cui commissus est populus, & animæ quæ intrâ Ecclesiam congregantur. Mansura verò sint quæ pertinere videntur Ecclesie, cum noticiâ Presbyterorum & Diaconorum, qui circa ipsum sunt, ita ut agnoscant nec ignorent quæ sint Ecclesie propria, nec eos aliquid lateat: ut si contingit Episcopum migrare de sæculo, certis censibus rebus, quæ sunt Ecclesie, nec ipse collapsus deprecatur, nec propria probantur Episcopi, sub occasione rerum pervadantur Ecclesie. Iustum namque & acceptum est coram Deo & hominibus, ut sua Episcopus quibus voluerit derelinquat, & quæ Ecclesie sunt eadem conserventur Ecclesie, ut nec Ecclesia aliquid patiatur incommodum, nec Episcopus sub occasione proficiatur Ecclesie, & in causas incidant qui ad eam pertinent, & ipse post obitum maledictionibus ingravetur.

CAPUT LXXXVIII.

Ut Episcopus dispensandi res Ecclesiasticas habeat potestatem.

Ex eodem Concilio, cap. xxv.

Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent cum summa reverentia & timore Dei: participet autem & ipse quibus indiget, si tamen indiget, tam suis quam fratrum quæ ab eo suscipiuntur necessarias utilibus profuturas, ita ut in nullo quolibet occasione fraudentur juxta sanctum Apostolum he dicentem: *Habentes vitam & regnum, his contenti sumus.* Quod si contentus illos minus fuerit, convertat autem res Ecclesie in suos usus domesticos & ejus commoda, vel agrorum fructus non cum Presbyterorum conscientia Diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus silisque committat, ut per hujusmodi personas occultè cetera

ludantur Ecclesie, Synodo provincie penas iste perfolvat. Si autem aliter accitatur Episcopus aut Presbyteri, qui cum ipso sunt, quod ea quæ pertinent ad Ecclesiam vel ex agris, vel ex aliâ quolibet Ecclesiastica facultate sibi non usurpent, ita ut ex hoc assurgant quidem superbia, criminationis verò & blasphemiarum tam ferre prædicationis, quam hi qui dispensant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, sancta Synodo ad quod condecet approbante.

CAPUT LXXXIX.

Ut de rebus Ecclesie nihil Episcopi auferant, & qualiter præsumptuos Ecclesiarum sollicitudinem gerant.

Ex Concilio Tolitano *, cap. i.

Omnia itaque rei Ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium venæ tribuit conferenti, ita damnum rati præparat fraudatori; & ideo nullus Sacerdotum vel ministrorum ex rebus Ecclesie, quæ in quibuscumque locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri suo aut cathedræ propriæ civitatis connectat. Devotio enim universique sicut gratanter votum cantulit Deo, ita desinitur quod plenitudo votorum conservare in loco, in quo velut si collata tenentur, manet gratia offerentis, ita si frustrantur, imminet pernicis defraudantis. Verum ut rei hujus potior sollicitas habeatur, condignis suis vel nepotibus honestisque propinquis ejus, qui construxit vel ditavit Ecclesiam, licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam: ut si Sacerdotem seu ministrum aliquid ex cõlatis rebus providenter defraudaverit, aut commotionibus hostili conventionem compescant, aut Episcopo vel iudici corrigenda denuntiet. Quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano quæ hæc insinuaré procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Reges hæc auditis intimare non differant. Ipsi tamen hereditibus in eisdem rebus non liceat quasi juri proprio potestatem præferre, non rapinam, non fraudem gerere, non violentiam quancumque præsumere, sed hoc solum in salutarem sollicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operationi necesse attingat, vel in multam vel in aliquam partem salutaris merces assumat. Si quis verò deinceps hæc motiva temerare voluerit, & malè rapta cum consensione restituit, & excommunicationis annæ sententiam sustinebit. . . . nam sententiam * metuant, & liberos ex familiis Ecclesie ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium est enim ut qui res suas Ecclesie Christi non contulit, damnosum inferat, & ejus Ecclesie rem alienare intendat. Tales igitur liberos successores Episcopus absque aliqui oppositione ad jus Ecclesie revocabit, quia eos non æquitas sed improbitas absolvit. ^h

CAPUT XC.

De discretione manusorum ex familiâ Ecclesie, qualiter manumantur; & non ad diversa respiciant vel occurrant.

Ex Concilio quo supra *, cap. lxxviii.

Episcopus qui mancipium juris Ecclesie non relicto Ecclesiastico patrimonio manumant defici-

^h absolvit] In indice deinde legitur tituli V. capitulum, quæ omnia desiderantur, nisi quod ad ultimum, quod est *liberos ex familiis Ecclesiarum factis*, pertinet hæc capitulum

partis postrema, quæ incipit ab his verbis, *nam fratres manumantur*. Quod in casu huius, et per partem quamdam suo loco deesse monstrantur.

* Tab. ix. an. 691.

* Tab. xv. cap. lxxvii.

* Ex Tab. xv.

di est, uno meritis ejusdem & peccati eorum Concilio Ecclesie, cui premissis, & per commutationem subalternantibus Sacerdotibus offerat, ut vera & iusta inveniantur de huius commutationis. Tunc enim liberam manumissione sine patrocinio Ecclesie concedere poterit, qui eum, quem libertati tradere disposuit, iam per proprio acquisivit. Huiusmodi autem libertas adversus Ecclesiam, cuius iuris est, non est, nec ulendi vel testificandi denegatur licentia: quod si praesumserit, placet ut statim commutatione in servitutem propriam Ecclesie revocetur, cui nocere conatur.

CAPUT XCI.

De libertate patrono Ecclesia commendatis.

Ex Concilio Toletano, cap. 122.

Liberti qui à quibusdamque manumissi sunt, atque Ecclesie patrono commendati existunt, sicut & regule antiquorum Patrum consueverunt, Sacerdotali defensione à cuilibet insolentia protegantur, sive in statu libertatis eorum, seu in peccato quod habere nesciverunt.

CAPUT XCII.

Ut laici contemptores Canonum excommunicentur. Clerici honore priventur.

Ex Concilio Cathagogeno *, cap. 219.

Gratias Episcopos dixit: Juxta statuta Concilii & mediocritatis mee sententiam, placet favore rerum omnium conclusionem. Universi tituli designati & digiti teneant sententias suas. Sanè credo vos tenere multa Concilia à Patribus nostris & traditionem temerariam esse damnatam, & rebaptizationis impietatem esse puniendam. Quas res etiam nostro Concilio credo jam terminatum accepisse. Reliqua verò que facta vel dicta superioribus comprehensa sunt, vel ab aliis Conciliis conscripta, que secundum legem inveniantur, custodire nos oportet. Si quis verò statuta supergressus contempserit, vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, commatione, si Clericus, si honore privetur. Universi dixerunt, placet, placet.

CAPUT XCIII.

Ut si quis Sacerdotum contra hæc interdilla fecerit, à suo suo officio submovendus.

Ex Epistola Papæ Leonis * ad Episcopos per Campaniam, Phoenicem, & Thraciam, cap. v.

Hoc itaque admonitio nostra denuntiat, quòd si quis fratrum contra hæc statuta venire tentaverit, & prohibita fuerit ausus admittere, à suo se novit officio submovendum: nec communionis nostre futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinae.

CAPUT XCIV.

De festis genæ.

Ex Concilio Nicæno *, cap. 22.

Quoniam sunt quidam in die Dominico genæ facientes, & in diebus Pentecostes; ut omnia in universis locis conformiter observentur, placuit sancto Concilio stantes Domino vota persolvere.

1 vel omnia] Alius codex. Alemannia, vel Gallomania.

CAPUT XCV.

De populi ante completam Missam; & benedictionem accipiendam, egrè non profectam.

Ex Concilio Auxiliensi *, cap. 221.

Cum ad celebrandam Missam Dei nomine convenitur, populus non ante discedat quam Missæ solemnitas compleatur, & ubi Episcopus fuerit, benedictionem accipiat Sacerdotum. *Ex Concilio Carthaginensi.* Sacerdote verbum in Ecclesia faciente qui egrissus de auditório fuerit, excommunicatur.

CAPUT XCVI.

Quid manere debitas firmam si servus fisco Ecclesiam fecerit, rursus de peccato suo dicitur.

Ex Concilio Toletano *, cap. 27.

Si qui ex servis fiscalibus fortasse Ecclesiam construxerunt, eisque de sua paupertate dixerunt, hoc procuret Episcopus prece sua auctoritate Regia confirmari.

CAPUT XCVII.

Ut vultumaria & turpia canonica prohibeantur.

Ex eodem Concilio, cap. 222.

Exterminanda omnino est irreligiøsa consuetudo, quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consuevit; ut populi qui debent officia divina attendere, distractionibus & turpibus invigilant canticis; non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officis perstreptantes; hoc etenim ut ab omni Hispania depellantur, Sacerdotum & iudicum à Concilio sancto curæ committatur.

CAPUT XCVIII.

De his qui Ecclesiastica jejunia absque necessitate dissolvunt.

Ex Concilio Gangrenensi *, cap. 222.

Si quis eorum qui continentie student, absque necessitate corpora tradita in commune jejunia, & ab Ecclesia custodia, superbiendo dissolvit, stitulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

CAPUT XCVIX.

Non debere in diebus jejuniorum commemorationes Martyrum fieri.

Ex Concilio Laodicensi *, cap. 22.

Quòd non oportet in Quadragesimo Martyrum natalia celebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus Sabbatorum & Dominicarum fieri conveniat.

CAPUT C.

Oblationes offerri in domibus non oportere.

Ex Concilio quo supra, cap. 272.

Quòd non oportet in domibus oblationes celebrari ab Episcopis vel Presbyteris.

¶

* Ancl. 1. cap. 227.

* Tol. 1.

* Cath. prim.

* Leonis 4. epist. 21.

* sub Synodo 1. an. 344.

* sub Synodo 1.

* sub Synodo 1. an. 344.

CAPUT CI.

Ut Sacramentum catechumenis non præbeatur.

Ex Epistola Pape Leonis *.

Item placuit ut etiam per solemnissimos Paschales dies Sacramentum catechumenis non detur, nisi solum falis: quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenos oportet mutare.

CAPUT CII.

Quid Pascha & Pentecoste sit baptizandum.

Ex eadem Epistola * ad Episcopos per Siciliam.

Unde quia manifestissime potest baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus loquuti sumus, esse legitima, dilectionem vestram rotemus ut nullis aliis dies hujus observantæ miscatis.

CAPUT CIII.

Quid omni tempore hi qui in necessitate moris, aut agrotantibus, vel obfusis, sive persequutionis, aut naufragii urgentur, debeant baptizari. De reddita etiam Christi baptisus ratio.

Ex eadem Epistola *.

Quis etsi fuerit alia quoque festa, quibus multa in honorem Dei reverentia debeat, principalis tamen & maximi sacramenti custodienda nobis est mystice rationis exceptio, non interdita licentia, quæ in baptisimo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Ita enim ad has duas sollicitudines connexas sibi semet atque cognatas incolunt, & in pacis securitate degenant libera vota differtimus; ut in moris periculo, in obfusis discernant, in persequutionis angustis, in timore naufragii nullo tempore hoc vere salutis singulare præsidium cuiquam denegemus.

CAPUT CIV.

De catechumenâ prægnante.

Ex Concilio Nocesariensi *, cap. vi.

Gravadam oportet baptizari quando voluerit, nihil enim in hoc que parit nascenti communit, propterea quod uniuscujusque suam propitiam in confessione declarat.

CAPUT CV.

De infantibus baptizandis, quoties dubitatur utrum fuerint baptizati.

Ex Concilio Carthaginiensi *, cap. xxxii.

Item placuit de infantibus, quoties non inveniantur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem de traditis sibi sacramentis amenti respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizandos, ne illa trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consulerunt, quia multos tales à barbaris redemunt.

CAPUT CVI.

De baptizatis qui nondum confirmati moriuntur.

Ex Concilio Milibetano *, cap. lxxvii.
Tom. I.

Si quis Diaconus regens plebem, sine Episcopo vel Presbytero aliquis baptizaverit, Episcopus eos per benedictionem perficere debet: quod si ante de sæculo recefferit, sub hie qua quique creditur potest esse iustus.

CAPUT CVII.

De his qui rebaptizati sunt, quantum penitent.

Ex Concilio Mileteni *, cap. ix.

De his qui in prævaricationem rebaptizati, sine aliqua necessitate vel tormento dâpni sunt, placuit ut circa eos illa Nicæna Synodus statuta serventur, que de prævaricationibus constituta esse noscuntur; ad eum ut septem annis inter catechumenos orent, & duobus inter Catholicos, & postea moderatione & clementiâ Episcopis fidelibus in oblatione & Eucharistiâ committentur.

CAPUT CVIII.

Quid non debeant baptizari, nisi ab Episcopis consignari.

Ex Epistola Pape Innocenti * ad Decretum, cap. vii.

De consignandis verò infancibus manifestum est non ab aliquo quam ab Episcopo fieri licere: nam Presbyteri licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem Pontificibus solis deberi ut vel contingunt, vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio actum Apostolorum, que asserit Petrum & Joannem esse duces, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Nam Presbyteri seu exiâ Episcopum seu præsentem Episcopum cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frostem ex eodem oleo signare, quod solum debetur Episcopo cum tradunt Spiritum Paracletum. Verba verò dicere non possum, ne magis prodere valeat, quam ad consultationem responderet.

CAPUT CIX.

De enegumentis baptizatis.

Ex eadem Epistola, cap. vi.

De his verò baptizatis qui postea demonio, aut vicio aliquo, aut peccato interveniente arripuntur, quæritur dictio tua, si à Presbytero vel Diacono possint aut debeant consignari: quod hoc nisi Episcopus præcepit, non licet; nam et manus imponenda omnino non est, nisi Episcopus auctoritatem dederit id efficiendi. Ut autem fiat, Episcopi est imperare, ut manus ei vel à Presbytero vel à ceteris Clericis imponatur: nam quomodo id fieri sine magno labore poterit, ut longè coonstitutus enegumentis ad Episcopum deducatur, enim si talis casus ei in itinere acciderit, nec perferri ad Episcopum, nec referri ad fas facile possit.

CAPUT CX.

De epistola sancti Jacobi, in qua pro infirmis orari præcipitur.

Ex eadem Epistola, cap. viii.

Sane quoniam de hoc sicuti de ceteris consuleri volui dictio tua, adjeci etiam filius meus Cælestinus Diaconus in epistola sua esse à tua dictio.
Z Z Z

*Temporibus Pape Leonis an. 114.

*Julianus. 2. 496. 4.

estate positum illud, quod in beati Apostoli Jacobi epistola concipitur est: *Infirmum quis in vobis, inducat Presbyteros, & orent super eum, unguens eum oleo in nomine Domini, & eratis fidei salvabitur infirmum, & suscitabit eum Dominus: & si in peccato fuerit, remittetur ei.* Quod non est dubium de fidelibus agrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo christum perungi possunt, quo ab Episcopo confecto non solum Sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in suis, aut suorum necessitate unguendo. Ceterum illud superfluum videmus adjectum, ut de Episcopo ambigatur quod Presbyteri licere non dubium est: nam videtur de Presbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus alim impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si Episcopus aut poterit, aut dignum ducit aliquem ad se visitandum, & benedicere, & tangere christum sine contestatione potest, cuius est ipsum christum conherere: nam patientibus illud fundi non potest, qui genus est sacramenti; nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?

CAPUT CXI.

Ut nulla pretia de baptizando consignandisque fidelibus exigantur; quod si qui perperare fuerint deprehensi, bonorum suorum periculum subintus.

Ex Epistola Papae Gelasii *, cap. v.

Baptizandis consignandisque fidelibus pretia nulla praestant, nec illanovibus quibuslibet impositis exagitate cupient renascentes; quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandatur, & adeo nihil ad praedictis prioribus exagere mediantur, quo vel paupertate cogente deterrui, vel indignatione revocati, redemptionis suae causas adire despiciant; certum habentes quod qui prohibita deprehensi fuerint admittisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subitum propria sunt honorata.

CAPUT CXII.

De Emerguntis.

Ex Concilio Arausico *, cap. xlv.

Emerguntis jam baptizati si de purgatione solliciti curant, & se sollicitudini Clericorum tradant, monitione obtemperant, omnimodis communiunt, sacramenti ipsius virore vel muniendi ab incuria demonum quo infestantur, vel purgandi quorum jam ostenditur vita purgator.

Ex Concilio Carthagini *, cap. xc.

Omnis die Exorcizet emerguntis manus imponat.

Ex Concilio quo supra, cap. xc.

Pavimenta domorum Dei emerguntis verant.

Ex Concilio quo supra, cap. xc.

Emerguntis in domo Dei adidentibus victus quotidianus per Exorcistas oportuno tempore manifestetur.

Explicit Liber secundus.

INCIPIT LIBER III.

CAPITULUM PRIMUM.

Presbyterorum & Diaconorum ordinationes certis celebrari posse temporibus.

Ex decreto Papae Gelasii *, cap. xi.

Ordinationes etiam Presbyterorum Diaconorumque nisi certis temporibus & diebus exerceri non debeant, id est quarti mensis jejunio, septimi & decimi, sed etiam Quadragesimalis inno, ac mediana Quadragesimae die sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas. Nec cupislibet utilitatis seu Presbyterum seu Diaconum his praestare, qui ante ipsos fuerint ordinati.

CAPUT II.

Ut nemo literarum nesciens, vel aliquam partem corporis immunitatis promoveatur ad Clerum.

Ex quo supra, cap. xvi.

Literatos quoque, & nonnulla parte corporis immunitatis sine illo respectu ad Ecclesiasticum dedicatum venire servitium; quod simul antiqua traditio, & Apostolicae sedis vetus forma non recipit; quia nec literis carens facere esse potest aptus officii, & viciosum nihil Deo prioris offerri legalia praeccepta sinerant. Itaque de cetero modis omnibus hae vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in Clerum. Si qui vero vel temeritate propria vel incuria praesidentium tales ante suscepti sunt, in his quibus constituti sunt locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis arripant, siquae habeant hoc ipsum sibi pro namq. maledictione permittendum.

CAPUT III.

De his qui se ipsos abdicant.

Ex quo supra, cap. xvii.

De his autem qui semetipsos abdicaverint, patet Canonem evidenter sequenda posuerunt, quorum tenorem sufficit iudicelle. Dicant enim talia perpetrantes mox ut agniti fuerint, a munere Clericali debere secludi. Quod modis omnibus custodire nos convenit, quia haec esse nullas supeditat, praeter illa quodquam quae memorabilia decrevit forma ecclesiae.

CAPUT IV.

Quod ad clerum criminosis nequeat promoveri, & in clerum passim si in aliquibus fuerint inventi criminosis, a suis officis arceantur.

Ex quo supra, cap. xviii.

Comperimus etiam horrendis quibusdam criminibus implicatos tota discretae summo. non solum de factis atrocibus necessarium penitendum non habere, sed nec aliquam correptione penitus succedente ad divinum ministerium honoremque confedere. Nonnullos autem etiam in ipsius ordinibus constitutos graviter delinquentes facinorosis non repelli, cum & Apostolus clamat: *Nemo cito manus imponatur*, neque commanicisidum peccatis alienis, majorum veneranda constituta pronuntient. Huiusmodi etiam si forte subreperint, tam qui ante peccaverunt detectos oportere depl-

* Epist. Gelasii
primi ad Epist.
Lancian.

* Ex Arausico
capo 4.

* Carth. 11.

* Epist. Gelasii
primi ad Epist.
Lancian.

li, quàm sacre professionis obitus prævaricatores- que sancti propostio procul dubio submovendos.

CAPUT V.

Quòd dæmonis alioque passionibus irretitis ministris sacra tractare non liceat.

Ex quo supra, cap. 211.

U^Sque adco sicut comperimus illicita quæque prorumpere, ut dæmonis similibusque passionibus irretitis ministris sacrosancta tractare trabatur: quibus si in hoc opere positus aliquis propter necessitatem occurrat, quis de sui delictum libere confidet, ubi ministros ipsos curationis humanæ tantâ perpessus calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus mortuus est, scandalum generetur infirmis. Postremò si corpore fauciatum fortassis aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina permittit; quanto magis domi cælestis dispensatores esse non convenit, quod est deterius, metæ periculosus?

CAPUT VI.

De his qui viduam aut dimissam ducunt, vel in malis consiliis mixti sunt.

In excerptis Martini.

S^I quis viduam aut ab alio dimissam duxerit, non admittatur ad clerum; aut si obrepit, dejiciatur. Simuliter si homicidium aut factum, aut præceptum, aut consilio, aut assensum post baptismum consecutus fuerit, & per aliquam libertatem ad Clericatum venerit, dejiciatur, & in finem vitæ suæ communionem recipiat.

CAPUT VII.

Ex decreto Pape Hilarii, qui non debeant ad clericatum admitti.

cap. 1.

C^Avendum ergo imprimis ut ad sacerdotis gradus, sicut gentis prioribus ante præscriptum est, quisquam qui uxorem non virginem duxit, adspiciat: repellendus est etiam quisque qui in secundæ uxoris nuptiis contra Apostolica præcepta convenit. Quod insu litterarum, nec non & aliqua membrorum damna percelli, & hi qui ex poenitentibus sunt, ad sacros ordines adspirare non audeant. Quisquis salum confessor exhiberit, factum suum ipse dissolvit; & quod commisit illicitè, aut à decessoribus invenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit. Nos enim in nulla volumus severitatem ultionis exercere, sed qui in equis Dei vel contumacia vel in aliquo excessu deliquerit, aut ipse quod præteram fecit abolere nulerit, in se quicquid in alium non referat, inveniet. Quod ut princeps possit tenacius custodiri, si placet omnes causas & subscriptiones proprias commodate, ut Synodali judicio aditus claudatur illicitus. Ab universis Episcopis & Presbyteris acclamatum est, hæc confirmamus & hæc docemus.

CAPUT VIII.

Item ejusdem de eisdem 14, cap. 11.

Nonnulli Episcopatum, qui nonnullis meritis præcedentibus datur, non divinum munus, *rom. 1.*

sed hereditarium putant esse compendium, & credunt sicut res caducas esse mortales, ita Sacrosanctam vel legalem aut testamentario jure posse dimitti. Nam plerique Sacerdotes in morte confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis manibus subrogat, ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu: quod quàm grave sit estimante: atque ideo si placet etiam hanc licentiam generaliter de Ecclesiis auferamus, hec quod turpe dictum est; homini se pueri debere quod dei est.

CAPUT IX.

De his qui virginatatem professi sunt: & de his que sub seceris habent cum aliquibus commorantur.

capitulum 112.

Q^Uotquot virginatatem promittentes irritam faciunt sponsonem, inter hæmos censentur. Virgines autem que conveniunt cum aliquibus tanquam sorores habitare prohibentur.

CAPUT X.

Ut ex curialibus Clericus non fiat, propter voluptates quam à diabolo inveniat exhibere compellatur.

*Ex Epistola Pape Innocenti * ad Victricium Episc. cap. 11.*

P^Ræterea frequenter quidam de fratribus nostris curiales vel quibuslibet publicis functionibus occupatos Clericos facere contendunt, quibus postea major tristitia cum de revocandis eis aliquod ab Imperatore præcipitur, quàm gratia de adicito nascitur: constat enim eos in ipsius munus voluptates etiam exhibere, quæ à diabolo invenit esse nocentis, & ludorum apparatus apparibus aut præcæ aut forsitan interesse. Sit certè in exemplum sollicitudo & tristitia fratrum quam sæpe pertulimus Imperatore præsentem, cum pro his lapsus rogavimus, quam ipse nobiscum positus cognovisti: quibus non solum inferiores Clerici ex consiliis, verùm etiam jam in Sacerdotio constituti, ingens molestia ut redderentur inflabat.

CAPUT XI.

De ministris.

*Ex ejusdem Epistolæ * ad Rupeum, cap. 11.*

Q^Uisdam etiam est super his qui post baptismum administraverunt, & aut tormenta sola excrucierunt, aut etiam capitalem protulerint sententiam. De his nihil legitimus à majoribus diffinitum: meminerant enim hi Deo peccatas has fuisse concessas, & propter vindictam nostrarum gladium fuisse permissam, & Deo miserrum esse, datum in justissimi vindicem. Quomodo igitur reprehederent factum, quod auctore Domino viderent esse concessum? De his ergo ita ut hætenus servatum est, sic habemus, ne aut disciplinam evocet, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsi autem in ratione reddendâ gesta sua omnia servabuntur.

CAPUT XII.

Quid qui preces vel criminales dicant, habeantur immanes.

Ex eisdem Epistolæ, cap. 11.

Ilud etiam scitarius voluit, an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismum

*Ex Capitulis
sancti Br-
nosii Episc.
1. 1. 17.*

*Ex Conc. Ro-
mano 469*

id. cap. 1.

** Ex Carol.
Anonymo, lib.
5. cap. 10.
114. c. 11.*

** Ex ep. 1.
Pape 1. ad
Victoricium, 112.*

** Epistola 1.*

regenerationem, à Præcipuis potere mortem altissimam vel longævum de reatu: quam rem Principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad iudicem commissa ipsa vel crimina semper remittunt, ut casu cognita vindicentur; que cum quæstoribus delegant, aut absolutione, aut damnatio pro negotii qualitate profertur; & dum legum in improbos excipitur auctoritas, erit dictator immuus.

CAPUT XIII.

Si quis volens partem sui corporis amputaverit. Clericus esse non potest, necesse autem, potest.

Ex Epistola Pape Innocentii ad Felicium Episcopum*, cap. xxxviii.

Qui igitur partem cuiuslibet digiti sibi ipsi volens abscidit, huic ad Clerum Canones non admittunt: cui verò casu aliquo contingit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se non sponte percussit, hos Canones præcipiant, & Clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abici: in illis enim voluntas est iudicata, quæ sibi ausu fuit ferrum inponere, quod scilicet & alii si facere dubitari non possit, in illis verò casus veniam merent.

CAPUT XIV.

Quòd digni ad Clerum admitti non possunt.

Ex eadem Epistola, cap. xxxix.

De dignis autem nec consulti debuit, quòd mandavit licet Apostoli: *Unius virginitatis virum*, ad Sacerdotium sive ad Clericum admitti debere, & huic ipsam tamen si virginem accepit, nam ea que habuerat antea virum, licet desinatus sit, tamen si postea Clerico fuerit copulata, Clericus qui eam exceperit esse non potest: quia in lege cautum est: Non visum, non abjectam habere posse in conjugem Sacerdotem.

CAPUT XV.

Qui de laicis ad clerum non debent promoveri.

Ex eadem Epistola, cap. lxx.

De laicis verò consulti tua religio, quod Canones ordinare prohibent. Certum est quidem hoc regulas Ecclesiasticas continere, sed non ita distinctum est, ut de omnibus sit laicis constitutum: neque enim Clerici nosci & non fieri possunt sed designata sunt genera de quibus ad Clericum perire non possunt, ad est si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postulerit, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifeste ratio est, quoniam de hi inventiantur huiusmodi viri qui debent Clerici fieri, rament quoniam seipsum ad curiam repetuntur, cavendum autem his est propter tribulationem que sæpe de his Ecclesiæ provenit.

CAPUT XVI.

Qui de laicis possunt Clerici fieri: hic aperit concubina prohibetur.

Ex eadem Epistola, cap. lxxv.

Laici verò qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se amittunt, ut opinio eorum in nullo valeat, ut aut Clerici iuncti non, aut monachi: nisi ex quo baptizati sunt, hæserint. Si non concubinam,

non pellicem noverint, si in omnibus bonis operibus vigilarint, non prohibentur huiusmodi ad Clericum forem assumi.

CAPUT XVII.

De temporibus morandi in clero.

Ex eadem Epistola, cap. v.

Ita sanè ut in eos tempora à majoribus constituta inveniantur, nec eisdem quilibet Lector, cuòd Acolythus, eisdem Diaconus, eisdem Sacerdos fiat: quia in minoribus officiis si diu perduret, & via eorum pariter & obsequia comprobantur, ut ad Sacerdotium postea certis distinctionibus meritis veniant, nec præcipiant quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergo certà distinctione monstratum est qui debeant admitti, quive reprobari, ex his omnibus, quos videt dignitas tua non posse reprobari, eligere debebis quos Clericos facias: si eam nullam gratiam hominibus aut beneficium præstare velimus, tales invenire possumus, de quorum assumptione nec incurtere scandalum, nec exorbescere valeamus.

CAPUT XVIII.

Quæ in singulis Clericis gradibus tempora sint præfixa.

Ex Epistola Zolimi Pape*, cap. lxxv.

Hæc sunt autem in singulis gradibus observanda tempora. Si ab infantia Ecclesiasticis ministerium nomen dederit, inter Lectores usque ad vicissimum etatis annum continuatè observantem perdetur: si major jam & grandævus accesserit, ut tamen ut post baptismum statim se divina militæ desolaret mancipari, sive inter Lectores, sive inter Exorcistas quinquennio teneatur; extinde Acolythus vel Subdiaconus quatuor annis: & sic ad beudictionem Diaconatus si meretur, accedat, in quo ordine quinque annis, si indoluit & gesserit, hæere debet: exinde suffraganeus stipendius per tot gradus datis propriè huius documentis, Prelbyteri Sacerdotium potest promoveri; de quo loco, si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, summum Pontificatum sperare debet. Hac tamen lege servata, ut neque dignitas, neque penitentis, neque vitæ maritus ad hos gradus possit admitti. Sanè ut etiam defensores Ecclesiæ, qui ea laici sunt, supradictæ observatione teneantur, si meruerint esse in ordine Clericatus.

CAPUT XIX.

Quòd non debeat Sacerdos aut Clericus amitti pallio, & præcedis lumbis in Ecclesiâ ministrare.

Ex Epistola Pape Celestini*, cap. lxxv.

Idicimus enim Domini Sacerdotes supersticioso potius cultu inficere, quam merito vel fides prelati. Sed non mirum si contra Ecclesiasticum morem faciant, qui in Ecclesiâ non creverunt, sed alio venientes tenere secum hæc in Ecclesiâ que in aliâ conversatione habuerant, intulerunt: amicti pallio & lumbis præcedis credunt se sanctæ scripturæ fidem non per spiritum, sed per litteram impleturos: nam si ad hoc illa præcepta sunt, ut taliter tractentur, cur non sunt pariter que sequantur ut incerne ardentes non cum baculo zeneantur? Habent suam ista hybernum, & intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis qua dicit significatione veniant. Nam in lumbotum præcedis callitas,

* Epist. 4. ad Felicium Episcopum Epistol. cap. lxxviii.

* cap. v.

* Tit. 1. Tit. 2.

* Data ad. tit.

* Celestini 2. Epistol. 1. ad Episcopos provinciarum Galliarum & Hispaniarum, cap. lxxv.

us baculo regimēn postulare, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur; *Sic opera vestra lucem*, indicatur. Habent tamen illum factum cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant loca, & procul à cæteris degant, unde hic habitus in Ecclesiis Gallicanis, et tunc anomum tantumque Pontificum in alterum habitum confectio versatur. Dilectanda à plebe vel cæteris sumus doctrinā non esse, conversatione non habitu, mentis puritate non cultu. Nam si studere incipimus novitati, traditum nobis à Patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuis superfluitatibus faciamus. Rudes ergo huiusmodi mentes ad talia non debemus inducere: docendi enim sunt potius quā illudendū nec amplexandū est eorum oculis, sed mentibus insinuanda præcepta sunt. Erant quidem multa quæ pro disciplina Ecclesiastica, vel ipsius rei dicere ratione possemus: sed ab his ad alia devocamur.

CAPUT XX.

De Clericis, quales debeant promoveri.

Ex Decreto Papæ Sixti, cap. 7. 1112.

Dilectissimi etiā licenter ac liberè inexplorata vite homines, quibus etiā fuerint numerosa conjugia, ad presbiteras dignitates prout cuiusque loco eo adspirant, quod non tantum illis quoad hoc immoderata ambitione perveniunt, quantum Metropolitanis specialiter Pontificibus imputamus, qui dum inhiabent aures consentit, Dei nostri quantum in se est præcepta contemnunt. Et ut tacemus quod alia suscipiantur, ubi illud est quod Dominus noster dicit per Moysen lege constant dicens: *Sacerdotes vestri non sint sicut homines*. Ex alio loco: *Sacerdos uxorem non habebit, non viduam, non repudiatam, non meretricem*. Quod loquitur Apostolus ex persequente predicatore: *Unus uxoris virum tam Sacerdotem quā Diaconum fieri debere mandavit*. Quæ omnia ita vestrarum regionum despicuntur Episcopus, quasi in contrarium magis fuerint constituta: & quia non est nobis de huiusmodi usurpationibus negligendum, ne nos indignatus Dominus vox iusta corripat quæ dicit: *Uidebitur forem & erretis cum eo; & postquam eam conversionem cum adulteris: quid ab universis post hæc ecclesiis sequendum sit, quid vitandum generali pronuntiatione decernimus.*

CAPUT XXI.

Quid extra consuetudinem Metropolitanam non ordinandi sit Episcopus.

Ex Decreto Papæ Innocentii, cap. 12.

Primum tunc extra conscientiam Metropolitanam Episcopus nullus audeat ordinare: integrum enim iudicium est, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec unus Episcopus ordinare presumat Episcopum, ne futurum beneficium prestitum valeatur. Hoc enim & à Synodo Nicænā conclusum atque distinctum.

CAPUT XXII.

Quid volentibus Clericis, vel populis, nome debeant Episcopos ordinari.

Ex Epistolâ Papæ Callisti ad universos Episcopos per Venerabilem & Nubonensem provinciam constitutum, cap. 11. 1112.

Nullus invasus detur Episcopus: Cleri, plebis & ordinis consensus & desiderium requiratur.

Tunc alter de altera eligatur Ecclesiâ, si de civitate ipsius Clericis, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignus, quod evitari non credimus, poterit inveniri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de aliena Ecclesiâ merito præferantur. Habent tamen quique suæ fructum multum in Ecclesiâ, in quâ suam per omnia officia transigunt aetatem: in aliena stipendium minime alter obrepit, nec illi debitum alter sibi audeat vindicare mercedem. Sic faciles Clericis retinendi si se videtur prægraviari, & quos sibi non ex transverso cogoverint, non tamen refutare: quia si non debitum præmium, vel liberam de eo qui eos retinens est debent habere iudicium.

CAPUT XXIII.

Quid ab illicitis seu ordinationibus abstinendum.

Ex eodem Epistolâ cap. 12. 1112.

Abstinere etiam ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, non illos dignamus, nullus qui sit viduus maritus aut fuerit, ordinatur; sed irreprehensibilis, & qualem elegit Apostolus, sicut. Per Moysen Dominus præcepit: *Virginem accipiat Sacerdos uxorem*. Subsequitur & supplet Apostolus eodem loquutus Spiritu, *omnis uxoris virum debere Episcopum conlectari*. Ad hæc ergo eligatur formidat Sacerdotem, & si quæ licet sunt ordinationes illicitæ, removeantur, quoniam stare non possunt: nec discussionem nostram subterfugere poterunt, quamvis latere se aliter qualiter pervenerint. Ut nulla religio reverentia obicitur factetur, non sit vana gloriatio palliat, Episcopalem morem qui Episcopi sunt, sequantur. Daniel, & ut diximus, qui aculeationem iustitiam honore subterfugere se posse credit, & ad fastigium tantum acculeatorum suos latens pervenit, à sanctitate vestre curæ interim se novem segregatum, qui se nostro iudicio debet obicere, si conscientie suæ novis contentum obtulerit. Misistenus verò ecclesie Sacerdotem, qui dicitur, quod dictu nefas est, in necem fratris sui taliter gratulatus, ut hinc qui ejus sanguine crementatus advenerat, portione cum eodem habiturus occurreret; vestro eam audiendum collegio delegamus.

CAPUT XXIV.

Ut nullus Episcoporum servum alterius ad Clericatus officium promovere presumat.

Ex Decreto Papæ Leonis in Epistolâ ad Episcopos per Campaniam.

Admittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur; & qui à demius sua libertatem consequuntur manere potuerunt, ad fastigium Sacerdotii, tantquam servus vilitas hunc honorem capiat, provehiuntur: & probari Deo se posse credunt, qui domino suo necesse probare se possunt. Duplex itaque in hac parte reatus est, quod & sacrum ministerium talis consorti vilitate polluitur, & dominorum quantum ad illicitæ usurpationis temeritatem pernet, jura solvantur. Ab his itaque, fratres carissimi; omnes vestre provincie obtineant Sacerdotes, & non tantum ab his, sed ab aliis etiam qui originali aut alicui conditioni obligati sunt, volentes temperari; nisi forte eorum petico aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eis vindicant potestatem; debet enim esse immo nis ab aliis, qui divinx multæ fuerit aggregandus, ut à castis domesticis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatibus vinculis abstrahatur.

* cap. 11.

Levitic. 21. 1. Tam 1.

* Sic in cap. 7.

* Sic cap. 8. in cap. 11. 1112.

* Leonis I. epist. 1. cap. 1.

CAPUT XXV.

Ut quicumque ad Sacerdotium vel viduarum maritus, vel habentes numerosa conjugia promoti fuerint, ab omnibus Ecclesiasticis officiis arceantur

Ejusdem cap. 11.

Qualis verò unicuique naturam honestas & motum esse debeat, qui facti altaris ministerio est sociandus, & Apostolo nos docente, & divinæ præceptione didicimus, & Canonum regula, à quibus plerisque fratrum declinasse & penitus devulsi reputamus: nam constat ad Sacerdotium pervenisse viduarum maritos quosdam, etiam quibus fuerint uniuersa conjugia, & ad omnem licentiam vita liberior, ad sacrum ordinem passim præfatis aditibus fuisse promotos, contra illam beati Apostoli vocem quæ talibus exclamata dicitur: *Virgo uxorem*: & contra illud antique legis præceptum quo dicitur & cautetur: *Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam*. Hoc ergo quicumque tales admissi fuerint, ab Ecclesiasticis officii & à Sacerdotali nomine Apostolice sedis auctoritate jubemus arceri. Nec hoc enim sibi poterunt pro arbitrio vindicare, cuius capaces per hoc quod illa oblitent, non fuerint: hujus discussionis curam nobis specialiter vindicantes, ut si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, nec liceat ulterius committi, & ut qua excoisatio de ignorantia nascatur, (quamquam ignorantia nunquam liceret Sacerdotem, quid Canonum regulis suis didicissent) hæc ergo ad provocatos vestros per Innocentium, Legatum & Begatum fratres & Coepiscopos nostros scripta direximus, ut quæ male pullulasse noscuntur, radicibus evellantur, & nullam Dominicam irrita nulli corumpat. Ita enim froctum ubereem quæ sunt sincera præstabant, si ea quæ notam fugerent enecare consueverint, diligentius impotentur.

CAPUT XXVI.

Ut si quis sacerdotum curam hæc interdilla fecerit, à suo se officio submovendus.

Ejusdem cap. 7

Hoc itaque admonitio nostra denuntiat, quod si quis iratram contra hæc statuta venerit vel venire tentaverit, & prohibita fuerit ausus admittente, à suo se noverit officio submovendum, nec communionis nostre futurum esse consortem, qui socius esse noluit discipulis. Ne quid verò sit quod prætermisimus à nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beate recordationis Innocentii, quam omnium doctorum nostrorum, quæ de Ecclesiasticis ordinibus & Canonum promulgata sunt disciplinæ, ita à vestra dilectione custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam subdeinceps noverit denegari.

CAPUT XXVII.

Quid non habeantur Episcopi, qui nec Clerum elegerint, nec papam excoisivos, nec provinciales Episcopi consecraverunt: si qui tamen Clerici & his ipsi Episcopi ordinantur, rursus potest ordinatio talis existere.

Ejusdem cap. xv.

Nulla ratio finit ut inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus electi, nec à provincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio consecrati: vnde cum sepe quæsitio

[Abnegatio] Aliis codex *Aptungensis*.

de male accepto honore nascatur, quis ambigatne ququam illis esse tribuendum quod non docetur eis fuisse collatum? si qui autem Clerici ab ipsis pseudo-Episcopis in eis Ecclesia ordinati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu & iudicio prædilectorum facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis Ecclesiis perseverent: aliter autem vana habenda est consecratio, quæ nec in loco fundata est, nec auctoritate munita.

CAPUT XXVIII.

Ut nullus iuvencis ordinatur Antistes.

Ejusdem cap. xxxv.

Um ergo de summi Sacerdotii electione tractabatur, ille omnibus præponatur, quem Clerici plebique consensu concorditer postulaverint: ita ut si in alium forte personam partium se vota dividerint, Metropolitanis iudicio si alteri præponatur, qui majoribus & studiis juvatur & meritis, tantum ut nullus iuvencis & non petentibus ordinetur: ne civitas Episcopum non optatum aut contemnat, aut odrit, & hæc minus religio quam convenit, cui non liceret habere quem voluit.

CAPUT XXIX.

Ut nullus alienum Clericum sollicitare vel tenere profumat, suo Episcopo non præbente consensum.

Ejusdem cap. xxxii.

Alienum Clericum invito Episcopo ipsius nemo sollicitet, nemo sollicitet; nisi forte ex placito charitatis ad inter dantem accipientemque conveniat: nam gravis iniuriæ reus est, qui de tractu Ecclesiæ ad quod est utilis aut pretiosus audeat vel allacere vel tenere. Itaque si intra provinciam sua agitur, transfugam Clericum de Ecclesiâ suâ Metropolitanas redire compellat. Si autem longius recessit, tui præcepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati nec ambitioni occasio relinquatur.

CAPUT XXX.

Ut implicati negotiis alienis, ante redditam rationem Clerici non ordinentur.

Ex Concilio Carthaginiensi, cap. 17.

Magnus Episcopus Athanasius dixit: Quis dilectioni vestre videtur, procuratores & actores, tutores etiam seu curatores pupillorum si debeant ordinari. Gratus Episcopus dixit: Si post deposita universa & reddita rationibus, si actus vite ipsorum fuerint comprobati, in omnibus debeant & cum laude Clerici, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim quis ante libertatem negotiorum vel officiorum ad aliquo sine consideratione fuerit ordinatus, Ecclesiâ usamatur. Universi dixerunt: Rectè omnia ista sunt sanctitatis tua, ideoque tua nostra est quoque sententia.

CAPUT XXXI.

Rebaptizati non sunt Clerici ad gradum promovendi.

Ex Concilio quo supra, cap. xxvii.

Item confirmatum est, ut si quando Presbyteri vel Diaconi in aliquâ gravius culpa convicti fuerint, quæ eos à ministerio necesse sit removeri, non eis manus vel tanquam parientibus, vel tam-

* Ad Anast. sum Trif. a. 1916. pp. 24, 209.

cap. 11.

* Primo sub Julio I. cap. 1111.

* Ex red. con. Afric. Antis. ran. notes, & ex Carthaginiensi cap. 17.

1. Tim. 1.
Levit. 11.

* Lennis sigill. Episcopi, seu v. p. 1916. ad Trif. a. 1916. pp. 24, 209.

quam fidelibus laicis imponatur ; neque unquam permittendum ut rebaptizati ad Clericatus gradum promoveantur.

CAPUT XXXII.

De his qui peregrè baptizantur , ut ad Clerum non veniant.

Ex Concilio Hübliciano *, cap. 221 v.

Omnis qui peregrè fuerit baptizatus, eo quod eorum manum sit cognita vna, ad Clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

CAPUT XXXIII.

De discretione penitentium, qui possint ad Ecclesiasticos ordines procehi, vel qui non possint.

Ex Concilio Toletano v. cap. 21 v.

Hi qui in discrimine constituti penitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera committentes, sed tantum peccatores se predicantes, huiusmodi si revalerint, possunt etiam per motum probitatem ad gradus Ecclesiasticos pervenire. Qui vero ita penitentiam accipiunt, ut aliquid mortale peccatum perpetrasse publice fateantur, ad Clerum vel honores Ecclesiasticos pervenire nullatenus possunt, quia se confessione propria notaverunt.

CAPUT XXXIV.

De discretione libertorum, qui ad Ecclesiasticos ordines pervenire possint, vel qui procehi non possint.

Ex eodem, cap. 2.

Quicumque libertatem ab omnibus suis ita percipiunt, ut nullum libmet in eis obsequium patronis retinet, isti si sine crimine sunt, ad Clericatus ordinem liberi suscipiuntur ; quia directà manumissione absoluti nofcantur. Qui vero redempto obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc à patrono servituti tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad Ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum domini, sicut Clericis servi.

CAPUT XXXV.

De Clericis scurrilibus.

Ex Concilio Carthageno *, cap. 22.

Clericum scurrilem, & verbis turpibus jocularem, ab officio detrahendum.

CAPUT XXXVI.

Non transigrandum de civitate in civitatem.

Ex Concilio Calchedonico *, cap. 7.

De his qui transigrant de civitate in civitatem Episcopi aut Clericis, placuit ut Canonis, qui de hac re à sanctis Patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem.

CAPUT XXXVII.

Quid non oporteat absolvi quoslibet ordinari.

Ex eodem Concilio, cap. 11.

Nullum absolutè ordinari debere Presbyterum aut Diaconum, nec quemlibet in gradu Ec-

clesiastico, nisi specialiter Ecclesie civitatis aut possessionis, aut Martyri, aut Monasterii ordinandus est, pronuntietur. Qui vero absque ordinatur, decrevit sancta Synodus irritam haberi huiusmodi manus impositionem, & nullquam posse inuillare ad ordinandis injuriam.

CAPUT XXXVIII.

De singulis gradibus sacri ordinis, qualiter ordinentur.

Ex Concilio Carthageno * de psalmis, cap. 2.

Psalmissa, id est Cantus, potest absque scientia Episcopi solè iussione Presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero : Vale ut quod ore cantas corde credas, & quod corde credis, operibus comprobet.

CAPUT XXXIX.

Qualiter Officium ordinentur.

Ex Concilio Carthageno *, cap. 12.

Osturius cum ordinatur, postquam ab Archidiacono iustitius fuerit qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus Ecclesie claves de altario, dicens ei : Sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus que ista clavibus recluduntur.

CAPUT XL.

Qualiter Leitores ordinentur.

Ex Concilio eodem, cap. 142.

Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans ejus fidem ac vitam atque ingenium : post hæc spectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus est, dicens ad eum : Accipe, & esto verbi Dei gloriator, habiturus si fideliter & utiliter impleveris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministraverunt.

CAPUT XLI.

Qualiter Exorcista ordinentur.

Ex eodem Concilio, cap. 111.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo : Accipe & commenda memoriam, & habeto potestatem imponendi manus supra emergunos, live baptizatos, live catechumenos.

CAPUT XLII.

De Exorcistis qui non sunt ab Episcopis ordinati.

Ex Concilio Laodicensi *, cap. 22 v.

Quod hi qui non sunt ab Episcopis ordinati, tam in Ecclesiis, quam in domibus exorcizare non possint.

CAPUT XLIII.

Qualiter Acolybi ordinentur.

Ex Concilio Carthageno *, cap. 11.

Acolytus cum ordinatur, ab Episcopo quidem docetur qualiter in officio suo agere debeat, sed ab Archidiacono accipiat ceroterarium

* Ex Cath. 11. an. 398.

* an. 398.

* Conc. Chalcedonense, an. 451.

* Cath. 11. an. 398.

com cetero, ut sciat se ad accendenda Ecclesie lominaria mancipari; accipiat & urceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

CAPUT XLIV.

Qualiter Subdiaconi fiant.

Et eodem Concilio, cap. 1.*

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipiat vacuum, & calicem vacuum; de manu vero Archidiaconi accipiat urceolum cum aquamante ac manutergium.

CAPUT XLV.

Incipit de regulis omnium Clericorum. Ut Clerici nullas negotiationes inhonestas & tempus lucra fiantur.

Et Decimo Papa Gelasio*, cap. 17.

Consequens fuit ut illa quoque, quae de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non petereunda putaremus, id est plurimos Clericorum negotiationibus inhonestis & lucris turpibus immixcere, nullo pudore cerentes Evangelicam lectionem, quae ipse Dominus noster negotiatorum et templo verberatos flagellis asserit expulisse; nec Apostoli verba recolentes quibus ait: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularium*: Psalmistam quoque David furda dissimulantes aure cantantem: *Quoniam non cogitavi negotiationes, introibo in potentiam Domini*, proinde huiusmodi aut ab indignis post haec quilibet noverint abstinendum, & ab omnibus quoslibet negotiationis ingenis compulsaque cessandum, aut in quocumque gradu sint positi, mox à Clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domos Dei domus orationis & esse debet & duci, ne officina negotiationis & spelunca potius sit latronum.

CAPUT XLVI.

Et Concilio Terracoenesi*, cap. 12.

Quicumque in Clero esse voluerit, emendi vitulis vel vendendis caribus suis non utatur. Certè si hoc voluerit exercere, cõhibeatur à Clero.

CAPUT XLVII.

Ut Clericus nec suo nec alicuius nominis furtus exercent.

Et Decimo Papa Leonis*, cap. 17.

Illud etiam duximus praemonendum, ut licet non suo, ita non alieno nomine aliquis Clericorum exercere furtus attemptet: indecens enim est crimen suum commodis alienis impendere. Furtus autem hoc salum aspiciere & exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter & in perpetuum mandata retribuet, recipere valeamus.

CAPUT XLVIII.

De damnationibus Clericis, & ad officium tardis.

Et Concilio Agathensi*, cap. 11.

Contumaces verb Clerici proot dignitatis ordo permittent, ab Episcopo corrigantur, & si qui

prioris gradus elati superbiis excommunicationem fortasse contemserint, aut Ecclesiam frequentare vel officium suum implere praesumserint, peregrina eis communio tribuatur; ita ut cum eos penitentia correxerit, rescripti in matricola gradum suum dignitatemque recipiant.

CAPUT XLIX.

Si Clericus fornum Ecclesiae fecerit.

Et Concilio quo supra, cap. 7.

Si quis Clericus fornum Ecclesiae fecerit, peregrina sibi communio tribuatur.

CAPUT L.

Ut si consubites ordinis Clericis iuridici ad Ecclesiam venient, deponantur.

Et Concilio Tolosano*, cap. 7.

Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus, vel quilibet Ecclesiae deputatus Clericus, si intra civitatem fuerit, vel in loco in quo Ecclesia est, aut castello, aut vico, aut villa, & ad Ecclesiam ad firmitatem quodammodo non venient, Clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ab Episcopo noluerit promereri.

CAPUT LI.

Quid nullus Ecclesianficorum in tabernis comedere debeat.

Et Concilio Laodicensi*, cap. 327.

Quod non oporteat sacro ministerio deditus, à Presbyteris usque ad Diaconos, & reliquum Ecclesianficorum ordinem, id est usque ad Subdiaconos, Lectores, Cantores, Exorcistas, & Oiliarios, & ex numero continentium & Monachorum, ingredi tabernas.

CAPUT LII.

De Clericis qui in mutuum eadem prorum.

Et Concilio Milevensi*, cap. 12.

Si qui Clerici in mutuum eadem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam periculis, à Pontifice districtis judicentur.

CAPUT LIII.

De Clericis qui ad saecularium defensionem consueverint propter destructionem Episcopi.

Et Concilio Agathensi*, cap. 7112.

Id etiam placuit, ut Clericus si relicto officio suo propter destructionem ad saecularem iudicem forte confugerit, & ei is ad quem recurrit solatium defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesiae communiore pellatur.

CAPUT LIV.

De Clericis negotio & mundanis sollicitudinibus.

Et Concilio H.iberitano*, cap. 572.

Episcopi, Presbyteri & Diaconi de locis suis negotiandi causi non discedant, nec circumventus provincias, quatuordecim nundinas sedentur. Sa ne ad victum sibi conquiritur, aut filium, ut libe-

* cap. 7.

* Epist. 9. Ge-
las. l. ad Episc.
inq. Lucania.

v Tom. 2.

psal. 70.

* Tempore
Hormisila
civitas 6.

* Leonis l. 2.
psal. ad Episc.
per Campa-
nam, etc.

* An. 106.

* Tolos.

* Sub Sylvano
aut parvo La-
odiceo concilio.

* Tempore
Joan. Pap. l.
circiter annum
814.

* Anno 106.

* Sub Marcellino
l. cap. 2701.

1002.

sum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant; & si voluerint orgociari, intra provinciam negotientur.

CAPUT LV.

Ut si voluntarius Clericus damnus Ecclesia fuerit, satisfaciatur, & excommunicetur.

Ex Concilio Agathensi*, cap. XLVII.

SI quis verò de Clericis documenta quibus Ecclesie possessio firmatur, aut supprimitur, aut negare, aut adversarius fortasse tradere damnabili & puniendâ oblatione præsumserit, quidquid per publicitatem documentorum damni Ecclesie illatum est, de propriis facultatibus reddat, & communionem privetur. Hi autem qui in damno Ecclesie instrumenta Ecclesie impudè sollicitatis traditionibus susceperant, pari sententiâ feriantur.

CAPUT LVI.

De conversatione Clericorum, ut in uno conclavifant.

Ex Concilio Tolitano*, cap. XLIV.

PRONA est omnis aetas ab adolescentiâ in malum: nihil enim incertius quàm vita adolescentiæ. Ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in Clero pueri aut adulescentes existant, omnes in uno conclavi atque commorentur, ut lubricitatis amos non in luxuriâ, sed in disciplina Ecclesiastica agant, deputati probatissimo seniori i quem & magistrum doctrinæ & testem vite habeant. Quibè si aliquis ex his pupillis existant, sacerdotali tutela foveantur, ut & vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab injuriâ improborum. Qui autem his præceptis resistentes, monasterium deputentur, ut vagantes animi & superbi severam regulâ distringantur.

CAPUT LVII.

Ut Clerici vitent ebrietatē, quæ omnium viciorum fomes ac virus est.

Ex Concilio Agathensi*, cap. XLIII.*

ITaque cum quem ebriam fuisse constitit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spatium à communione statuimus submovendum, aut corporali dandum supplicio.

CAPUT LVIII.

Consumptio ordinis Clerici suspiciatâ conviviis vitentur, ne facer aniles aut otiosus polius possit.

Ex Concilio quo suprà, cap. XL.*

PRESBYTERI, Diaconi, Subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum maritarum evitent convivia, neque his cæcibus admisceantur ubi amatoria cantantur & turpis, aut obicant motos corporum choris & saltationibus effrenantur; ne auditis & obtutus sacris mysteriis deputati, turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

CAPUT LIX.

De Clericis qui magos aut sortilegos consuluerunt.

Ex Concilio Tolitano*, cap. XLII.

SI Episcopus quis, aut Presbyter, sive Diaconus, vel quilibet ex ordine Clericorum, magos aut

sortilegos, aut amulos, aut certè augures, vel lotilegos, vel eos qui prædicant sortem aliquam, aut aliquos eorum famula exercentes consulere fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, Monasterium certiorum exceptis, ibique perpetuè penitentiam deditus sceleris admodum sacrilegi just.

CAPUT LX.

Clerici tabernas non ingrediantur absque peregrinationis necessitate.

Ex Concilio Carthaginiensi*, cap. XLVII.

UT Clerici edendi vel bibendi causâ tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

CAPUT LXI.

De Clericis qui in festinatione arma sumserint.

Ex Concilio Tolitano*, cap. XLV.

CLERICI qui in quocumque seditione arma volentes sumserint vel sumserunt, aperti amissionis sui gradu in Monasterium penitentiam retundantur.

CAPUT LXII.

De Clericis per plateas & andronas ambulantiis.

Ex Concilio Carthaginiensi*, cap. XLVIII.

CLERICUS per plateas & andronas, nisi certâ & maximâ officii sui necessitate non ambulet.

CAPUT LXIII.

De Clericis in mundanis & foro decambulantiis.

Ex Concilio quo suprà, cap. XLVIII.

CLERICUS qui non pro emendo aliquid in mundanis vel in foro decambulat, ab officio suo degradetur.

CAPUT LXIV.

Clerici qui vigiliis desunt, stipendia privandi.

Ex Concilio Carthaginiensi*, cap. XLIX.

CLERICUS qui absque eorumcensu sui iniquitate vigiliis desit, stipendio privatus excommunicetur.

CAPUT LXV.

Clerici maledici degradentur.

Ex Concilio Carthaginiensi*, cap. LVI.

CLERICUS maledicos, maximeque in Sacerdotibus, cogatur ad postulantem veniam; si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

CAPUT LXVI.

De Clericis sepulchra demolientibus.

Ex Concilio Tolitano*, cap. XLVI.*

SI quis Clericus in demolendis sepulchris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, oportet Canonibus in tali scelere productum à Clericis ordine submoventi, & penitentiam termino deputari.

cap. 117.

cap. 117.

cap. 111.

cap. 111.

cap. 117.

* Conc. rom. no. 1170, tit. 1170.

* Tit. 117.

* Carthag. 117 & 1170.

Tit. 117.

CAPUT LXVII.

*Uti Clerici invidis non promoveantur.**Ex Concilio Carthagenſi*, cap. 117.***C**lericus invidens fratrem profectibus, donec in vitio est non promoveatur.

CAPUT LXVIII.

*Clerici adulatores & proditores degradentur.**Ex Concilio quo ſuprà, cap. 118.***C**lericus qui adulationibus & proditiombus vacare deprehenditur, degradetur ab officio.

CAPUT LXIX.

*Clerici nec veſtimentos nec calcamentis quærant decorem.**Ex Concilio Carthagenſi, cap. 119.***C**lericus profitionem ſuam etiam habitu & inſeſſa probet, & ideo nec veſtibus nec calcamentis decorem quærat.

CAPUT LXX.

*De Clericis ſcurrilibus vel inter epulas canonicis.**Ex Concilio Carthagenſi, cap. 120.***C**lericos ſcurriles & verbis turpibus joculatores ab officio detrahendos. Clerici inter epulas canentes ſupradictæ ſententiæ ſeveritate ſerventur.

CAPUT LXXI.

*De Clericis per creaturas jurantibus.**Ex Concilio quo ſuprà, cap. 121.***C**lericum per creaturas juramentum acerrimè objugandum; ſi perſiterit in vitio, excommunicandum.

CAPUT LXXII.

*Ne aut horum teſtium convivia inveniatur.**Ex Concilio Beatenſi*, cap. 122.***N**on oportet Clericos vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam intrare convivia, neque aliquando Clericos niſi hymno dicto edere panem, & poſt cibos gratias auctori Deo deſerre.

CAPUT LXXIII.

*De his qui in parvâ ætate certam parentibus religionem habentem tenentur.**Ex Concilio Tolitano*, cap. 11.***C**um huiusmodi diſſolute operationis effectus intendum notare ſecundum honeſtæ conſtitutionis edictum, dum incognitè reſolvi putatur, quod in diſſolubili ſanctibus auctoritate tenetur: ideo quicquid obvium ex incerto occurrere, evidenter obſcure dicitur, ut de cætero nihil ſuperſite, quod in dubium tenetur: ideoque ſi in quolibet minori ætate vel religionis conſuetudine, vel religione debitam veſtem in utroque ſexu filii aut unus aut ambo parentes detulerint, certè aut nolentibus, aut neſcientibus ſe, ſuſceptam non mox viſam in huius obſervantia, ſed vel totam ſe, vel eorum Eccleſia palamque in cou-

vents eoiſdem filios talia habere permiſerint, ad ſeculare reverti habitum iſtis filius quandoque penitus non licebit; ſed convicti quòd conſuetam aut religioſam veſtem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum habitumque revertentur, & ſubſtituta diſtinctione huiusmodi ſanctè obſervantia ſervire cogantur. Parentibus ſimè filios ſuos religioni contradere non amplius, quàm uſque ad decimum ætatis eorum annum licentia poterit eſſe, poſtea verò in eum voluntate parentum an ſua devotionis ſit ſolitarium votum, eſt filius lectum religionis aſſumere cultum. Quiſquis autem vel abolitione conſuetudinis, vel ſecularis veſtis aſſumptione detectus fuerit aſſiſſe transgreſſionem, & excommunicationis cenſuram accipiat, & religionis ſemper inbreata.

CAPUT LXXIV.

*Pœnitens ſi ſuus exegerit, inter Oſtianos deputetur, vel de quibus pœnitentiis dicitur.**Ex Excerptis Martini*, cap. 22111.***P**œnitens tantùm ſi neceſſitas aut uſus exegerit, inter Oſtianos prius deputetur, vel inter Lectores, ita ut Evangelium vel Epistolam non legat. Si qui autem inſtituti ſunt, inter Subdiaconos habentur, ita ut manum non imponant, aut ſacra non contingant. Ex pœnitente enim dicimus de eo, qui poſt baptiſmum pro homicidio, aut pro diverſis criminibus, aut graviffimis peccatis publicam pœnitentiam ſub culcio gerens, divino ſervitio altario reconſecratus.

CAPUT LXXV.

*Ex Concilio Carthagenſi****Q**uòd Clericorum nomen etiam Lectores, Pſalmiſta & Oſtarius retineant.

CAPUT LXXVI.

*Si Lector bigamus, aut viduam doceat, non amplius quàm Subdiaconus fiat.**Ex Epistolâ Martini*, cap. 22112.***L**ector ſi viduam uxorem acceperit, in lectoratum permaneat: aut ſi forè neceſſitas ſit, Subdiaconus fiat: nihil autem ſuprà: ſimiliter & ſi bigamus fuerit.

CAPUT LXXVII.

*Lectores Cantoreſque cum oratoris agere ſunt officium non debent.**Ex Concilio Laodiceo*.***Q**uòd non oportet Lectores aut Cantores oratoris uſi, & ita legere vel pſallere.

CAPUT LXXVIII.

*De Diaconis.**Ex Concilio Ancyano*, cap. 1111.***D**iaconi quicumque ordinantur, ſi in ipſiſ ordinacione protritum ſunt dicentes veſſe ſe habere uxores, nec poſſe ſe continere; hi poſtea ſi ad nuptias venerint, manent in miniſterio, propterea quòd hiſ Episcopus licentiam dederit. Quicumque ſanè taceant, & ſuſceptam manibus impoſitionem

* Carthag. iv. ſi ut & ſiquonia cap.

* Ex Capitulis Martini Beatenſis Episcopi.

* Carthag. iv. cap. 11. ſed ſi ut.

* Ex Capitulis Beatenſis Beatenſis Episcopi. cap. 122.

* Ex Capitulis Beatenſis Beatenſis Episcopi.

* Tol. v. n. 11. cap. 11.

* ſed Sylveſtr. ſed ut alii volunt, ſubſtituitur cap. 22112. cap. 22111.

* Ancy. 11.

profissi continentiam, & postea ad nuptias venerint, à ministerio vel clero cessare debebunt.

CAPUT LXXIX.

De levitis & virginis ante xxv. annos non consecratis.

Ex Concilio Carthaginiensi*, cap. 1v.

Item placuit ut ante xxv. annos ætatis nec Diaconus ordinetur, nec virginis consecrentur.

CAPUT LXXX.

De honore quem Presbyteris & Diaconis, qui sub ipsi sunt, debent exhibere.

Ex Concilio Laodicensi*, cap. xx.

Quòd non oportet Diaconum coram Presbytero sedere, sed iussione Presbyteri sedeat. Similiter autem & Diaconi honorem habeant ab obsequentibus, id est Subdiaconibus & omnibus Clericis.

CAPUT LXXXI.

De obedientia Diaconorum erga Presbyteros.

Ex Concilio Carthaginiensi*, cap. xxxviii.

Diaconi ita se Presbyteris ut Episcopis ministros esse cognoscant.

CAPUT LXXXII.

Ex Concilio quo suprà.*

Ut Diaconus presente Presbytero Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogit, iustos eroget.

CAPUT LXXXIII.

Ex Concilio cujus supra scriptum, cap. 11.

Ut Diaconus iubente Presbytero sedeat quolibet loco.

CAPUT LXXXIV.

Ex Concilio Carthaginiensi.*

Ut Diaconus in conventu Presbyterorum interrogatus loquatur.

CAPUT LXXXV.

Ut Diaconus tempore tantum oblationis & lectionis aliquid utatur.

CAPUT LXXXVI.

Quòd præter Episcopum clericum proficisci non debeat.

Ex Concilio Laodicensi, cap. xlii.

Quòd non oportet Sacerdotem vel Clericum præter iussu suum Fontianis proficisci.

CAPUT LXXXVII.

De Sacerdotibus & Levitis canes ad venandum & accipitres non habent.

Tom. I.

Ex Concilio Agathensi, cap. lvi.

Episcopis, Presbyteris, Diaconis canes ad venandum aut accipitres habere non liceat. Quòd si quis talium perisionum in hac voluntate decreverit fuerit, si Episcopis, tribus mensibus se à communione suspendat, Presbyter duobus mensibus abstinat, Diaconus verbò uno ab omni officio suo vel communione cessabit.

CAPUT LXXXVIII.

De his qui in agritudine sunt baptizati.

Ex Concilio Neocesariensi*, cap. 212.

Si quis in agritudine constitutus fuerit baptizatus, Presbyter ordinari non debet: non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est; nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.

CAPUT LXXXIX.

Quòd non oportet peregrinos clericos sine commendatione litterarum ministrare.

Ex Concilio Chalcedonensi*, cap. 2122.

Peregrinos Clericos & Lectores in alià civitate præter commendationem litterarum sui Episcopiniquam penitus ministrare debent.

CAPUT XC.

Ut nullus minister proficiatur sine chrismate, ubi & Presbyter minister ostendatur.

Ex Concilio Arathico.*

Nullum ministrorum qui baptizandi recepti officium, sine chrismate aliquam debere progredi, quia inter nos placuit semel in baptizate chrismari: de eo autem qui in baptizate quicumque necessitate faciente non chrismatus fuerit in confirmatione, Sacerdos commonebitur: nam inter nos chrismatio ipsius omnium a benedictione est: non eo præjudicans quidquam dico, sed ut non necessariam habeatur repetita chrismatio.

CAPUT XCI.

Ut ab altero Episcopo chrisma nullus accipiat.

Ex Concilio Valenti*, cap. 112.

Per singula territoria Presbyteri vel ministri ab Episcopis non prout libitum fuerit à vicinioribus, sed à suis propriis per annos singulos petant chrisma appropinquante solemnitate Paschali; nec per quemcumque Ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per Subdiaconum, quia inhonorem est inferioribus summa committi. Optimum autem est ut ipse suscipiat, qui in tradendo usus est: si quid autem obstat, saltem in cuius officii est sacramentum disponere, & sacramentum suscipere.

CAPUT XCII.

Presbyter Diaconum aut Presbyterum non ordinabit.

Ex Concilio Hispaniensi*, cap. v.

Quinto iudicio ad cognitionem nostri eximiiis Gubernis Diaconum relatu deductum est de quibusdam ipsius Ecclesie Clericis, quorum dum

* 55 320-
for 1, an. 314

* 55 320-
for 1, an. 314

* Arathico 2.
sub Leone 1.
an. 441.

* Valenti 1. sub
Leone 1. an.
441.

* Hispaniensi 2.
sub Emilian. P.
an. 415.

non ad Presbyterium, duo ad Levitarum ministerium facerentur. Episcopus eorum oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos tantum posuisse, & Presbyter quidam illi contra Ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse, qui licet propter tantam presumptionis audaciam potest accusatus iudicio presentis damari, si adhuc in corpore potius, non fuisset mortis vocatione praeventus: sed quia iam ille extimino divino relictus, humano iudicio accusari non potest, hi qui supersunt, & ab eo non consecrationis tictulum, sed agnomine potius elogium preceperant, ne sibi licentiam talis ultra usurpatio faciat, decrevimus ut à gradu Sacerdotalis, vel Levitici ordinis, quem perverse adepti sunt, depositi æquo iudicio abijciantur. Tales enim meritis iudicati sunt removendi, quia præventi sunt constituti.

CAPUT XCIII.

De his qua prohibentur Presbyteris in Ecclesiasticis sacramentis agere.

Ex Concilio quo supra, cap. VII.

Sepimo examine relatam est nobis vterantissimum quondam Aegyptium Cordoientis urbis Episcopum frequenter Chorepiscopos, vel Presbyteros destituisse, qui tamen juxta Canones vocati sunt, qui absente Pontifice altaria exegerent, basilicas consecrarent: quod quidem non est mirum ad præcipue, vnum Ecclesiasticis disciplinis ignarum, & statum à seculari militia in Sacerdotale ministerium delegatum. Ergo ne ultra talis à nobis licentia usurpetur, communi sententia statendam oportuit: scientes quia sicut Presbytero vel Chorepiscopo illicita consecratio est altaris, ita & constituto: in divinis enim literis præcipiente Domino solum Moyses in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse unxit, utique quia summus Sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo: *Moses & Aaron in Sacerdotibus ejus.*

CAPUT XCIV.

Ut si Presbyter inconsulto Episcopo agendam celebretur, honore privetur.

Ex Concilio Carthaginiensi*, cap. VIIII.

Numidius Episcopus Maximianus dixit: In quibusdam locis sunt Presbyteri, qui aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audaciter presentem & inconsulto Episcopo cum plurimis in domicilio agant agendam, quod disciplinæ incongruum esse cognoscit sanctitas vestra. Gemedius Episcopus dixit: Fratres & Coepiscopi nostri dignæ suggestioni tuæ respondere non morentur. Ab universis Episcopis dictum est: Quilibet Presbyter inconsulto Episcopo agendam in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo coartariis exiliis.

CAPUT XCV.

Presbytero alterius regionis presente Episcopo, vel Presbyteris civitatis non licet ministrare: & quo ordine panem sive calicem dent.

Ex Concilio Neocaesariensi*, cap. XIII.

Presbyteri qui conregionales non sunt, in Ecclesiis presentibus episcopis vel Presbyteris civitatis officere non possunt, nec panem dare sanctificatum, nec calicem porrigere. Quod si absentes sint civitatis Sacerdotes, & fuerint invitati ad dan-

dam orationem, soli poterunt dare. Vicari autem Episcoporum, quos Græci Chorepiscopos vocant, constituti sunt quidem ad exemplum septuaginta seniorum, sed tamquam Consecratores propter sollicitudinem & studium quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.

CAPUT XCVI.

De his qui ex vasis ministerii Ecclesia aliquid vendiderint.

Ex Concilio Bracarenensi*, cap. XVI.

Si quis Presbyter aut Diaconus inventus fuerit de ministerio Ecclesie aliquid vendidisset, quia sacrilegium commisit, placuit cum in ordinatione Ecclesiasticæ non haberi: in iudicio tamen Episcopi dimittendum esse sive dignus sit, sive indignus, in suo debet recipi gradu: quia multoties hoc ipsum quod de sacrosancto altero intamaverunt, id cum Episcopi potestate dimissum est.

CAPUT XCVII.

Ne Presbyter benedictionem vel poenitentiam in Ecclesia dare presumat.

Ex Concilio Carthaginiensi*, XLVI.

Benedictionem super plebem in Ecclesia fundere, aut poenitentem in Ecclesia benedicere, Presbytero penitus non licebit.

CAPUT XCVIII.

De his qui in Ecclesia in quibus procelli sunt, munera perducunt.

Ex Concilio Nizano*, cap. XVI.

Quicumque temere ac periculose, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoscetes Ecclesiasticam regulam discunt ab Ecclesia, Presbyteri, vel Diaconi, vel quicumque sub regula profus existunt: hinequaquam debent in aliam Ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parochias revertantur: quod si non fecerint, oportet eos communitate privari. Si quis autem ad alium pertinenter audaciter invadente, & in sui Ecclesia ordinare tentaverit, non consentiente Episcopo à quo discessit in qui regule mancipatur, ordinatio hujuscemodi irrita comprobatur.

CAPUT XCIX.

Qualiter Diaconi ordinentur.

Ex Concilio Carthaginiensi*, cap. XV.

Solus Episcopus, qui eum benedicit, manus super caput illius imponat: quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

CAPUT C.

De numero tertio Diaconorum.

Ex Concilio Neocaesariensi*, cap. XIV.

Diaconi septem debent esse juxta regulam, licet & valde magna sit civitas: idipsum autem & actum Apostolorum liber sinimus.

Ex Capitulis
Marini Brac.
Epi. cap.
VIII.

Ex Concilio
Agathensi,
cap. 44.

Nizano
an. 325.

Psal. 98.

* Comb. a. sub
Sivico, an.
197. cap. 3.

* sub Sylva
Brac. an. 314.

* Ex Carth.
IV. an. 398.

* sub Sylva
Brac. L.

CAPUT CI.

Quo tempore Presbyterum conveniens ordinari.

Ex eodem Concilio, cap. xlii.

Presbyter ante tricesimum ætatis suæ annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus, sed hoc tempus observet. Nam Dominus nollet tricesimæ ætatis suæ anno baptizatus est.

CAPUT CII.

Quoties Presbyter ordinetur.

Ex Concilio Carthageno * , cap. lxxi.

Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente & manus super caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri qui presentibus sunt, manus suas juxta manus Episcopi super caput illius teneant.

CAPUT CIII.

De non contemnendo oblationes Presbyteri conjugati.

Ex Concilio Agathensi * .

Si quis decernit, Presbyterum conjugatum tamquam occasione impetratam quoddam offitium non debet, & ab ejus oblatione ideo se abstinere, anathema sit.

CAPUT CIV.

Quid non liceat Clericum in domum civitatum Ecclesis ministrare.

Ex Concilio Calchedonensi * , cap. 2.

Non liceat Clericum in duarum civitatum confecti simul Ecclesie, in qua ab initio ordinatus est, & ad quam confugit quasi ad potiorem ob inanis gloriæ cupiditatem: hoc autem facientes revocari debere ad suam Ecclesiam in qua primitus ordinari sunt; & ibi ratiomodo ministrare. Si vero jam qui translatus est ex alia in aliam Ecclesiam; piocis Ecclesie vel martyriorum, quæ sub eâ sunt, aut prociotum, aut xenodochoium rebus in nullo communicet. Eos vero qui anti fuerint post distinctionem magnæ & universalis hujus Synodi quidquam ex his que sunt prohibita perpetrare, decrevit sancta Synodus à proprio hujusmodi gradu excedere.

CAPUT CV.

De his qui vocantur Chorepiscopi.

Ex Concilio Antiochano * , cap. 2.

Qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem Episcoporum petceperint, & ut Episcopi consecrati sint, tamen sanctæ Synodo placuit ut modum propriam recognoscant, & gubernent sibi subiectas Ecclesias, eorumque modestamine curaque contenti sint. Ordinent etiam Lectores, & Subdiaconos atque Exorcistas, quibus promotiones istæ sufficant. Nec Presbyterum vero, nec Diaconum audeant ordinare: præter civitatis Episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi ista tentaverit, depositus quo utebatur honore priverit. Chorepiscopum vero civitatis Episcopus ordinet, cui ille subiectus est.

CAPUT CVI.

Judicio multitudine ordinationes fieri non debere.

Ex Concilio Laodicensi * , cap. xlii.

Quod non sit permittendum turbis electiones eorum facere, qui sunt ad Sacerdotium probevendi.

CAPUT CVII.

De Episcopalis ordinationibus.

Ex eodem Concilio, cap. lxxv.

Ut Episcopi judicio Metropolitanorum, & eorum Episcoporum qui circum circa sunt probebantur ad Ecclesiasticam potestatem; hi videlicet qui plurimo tempore probantur tam verbo fides, quam recte conversationis exemplo.

CAPUT CVIII.

De electione Episcopi.

Ex Concilio Bracaren * , cap. 17.

Non licet populo electionem facere eorum qui ad Sacerdotium promoventur; sed iudicium sit Episcoporum, ut ipsi eum qui ordinandus est probeant, in sermone, & in fide & in spiritali vitæ eductus sit.

CAPUT CIX.

De his qui ad Episcopatum in provinciis probebantur.

Ex Concilio Nicæno * , cap. 17.

Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in provinciâ Episcopi ordinari: si autem hoc difficile fuerit aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in ipsam convenientibus, & absentibus quoque pari modo decentibus, & per scripta consentientibus, tunc ordinatio celebretur: firmitas autem eorum que petuntur, per unanquamque provinciam Metropolitanis tribuatur Episcopo.

CAPUT CX.

Quid addi debeant Episcopi numero ordinatorum, si de ordinando Episcopo fuerit contradicendum.

Ex Concilio Africano * , cap. xvii.

Sed & illud est statuendum, ut quando ad eligendum Episcopum convenierimus, si qua contradictio fuerit oborta, (quia talia tractata sunt apud nos) non præsumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres jam, sed possulent ad numerum unus vel duo: & in eadem plebe qui ordinandus est, discutiantur primo persone contradicentium, postremo etiam illa, que obvietant, pertractentur: & cum purgatus fuerit, sub conspectu publico ita demum ordinetur. Si hoc cum vestre laudatitatis animo concordat; toboretur vestre dignationis responsione. Ab universis Episcopis dictum est: satis placet.

CAPUT CXI.

Non accipiendum premium pro Episcoporum honore de communi peccata.

A 220 liij

Epif. xxxv.

Et Epifcō⁹ *Hocimō* ad Epifcopos per Hifpaniam,
cap. 11.

Hoc quoque ad priora coniungimus, ut benedictio per impositionem manuum, quæ à Deo esse creditur, pretio comparetur: quia autem oculos esse convenit, quia Simon Spiritum sanctum volens redemptione mercari, Apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde cui non vult potest esse quod vendidit: istam Sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi munere populorum divinum credatur esse iudicium: ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. Verum nec ab hac quidem parte sollicitudinis et admonitionis omissimus, ne vel ille se à culpâ ardet alienum, qui et si ipse quidem à redemptione libere miscaverit benedictione mysticâ Sacerdotem, et tamen ad alterius redemptioni voluntatem vel sponte in hoc, vel necessitate consenserit; quod prodest illi suo errore non possit, qui consensus præstat erranti: Procul dubio contra mandata committit, & qui habet peccatum proprium, & qui sequitur alienum; incassum animus resistit cupiditati, si non resistit et timori. Adversum hæc facilius Deo adjuvante providebitur, si circa Metropolitanos privilegia à sanctis Patribus constituta permanent; si Metropolitanis circa parochias suas ordinem suum ea quæ decet veneratione custodiant, ut nec electio Præfules, nec contemptus depreciet obsequentes, quæ si in operibus ita fixa habeantur in cordibus, quemadmodum reperiuntur in scripturis: si nulla sine in templis emptio sine semina, nulla erant fomenta discordiæ; sed regnante charitate, sub illa quam nobis Deus promittit & retribuet, pace viveatur.

CAPUT CXII.

Quid non oportet Epifcopi aut quolibet ex clero
per pecunias ordinari.

Et Concilio Chalcedonensi, cap. 12.

Epif. lxxv.
ca. 47.

Si quis Epifcopus per pecuniam fecerit ordinationem, & sub pretio redegerit gratiam quæ non potest vendi, ordinaveritque per pecunias Epifcopum, aut Chœpifcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, vel quemlibet ex his qui consummetantur in clero, aut promoverit per pecunias dispensatorem, aut defensionem, aut mansionarium, vel quemquam qui subiectus est regulæ, pro suo turpissimi lucri commodo; is qui hoc attentasse probatus fuerit, proprii gradus periculo subiacet: & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus et dignitate, vel sollicitudine, quam pecunias quaerivit. Si quis verò mediator tam turpibus & nefandis datus vel acceptis existit, & ipse si quidem Clericus fuerit, proprio gradu decedat: si verò laicus aut monachus, anathematizetur.

CAPUT CXIII.

De his qui cum sint ex aliâ provinciâ, in aliis
audere ordinationes efficiere.

Et Concilio Antiocheno, cap. 2118.

Epif. lxxv.
ca. 47.

Nullus Epifcopus ex aliâ provinciâ audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem ministrum aliquos in Ecclesiâ ordinare, licet consensum viderentur præbere nonnulli, nisi literis tam Metropolitanis quam cæterorum qui cum eo sunt Epifcoporum rogatus adveniat, & sic ad aditionem ordinationis accedat. Si verò nullo vocante, inordina-

to more depereret super aliquibus ordinationibus & Ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis, irrita quidem quæ ab eo geruntur existant; ipse verò incompotit motus sui & irrationabilis audacia subeat ultionem, et hoc jam damnatus à sanctâ Synodo.

CAPUT CXIV.

De his qui cum ad Epifcopum convocantur,
civitate.

Et eodem Concilio, cap. xvii.

Si quis Epifcopus per manus impositionem Epifcopatum acceperit, & præfisse populo constitutus ministerium subire neglexerit, nec acquieverit ire ad Ecclesiâ sibi committam, hunc oportet communionem privati donec susceperit coactus officium, aut certè de eo aliquod integra decreverit ejusdem provincie Synodus Sacerdotum.

CAPUT CXV.

De Epifcopalibus in provinciâ ordinationibus.

Et eodem Concilio, cap. x 12.

Epifcopus præter Synodum & presentiam Metropolitanam nullatenus ordinetur: hoc autem modis omnibus coram posito, melius quidem est ut omnes simul adint ejusdem provincie Sacerdotes, quos Metropolitanus Epifcopus ad vocare debet; & si quidem omnes occurrerint, optime: quod si hoc difficile fuerit, saltem sponte adeste omni modo convenit, aut certè scriptis ejusdem sententia comprobari: & ita sub plurimorum vel presentia vel decreto ordinatio celebretur. Quod si scelus contra definita factum fuerit, nullas ordinatio vires habet: si verò juxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat sententia plurimorum.

CAPUT CXVI.

Ut nullo modo de parochiâ ad aliam parochiam
Epifcopus transferat.

Et eodem Concilio, cap. xx 2.

Epifcopus ab aliâ parochiâ nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua proripis insiliens, nec vi coactus à populis, nec ab Epifcopis necessitate compulsus; maneat autem in Ecclesiâ quam primitus à Deo sortitus est, nec inde transmigret secundam primum de hac re terminum constitutum.

CAPUT CXVII.

Ut in alterâ Parochiâ Clericus alterius parochiâ
Epifcopum nullatenus ordinet.

Et eodem Concilio, cap. xx 11.

Epifcopus alienam civitatem quæ non est illi subiecta, non audeat; nec ad possessionem accedat quæ ad eum non pertinet super ordinationem cuiusquam, nec constituat Presbyteros aut Diaconos alteri subiectos Epifcopo, nisi forte cum consilio & voluntate regionis Epifcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita sit ejus ordinatio, & ipse coacturus à Synodo: nam si ordinare non poterit, nullatenus iudicabit.

CAPUT CXVIII.

Ut nullus Epifcopus, Presbyter & Diaconus conde-

Har exiles: & ut Lectores uxores accipiant, & Clerici abstinent ab usura: & quo tempore vel ipsi vel virgines consecrantur.

Ex Concilio Carthaginiensi *, cap. xvi.

Item placuit ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi non sint conductores aut procuratores, neque illo turpi negotio & inhonesto viduum quietant, quia respicere debent scripturam esse: *Nullus militans Deo implicatus sit negotiis saecularibus.* Item placuit * ut Lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam proficere. Item * placuit ut Clericus si commendaverit pecuniam, pecuniam accipiat, si speciem, eandem speciem quantum dederit accipiat. Et * ut ante viginti quinque annos aetatis nec Diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur: & ut Lectores populum non saluent.

CAPUT CXIX.

Si qui Clerici ab Episcopis suis praemio contempserint, nec illis manant unde recedere noluerint.

Ex eodem Concilio, cap. xxxi.

Item placuit ut quicumque Clerici vel Diaconi pro necessitatibus Ecclesiarum non obtentum praemium Episcopi sui, volentes eos ad honorem ampliores in sua Ecclesia promovete, nec illic misistrent in gradu suo recedere noluerint.

CAPUT CXX.

De his qui plebes proprias derelinquunt.

Ex Concilio Africano *, cap. xxxviii.

Resum placuit ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra ad aliquam Ecclesiam in Diocesi constitutam se conferre, vel in re propria diuitius, quam oportet, constitutam curam vel frequentationem propriae cathedrae negligere.

CAPUT CXXI.

Ut Episcopi qui ordinantur, ab ordinariis suis episcopatum accipiant, qui duntaxat & Consulem praeservant.

Ex eodem Concilio, cap. lvi.

Deinde placuit ut quicumque deinceps ordinantur per provincias Africanas, litteras accipiant ab ordinatibus suis manu eorum subscriptas, continentes Consulem & diem, ut nulla alteratio de posteritatis vel anterioribus oriatur.

CAPUT CXXII.

De his qui vel simul in Ecclesia legent, ab aliis non posse promovete.

Ex eodem Concilio, cap. lxxii.

Item placuit ut quicumque in Ecclesia vel semel legent, ab alia Ecclesia ad clericatum non teneantur. Et subscripturum. Aurelius Episcopus Ecclesiae Carthagenensis huic decreto consenti, & praedelo subscripsi. Similiter & ceteri Episcopi subscripserunt.

m Cap. lxxii] Alii codex Cap. lxxii, alius verb. Cap. lxxii.

CAPUT CXXIII.

De reprobationibus & reordinationibus, vel transpositionibus Episcoporum.

Ex eodem Concilio, cap. xv.

Illud autem suggerimus mandatum vobis, quod etiam in Capisina * plenaria Synodo videtur statutum, ut non liceat fieri reprobationes, reordinationes, vel transpositiones Episcoporum. Nam Crescens Vultagenis Episcopus, plebe sine detestanda Tubunienis * inivit Ecclesiam; & usque in hodie commotus (secundum quod statutum fuerat) relinquere eandem quam invaserat plebem, contempsit: adversus illum quod promittatur fuerat, confirmata quidem audivimus; sed petimus secundum quod nobis mandatum est, ut dignemini dare si ducum quibus iam, necessitate ipsa cogente, liberum nobis sit Rectorem provinciae secundum statuta gloriosissimum Principum adversus illum adire, ut qui nisi admonitioni sanctitatis vestrae acquiescere noluit, & emendate allicum, auctoritate iudiciali procius excludatur. Aurelius Episcopus dixit: Servata forma disciplinae non animabatur appetitus, si hanc vestra charitate modestè conventus recedere detrectaverit, cum fuerit suo contemptus & contumacia faciente, etiam auctoritate iudiciali conventus. Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: hoc enim omnibus placet. Ab universis Episcopis dictum est: Iustum est, placet.

CAPUT CXXIV.

Quid non oportet ordinationem Episcoporum die differri.

Ex Concilio Chalcedonensi *, cap. xxv.

* Ap. Leon. I. de. 411.

Quoniam quidam Metropolitanorum quantum competimus negligunt commissus sibi greges, & ordinationes Episcoporum factas differunt, placuit sacrosanctae Synodo intra tres menses ordinationes Episcoporum celebrare, nisi forte necessitas inevitabilis coegerit tempus dilationis extendi. Quod si hoc minime fecerit, coeptioni Ecclesiasticae subiacet: vetustatem roidius Ecclesiae videtur penes oeconomicum ejusdem Ecclesiae integritate referentur.

CAPUT CXXV.

Quales vel quomodo debent ordinari Episcopi.

Ex Concilio Carthaginiensi *, cap. i.

* Carth. iv.

Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur: si natura prudens est, si docibilis, si modestus temperatus, si vita castus, si sobrius, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia si hanc documenta verba simplicibus afferat, id est, Patrem & Filium, & Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque in Trinitate Divinitem coessentialem & consubstantialem & coeternalem, & coomnipotentem predicans, si singulam quamque in Trinitate personam plenum Deum, & totas tres personas unam Deum: si incarnationem divinam non in Patre, neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat, ut qui erat in Divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex

n Trinitatem] In alio codice legitur Trinitatem.

matre, carum ex matris viscibus habens & animam humanam rationalem, simul in universalique natura, id est, homo & Deus, una persona, unus filius, unus Christus, unus Dominus creaturarum omnium, qui sunt, & auctor & Dominus & Creator, cum Patre & Spiritu sancto omnium creaturarum: qui postus est vera carne possessio, necotus vera corpora sui moris, et tunc verus carnis suae receptio, & veri animae resurrectione in qua veniit iudicare vivos & mortuos. Querendum etiam ab eo si Novi & Veteris Testamenti, id est, legis & Prophetarum & Apostolorum unum eundemque credit auctorem & Dominum, si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Querendum etiam ab eo, si credat huius quam geramus, & non alterius carnis resurrectionem; si credat iudicium futurum, & recepturus singulos pro his que in hac carne gesserunt, vel penas, vel premia. Si nuptias non approbet, si secundum matrimonium non damnet: si carnis perceptionem non culpet; si penitentibus reconciliatis communit. Si in Baptismo omnia peccata, id est, tam illud originale contractum, quam illa que voluntate admissa sunt, dimittat: si extra Ecclesiam Catholicam nullus salvetur.

Cum in his omnibus examinatus inventus fuerit plene instructus, tunc consensu Clericorum & laicorum & conventu totius provincie Episcoporum, maximeque Metropolitanis vel auctoritate, vel presentia ordinatur Episcopus: suscipio in nomine Christi Episcopatus, non suae delectationi, nec sua utilitati, sed haec Patrum definitionibus acquiescens. In eorum ordinatione etiam aetas requiratur, quam sancti Patres exempli Salvatoris in praedlegendi Episcopo consulerent. Dehinc disponat qualiter Ecclesiastica officia ostendatur.

CAPUT CXXVI.

Qualiter conferentur Episcopi.

Ex Concilio quo supra, cap. 11.

Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant Evangeliorum codicem super caput & cervicem ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi qui adstant, manibus suis caput ejus tangant.

CAPUT CXXVII.

De ordinatione ministrorum Sacerdotum quando fiat.

Ex Epistola Papae Leonis ad Diaconos, cap. 1.

Quod ergo in Patribus nostris propensior cura novimus esse servatum, si vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus Sacerdotatus vel Leviticae ordinatione celebretur, sed post diem Sabbati, et iusque noctis que in prima Sabbati lucebit exordium diligantur, in quibus his qui conferendi sunt juvenis, & à jejuniis sacra benedictio confertur; et quod ejusdem observantia est, si mane ipso Dominico die constituto Sabbati jejunio celebretur, à quo tempore praecedentis noctis nisi non recedat, quem ad diem Resurrectionis, sicut etiam in Pascha Domini declaratur, pertinere non dubium est. Nam peccat auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolicae novimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulus & Barnabam ex percepto Spiritu sancti ad evangelium gentibus mitterent praedicandum, jejunantes & orantes imponebant eis manus; ut intelligamus quantum & dan-

tium & acceptantium devotione curandum sit, ut tantae benedictionis sacramentum negligenter videtur impletum. Et ideo piè & laudabiliter Apostolicum morem gesserit instituta, si hanc ordinandorum Sacerdotum formam per Ecclesiam, quibus Dominus parere te voluit, etiam ipse servaverit; ut has qui conferendi sunt nunquam benedictio nisi in die Dominico Resurrectionis tribuatur, cui à vesperis Sabbati antium confecti adhiberi, & tantis divinarum dispensationum ministeria consecrata. Quidquid à Domino est indignis constitutum in his quibus dignitate est gestum; in hac mundus sumit exordium, in hac per resurrectionem Christi & mortis interitum, & via accepit principium; in hac Apostoli à Domino praedicandi omnibus generibus Evangelium tubam sonant, & ad inferendum universo mundo sacramentum regenerationis accipiunt; in hac sicut beatus Joannes Evangelista testatur, cum congregatis in unum discipulis clausis januis ad eos Dominus intisset, insulavit & dixit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* In hac denique promissus à Domino Apostolis Spiritus sanctus advinit; ut caelesti quidam reguli infunderentur & tractum noventium, in illa die celebranda nobis esse mysteria Sacerdotum benedictionum, in qua collata sunt omnia dona gratiarum.

CAPUT CXXVIII.

Ex Concilio Carthaginiensi, cap. 111.

UT Episcopus non longe ab Ecclesia hospicium habeat.

CAPUT CXXIX.

Ut Episcopus & pauperes & infirmos teneatur.

Ex Concilio Aurelianensi, cap. 111.

Episcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, viduum & velimentum in quantum possibilitas habuerit, largiatur.

CAPUT CXXX.

Ut Episcopus suppellestem & mensam vilem habeat.

Ex Concilio Carthaginiensi, cap. 111.

Episcopus videm suppellestem & mensam ac vultum pauperem habeat, & dignitatem suae ordinationis fidei & vitae meritis querat.

CAPUT CXXXI.

Ex Concilio quo supra, cap. 111.

UT Episcopus liberos gentium non legat, haereticorum autem pro necessitate temporis.

CAPUT CXXXII.

Ex Concilio quo supra, cap. 111.

UT Episcopus gubernationem viduarum & pupillarum ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archiepiscopum, aut per Archidiaconum gerat.

CAPUT CXXXIII.

Ex Concilio quo supra, cap. 111.

UT Episcopus traditionem testamentorum non suscipiat.

CAPUT

CAPUT CXXXIV.

Ex Concilio quo supra, cap. xix.

UT Episcopus nec provocatus pro rebus transitorias litiget.

CAPUT CXXXV.

Ut Episcopus antiquum ordinem, Canones agnoscit.

Ex Concilio supra scripto.

Item placuit ordinandis Episcopis vel Clericis, prius ab ordinatores suis decreta Conciliorum autibus totum inculcentur, ut se aliquod contra statuta Concilii fecisse poenitent.

CAPUT CXXXVI.

Ut Episcopus die Dominico ab Ecclesia abesse non debeat.

Ex Concilio Antiocheno, cap. xxv.

Episcopus si in infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesie cui proximus fuerit die Dominico desse non debet.

CAPUT CXXXVII.

Ut Episcopus nullam curam rei familiaris ad se revocet, tantum orationis & doctrinae vacet.

Ex Concilio quo supra, cap. xx.

Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed ut lectio et orationis et verbi Dei predicationi tantummodo vacet.

CAPUT CXXXVIII.

Ex Concilio Carthaginiensi, cap. xxxiv.

UT Episcopus quolibet locu sedens, stare Presbyterum non patietur.

CAPUT CXXXIX.

De consensu Presbyteri cum Episcopo in Ecclesia.

Ex Concilio quo supra, cap. xxxv.

UT Episcopus in Ecclesia in consensu Presbyterorum sublimior sedeat, intra domum veteri collegam se Presbyterorum esse cognoscat.

CAPUT CXL.

Quandis Episcopus in aliena civitate remoretur.

Ex Concilio Sardiceni, cap. xiv.

Osius Episcopus dixit: Et hoc quoque statueri debetis, ut Episcopus ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia sua ad aliam provinciam, et ambitioni magis quam devotioni serviens, voluerit in aliena civitate multo tempore residere: forte enim evenit Episcopum locum esse tam instructum, neque tam doctum; is verb qui advenit incipit contemnere eum, et frequenter facere sermonem ut dehoneflet et inhoret illius personam, ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere assignatam sibi Ecclesiam, et transcat ad alienam. Dehinc ergo tempus, quia et non recipi Episcopum inhumanum est, et si diutius resider, per-

Tom. 1

niosum est. Hoc ergo ne fiat providendum est. Memini autem superius Concilio Fratres nostros constituisse, ut si quis locus in ea in qua commoratur civitate tres Dominicos dies, id est per tres septuagintas non celebrasset conventum, communiore privaretur. Si haec circa locos constituta sunt multo magis Episcopus non licet nec debeat, si nulla sit tam gravis necessitas quae detineat, ut amplius et supra scripto tempore abesse sit ab Ecclesia sua. Universi Episcopi dixerunt placere sibi.

CAPUT CXLII.

Non liceat Episcopo in sua Ecclesia plus tribus hebdomadis abesse.

Ex eodem Concilio, cap. xv.

Osius Episcopus dixit: Quia nihil pretermitti oportet, sunt quidam fratres et Coepiscopi nostri, qui non in ea civitate possidentium qua videntur Episcopi esse constituti, vel certe parvam rem illuc habeant; alibi autem idonea praedia habere cognoscant, vel affectionem proximorum quibus indigeant, habentis permitti eis oportet ut accedant ad possessiones suas, et disponant vel ornament fructum laboris sui, ut post tres dies Dominicos, id est, post tres hebdomadas si morari necesse est, in suis potius fundis morentur: aut si est proxima civitas in qua est Presbyter, ne sine Ecclesia videantur facere diem Dominicum, illuc accedat; ut neque res ejus domesticae per absentiam ejus detrimentum sustineant, et non frequenter veniendo ad aliam civitatem, in qua Episcopus moratur, suspensionem jactantiae et ambitionis evadat. Universi dixerunt placere sibi.

CAPUT CXLIII.

De locis non temere faciendis Episcopis.

Ex eodem Concilio, cap. xlii.

Osius Episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tradideris, si forte aut dives aut scholasticus de foro aut ex ministratore Episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur nisi ante et Lectorem munere, et officio Diaconi aut Presbyteri fuerit perfundus; et ita per singulos gradus si dignus fuerit, ascendat ad culmen Episcopatus. Potest enim per has promotiones, quae habebant utique prolixum tempus, probati quae fide sit, quae modestia, quae gravitate et veterandis; et si dignus fuerit probatus, divino Sacerdotio illustretur: quia conveniens non est, nec ratio nec disciplina patitur, ut temere & leviter ordinetur aut Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui neophytus est: maxime cum et magister gentium beatus Apostolus ne hoc fieret denuntiasse et prohibuisse videatur: sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita, et merita fuerint comprobata. Universi dixerunt placere sibi haec.

CAPUT CXLIII.

Quando et in quibus causis Episcopi ad comitatum ire debeant.

Ex eodem Concilio, cap. xliii.

Osius Episcopus dixit: Importunitates et nimia frequentia et injustae petitiones fecerunt nos non tantum habere vel gratum vel fiduciam, dum quidam non cessant ad comitatum ire Episcopi, et maxime Afri, qui sicut cognovimus sanctissimi fra-

888

t. Tom. 1.

trio & Coepiscopi nostri Crati salutaria consilia sperant aequo contrahunt, & non solum ad comitatum multas & diversas Ecclesie non profuturas perferunt causas, ut fieri solet aut oportet, ut aut pauperibus, aut viduis aut pupillis subveniantur, sed & dignitates seculares & administrationes quibusdam possulant. Hæc itaque pravitatis olim non solum murmuraciones, sed & scandala excitat; bonisum est autem ut Episcopi intercessionem suam his præstent, qui aliqui iniquè vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expositus, si tamen ista omnia iustam habeant causam aut petitionem. Si vobis ergo, fratres carissimi, placet decernite, ne Episcopi ad comitatum accedant, nisi fortè hi qui religiosissimi Imperatoris litteris vel invitati vel vocati fuerint. Sed quoniam sæpè contingit ut ad misericordiam Ecclesiarum confugiant qui iniuriam patiantur, aut qui peccantes in exilio vel infulis damnantur, aut certè quæcumque sententias suscipiunt, adeo subveniendum est his, & sine dubitatione eis petenda per Ecclesiam indulgentia. Hoc ergo si vobis placet. Universi diaconum, placet & constituantur.

CAPUT CXLIV.

De Diaconibus ad comitatum dirigendis.

Ex eodem Concilio, cap. 11.

Osius Episcopus dixit: Hæc quoque providentia vestra tractare debet, qui decrevisti ne Episcoporum improbitas notetur, ut ad comitatum pergant: quicumque ergo, quales superius memoravimus, preces habuerint vel acceperint, per Diaconum suum mittant, quia persona ministri invidiosa non erit, & que impetraverit celerius poterit referre. Et hoc consequens esse videtur, ut de quilibet Episcopo ad eum fratrem & Coepiscopum nostrum preces mittant, qui in Metropoli consistit, ut ille & Diaconem ejus & supplicationes desinet, tribuens commendatitias litteras pari ratione ad fratres & Coepiscopos nostros, qui illo tempore his regionibus & urbibus morantur, in quibus seculus beatus Augustus republicam gubernat. Si verò habet Episcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid quod tamen bonisum est impetrare, non prohibeatur per Diaconum suum rogare ac significare his, quos scilicet benignam intercessionem sibi abfenti posse præstare.

CAPUT CXLV.

Quid ad comitatum pro pupillis & viduis, ac necessitatem pauperibus sit tandem.

Ex eodem Concilio, cap. 12.

Qui verò Romam venerint, sicut dictum est, sanctissimo fratri & Coepiscopo nostro Romano Ecclesiarum preces quas habent, tradant, ut & ipse prius examinet si bonæ & iustæ sunt, & præstet diligentiam atque sollicitudinem ut ad comitatum perentur. Universi dicantur placere sibi, & honestum esse consilium. Alippius Episcopus dicit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint pergenationis incommoda, habebunt aliquid iustæ rationis: nunc verò cum eis possulent præcipit que sunt in viduâ omnium & sine reprehensione esse non possunt, non esse illi eos ire ad comitatum.

* Hic insipide
cap. 12. inferens
11. ad 12. ad
12. ad 12. ad
in alio.

CAPUT CXLVI.

Quid non oporteat Episcopos, Clericos & Monachos prædæ aliena conductere.

*Ex Concilio Chalcedonensi, * cap. 111.*

* Ad Leonem
11. ad 111.

Pervenit ad sanctam Synodum, quòd quidam qui in clero videntur allecti, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, & secularia negotia sub curâ suâ suscipiant; Dei quidem ministerium parvipendentes, secularium verò discurrerentes domos, & propter avaritiam patrimoniorum sollicitudinem lumentes. Decrevit itaque sanctum hoc magnumque Concilium, nullum deinceps, non Episcopum, non Clericum, non Monachum aut possessiones conductere, aut negotia secularibus se miscere, præter pupillorum (si fortè leges imponant) inexcusabilem curam, aut civitatis Episcopus Ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere præcipiat, aut orphanorum & viduarum, earumque que sine ullâ provisione sunt perfontam, que maxime Ecclesiastico indigent adjutorio, & propter cinorem Domini causa depositæ. Si quis autem transgredi de cetero hæc statuta teneaverit, qui est hujusmodi Ecclesiasticis interpretacionibus subiectus.

CAPUT CXLVII.

De honore Monachis competenti, & ut nullus eorum tenens Ecclesiasticam aut secularia inquirere negotia; nec alienam servum præter conscientiam domini ejus suscipere.

Ex eodem Concilio, cap. 117.

Qui verò & sincerè singularem sectantur vitam, competenter honorantur: quoniam verò quidam utritus habent monachi, Ecclesiastica negotia civiliaque conturbant, circumstantes indifferenter urbes, nec non & Monasteria sibi influere tentantes: placuit nullum quidem ulquam edificare aut consistere Monasterium vel Oratori domum præter conscientiam civitatis Episcopi: Monachos verò per unamquamque civitatem aut regionem subiectos esse Episcopo, & quietem diligere, & intentos esse tantummodo j. junio & orationi, in locis in quibus renuntiaverunt seculis: permanentes: nec Ecclesiasticis verò nec secularibus negotiis communicent, vel in aliquo sint molesti propria monasteria desiderantes, nisi fortè his præcipitur propter opus necessarium ab Episcopo civitatis. Nullum verò recipere in monasterio servum ut sit Monachus cum eis obortu monachi, præter sui domini conscientiam. Transgredientem verò hanc dispositionem nostram communicatum esse decernimus, ne nomen Dei blasphemetur. Verumtamen Episcopum convenit civitatis competentem monasteriorum providentiam agere.

CAPUT CXLVIII.

De pacificis peregrinationum, id est commendatitias litteris.

*Ex Concilio Antiocheno, * cap. 112.*

* Ad Julianum
11. ad 112.

Prelbyteri autem qui sunt in agris, Canonicos epistolæ dare non possunt, ad solos tantum vicinos Episcopos litteras destinabant. Chorepiscopi autem qui sunt irreprehensibiles, dare possunt pacificas, ad eos generales epistolæ.

CAPUT CXLIX.

De Metropolitanis singularum provinciarum.

Ex Concilio Antiochano, cap. 13.

Per singulas regiones Episcopos convenit nosse, Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius provincie gerere: propter quod ad Metropolim omnes undique qui negotia videntur habere, concurrant: unde placuit eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros Episcopos agere secundum antiquam à Patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum que ad suam Diocesium pertinent, possessioneque subiecta. Unusquisque enim Episcopus habeat suæ parochie potestatem, ut regat iuxta reverentiam singulis competentem, & providentiam gerat omnis possessionis que sub eius est potestate: ita ut Presbyteros & Diaconos ordinet, & singula suo iudicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tenet præter Antistitem Metropolitanum, nec Metropolitanus sine exteriorum gratia consilio Sacerdotum.

CAPUT CL.

De vacantibus Episcopis.

Ex eodem Concilio, cap. 271.

Si quis Episcopus vacans in Ecclesiam vacantem proficiat, sedemque pervadat absque integro perfectoque concilio, hæc abiciatur necesse est, etsi cunctus populus, quem dirigit, eum habere delegerit. Perfectam vero Concilium illud est, ubi interfuerit Metropolitanus Antistes cum suffraganeis suis.

CAPUT CLI.

Ut Metropolitanis sua iura ferventur.

Ex Decreto Leonis Pape, cap. 222 et 231. in Epist. ad Anastasium.

Igitur secundum sanctorum Patrum Canones Spiritus Dei conditos, & totius mundi reverentiã consecratos, Metropolitanus singularum provinciarum Episcopus, quibus ex delegatione nostrã fraternitatis tuæ cura præceditur, jus tradite sibi antiquis dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut à regulis prestitutis nulla aut negligentia aut presumptione discedat.

CAPUT CLII.

Leontodoro Episcopo Thorsolanensi salutem.

Sollicitudinis quidem tuæ iste ordo esse debet, ut cum Metropolitanano tuo primitus de eo quod querendum esse videbatur, confertes, ac si id quod ignorabas dilectio tua, etiam ipse necisset, instruis vos pariter posceris, quia in causis quæ ad generalem obsequium pertinent, nihil sine Prelatis tuis oportet inquiri.

CAPUT CLIII.

De Præfibus, vel ceteris rem publicam agere volentibus, ne sine litteris Episcopi sui communi-ent; & cum contra disciplinam egerint, excommunicentur.

Ex Concilio Arelatensi, cap. 211.

De Præfibus qui fideles ad præfatum proficiunt, ita placuit, ut cum potestati fuerint lit-

Tom. I.

teras accipiant Ecclesiasticas communicatorias; ita tamen ut in quibuscumque locis gesserint, ab Episcopo ejusdem loci cura de illis agatur, ut cum eor- perint contra disciplinam publicam agere, cum demum à communionem excludantur: similiter & de his fiat qui rem publicam agere volent.

CAPUT CLIV.

Ut Clerici vel laici in alienâ Ecclesiâ non communi-ent sine litteris Episcopi sui.

Ex Concilio Carthageniensi, cap. 211.

** Carthag. 1. sub Julio 4.*

Casianus Velonenis Episcopus dixit: Statuit gratuitas vestra, ut unusquisque Clericus vel laicus non communi-ent in aliâ plebsie loci litteris Episcopi sui.

CAPUT CLV.

Quid oporteat egenis epistolas tribui, honestiores autem commendatitias litteras approbati.

Ex Concilio Chalcedonensi, cap. 22.

** sub Leone 1.*

Omnes pauperes & indigentes Ecclesiastico auxilio cum proficiuntur sub probatione epistolis, vel Ecclesiasticis pacificis statummodò commendatæ decernimus, & non commendatitias litteris: propter quod commendatitias litteras honoratioribus tantummodò præfatis personis conveniat.

CAPUT CLVI.

De Clericis qui sine epistolis sui Pontificis proficiuntur.

Ex Concilio Agathensi, cap. 2111.

** Anno 501. cap. 211.*

Presbyter, aut Diaconus, vel Clericus sine Antistitis sui epistolis ambulans, communionem ei nullam impendat.

CAPUT CLVII.

Ut sine epistola Episcopi sui non liceat Clericum vel Monachum proficere; & de Monachis vel Abbatibus.

Ex eodem Concilio, cap. 222 et 231.

Clericis sine commendatitias epistolis Episcopi sui licentia non patet evagandi in Monachis quoque presentis sententia forma fervetur. Quod si verborum inceptatione non emendaverint, etiam verberibus statim cohereri. Servandum quoque de Monachis, ne eis ad solitarias cellulas licentia à congregatione discedere, nisi fortè probatus post emectos labores, aut propter infirmitatis necessitatem asperio Abbatis regulari remittatur: quod ad demum fiet, ut intrã eadem monasterii septa manentes, tamen sub Abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur. Abbatibus quoque singulis diversis cellulas aut plurima monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum boilitatis intrã muros receptacula collocare.

CAPUT CLVIII.

Incipit Epistola Formasæ Atici Episcopi Constantiensepolitani.

Grega clementia litterarum, numeros etiam expremere nullus, qui vel tenuiter græci sermone notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis Canonicis, quas mos latinus Formasæ appel-

B B b 11

lit, aliquas frons filicitate temerè presumeretur, hoc à Patribus trecentis decem & octo Nicææ congregatis silberimè inuicem est & constitutum i ut Formate epistole hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, ut est, ut assumantur in supputationem prima græca elementa Patris & Filii & Spiritus sancti, hoc est DVN. N. I. M. J. Pater, Tris, J. Filius, A. Spiritus sanctus, J. Spiritus sanctus: quæ elementa LXXX. octogenerum & cccc. quadringentissimum & c. primum significant numeros. Petri quoque Apostoli prima littera J. N quæ numerum octogena significat. Ejus quoque qui scripsit epistolam, prima littera J cui scribitur, secunda; accipientis, tertia littera J civitatis quoque, de qua scri-

bitur, quarta; & indictionis (quæcumque est) temporis idem qui fuerit numerus assumatur. Atque ita his omnibus græcis litteris, quæ, ut diximus, numeros expriment in unum ductis unam, quæcumque collecta fuerit, summam epistola tenet. Hanc qui suscipit omni cum cautela requirit expresse: addat præterea separatim in epistola etiam nonageneriam & nonam numerum, qui secundam græca elementa significat AMHN.

EXPLICIUNT CANONES.

Deo gratias, Amen.

MONITUM.

TANTI scilicet hanc Chrodogangi sive Codegrandi Regulam Patres Concilii Aquisgranensis anno patris salustieri DCCCXVI, celebrati, ut quidquid ad Clericorum morem canonice reformandos conducere, ad sua (suppresso licet nomine) decreta transfulerint: quod eisdem inuener in annotatiunculis hæc à me est prætermisum.

Acta ipsi Codegrandi alit' mecum ac memorie infra fuerat Regula S. Benedicti Ardiillanæ, hoc est Evangelica, vitæ Magistri (verbis loquor Magni Gregori) summæ Veritatis discipuli, ut verba illius, sententias, periodos, quæ etiam capitula ideantur, Canonice (videndo leges sua efficeret, tacito demaxat Monachi (Clericis genere indolgentibus ne moram afferret) Canonici nomen sepositus. Nec sanè mirum, quippe quæ olim Divina Namine inspirata (sed hominum vercordia siveque deque postmodum habita) Authoris tempestate impressis celebratur, longè lateque propagabatur. Quò venerabilis Episcopus inuener videtur, sic Iuliorum omnium Spiritu plenum Benedictum, uti Norma ipsius cum Parvus ille fons qui crevit in fluvium, auersam post Occidentalem Ecclesiam variè asperserit, irrigarique. Unde & Divina theoria, & manus Ecclesiasticæ, & secularibus negotiis addidit, Aquam sapientie salutaris, salientem in vitam æternam, assatum quæque haurire, Lectori tradito notiora præfero: sonant isthæc Concilia, sonant Patres, sonant Historias præpè inueneri.

Exinde verò, quid sit in promptu sanctam Regulam habuerit Codegrandi, coniecti datur vel eam seipsum trivisse, tenuisseque memorie, vel etiam sodalitis Benedictino (cujus sententia calculus alium quidam addunt Scriptores) nomen dedisse. Argumentum hoc est ignarus Regule facti non moveat, apud nos tamen eadem imbutos, magni ponderis est. Gallus vel Hispanus lingue sue idiotissimum facile sentis, quem externi non aduerit, non penetrat: ita nos S. Benedicti stilus ac verba fallere non possunt. Ut ut sit, eximie eum laudibus compendio attollemus, deque Regula Canonice verba facientem, optime nota auctoritatem ac fupparem, Paulum VVarnisfridum, audiamus:

11 Jam hinc, vir Egrediens (inquis ille) & omnibus præconis efferendus Chrodogangus Antistes
12 eligatur, ex pago Hasbianicæ oriundus, patre Sigismmo, matre Landrada Francorum ex ge-
13 nere prima nobilitate progenitus. Hic in palatio Majoris Caroli ab ipso exortitus, ejusdemque
14 Referendarius existit: ac demùm Pippini Regis temporibus Pontificale decus promeruit. Fuit
15 autem omnino clarissimus, omni nobilitate cornutus: formæ decorus, eloquio sacundissimus, tam
16 patrio quàm etiam Latino sermone imbutus. Servorum Dei natorum, orphanorum viduarumque
17 non solum alior, sed & elementissimus tutor. Cumque esset in omnibus lacuples, à Pipino Rege
18 omniq; Francorum cæsa singulariter electus, Romanum directus est: Stephanumque venerabilem
19 Papam, ut cunctarum vota adhibebant, ad Gallias evocavit. Hic Clerum adunavit, & ad
20 instar Canobii inter claustrorum septa conversari fecit, NORMANQUE EIS INSTI-
21 TUIT, qualiter in Ecclesia militare deberent: quibus antea vitæque subsidia sufficenter lar-
22 giti est, ut pariter vacare negotiis non indigentes, divinis solummodo officis excubarent. Ipsum
23 que Clerum abundanter lege divinâ, Romanæque imbutum canonicâ, veterem atque ordinem Ro-
24 manæ Ecclesiæ servare præcepit. Quod usque ad id tempus in Metensi Ecclesia saltem minime
25 fuit. Hic fabricare iussit, una cum adjutorio Pipini Regis, sedem sancti Stephani Protomarty-
26 ris, & altare ipsius atque Cancelli, Presbyterium, arcusque per gymnasium. Similiter & in Ec-
27 clesia Beati Petri majore Presbyterium fieri iussit. Construxit etiam ambonem auro argenteoque
28 decoratam, & arcus per gymnasium ante ipsam altare. Edificavit præterea Monasterium
29 in Parochia Beati Stephani in pago Mosellensi in honore Beatissimi Petri Apostoli, & datus

S Greg. lib.
4 Reg. cap. 9.

Item Dialog.
lib 1, cap 8.
Baron. an. 119.
Eadl. 10 J.
Jann. 4. 14.

illud episcopus magnus, Monachosque ibi constituit, atque sub Regula Sauli Patris Benedicti in una charitate coniunxit. Construxit etiam alterum Monasterium quod Gorga vocatur, ubi pariter modo non modicum multitudinem adhaerens Monachorum. Expetit denique à Paulo Romano Pontifice tria corpora Sanctorum Martyrum, id est, beati Gorgani, quod in Gorga requiescit, & beati Naboris, quod in Hilariae monasterio conditum est, & beati Nazarii, quod ultra fluvium Rhenum in Monasterio quod vocatur Loribain, edificata in honorem ipsius Martyris miri decore Basilica, collocavit. Hec siquidem praedictum Chludiswinds quondam Religiosa facta, & Caesario episcopus filius, eidem Chrodogango Antistiti ad partem beati Stephani tradiderant. Fuit siquidem beatus iste vir in elemosinis largus, in charitate purissimus, susceptor hostium atque peregrinorum. Sed quoniam longum est bona quae gesta, ex ordine retexere, satis sit haec pauca praebuisse de plurimis. Hic consecravit Episcopos quamplurimos per diversas civitates, Presbiteros nobilemque ac Diaconos, ceterosque Ecclesiasticos ordines, sicut moris est Romanae Ecclesiae, in diebus Sabbatorum quaternis temporibus anni. Rexit Ecclesiam Metensem annis viginti tribus, mensibus quinque, diebus quinque. Obiit pridie nonae Martiae in diebus Pipini Regis. Requiescit in Gorga Monasterio, quod ipse à fundamentis exstruxit.

Huc usque Paulus Diaconus, Fragmento de Episcopo Metensi Ecclesiae, Hist. Franc. Scriptorum Andreae Duchesne, to. 2. pag. 104.

CHRODÖGANGI

SIVE

CRODEGANDI

METENSIS EPISCOPI

REGULA CANONICORUM.

P R A E F A T I O.

TEMPORUM piissimi ac serenissimi PIPINI CHRODÖGANUS servus servorum Dei, Metensis urbis Episcopus.

Si trecenturum decem & octo, reliquorumque Sanctorum Patrum Canonum auctoritas inviolata perturberet, & Episcopus atque Clerus secundum eorum rectitudinis normam viverent, superfluum videretur, à nobis exiguis minimisque, super hac re tam ordinatè dispositò aliquid novi retractare aut dicere: sed dum pastorum subditorumque negligentia ex his temporibus nimium crevit, quod aliud agendum nobis est, qui in tam gravi discrimine venimus, nisi ut quantum possumus, si non quantum debemus, ad rectitudinis lineam, Deo insperante, Clerum nostrum reducamus.

Igitur quamvis adepti hujus Sedis Pontificalis Cathedra, cumque officii mei pastoralis curam invigilare copulsem, & in tantam negligentiam Clerum plebemque devenisse conspicerem. corpe mensis conquirere quod agere deberem, sed divino salus auxilio, fratrumque spiritualium consulatione adjutus, atque recuperatione provocatus, volui necessitate compulsus parum decrescunt facere, per quod & Clerus ab illicitis coarctat, vitiosa deponat, mala diu longaeque usurpata detelinquat: ut dum mens ab afflictis vitiis vacuatur, facilis bona & optima quaeque sunt, inferatur.

Scripturis enim factis intenti decerimus, ut omnes sint unanimes officii divinis, lectionibusque sacris assidui, atque ad obedientiam Episcopi sui, Praepositi, ut ordo canonice deposcit, parati, charitate connexi, zelo bono, ferventissimoque amore conjuncti, à libus, vel scandalis, seu odus semotis, pastorem quilibet fuerit, non solum de carnalibus, sed etiam de spiritualibus curam gerat, & in utraque parte fingentissimam sollicitudinem, in quo facultatis fuerit, habeat, ut de vitiis reprimat, & ea radicibus ut ori caperit, ut praevaleat, amputare scilicet: & quae vitiis humanis iuxta normam subter dispositam necessaria fuerint, eis praebere studeat, ut cum pastor pastorum, iudexque vivorum & mortuorum Christus in ultimo tremendoque die, in sede maiestatis suae dilectaturus cum omnibus gentibus, federet, & omnis Clerus cum revelata facie confpexerit, etiam non cum summis pastoribus, & gregibus sibi commissis, praedispensatis talentis, multiplicatissime spiritualibus locris, audire merebimur: *Ecce servus vester & fidelis*: sicutem hoc concedatur, ut delictorum venia ad integrum tribuatur, quia manifestum est quibus peccatorum venia ad integrum tribuatur, quia nec infelix potest iudicari, cui contigerit qualemcumque partem in paradiso habere: sed illis ibidem fors datur, qui in quantum possunt per viam metuum ad hoc in hujus temporis curriculo, dum licet currere, saluunt.

Intendamus ergo ad hoc animum, quantum possumus, quantum debemus, quia non possumus quantum debemus, & nostra vita amarecat in penitentia, ne ultio divina, quae nunc mitis est, & expectat, post serva: ad vindictam.

Bbbb ij

ANNO CIRC.
790.de Bened.
lib. 2. cap. 4.

Met. 17. 11.

CAPUT PRIMUM.

De Humilitate.

S. Bened. li.
I. c. 7.
Ibid. c. 14.
Ibid. c. 15.
Ibid. c. 16.
Ibid. c. 17.

CLAMAT nobis divina scriptura, dicens: *Omnia qui se exaltant humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* Quantum enim humilis fueris, tantum te sequitur gloria altitudo: & qui superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam: omnique arrogans immanis est coram Domino. Nam quocumque superbum videris, filium diaboli esse non dubites; & quocumque humilem profereris; Dei filium esse credere debes. De multis enim patra perstrugimus, et omnes homines ad amorem humilitatis provocemus, & detestabilem, inimicamque Dei superbiam ab eis retrahamus: nam dum omne genus humanum humilitatem habere convenit, nanis inquam, pessimumque, ac detestabile est, ut qui servitio Dei peculiariter se jungunt, humilitatem derelinquant, & superbius diabolice se foveant. Chastus in humilitate, diabolus in superbia scdat.

Idcirco necesse est, ut qui suadente diabolo usque nunc superbus atque elatus, & vultu rigidus visus, Deo auxiliante, per humilitatem, atque charitatem, ad obedientiam, seu per reliqua bona Dei precepta resurgat; quia multum melius est per humilitatem cum Christo in regna caelestia regnare, quam cum diabolo per superbiam in infernum demergeri.

CAPUT II.

De ordine congregationis Canonicorum.

Ordines suos Canonici ita conferreat, ut ordinati sint in gradibus suis, secundum legitimam institutionem Romane Ecclesiae, in omnibus omnino locis, id est, in Ecclesiis, vel ubicumque simul conjunxerint, & ratio praestat; exceptis his, quos Episcopus in altiore gradu constituerit, aut degradaverit, certis de causis, reliquos omnes, ut diximus, ita ut ordinati sint, ordines suos custodiant.

Junioris igitur priores suos honorent, priores maiores suos in Deum diligant. In ipsum autem appellationem nominatum, nulli licet aliui puro nomine appellare, sed secusmodum constitutionem Sanctae Sedis Apostolicae, vocet eum nomen suum, prius addito & ministerii sui gradu, qualicumque fuerit. Ubicumque te obviaverit clericus, junior inclinetur, & de priore benedictionem petat: & si se detemere invecere, transiente majore minor furgat, & det ei locum sedendi, nec praesumat junior confidere nisi et praecipat senior suus; ut fiat quod scriptum est: *Honore seniorum praesentium.* Pueri parvi & adolescenter, in oratorio, aut ad missas cum disciplina suos ordines custodiant, & ubicumque fuerint, custodiam habeant & disciplinam.

CAPUT III.

De eo quod in congregandis Canonicis modus discretionis tenendus sit.

CAvendum summoque Praepositi & Praelati Ecclesiae est, ut in Ecclesia sibi commissis non plures admittant Clericos, quomodo ratio sunt, & facultas Ecclesiae suppetat; ne si plures induceret aggregaverint, nec ipsos gubernare, nec ut oportet valent administrari. Sunt namque nonnulli vanam gloriam ab omnibus captantes, qui inno-

merosius Cleri congregationem volunt habere, cui nec animae, nec corporis curam solatia exhibere. Hi namque qualiter aggregati, dum à Praelatis stipendia necessaria non accipiunt, neque enonomicum servant ordinem, nec divinis officis assunt, & superflua facerentque ceterorum relinquunt, efficiuntur vagi & laevi, gale & coronati, & ceteris suis voluptatibus dediti, quidquid sibi inhibuitum est, licitum faciunt.

Proinde Praepositi soletur providendum est, ut in hoc negotio modum discretionis teneant, scilicet, ut nec plus quam oportet, & possibilitas Ecclesiae suppetat, in congregatione admittant, nec eos, quos rationabiliter gubernare possunt, causa avaritiae abijciant.

CAPUT IV.

De eo quod non debent Clerici in congregatione canonice constituti, stipendia superflua accipere, aut auxilium, sed necessaria.

SAnchorum Patrum sententia docent, Clericos non divitiarum seductores esse, nec res Ecclesiarum inofficiose accipere debent. Ingle dicit Prosper: *Qui Ecclesiae serviunt, & ea quibus opus non habent, aut libenter accipiunt, aut exigunt, nimis carnaliter sapient: indignum quippe est, si illis & operosa devoto Clericorum, propter stipendium seculari praemia sempiterna contemnat.* Ut quid accipit unde rationem reddat? Ut quid peccatis alienis sua multiplicat? Unde meritis, imò male est, Clericis in Ecclesiasticis sumptibus accipiendis suum vitare periculum. Proinde tam de suis, quam de Ecclesiae facultatibus, non plus accipiant aut emant, quam oportet: id accipient, cibum, potum, atque vestimentum, & his contenti sint: ne plus accipientes, pauperes gravare videantur. *Sine grandi peccato non accipiunt, unde pauperes victuros erant.*

Hi vero qui nec suis rebus abundant, nec Ecclesiae habent possessiones, & magnam utilitatem Ecclesiae conferunt, accipient in canonicis congregatione victum & vestimentum, & elemosinarum partes: quae de talibus in libro Prosper dicitur: *Clerici, quos voluntas, aut nativitas pauperes officit, in congregatione viventes, necessaria vix accipiunt: quae ad ea accipienda non eis habendi docet cupiditas, sed cogit vivendi necessitas.* Porro si tales fuerint, qui nec suas, nec Ecclesiae velint habere possessiones, horum necessitatibus providendum gubernatione de facultatibus Ecclesiae debent subvenire Praelati, attendentes illud Prosper: *Quod habet, inquit, de facultatibus Ecclesiae, cum omnibus nihil habentibus commune habet.* Sed de illorum curam gerere debent, quos aut infirmos, aut senectus aggravat, quos etiam coullat obum in utilitatibus Ecclesiae defudisse.

CAPUT V.

De his qui in congregatione sibi commissa, solummodo ex familia Ecclesiae Clericos aggregant.

Sunt nonnulli qui tandem ex familia Ecclesiastica Clericos, in sibi commissis congregant Ecclesiis: & hoc ita facere videtur, ut si quando eis aliquid incommodum fecerint, aut stipendia oportuna subtraxerint, nihil quominus contra se obijcere praesumat, timentes scilicet, ne aut severissima verbentibus afficiantur, aut humanae servituti denuo crudeliter addicantur.

Ex cap. 69.
Regulæ 3.
Ibid.

Am. 11.

Cap. 118. ad
l. r. Consil.
Anastasio.
ad. 114. c. 118.

Consil. sup.
cl. c. 100.
Prof. de vit.
concep. l. 1.
c. 100.

Prof. 118.
c. 11.

Ibid.

Ibid. c. 9. fel.
anast. tractus.

Consil. Aquil.
114. c. 109.

Hoc autem non idcirco dicitur, ut ex familiâ Ecclesie probabiles vite in congregatione non sint admittendi, præsertim cum apud Deum non sit peccatum acceptio, sed potius, ut propter quam intulimus orationem, vel nulli Prælatorum, secularis nobilibus, viles tantum in sui congregatione admittantur perfectas.

CAPUT VI.

Qui Clerici in congregatione canonicâ constituti, Ecclesiastica accipere debent stipendia.

Quia Sanctorum Patrum supra notata sententia docent, Clericos non de vitularum sectatores esse, nec res Ecclesiarum inoffensè accipere debere, non abs re putavimus, nonnulla capitula libri Prospici ad medium exempli causâ deducere, in quibus ita legitur: *Qui Ecclesie servant, & ea quibus opus non habent, aut libenter accipiunt, aut exurgunt, nimis carnaliter sapiunt.* Item ibi: *Satis quippe indignum est, si fidelis & operosus devotio Clericorum, propter stipendium seculare præmia sempiterna contemnat.* Item ibi: *Si propter hoc non vult sua quique relinquere, ut habeat unde vivat: ut qui accipit unde rationem reddat*

CAPUT VII.

De eo quid in congregatione canonicâ æqualiter cibum & potus accipiatur.

Soleo in plerisque Canoniorum congregationibus irracionabiliter atque insuetè fieri, ut nonnulli Clerici, qui & divitiis affluant, & aut parum aut nihil utilitatis Ecclesie conferunt, majorem ceteris divinum sicut peragentibus officium annonam accipiunt, cum hoc ita fieri debere nunquam nec in auctoritate scripturarum, nec in traditionibus Sanctorum Patrum possit [quoquo modo sanctum reperiri.] Et semper rationabilè iustumque coram Deo & hominibus, ut in unaqueque canonicâ congregatione à minimo usque ad maximum cibum & potum æqualiter accipiant; hi videlicet qui propter aliquam utilitatem in numero Canoniorum fuerint admissi. Quamquam enim plerique subditorum à Prælati, rebus quibuslibet aliis plus ceteris meritis solent honorari, in hac tamen societate, reclusâ personarum acceptatione, una debet cibi & potus æqualitas esse.

CAPUT VIII.

De mensurâ cibi & potus.

Quando Clerus unâ aut binâ vice in die reficit, accipiat à minore usque ad maximum quatuor libras panis; & quando bis in die reficit, pulmentum verò ad sextam, unam ministracionem de carne inter duas; & si cibaria alia unâ accipiant, & cibaria non habeant, tunc duas ministraciones de carne habeant. Ad cenam autem aut unam ministracionem inter duas; aut cibaria alia habeant. Illi tempore, quando quadragesimalem vitam debent ducere, tunc ad sextam inter duos Clericos portionem de formatico, & cibaria alia accipiant; & si pisces habuerint, aut legumina, aut aliud aliquid, addatur & tertium; & ad cenam cibaria inter duas, & portionem de formatico accipiant; & si Deus amplius dederit, cum gratiarum actione accipiant. Quando autem in die una refectio fuerit, tunc cibaria una inter duas, & portionem de formatico,

& ministracionem de legumine, aut aliud pulmentum accipiant. Et si conigerit quod illi anno glandis vel figina non sit, & non habent unde hanc mensuram de carne impliant, prævident Episcopos, vel qui sub eo est, juxta quod Deus possibilitatem dederit, aut de quadragesimali alimento, aut alio, unde consolationem habeant.

Et si eadem regio vinifica fuerit, accipiant per singulos dies quinque libras vini (si tamen sterilitas impedimentum non fecerit temporis) si verò vinifica plena non fuerit: tres libras vini, & tres cervisias; & caveant ebrietatem. Si verò contigerit, quod vinum minus fuerit, & itam mensuram Episcopos, vel qui sub eo est, implere non potest: juxta quod prævalet, implet de cervisâ, & eis consolationem faciunt; & illi qui se à vino abinent, prævident Episcopos, vel qui sub eo est, ut tantum habeant, de cervisâ, quantum de vino habere deberent. Quando verò Ecclesie facultas non suppetit, aut sterilitas terræ exsisteret, sicut crebro peccatis nostris præpeditibus evenire solet, & prælati quantum debent dare vinum, aut cerisiam sive cervisiam, Canonici requirunt, prævident eis potum ex diversis materis confectum; non autem murrant, sed magis cum gratiarum actione quod dari subpotest, accipiant; animadverentes Joannem Baptistam, qui nec vinum, nec licetam, nec quæ aliud quod potest inebriari, bibit: quia ubi ebrietas fit, ibi flagitium atque peccatum est; & hoc admonemus, ut Clerus sobriam semper ducat vitam. Et quia persuadere non possimus, ut vinum non bibant, vel hoc conscientiam suo saltem in illi ebrietate non dominetur; quia omnes ebriosus Apostolus à regni Dei extraneos esse denuntiat, nisi per dignam penitentiam emendaverint. Habent itaque Canonici hortos oleum, unde cum ceteris additamentis aliquid pulmentum quotiè sibi vassum ministrant.

CAPUT IX.

De septimanæ coquina.

Clerici Canonici sic sibi officium servant, ut nullus excusetur à coquina; nisi aegritudine, aut causâ gravi utilitatis præoccupatus fuerit: quia exinde major merces & charitas acquiritur. Imbecillibus autem procurantur solatia, ut non cum tristitiâ hoc faciant, sed habeant omnes solatia secundum modum congregationis, aut positionem loci.

Archidiaconus, aut Præpositus, vel Cellarius, & qui in majoribus utilitatibus occupati sunt, ibi excusentur à coquina. Ceteri autem sibi sub habitato invicem servant. Egressurus de septimana sabbato munditia vasorum faciat, & vasa ministerii sui, que ad ministrandum accipit à sana & munda Cellario reconsignet; & si aliquid ex illis manuum fuerit, ad capitulum die sabbati veniam petat: & vasa, vel quod manuum est in loco restituat.

CAPUT X.

De Archidiacono, vel Præposito.

Oportet enim eos esse prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbas, id est, ut sint sapientes in bonum, & simplices in malum; & docti in Evangelica præcepta, & sanctorum Patrum iustitia canonum, ut possint docere Clerum in lege divinâ, & sic se conforment Clero, ut non tantum verbis capeant, sed etiam exemplis simplicioribus

Ex cap. 40. Reg. 3. Bened.

Ex c. v. ejusdem Regis.

Ex c. x. Reg. 3. Bened.

1. Tim. 4.

divina præcepta demonstrent: quia Apostoli debent semper servare formam, in qua dicit: *Argui, obsecra, increpa*: immittens temporibus tempora, terroribus blandimenta. Indisciplinatos & inquietos debent duris arguere, obediētes autem & mites & patientes ut in melius proficiant, obsecrare: negligentes, & contumaces, & superbos, increpent & corripiant. Neque dissimulent peccata delinquentium, sed mox ut emerint ostri, radicatis ut *Veru* valeat, amputent; memores periculi Heli sacerdotis de filiis suis. Honestiores quidem atque intelligibiles penitentiæ & secundæ admonitione corripiant; impios vero se duros corde, ac superbos, vel inobediētes, verbere & castigatione in ipsa initio peccati coercerant; scientes scriptum: *Stultus verberis non corrigitur*. Et iterum: *Percutit filium suum virgæ, & liberabit eum a morte*.

Prov. 13. 24.
Ibid. 23. 14.

Et quicquid per se iustè & rationabiliter secundum canonicam institutionem non poterint definire, Episcopo patefaciant, & ipsè secundum Dei voluntatem quod castigandum est castiget, & quod corrigendum est corrigat. Qui Archidiaconus, vel Franciscanus, in omnibus omnino actibus vel operibus suis, sint Deo & Episcopo fideles & obediētes: & non sint superbi, neque rebelles, vel contemptores, sed casti, & sobrii, patientes, benigni, & misericordes: diligant Clerum, oderint vitia, & non permittant ea intrinsece, sed prudentes amputare festinent. Caveant ne dum alius prædicaverint, ipsi reprobi efficiantur.

S. Basil. cap. 2.
Ibid. sub mod.

Qui Archidiaconus, vel Præpositus, si reperi fuerint, quod abest, superbi ad ratum, aut contradicētes vel contemptores canonicæ institutionis, secundum Domini præceptum admoneantur semel & iterum, & si non emendaverint, ad Episcopum secundum modum culpe judicentur. Quod si neque sic correxerint, de ordinibus suis ejectantur, & alii qui digni sunt, & voluntatem Dei, vel Episcopi sui, secundum divinum præceptum impleverint, in locis illorum subrogentur.

CAPUT XI.

De Cellariis.

Ibid. c. 11.

Cellarius verò debet esse timens Deum, sobrius, non violentus, non contentosus, non iracundus, sed modestus, moribus castus, & fidelis, non superbus, non tardus, non prodigus, non superfluus dissipator sine ordine, non tremulus, & quicquid acceperit sub curâ suâ ad opus Clericorum, custodiat, ne ministris eisdem deputati annonam frantum aut frum subspiciendo, aut aliquolibet modo negligenter vivendo dissipent. Hi verò famuli eligantur de fidelissimâ Ecclesiæ familiâ, & his officiis diligenter erudiantur, ut scilicet & arte pistoriâ, & fidei puritate, necessitatibus fratrum oportunissimè valeant suffragari. Eadem quoque forma de Coecis servanda est.

CAPUT XII.

De Portariis.

S. Basilid. cap. 3.
Et hoc c. Conc. Aquil. 1210. c. 149.

Portarius unus cum suo juniore animum aut amplexibus, si Episcopo, vel ei qui sub eo est, placeat, portas clausuras, vel officia custodiat. Qui portarius sit frater probabilis viæ, sobrius, patientis, & sapiens, qui sciat responsionem accipere & reddere: ut officium sit portam Canonicorum cum summi obediētiâ & humilitate competentis tempore clau-

dere, ac referare, ut nulli per eam nisi per licentiam aditus pateat intrandi aut exeundi. Cui etiam obsecrandum est, ne eis, quibus cura est, plus otios vacare, quam divinis obsequiis incubare, foras evangandi locum præbeat, & coram nugarum (quod nefas est) particeps fiat.

Debet præterea advenientes quoque cum chaturitate suscipere, & Præsentem eorum causamque nuntiare. Expleto namque vesperino & completorio officio, obsecratque portas, claves earum idem portarius ei qui vicem Prælati tenet, serat, si ut nulli horum incompetentibus intrandi aut exeundi maneant facultas. Si verò inobediens aut procervus idem repletus fuerit portarius, sicut alii ministri negligentes, judicetur.

CAPUT XIII.

De eo quod diligenter munienda sunt claustra Canonicorum: in quibus dormiunt Canonici.

Cap. 117. ejusdem Concilii.

Præpositorum cura sit, ut subditorum mentes sanctarum Scripturarum lectionibus assidue muniant, ne lapsus involubilibus aditam inveniat, quo ovile Domini ingredi, & aliquam ovium subripere valeat. Et præterea necesse est, ut claustra, quo Clero sibi commisso canonicè viveendum est, firmis iudicibus circumdant munitionibus, ut nulli omnino intrandi, aut exeundi, nisi per portam pateat aditus.

Sint etiam interius dormitoria, refectoria, cellaria, & cætera habitationes usus fratrum in unâ societate viventium necessitate. Omnes in uno dormiant dormitorio, præter illos, quibus Episcopus licentiam dederit, secundum quod et rationabiliter visum fuerit. Et in ipsâ claustrâ per dispositas mansiones dormiant separatim per linguam lectâ, mixti cum seniores propter prævidentiam bonam, ut seniores prævaldeant quâ juniores secundum Deum agant. Et in ipsâ claustrâ nulla femina introeat, nec Laicus homo, præter tantum si Episcopus, aut Archidiaconus, vel Præpositus iusserint, ut in refectorio refectiois causâ veniant, relictiis armis ante refectioem. Et si necesse fuerit ad opera faciendâ ibi Laici homines . . . at ubi perfectum habuerint opus suum, cum summi festinatione egrediantur foras. Et si cocci Clerici defuerint, & opus fuerit ut Laici cocci, ad coquinandum tantum ingrediantur, & expleto ministerio suo cum celeritate exeant foras.

S. Basilid. c. 111.

CAPUT XIV.

De his que à Clero in nocte de lectis surgente primùm dicenda, neque operanda sunt.

Nocturnis horis cum ad opus divinum de lecto surrexerit Clerus, primum signum sibi sanctæ crucis impricat per invocationem sanctæ Trinitatis: deinde dicit verbum: *Domine labia mea aperies*. & *et os meum annuntiabit laudem tuam*: deinde Psalmum: *Deus in adiutorium meum intende*, totum cum gemitu: & tunc providet sibi corpoream necessitatem naturæ, & sic ad Oratorium festinet psallendo Psalmum: *Ad te Domine levavi animam meam*, cum summi reverentiâ & cautè intrans, ut alius orantibus non impediat; & tunc prostratus in loco congruo effundat preces in conspectu Domini, magis corde, quam ore, ita ut illius vox vicinior sit Deo, quam tibi, ita dicendo: *Gratias tibi ago omnipotens Pater, qui me dignatus es in hac nocte custodire, & de peccator clementiam tuam, misericors Domine,*

Ibid. 10. 14. 110. 89.

Ibid. 106.

Domine, ut mihi concedas diem vestrum sic peragere in tuo sancto servitio, cum humilitate, & discretione, qualiter tibi complectat servitus nostra. Amen.

Et tunc omnes sunt preparati stantes in loco suo in choro per ordinem, ut cum novissimum signum cessaverit, cum summi humilitate & honestate referant laudes Deo, in conspectu Angelorum ejus. Et si alicui frequens tussis, aut pliegra ex pectore aut naribus excreseat, post dorsum propiciat, aut juxta latas, cautè tamen & cunctosè, ut inermis mentibus non vertatur in ususam; & semper quod projicitur pede conculcetur, ut cum ad orationem curvantur, vestimenta eorum non sordulentur: & infra Ecclesiam, & in omni conventu, seu, & in portico, hoc observandum est, ut quod spūtur semper pedibus conculcetur.

CAPUT XV.

De officio divini in octabis.

Hymnis verò temporibus, id est à Calendis Novembris usque in Pascha juxta considerationem rationis, octava hora noctis surgendum est, ut modice amplius de medià nocte pauleatur, & jam digressi ad vigiliam surgant. Post finitas nocturnas dicant versum: *Exultabunt sancti in gloria.* Aut, *Exultans ipsi in conspectu Dei.* Deinde *Kyrie eleison*, & orationem Dominicam: & faciunt intervallos, excepto diebus Dominicis & festivitatibus Sanctorum, juxta considerationem Episcopi, vel qui sub eo est, id est, ut quadraginta aut quinquaginta psalmos possint cantare, secundum quod visum fuerit, & hora permittat; & qui psalterium vel lectionum aliquod indiget, meditationi miscantur.

Et non permissam aliquis in ipso intervallo dormire, (nisi quem infirmitas cogat, & hoc per commatum fiat) & qui aliter fecerit excommunicetur. Reliqui omnes ordinem vigiliarum teneant usque ad Matutinas dictas. Et in ipso intervallo sanctum silentium fiat tam in voce, quam in actu, vel intellectu, seu sono alicujus rei, ut licet unquamque abique alterius inquietudine peccata sua cum gemitu & suspirio & lacrymis Domino confiteri, & veniam vel remissionem pro ipsis ab omnipotente Domino orando & petendo postulare.

CAPUT XVI.

De vigiliis antiquitate.

Aniqua est vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus sanctis. Hic dicit: *De nocte vigilat spiritus meus ad te Deus.* Item David: *Attende vocem sargebam ad confitendum tibi super iniquitatem nostram tua.* Hoc namque tempore vallator Angelus transiens primogenita Aegyptiorum percussit: unde & nos vigilare oportet, ne percussus Aegyptiorum admittamur. Idem etiam hors venturum se esse in Evangelio Salvator asserit, unde ad vigilandum auditora suos existitans, dicit: *Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes.* Et si vestigia heretici, inquit, venerit, & si media nocte, & si gressu canis, & invenierit eos vigilantes, beati sunt quidem servi illi. Itaque & vos estote parati, quia reversus est hora filius hominis venturus est. Siquidem nec verbis salum docuit vigiliis, sed etiam confirmavit exemplo. Nam testatur Evangelium, quia erat Iustus permansit in oratione Dei. Paulus quoque & Silas in custodia publica, circa mediam noctem orantes, hymnum audie-

tibus cunctis vincit dixisse memorantur: ubi repente terre motus factus, & concussis carceris fundamentis, & januis sponte apertis, omnium vincula sunt soluta.

Unde oportet his h'ris psallendi omnique frequentiam nisi in sanctis habere officium, finemque nostrum vel si advenierit, sub tali actu expectare securi. Est autem quoddam genus hereticorum superfluat alimentum sacras vigiliis, discutiunt noctem esse factam ad requiem, sicut diem ad laborem. Hi heretici graeco sermone Nyctages, hoc est, somniculosi vocantur.

CAPUT XVII.

De Matutinis.

De Matutinarum antiquitate & autoritate David dicit: *In matutinis mediator in te, quis factus aditor meas.* Et alibi: *Præcursum vocati me ad te dilatale, ut mediator eloquia tua.* In novo testamento, ex illo tempore quo Dominus noster Iustus Christus in Bethleem nasci dignatus est, matutine solemnitas officium per univertum mundum celebrari invaluit. Matutina autem luce radante Dominus & salvator noster ab inferis resurrexit: siquidem & eodem tempore cunctis spes future resurrectionis crederet, cum iulis quasi à sepore sumis resurgentes vigilabant.

CAPUT XVIII.

De Hora primâ.

Convenientes Cleri ad Primam cantodam in Ecclesia, completo officio ipso, ante psalmum quinquagesimum, donec confessiones suas vicissim, dicentes: Confiteor Domino, & tibi, frater, quod peccavi, in cogitatione, & loquutione, & opere: propterea precor te ora pro me. Et ille respondet: Misereatur tui omnipotens Deus, & indulget tibi omnia peccata tua; liberet te ab omni malo, conservet te in omni bono, & perducat te ad vitam æternam. Et ille dicit, Amen. Supplici corde certatim pro se orantes, hoc sibi faciant. Hoc expleto conveniant ad Capitulum quotidie. Et ex illâ institutione, quam propter illorum utilitatem, Deo auxiliante, fecimus, in unoquoque die aliquod capitulum, præter diem Dominicam, quartam, & sextam feriam, & solemnitates Sanctorum, in quibus tractatur, & alius hominis, vel quod edidit audientes, relegant. Et ideo quotidie ad Capitulum omnes Cleros venire constituimus, ut anima verbum Dei audiat; & Episcopus, vel Archidiaconus, vel qui in loco illorum prælle videtur, ibidem quod jubere habet, jubeat, & quod corrigere, corrigat, & quod facendum sit, ordinare studeat.

Post lectionem recitantur etas mensis & lune, & nomina Sanctorum, quorum festa crastinus excipiet dies: & postea prior dicit versum: *Profectus est in conspectu Domini mons Sanctorum ejus.* Quem sequatur oratio à Prior, ita: *Ipsi & omnes sancti Dei intercedat pro nobis peccatoribus ad Deum, ut misericordiam possideat vitam æternam. Amen.* Deinde dicatur versus: *Deus in adiutorium meum intende, tribus vicibus, Prior incipiente, & ceteris respondentibus; subjungentes, Gloria Patri, &c.* Et postea, *Kyrie eleison*, & oratio Dominica. Deinde, *Et ne nos inducat in tentationem, &c.* Et veniat super nos, &c. *Respondeat in servis tuis, pariter usque in finem psalmi; subjungentes Gloria.* Deinde Prior dicit: *Dirigere, & sanctificare, & ca.*

Ibid. Hic. cap. 35. Et Const. A. cap. 1. c. 12. P. 1. 62. Ibid. 118.

Ibid. 119.

Ibid. 119. 118.

Indare digneris, Domine Jesu Christe fili Dei vivi, hodie carnis, & corpora nostra. & spiritus nostris, in via, & in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum; & peccata nostra dirige in viam peccati, in viam salutis, in viam iustitiae tuae, ut hic & in perpetuum, ut ad vivam, saltem eteram, qui cum Patre & Spiritu sancto vivas & regnas Deus per infinita saecula saeculorum, Amen. Deinde, *Adoptivum nostrum, &c.* Respondent alii: *In nomine Domini, qui fecit caelum & terram.* Post haec, qui culpabilis est, postulet veniam, & secundum modum culpe iudicium recipiat. Quisquis vero veniam postulat pro culpa, quantum plus se humiliat, & se culpabiliter asserit, tantum misericorditer ac lenius à Proce iudicatur: necesse est enim ut omnes nostrae negligentiae, id est cogitationum, linguarum, & operum, in praesenti vita per veram contritionem & humilitatem semper iudicentur, & non post mortem reus nos faciant.

CAPUT XIX.

De opere manuum quotidianum.

Surgentes à Capitulo vadant aut simul aut separatim ad opus tibi injunctum, ut ratio praestet, custodientes silentium, decantent psalmos suos aut bini aut singuli, iuxta quod congruum est, nihil aliud loquentes, nisi forte de ipsa arte necesse fuerit dicere caute. Et quando inceperint opus suum dicant: *Benedictus es Domine Deus qui advocti me & consilatus es me, Amen. Misereatur nostris omnipotens Deus, Amen.* Et quando opera communi non est necesse facere, unusquisque quod opus habet, faciat: quia Oculitas inimica est animae.

CAPUT XX.

De Hora diei.

Horam tertiam, & sextam, & nonam, Daniel & tres patres supplicationibus Domini devoverunt. Sed et ut ab eo ora daret in tempore supplicationis tres horae potestatis, Transmisit nobis reverentiam declaravit. In horae tertiae Spiritus sanctus descendit super Apostolos. In sexta hora Christus passus est. In nona hora emisit Spiritum.

CAPUT XXI.

De Hora Vesperarum.

Vesperinum diurni finis officium, sequitur & diurnae lucis occasus: cuius ex veteri Testamento sollemnis est celebratio. Testis est David, qui dicit: *Dirigitur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Elevatus manuum mearum sacrificium vespertinum.* In novo Testamento, eodem tempore Dominus & Salvator noster canentibus Apostolis mysterium corporis & sanguinis sui tradidit. His temporibus ut honore ac memoria tantorum sacramentorum adesse nos deest Dei conspectibus, & personare in ejus cultibus & laudibus.

CAPUT XXII.

De Completis.

De Completis celebrandis in Patrum invenitur exemplis, David dicente: *Si ascendere in caelum stans meus. Si dedero summum oculis meis, &*

*palpebris meis dormitationem, & requiem temporis mei, donec inveniam locum Dominus, tabernaculum Dni Jacob. Nos autem si locus Domini esse, volumus, & tabernaculum & templum ejus cupimus haberi, exemplis Sanctorum imitemur: ne de nobis dicatur quod legitur: *Domuerunt summum suum, & nihil invenerunt omnes vias divinationem in manibus suis.**

CAPUT XXIII.

De recepto silentio post Completum.

Expleto Completo summum silentium fiat, & orationes faciet hanc cum recitatione peccatorum: & postea gratias agant Deo, dicendo: *Gratias ago tibi, Domine, sancte Pater omnipotens aeterni Deus, qui me dignatus es in hac die custodire: per tuam sanctam misericordiam concede mihi hanc noctem mundo corde & corpore tibi pertranfire, qualiter mane surgens, gratum tibi servitium exolvere possim, per Christum Dominum nostrum, Amen.*

Et cum magna cautella ambulent in Ecclesia & in dormitorio) & cum ad proprium sicut venerint, dum se collocaverint Clerus, dicat psalmum: *Deus in adiutorium meum intende, totum cum gloria: & post dicit versum: *Pater Domine exaudi vocem meam. & postquam circumspexerit in cubitum meo. Sicut mane surgens postulat sibi labia à Domino aperiri, sic requiescens roget poni ori suo à Domino custodiam.**

CAPUT XXIV.

De eo quod horas Canonicae Canonici religiosi observare debent.

Student summopere Canonici praedictas horas vigiliantissima cura custodire, & in his divinum officium humiliter ac devotè persolvere: mot enim ut auditum fuerit signum, saltem ad Ecclesiam convenire, relicto omnibus quilibet fuerint in manibus, sic tamen ut non petant; & si longè ab Ecclesia aliquis fuerit, ut ad opus Dei per horum canonice occurrere non possit, agat opus Deus cum tremore divini ubi tunc fuerit. Et praevideat cultus Ecclesiae, ut illa signa horis competentem fomentat. Et caveant Canonici, ut non pompatae, aut inhoneste, aut incompositè, aut superbe intrent, aut stent aut dolant, in ecclesiam.

CAPUT XXV.

De diligentia psallenda.

Ubique credimus divinam esse praesentiam, & oculos Domini speculati bonos & malos, maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus, cum ad opus divinum assumimus: ideo semper memores simus quod ait Propheta: *Servate Dominum in simpore, & exultate in eum tremore.* Et iterum: *Psallite sapienter.* Et, *In conspectu Angelorum psallam tibi.* Ergo consideremus qualiter oportet in conspectu divinitatis & Angelorum epas esse, & orare; & sic stemus ad psallendum, ut necus nostra concordet voci nostrae. Nam si cum bonis hominibus, vel potentibus, volumus aliqui suggerere, non praesumimus nisi cum humilitate & reverentia; quanto magis Dominum aeternorum à nobis cum humilitate & puritate supplicandum est?

Ex cod. c. 11. Psal. 91.

Ibid. 77.

Ibid. 69.

Ibid. 100-3.

Conc. Aquil. gran. c. 19.

Ue in Reg. 5. Bened. c. 10.

S. Bond. Reg. c. 19.

Psal. 2. Ibid. 66. Ibid. 97.

S. Bened. Ibid. c. 10.

B. Bened. Reg. c. 10.

Ibid. c. 48.

Conc. Aquil. gran. c. 106. Ex 1660r. 11. c. 19. Olib.

Ibid. e. 127. Ex eodem c. 10. Psal. 140.

Ibid. 23-3. in Reg. 100. c. 118.

CAPUT XXVI.

De eo quod non pompaticè stantium est in Ecclesiâ.

Mox autem audito signo omnes Canonici firmiter ad Ecclesiam; & non pompaticè, aut inhonestè, vel incompositè, sed cum Dei timore ingreditur eam. Nec cum bacula, aut campuris, aut fustibus in choro, exceptis d'ribibus, sed religiosè illis stantium & psallendum est. Sunt enim quidam Clericorum, qui in se, uariis negotiis & disceptationibus penè totum infatigabiliter detraunt diem, & mox ut Ecclesiam ad diuinum officium peragendum intraverint, ita fatigati videntur, ut nec orationi vacare, nec ad psallendum stare queant, sed potius sedentes, non diuinis, sed vanis solent instare loquelis, & secularia verba, & (quod dicta nefas est) turpia & obscena in vicem proferunt. Oportet namque ut ab his qui id faciunt, & ab illis qui eos fortè imitari volunt, ille execrabilis usus radicitus evelletur, secundum sententiam Domini dicentis: *Domus mea domus orationis vocabitur.*

CAPUT XXVII.

De profectantibus in uincis.

Quiaque ex Clero in itinere cum Episcopo, vel cum alio, profectantur, ordinem suum, in quantum iter vel ratio permittit, non negligant. Et non eos debent præterire horæ constitutæ, tam de officiis diuinis, quam aliunde.

CAPUT XXVIII.

De his qui in quibusdam leuioribus culpis delinquant.

Si quis ex Clero ad opus Dei vel ad mensam tardè occurrat, aut pro aliquâ causâ sensor suus psallendum vel Missas cantare ordinauerit, & hoc minus impleverit: & si irriterit quispam, aut perdidit, vel aliquod excederit, & non ueniam contumaciter ante Episcopum, aut ante eos qui sub eo sunt, ipse ultra sustulerit, vel celauerit delictum suum, dum per alium cognitum fuerit, majori subiaceat emendationi: nam si ipse sponte confessus fuerit, leuiori subiaceat emendationi, secundum modum culpæ: qui modus correptionis in Episcopi, aut in illius iudicio qui sub eo est, pendet.

Qui in leuioribus culpis deprehensus fuerit, in illâ die priuatur a mensæ participatione, & in oratorio psallimus, aut antiphonam non imponat, nec lecturam recitet. Resurrectionem obi post Clerorum resurrectionem accipiat; ut si verebegrata Clericorum hora festa, ille nonâ, si Cleri nonâ, ille uespere.

CAPUT XXIX.

De grauioribus culpis.

Si quis Clericus de ordine Canonico grauioris culpe crimine commiserit, ad est, homicidium, fornicationem, adulterium, furta, vel his similia ex principalibus vitis, corporaliter castigationi subiaceat penitentis. Deinde quanto tempore uoluerit Episcopus, vel qui sub eo sunt, carcere, vel exilio puniatur, sciens illam terribilem sententiam Apostoli Domini dicentis: *Trahere hominibus hominem in uincula carnis, ne spernent saluati sit in deo Domini.* Et dum *rom. 1.*

in ipso carcere fuerit, nullus ei ex Clero in alio iungatur consortio, neque in colloquio, nisi cui prior iusserit: & hic solus periret in penitentiam laicorum, quamvis Prior uisum fuerit.

Egressus de carcere, si Episcopo, vel his qui sub eo sunt, uisum fuerit, agat adhuc publicam penitentiam, id est, suspendatur ab oratorio, simul & à mensâ; & omnibus bonis Canonicis ueniat ante ostium Ecclesie, ubi Prior iusserit, j-cens profestato omni corpore suo, ante ipsum limitem ecclesie usque dum ingrediuntur omnes, & postea erigat se, & tetorâ Ecclesie ante ipsam ostium, & implet ibi officium suum, in quantum potest; & pœnitens, vel stans ante ipsam limitem, cum nullo homine. Egreffentibus de Ecclesia, similiter prostratus pœnitens, usque dum omnes fuerint egressi foras.

De abstinentiâ quandam uel qualiter Episcopo, vel his qui sub eo sunt, uisum fuerit, mensurâ, uel horâ, qua ei uiderit competere, neque à quoquam benedicatur, usque dum reconcilietur.

CAPUT XXX.

De reconciliatione penitentis capitale crimen.

Ordo penitentiam agentis publicæ hic est: suscipies eum quartâ senâ mane in capite Quadragesimæ, id est in capite jejuniarum, & cooperis eum cilicio, & orabis pro eo; & includes eum usque in Cœnam Domini: qui eodem die presentetur in gremio Ecclesie; qui dum uocatus uenerit ad reconciliandum ante Episcopum, vel Clerum, cum omni humilitate profestato omni corpore super terram ante abidam, petat ab omnibus ueniam; & Episcopus, vel qui sub eo est, det orationes super eum ad reconciliandum in quietâ fira Cœnæ Domini.

CAPUT XXXI.

De Confessionibus.

Hortatur nos scriptura dicens: *Revela Domino uiam tuam, & spera in eum.* Item dicit: *Confitemini Domino, quoniam in saculum mysteria eius.* Item: *Electum meum cognouit uisceribus, & iniquitates meas non abscondi.* Item: *Confitebor a iherusalem iniquitates meas Domino; & tu remisisti impietatem peccata mea.* Et iterum: *Confitemini alterarum peccata uestra, & delcantur.* Et alibi: *Qui abscondit sceleratam, salvabit animam eius a morte.* Et Dominus in Evangelio ait: *Agite penitentiam, appropinquauit enim regnum celorum.* Necesse est, ut dum modo suadente diabolo multa contra uoluntatem & preceptum Dei commisimus, per ueram humilitatem & confessionem emendamus penitentes, sicut laudati Patres constituerant; & dempsit cum aliqua cogitatio mala in cor, suadente diabolo, uenerit, citò Episcopo, vel Fratri constitatur; ut per ueram confessionem & penitentiam, regnum Dei habere mereamur. Nimis enim improbus est, qui ante Dei oculos peccat, & homini confiteri erubescit.

CAPUT XXXII.

Ordo ad Penitentiam accipiendam, & Confessionem faciendam.

Hæc est oratio penitentis & confessionis nostræ, que coram Deo & Sacerdotibus ejus à nobis pariter agendæ sunt, id est, in uno quoque *C C c ij*

Pat. 16. 1.

ibid. 107. 1.

ibid. 31. 1.

ibid. 4. 4.

Jac. 5. 16.

Pom. 14. 11.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

Mat. 30. 1.

anno tribus vicibus, id est in tribus Quadragesimis populus fidelis suam confessionem suo sacerdoti faciat, & qui plus fuerit, melius facit. Monachi in unoquoque sabbato confessionem faciunt, eum bona voluntate, Episcopo aut Priori suo. Quando voluerit confessionem facere peccatorum tuorum, viderit age, & non erubescere, quia iude venit indulgentia & sine confessione non est indulgentia.

Imprimis prosternere te humiliter in conspectu Dei in terram orationem, & roga Beatae Mariam cum sanctis Apostolis, & Martyribus, & Confessoribus ut spū intercedant pro te ad Dominum, & Deus omnipotens dignetur tibi dare sapientiam perfectam, & scientiam, & intelligentiam veram ad constitutum peccata tua. Et postea surge eum fiducia, & vera credulitate, & dic illi: Serve Dei, credui in Deum Patrem omnipotentem creatorem caeli & terrae?

Respond. Credo.

Interrog. Credis in Patrem & Filium & Spiritum sanctum?

Respond. Credo.

Int. Credis quod istae tres personae, quomodo dixerunt, Pater & Filius & Spiritus sanctus, tres personae sunt, & unus Deus?

Respond. Credo.

Int. Credis quod in ipsa carne in qua nunc es, receperit habes quod egisti, & quod egeris sine bonum, sine malum?

Respond. Credo.

Int. Credis resurrectionem & vitam aeternam esse tibi post mortem?

Respond. Credo.

Int. Vis dimittere omnia mala illis omnibus qui in te peccaverunt, ut Deus dimittat tibi omnia peccata tua? dicente eodem Domino in Evangelio: Si remiseris hominibus peccata eorum, remissionem vobis peccata vestra.

Respond. Volo.

Et postea require eum diligenter, si sunt secum opera mala, quae separant bonum (ut ait Apostolus) à regno Dei. Haec sunt mala cogitatio, malesitio & otiosus odium, invidia, detractio, maledictio, convitium, turpiloquium, scurrilitas, dissimulatio, adulatio, mormuratio, cupiditas carnalis, elatio, desidia, pigritia, inhonoratio, bonorum inhonoratio, cognatorum inhonoratio, dierum Dominicorum & Sanctorum solemnitatū ignoratio, iracundia, avaritia, falsū testificatio, commolentia, intemperantia in cibis, rapina, gula, ebrietas, comedatio, fornicatio, adulterium, si-derilegium, superbia, perjurium, furtum, homicidium, & his similia. Et postquam confessus fuerit sua peccata, si vult dimittere ea, da ei poenitentiam, & si non vult, non da ei poenitentiam, quia non potes: & si vult dimittere ipsa peccata, fac ei constituta, & ad ultimum dicere: Multa sunt peccata mea in factis, in verbis, in cogitationibus; tunc da illi poenitentiam canonice memoratam, & postea effunde super eum orationes & preces.

Cavendum est utique ne hi qui in gravibus peccatis incidunt, & hi qui in levioribus quibusdam delinquant, aequaliter iudicentur, sed secundum morbum adhibenda est medicina.

CAPUT XXXIII.

De excommunicatione carptarum.

SI quis Clericus contumax, aut inobediens, aut superbus, aut ebrius, aut detractor, aut rebelis, aut blinguis, aut fornicator, aut contra-

ditior, aut contentiosus, aut raptor, aut fur, aut mormurator, aut inceptor, aut indolens jejuni transgressor, aut paratā crucem standi & adorandi contemptor, aut in aliquo contrarium consistens, aut praecipuus Episcopi, vel eorum qui sub eo sunt, contemptor fuerit, sua voluntate veniam non petuerit, hic secundum Domini praecipuum admonetur, semel, & bis, & ter se in die senioribus suis; & si se non emendaverit, obijuretur publice coram omnibus. Si verò neque sic correxerit, excommunicationi subijcet. Si autem improbus est, aut minus intelligens, aut incorrigibilis, vindictae corporali subdatur.

CAPUT XXXIV.

De Quadragesima abstinendum.

LIcet omni tempore vita Christianorum simplex debeatur esse & sobria, maxime tamen religiosi mentibus convenit, ut his diebus continentius vivant, & sedula servitate adhaerere Deo contendant. Ideoque decernimus, ut in illis quadragesima diebus ante Pascha, cum omni puritate meatus & corporis nostrer Clericus, Deo iubente, in quantum poterit, se custodiat. De cibis autem & potibus potestione, in quantum Deus auxilium dederit, partem habeat, id est, ut quocumque, exceptis diebus Dominicis, à capite Quadragesimae, usque ad Pascha sanctum, post dictam vesperam in refectorio reficiat, & ab illis cibis se abstinat vel potu, sicut Episcopus vel qui sub eo sunt eum ratione constituerit. Et alibi nequam ipsa civitate, neque in Monasterio, neque in quolibet loco, neque in domibus propriis, his quadragesima diebus reficiat, nisi ubi horum competente ad cibum futurum accipiendum pro utilitate causa longè fuerit, & adesse cum fratribus non poterint.

Lectioni verò Clerici in his quadragesima diebus, excepto diebus Dominicis, à prima dicta usque ad tertiam plenam vacent, & foras claustra, nisi necesse fuerit, non egrediantur, nisi episcopus, aut qui sub coelesti, iudicaverit ut fiat, quod firmandum est. Et post tertiam tunc tempus Capitulum habeat, & postea faciant quod congruum fuerit, sive in legendo, sive in operando.

CAPUT XXXV.

De temporibus in quibus semel aut bis in die Clericis refecturum est.

APascha autem usque ad Pentecosten bis in die Canonici reficiant, & eorum manducandi licentiam habeant (nisi poenitentia) praeter tantum quartam sextamque serenam. A Pentecoste verò usque ad nativitatem sancti Joannis Baptistae, similiter bis in die reficiant, & carne abstinant. A nativitate verò sancti Joannis usque ad transitum sancti Martini, sicut antea bis in die reficiant, quartā & sextā serā à carne abstinant.

Ab ipso transitu sancti Martini usque ad natalem Domini à carne omnes abstinant, & usque ad novam jejuniene: & omnibus his diebus in refectorio reficiant. Et post natalem Domini usque ad caput Quadragesimae secundā & quartā, & sextā serā, in refectorio ad novam reficiant. Reliquis his diebus duobus vicibus in refectorio reficiant. A carne verò quartā, & sextā serā huius temporibus abstinant. Et si dies festus in his diebus tunc talis venerit, si permiserit Prior, eorum manducantur pro sobrietate.

CAPUT XXXVI.

De festivitatibus Sanctorum.

Illud intimare complacuit, ut nos & Clerus no-
ster, festivitatibus Domini, & sanctæ Mariæ, vel
duodecim Apostolorum, seu reliquorum Sancto-
rum, quorum usus est in illâ provinciâ, zonis lo-
gulis celebrare, (in quantum Deas possibilitatem
dederit) officium divinum die noctuque procure-
mus. Et Episcopus, vel qui sub eo est, in Nativitate
& Epiphaniâ Domini, & Pascha, & clauso Pas-
che, & Ascensione Domini, & Pentecostæ, & fe-
sivitatibus Sanctorum provinciarum suarum, in domo sua
ad ipsos Cleros refectiohem faciat, si præsens est, &
si absens est, his diebus tunc in refectorio habeant
refectiohem sufficientem, sicut superius scriptum est.
Et postquam de refectorio exierint, in caminodâ bibant
duobus vicibus aut tribus, qualiter consolatio
sit, & ebrietas non dominetur.

Aliis verò diebus festis, sicut motus est Ecclesiâ,
juxta quod melius Prælati possunt, Clericos suis cu-
bum potumque ministrant. Et illud interea caveant
Prælati, ne id quod dare debent, aut possunt, quâ-
libet dissimulatione, aut tenebitate, subtilitâ sub-
trahant, ne pauperatâ occasione compelli per di-
versâ vagati, ac se turpibus implicati negotiis co-
gantur; reliquoque Ecclesiastico officio, incipiant
indisciplinatè vivere, & propriis voluptatibus de-
servire: & Prælati qui eis necessaria largiendo à Do-
mino remunerari poterant, distindè & severè judi-
ceantur.

CAPUT XXXVII.

Ut non presumat aliquis alterum cadere aut excommunicare.

Vitetur in hoc ordine Canonice omnis præsum-
ptionis occasio, id est, ut nulli licet quem-
quam patrem suum excommunicare, aut cadere,
quamvis aliquis sua præsumptione ipsam ad hoc
incitet: non est sumum advincere, aut in verbum,
aut in factis, sed ad Priorem veniat, & ille secundum
ordinem ipsam causam definit. Et qui hoc fa-
cere præsumserit, ab Episcopo, vel ab eo qui sub
eo est, judicetur.

CAPUT XXXVIII.

Ut in congregatione Canonicorum nulli liceat alterum defendere.

Omniibus modis cavendum est, ut pro nullâ oc-
casione alter præsumat alium defendere, nec
quasi parentem obtentu, aut aliquâ amicitia, aut
familiaritate, id à Canonicis præsumatur: quia gra-
vis occasio scandalorum in congregatione ex hæc
casu solet oriri. Quod si quis transgressus fuerit, à
Priore acriter cõteratur, ut ceteri timorem ha-
beant.

CAPUT XXXIX.

De zelo bene quem debent servi Dei habere invicem.

Sicut est zelus amicitudinis malus, qui separat à
Deo, & deducit ad infernum, ita est zelus bo-
nus, qui separat à vitiis, & ducit ad Deum, & ad
vitam æternam. Hunc ergo zelum ferventissimo
amore exercent servi Dei: id est, ut honore se præ-

ventiant invicem, & infirmitates suas sive corpo-
ram, sive morum, patientissimè tolerant. Et si qua
vicia reperiuntur, reprimenda sunt, & castiga-
tio adhibenda est, cum his à quibus hoc est com-
missum (ut ait Apostolus) ... existant, qualiter
vicia si orta fuerint possunt destrucere, & ad me-
liorem statum unamquemque provocare, qui scri-
ptum est: *Qui diligit Dominum, odit seipsum.*
Item qui diligit sanguinem, odit animam suam.
I. S. Martini I. S. Jacobi I. Dedicatio S. Petri I. Dedicatio S. Stephani I. S. Laurentii I. Assumptio S. MARIE I. S. Bartholomæi I. S. Joannis I. Nativitas sanctæ MARIE I. S. Matthei I. S. Maurii I. S. Firmini I. S. Michaelis I. S. Dionysii I. Simonis & Judæ I. Omnium Sanctorum II. S. Quintini I. S. Martini I. S. Circuli I. S. Andrea I. Fulciani & Victorii I. S. Thomæ I. In Curia Domini II. In Sabbato Sancto I. In Singlo Paschali III. & per Hebdomadam totam II. In Ascensione Domini II. In Pentecoste III. Post vindemias I. Dies Domini XLVIII. Sabbatum similiter. Festivitates Sanctorum I.

CAPUT III.

Commemoratio de pascensionibus quas Cellararius debet facere.

De curtis unam pro Himerado Episcopo, & fratre suo Henrario xvi. Cal. Junii. Altera autem prius Nonas Junii pro Henrardo & Guadrado xiii. Cal. Maii Annoverlanis Judit. 7 Idibus Junii Nativitas Caroli Regis. xii. Cal. Julii Anniverlanis Ludovici Imperatoris.

In administratione butem Refectorii interim quousque alter, sicut & in cæteris habitaculis nostris diximus, melius aliquid invenitur talis fortasse non inventeretur debet servari ratio. In primis Cellararius junior omnibus Fratibus gemipam suam sub æquali mensurâ anteponat. Dande si propter aliquam necessitatem cujuslibet temporis, hospitium, & inæqualitatem aeris, necesse fuerit, deputetur ei talis Frater maturus, de cujus conscientia omnes securi sint, ut nulli quidquam debeat nisi legitima mensurâ addere, vel subtrahere. Si vero Dominus Abbas, aut Præpositus, vel Decanus, propter et jubet infirmatum, die, duobus, tribus vel aliquanto amplius ei potum mutare præceperit, non tamen ullo modo ipse junior Cellararius, aut ille qui ei subsum præstat, aut alteri dare, aut ultra denominatis dies eidem idipsum dando potum tendere præsumat. Cetera autem omnia ad legitimam honestatem pertinentia, quæ vel causa hospitium, vel mensa leniorum, vel generaliter Fratrum omnium, administranda, vel procuranda sunt, ad ejusdem curam junioris Cellararii pertinere debent, ne aliquid ibi intenteis, exenteis, aut commoranteis, sive, ut dictum est, supervenientis in usu vel quolibet minus digna procurata munditi offendat. Et autem quæ specialiter ad Cocos pertinent, ipsi quidem cum summo studio eadem providere debent; tamen præfatus Cellararius nequaquam præfatum sollicitudinem postponere debet, sed semper eam debet providere & admonere, ne præfati coci ea quæ sibi commissa sunt nullatenus persumant, quousque hebdomada expleta, secundum quod Regula præcipit, vasa ministerii sui munda & integra restituant.

Senior autem Cellararius tam interius quam exterius, id est, vel in refectorio, vel in coquina, vel in his habitaculis, quæ ad coquinam pertinent, in omnibus, & pro omnibus sollicitudinem gerat, ne quis ibi aliter agendo, loquendo intemperanter, vel se, vel ea quæ agit, tractare præsumat, nisi secundum quod Religioni nostræ omnino conveniat. Nec querendum, nec exigendum ab eodem Cellarario

de Mensuris] Mensuræ sic Acherius interpretatur: Id quod metricum ab metricum oblique peritum potestatem. Gal. Mensuræ scriptus, vel calculus; deinde data oportunitate reddens calculo potestatem numerandi.

per se restituitur] Legitur addit. Hæc profecto Alalah est non potest, quippe qui non Jedis totam, sed etiam Ludovicus Pius dicitur restituisse.

est, ut ipse se si propria devotione in preparanda polimentis se ingrat, & preparata sollicitudinem ob hoc in aliquo postponat; sed potius secundum Regulam auctoritatem aliud solutum, si opus fuerit, requirat, ut ipse quidem super hinc & inde ad ea que Dei sunt providendus liber remaneat. Hæc non ideo dicimus, ut eas devotius quando absque offendendo præfata sollicitudinem fieri poterit, oblitusimus, sed ne dum se in his que ad eum tempore non pertinent, ac si devotius inaneget, certam sibi impostam providendi necessitatem postponere præsumat. Sed ne Cellerarius dicat necesse se de quibus & in quibus præfati cœci admonendi sint, ut agant, vel non agant;

CAPUT IV.

Hæc inter cetera principaliter observanda sunt. In primis de omnibus, quæ ad hoc officium eo tempore non prodest, ut silentium teneatur. Deinde ut ipsum silentium cum fructu alterius mercedis ab omnibus illis ibi servari possit, psalmi sine intermissione cantandi sunt; & quando duo ex illis adfuerint, nunquam idem psalmi prætermittendi; & cum congregatis, ut aliqui ex ipsis propter quamlibet necessitatem administrandam longius discesserint, & ob hoc solus fortasse inchoatum psalmum cantare non poterit, mox ut reversus fuerit in loco in quo ceteros psallentes invenierit, ingrediatur, & cum eis, quando cum ipsis est, cantare solatur. Similiter quoque alter tertius, si inde deciderit, reverens psallentibus se conjungat. Quid si etiam talis evenierit causa; sicut nonnunquam fieri solet, ut omnes quidem ita occupentur, ut nullus memoriam cantandi percurrere liceat, mox ut quilibet vacaverit intermedium psalmum in loco quo eum dimiserit, repetat, & ceteri omnes quibus vacat cum eo pariter in laude Domini ora permoveant. Sed & si ita fortis evenierit, ut nulli occurrat quo loco inchoatam psalmum dimiserit, ubi vicinias retrò cecidisse memoriam occurrat, ibi incipiat, & opus completum non negligat, quoties consummatis omnibus cum quibus & in quibus idem psalmum servari potuit; & tunc singulis, prout ratio docet, ad ea que restant, servato semper quantum possibile fuerit silentio, redeant. Sed ne cui hæc propter priorem sermonem à mente ceciderint, idcirco breviter repetimus tria esse, in quibus consistant, id est, ut aut à necessariis tacere, aut necessariis dicere, aut psalmum cantare. Sed & hoc nequaquam quasi propter servandum ordinem negligendum est, cum fortasse idem ordo juniores omnes, ut etiam minus sapientes, vel cõstantes, in coquina mittere poposcerit, ut prætermisso eodem loco aliquem junioribus, & senioribus addatur, qui de se, & ceteros zelo Dei ductus custodire studeat, & transactis servituti sue tempore, stratum ille, qui tunc propter talem rationem transiit est, metus cum senioribus ingreditur, ac sic omni tempore omnimodis observetur, ut nunquam tantummodo sive propter defectum ætatis saturi, sive propter juventutem minus perfecti, aliis solummodo mittantur, de quibus in nullo justum conservandi iustitiam, fiducia habeatur, sed semper ut præmissum est, unus, aut duo ita maturi hebdomadis singulis mittantur, ut de interioribus voluntas Dei, ut hinc, & exterioribus condigna semper subiectas custodiantur.

At si quis docere voluerit non ita oportere fieri, sed secundum ordinem quomodo per mensis sedent, ita semper ordo tenendus est. nequaquam ille audiendus est, sed fortiter cur aliter sentiat oburgandus, & si non ab hac temeritate quiescit, & patienter obediens fuerit, acriter coercatur, quo-

usque saniori consilio obediat. Hæc idcirco propter simpliciores, vel quod majus est ut ita dicam, stultiores, sic aperit & multipliciter dicimus, ne quis se de ignorantia excuset. Ut autem hæc ita servari possint, semper Decanus & Cellerarius per plures dies antea provident, quomodo illa dispositio nullatenus turbetur, neque per occasionem infirmitatis alicujus, neque propter causam sitientis, si emerit, vel propter quamlibet notam surgentem necessitatem, vel etiam propter Domini Abbatis aut Præpositi quamcumque jussionem. His ita propter perpetuam custodiam præmissis, illud quoque postponendum non est, ut Cellerarius semper quando ei vacat, illas administrationes manus propria singulis anteponat; ne aliter ei majus manive quàm debeat propter cujuslibet gratiam dando excedat; & ipse que singulorum infirmitatis, vel necessitates, scire debet, prout circa & recta necessitas poposcerit, distribuat. Si vero ei non vacaverit, tunc ille, cui ipse jussit, vice sua hoc faciat, caveus semper ne aliquid vitium illi incipiat.

CAPUT V.

De lãcis autem hæc est una & definita sententia, ut quomodo ibi ante polimentaria preparantur, aut præparata ministrantur, sive quando Fratres præis generaliter, sive quando postmodum reficiantur, nullus ingrediatur. Si vero talia aliqua, aut præis preparanda, aut postmodum mundanda vel curanda fuerint, que Lactic deputata sint, scilicet, aut olium aut locus extri coquinam talis constitutus sit, ubi Fratres vel preparanda suscipiant, vel mundanda referant, ubi ea illi vel possint, vel posita recipere possint, ut tamen nullam occasionem, pro qua coquinam ingrediatur, habeant. De quibus hæc intricum mormorari occurrat, ut fuit herba cujuslibet generis, unde pulmentarium fieri debeat, asferenda, mundanda, ordandæ. Similiter pisces quando opus fuerit exenterandi, exquandandi; legumina diversi generis lavanda vel preparanda, sive cetera, vel bis similia, que tamen omnia extri coquinam in locus ubi deputatis plenissimè & honestissimè quoties necesse fuerit agere studeant, & in loco apto ubi à Fratribus congruè suscipi possint, studiiosissimè ponere vel componere studeant; & tamen, ut dictum est, ab ingressu coquinæ prædictis temporibus fundenda abstinere. Ligna quoque similia que comportanda, scienda, vel congruè preparanda sunt, per fenestram, ut dicitur, aut per oportuam introitum ita abidat rimantur, ut nec illis introire ad Fratres, nec Fratres ob hoc ad eos exire necesse sit. fortis enim nec hæc alicui tam multipliciter dicta incrementum, si si nos magis eligimus singula, propter necessaria videntur, singulariter ordinando dicere, quàm abire, ac si necesse quod scire debeat, occasionem excedendi relinquere. Cellerarius autem hæc omnia præci ei vacaverit diebus singulis, ne quod ibi vitium præcator providere studeat, quotique Deo audire, quod quid ibi rite & honestè agendum est, in consuetudinem veniat, ut nullus quamlibet novatus propter ignorantiam excedat. Idcirco autem hæc omnia ad providentiam Cellerarii rectissimum, quia ei nullum in ipso officio vel officium obest, aut contradicentem esse volumus, aut permitimus; sed & si, quod abicit, congerit, ut ipse Cellerarius sentiat, aut junior, hæc & his similia que ad hoc pertinent, cautè non servaverit, & secundò admonitus non se correxerit, ipse quidem it ad permanentius dignus non fuerit cum condignè investitione exeat; Ordo vero inconfusus & imperterritus permaneat.

CAPUT VI.

Hæc quoque brevier de his que infra Ecclesiam horis quibus opus Dei celebratur strictum commemorati, sicut ut semper & anteposita diligentiae, seu praestantioris, cui Dominus dederit, ratione vel ordine, hæc non sicut ad iungenda videtur. Si autem tempus fuerit, peractis his horis, post quas continuè in refectorio generaliter eundem est. oportet ut omnes cum silentio in Ecclesia subsistant, quousque audito signo, cautè reverentiam Deo dantes exant, & cum praefato silentio intrantes, & residentes, & excentes de refectorio, singulis ad ea que tunc secundum tempus ratio docuerit, vel iustum fuerit, attendant. Si autem hyems fuerit, & calefacendi necessitas ingruerit, prout eiqui praefatum fuerit, sive ante, seu post praefatum officium aliquid intervallum fiat, quando se calefacere possint; ita autem, in Ecclesia expectent, ut supra. Hæc etiam de his.

De dormitorio, in hoc omnia apud eos, qui hoc dignè intelligere volunt, complecti possunt, quod nullo tempore aliqui ibi inobsequium, vel inobsequiè fieri debet; & ut aliqui ex his ad memoriam reducantur, per que cetera his similia nequaquam obliviscendo contemnantur. Quando loqui licet, quis loquutus semper ibi servanda est, sive duo, seu tres, seu etiam plures, sicut fieri solet quando de Capitulo fungant, conjungantur. Quando verbè dormiendi tempus fuerit, sive in die, sive in nocte, sicut silentium funditis in ore, ita in incensu, ut nullus injuriam patiar, summà cautè esse debet. Nemo vestimenta sua excutere, nemo incautè ascendere, vel descendere de lecto debet, vel cetera his similia, que strepita, vel casualiter incommodo sonitum reddant, incautè igere debet; sed & omni tempore, ut praedictum est, omnis ibi cautela servanda est, vel propter honestatem, vel propter infirmorum requiem, ne si fortè aliqua ibidem necessitate coactus requiescere optat, alterius improbitate turbetur. Quid si aliquis etiam ad legendum in lectulo suo residens, nequaquam alterum sibi ibidem ad colloquium conjugat; sed si necessitatem loquendi diurnis habuerint, exant foras, & ibi loquantur. Nam longè alterum ab altero positum propter sonum, nec dios confidentes vel stantes propter domus ipsius honestatem vel consuetudinem, colloquium habere nequaquam oportet. Hæc etiam inter plurima cetera que in dormitorio servanda sunt brevier dicta, ne quasi pro nihilo à quibuslibet insipientibus, vel ultrà quam debent presentibus contemnantur, non solum à Praeposito, Decano, seu ceteris Decanis omni tempore non medicociter, sed à bipis etiam circulatoribus, horis quibus vacant Fratres lectioni, observanda, & in evoca arctius castiganda sunt. In pulcro verbè tempore quando illo uti necesse est, eadem penè in omnibus, excepto quod ad dormiendum pertinet, cautela & honestas servanda est, que de dormitorio dicitur, & si fortè quadam ad eandem domum specialiter pertinent, ut est de panis infans qui suspendantur: de pigritantibus & somnolentis, &

propter caloris frigiditatem minùs attentè legentibus, & si qua his similia, ex usâ quoadmodò quod exinde faciendum sit nullus ignoret, qui huiusmodi ad providendum sollicitudinem impetant quantumtuncque portat. Cum verbè horis incompretenis transferint, & tam colloquendi quam conjugendi tempus licitum advenit, semper tamen ibi, sicut & in ceteris omnibus locis, sive pauciores sive plures fuerint, in loquendo de agendo sæpè commemorata honestas servanda est; nec unquam postponenda, aut contemnenda.

De Provendariis.

DE portà autem Monasterii, vel que ad eam pertinet, sicut inter hæc que superius complexa sunt, nil inierere volumus; quia quæcumque ad eam vel ministris ejus pertinent de decimis, Domino insinuante per se temotim disponendum iudicavimus. Unde primo loco illud commemorandum est, ut de Provendariis, qui ibi servite debent, certa discretio servetur, ut & sufficienter sint, & ultrà quam necesse est nullo modo sint, quia ipsi de eadem decimà & pascendi & vestiendi sunt eadem mensurà que eis competit; ita ut nec penuriam patiantur, nec aliquà superfluitate distendantur. Visum est igitur nobis in decem provendaria ad eos qui hospites suscipere & eis servare debent sufficere posse. Similiter ut ipsi provendariis eadem qualitate & quantitate cibi & potus, sicut ceteri provendarii nostri, sustententur; id est, ut pensam secundum ceterorum consuetudinem per mensam funditer panem & potum secundum eorundem consuetudinem accipiant; vestimenta autem & calcementa, sicut supra dictum est, mensuram accipiant; ita ut nec nuditate, nec aliquà turpitudine squalcant; nec tamen e contra ultrà mensuram suam exigere presumant. Hæc de provendaris.

Videri igitur nobis si omnis decima de omnibus & in omnibus, sicut consuetum est, datur, ut omnino ad omnes huiusmodi necessitates divitum vel pauperum sufficere debeat: id est, vel de his que ad Monasterium elemosinæ causâ Ecclesiis vel Fratibus in diversis corporalibus speciebus vel mobilibus rebus spontè condonantur. Similiter quousque in diversis laborationibus quolibet modo acquirunt, vel in variis peculium generibus emittunt, vel in ipsis peculis Deo dispensante sine humanâ provolentia spontè produciunt, ut est lac & lana. Similiter sonum, vel que in arboribus gratis nascuntur, ut est passio, vel diversi generis fructus, quantum possibilitas admittit, data fuerint, secundum qualitatem vel quantitatem singularum rerum, juxta quod tempus permiserit, sufficere possint. Et ut manifestius quod dicimus clarescat, primò de nostris vallis que in Ambianensè, Atrapatensè, seu Belyacensè sita sunt, pleniter omnia, sicut supra commemoratum est, dentur. Deinde si fortè propter longiorem viam possibilitas adducendi famulite non fuerit, bonum exinde restat Domino insinuante consilium, ut propter hoc nec decima remaneat, nec ullum in pauperibus generetur peccatum.

Decima danda pauperibus.



VARIA CONCILIA.

PRIVILEGIUM

In Concilio Senonensi, presidente ALDRICO Senonensi Archiepiscopo concessum, de Abbatia S. Remigii Senonensis ad Vavellias, transferenda: in quo omnia ejusdem Monasterii bona approbantur, Anno circiter DCCCXXXIV.

DOMINIS Sanctissimis & Reverendissimis Fratribus & Coepiscopis, Religiosissimis quoque & venerabilibus Abbatibus in ditione Domini Imperatoris HILDEBRANDI Reverendissimi Augusti constitutis, ALDRICUS nimis fervorum Christi famulus, sancte Senonice Ecclesie Archiepiscopus. Optime venerabilis & Deo devota sanctitas vestra novit, quanta sit cura & sollicitudo commissum nobis pastoraliter: gemen tuendum atque tractandum. Cum simus igitur in specula Ecclesie constituti, & viam ceteris per quam ingredi ad vitam debeant, debemus ostendere, quantum possit & intelligere divina clementia dederit, sitipudum est ea que nobis commissa sunt secundam Dei voluntatem providè prudenterque tractare, ut non solum tantum que dum ad vivum in presentem tempore nostris valeant prodicè subjectis, vitam etiam & in perpetuum illis prospicere proficiant, qui in locis divino cultui mancipatis, nostraque solertia ad regendum pro tempore commissis superne pietati servituri sunt. Qui dum de corporis necessitatibus, victus dico ac vestimentis, solliciti non fuerint, animam liberè in divina contemplationis specie figere valent. Cui summo ac salutari bono inharrentes, eòsemper sustinet totè sibi libertate suspensi, quo se pervenire divini donce gratiæ æternæ vitæ præmium jam consequuti gaudebunt. Et tamen cum sciamus res Ecclesie esse oblationes fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum; etiamque nobis administrandis, procurandis, atque ordinandis suscepisse; harum rerum administratores nos esse meminisse debemus, & redditis, expensisque earum eis usibus applicare, quorum gratiæ divinis skatibus allegatz nocebunt.

Proinde ad sanctitatis vestre piissimam intentionem perducere statui, qualiter Cellas Monachorum Ecclesie Episcopi parvitati meæ commissi, id est, Cella sancti Remigii Confessoris Christi in suburbio civitatis constituta, que olim per divisiones prædecessorum meorum tempore fuit distrpta: & ob hanc negligentiam Monachi, qui ibidem Deo degere videbantur, propter inopiam & importunitatem loci Regulam beati Benedicti, ut deberant, penitus observare non poterant. Idcirco unè cum consilio Fratrum nostrorum, Canoniceorum videlicet & Monachorum, necnon & fidelium Laicorum, visam est nobis propter importunitatem loci, & Monachorum sibi Deo degentium, præfatum Cellam ad

Valliculas transferre, & à fundamento adificare, quam ROTHLAUS ob amorem Dei & remediàm animæ viri sui MEGIMARI, sive pro seipso, suorumque liberorum, ac parentum, ad supradictam Cellam beati Remigii per donatum titulum deliquit, vel tradidit: eà videlicet ratione, ut divinus ibi ageretur cultus, & illis pro quorum salute traditum fuerat, augetur merces. Volumus etiam ut loci super que adificatum fuit supradictum Monasterium, id est, agros, vineas, prata, arvas, vel omnia que infra muros civitatis habuit, vel extra, absque aliaque diminutione ac impedimento habeant Rectores & Monachi, ad eorum usus quibidam Deo sub normâ beati Benedicti degerint.

Hujus itaque rei causâ hanc scriptam libellè digestam sanctissimo Curia vestro referendam, atque vestris subscriptis obediens roborandam obtuli, quo statim per vestram unanimitatem decrevi, ut nullus deinceps Episcopus, quicumque per tempora divini præstante successerit gratiæ, quodcumque de his rebus, quas præfati tempore memoria Cella usibus Monachorum attributas possideret immutare, vel abstrahere, vel alius usibus applicare, vel beneficii quidquam, vel suorum, vel extraneorum dare præsumat, sed, ut intantum est, quecumque nunc temporis retinet per diversa loca, & territoria, usibus Monachorum deputata, & que à timentibus Deum eisdem postmodum fuerint loco collata, absque ullâ diminutione vel subtractione Cellæ, & Monachi ibidem conversantibus maneant inconvulsi.

Hæc autem sunt infra scripta loca Monachorum stipendia in memoratâ Cellâ degentium destinata. Primitivè Valliculas, ubi adificare præfatum volumus Monasterium: Stativus cum adjacentis suis, id est, Vetas Ferrarias, & Petra Ursina cum territoriis & sylvis: Chrymivus cum adjacente sibi Hermentaria, cum territoriis, & sylvis: Fontanilla cum territoriis; Laula cum adjacentis suis, hoc est vico sancti Sulronii, cum territoriis, & sylvis, & simul latione: Bracciacus cum territoriis. Columbarius cum adjacentis suis, hoc est, Esthinacus, Silvicus, & territoria eorum cum sylvis; Villamnesca cum adjacente sibi ponte, & territorio: Malceriacus cum adjacente sibi Ternastâ, & Villanova cum adjacentis suis, hoc est Cavanarias, & Capetenus: Noè rollis enim adjacente sibi: Capreacus cum territoriis & sylvis, & simul puteolis. In summa sunt manâ centum nonaginta, & hospita decem & novem. Quidquid itaque in supradictis locis, vel circa eisdem Cellisam præfati tempore Monachi in eisdem divize gratiæ famulantes possidere nocebant, vel si qua sunt alia que forte meam fuerunt memoriam, & tamen ea suis stipendiis assignata retinent cum territoriis, vineis, pratis, sylvis, aquis aquarumve decuribus, & ceteris adjacentis, ipsi tantum ex integro, ut præmissum est, eorumque usibus per perpetuo absque ullâ diminutione sub prætexto memorati Episcopi nostri jure debito cedant.

At verò Episcopus qui pro tempore auctore Deo

ad Vavellias] In ipso privilegio locus ille Vallias, in Diploma Ludovici III, & in Privilegio Westloni Vallias appellatur. Acheria hæc privilegia deo, ac Diploma

Imperatoris se eisdem ab ero è suis fossilibus, cui Vithon: Cottozo nomen ferebat, se accepisse agros, sed uade à Vithone illo desumpta sunt, non nover.

præfœre, Abbatem de eodem Monasterio, cum valeat quem omnis Congregatio sibi ordinandum poposcit, & incertas morum, & bonorum adus probos commendant, si inter eos talis inventi quæret, et ordinandum procuret. Quod si talis inter eos minime inventi poterit, de eodem Parochiâ, vel Dialecti Senonice, consententibus sanctis Coepiscopis ejusdem Diocesis, & circumpositis venerabilibus Abbatibus, eis perficiendum atque ordinandum provideat. In aggregando quoque Monachis hunc modum Abbas qui præfœret, teneat, ut tricenis numerum quantitatis summa non excedat, donec rerum copia major succrebit. Episcopus quoque in exigendis numeribus Abbatem ejusdem loci non gravet, sed sufficit et ad annua dona equos unus, & scutum cum lancea. Quod si in expulsiorem publicam ire jussus fuerit, addantur ei de eodem loco, carra duo, unam vini, alterum farine, verveces decem, supra que in exigendis numeribus, cupiditatis, avaritque causa graviores nullatenus presumat, ne & Monachi jusdem Cellæ hujusmodi negotio in suo proposito exorbire, & Episcopus causa eorum perditioni addidit, sempiternas cogat læne penas.

Corpora etiam Sanctorum, que in nostrâ Parochiâ jam dictâ existant sui beatam immaturationem, à pravæ & delictolis custodiis permixtionem negligunt, ita ut officio laminari, ac debita curant custodia. Idcirco ob amorem Dei, qui viventes in carne servierunt, & emolumentum anime nostræ, per voluntatem & licentiam domini ac pissimi LUDOVICI AC ARDII Regum, quia congruum ad hoc locum invenimus, ab deportanda volumus. Sed quia sacra auctoritas vetat, ne in talibus & similibus Ecclesiis Christi per aliosque incertum scandalum infratram multorum Episcoporum exposcit consensum, ad vestre Paternitatis notitiam hæc omnia periri volumus, quatenus vestra demum censurâ & locus ipse, quod favente Deo ordinandum stabilimus, & memoratis Sanctorum pignoris à Dei gratia ibidem Deo familiaribus dignè & laudabiliter servietur, & pro Domini nostri, ac totius sanctæ Dei Ecclesiæ flata indeficibile vota debita persolvant. Quod opus Deo dicatum, ut per tempora labentia, omnibus sanctissimis Patribus & Fratribus in Dei nomine consententibus, firmiorem obtineat reverentiam statum, & intactum permaneat, manu vestre paternitatis subter teligenda firmamus. Et ut rata deinceps manere possint, que scripta sunt, manibus vestre sanctitatis roboranda exposulamur.

In Christi nomine ALBRIUS Episcopus Senonice indignus Archiepiscopus hoc Privilegium fieri decrevit, & subscripsit.

In Christi nomine LANDRAMUS Turonicæ Ecclesiæ Archiepiscopus recognovi, & subscripsit. In Christi nomine BARNHOLMUS Narbonensis Ecclesiæ Archiepiscopus feci, & subscripsit.

JONAS Aurelianensis Ecclesiæ indignus Episcopus huic factio adimplorat subscripsit.

Ego RAYNARDUS Rothomagensis Episcopus. subscripsit. ROYVALDUS Bueffonenis Episcopus huic factio subscripsit.

ALBRIUS Cononimæ urbis Episcopus. CAR. VIETUS Baiocensis Episcopus subscripsit.

In Dei nomine RABUSUS Lexoviensis Episcopus adimplorat huic factio subscripsit.

ACANRARDUS Parisiorum indignus Episcopus. subscripsit. STEPHANUS Bituricensium indignus Episcopus subscripsit.

ALTARDUS Genevensis Episcopus subscripsit.

ARALMUS Cathalaunensis Episcopus subscripsit.

RAONERUS Ambianensis Episcopus subscripsit. HELIAS Tricallinensis Episcopus subscripsit.

HUBERTUS Meldunensis Episcopus subscripsit. ALBRIUS Viridunensis Episcopus subscripsit.

DEBRICUS Basiliensis Episcopus subscripsit. Ego JULIANNUS Warmatensis Episcopus indignus.

In Dei nomine THEORINUS Albanis Episcopus. ATTO Nannetensis Civitatis Episcopus.

GERFARDUS Nivecensis Episcopus. FACUN Episcopus.

BUSO Abbas ex Monasterio S. Benedicthi subscripsit. ABREY. ABUS Abbas ex Monasterio Noviacensi.

DEUDONUS ex Remensis Conventus Abbas. CHRISTIANUS Abbas Monasterii S. Germani.

In Dei nomine EGO BERWINUS Carnotensis Episcopus subscripsit.

RAGNERUS Abbas de Monasterio sancti Carilephi.

INGELMOTUS Sagienis Episcopus subscripsit. FOVA Cavillonensis Episcopus subscripsit.

~~~~~

## D I P L O M A

ANNO 911.

LUDOVICI Pii Imperatoris, ratum habentis præfatum Aldrici Archiepiscopi Privilegium, datum anno DCCCXXXV.

**I**N nomine Dei & Salvatoris nostri IESU Christi, LUDOVICUS divina reprobante clementia Imperator Augustus. Si enim quod ad servorum Dei quietem pertinet, devotissima sollicitudine, & Imperiali providentiâ procuramus; ad emolumentum anime nostræ, vel æternam beatitudinem capessendum, hoc proculdubio pertinere non dubitamus. Idcirco notum fieri volumus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, nostrisque præsentibus scilicet & futuris, quia ALDRICUS venerabilis Senonice urbis Archiepiscopus nostræ suggestit mansuetudina, de quodam Monasterio memorati Episcopi sui, quod juxta muros ejusdem Civitatis in honorem beati Remigii Confessoris Christi positum fuerat, & propter impedimenta quædam que ex propinquitate atque assiduitate præfate urbis Monachi illi Domino famulantes perpeti videbantur, ipse in alterum locum, cuius vocabulum est Vallias, octavo scilicet ab eadem urbe milliario, cum fecerit transfurari. Quod etiam locum ROTHILAUM, quondam MARGHERII Comitis uxorem, supradicto sancti Remigii Monasterio ob suam virgine sui requiem atque remedium donationis titulo delegavisse testatur. Sed ne quambet contrarietatem, aut inquietudinem à Præfatis per tempora labentia in eadem sede sui succedentibus Monachi, qui à memorato loco transfurari fecerat, quolibet tempore perpeti cogenter, Privilegium in Ecclesiasticâ auctoritate in urbe supradictâ unâ cum venerabilibus Coepiscopis hidelibus nostris, diversitum Ecclesiarum constitutis fecisse profectus est, sicut etiam eo persequo atque relicto manifestissime claruit. In quo honestissime consensu omnium sanctorum, aut nullus Pontificum succedentium quidquam de rebus, quas in proci loco degentes possederant, imminuerit, aut majora illis servicia, que sub eo prevalerant, inferre præ-

Episcopus  
quid à Mon-  
achis exigere  
potuit.

Corpora San-  
ctorum in  
Monasterio  
S. Remigii  
transfere  
debent.

b episcopus Dorotheus] Ego Diocesis illi adhuc ante pro

Provinciâ usurpaverat.

sumeret, sed liceret illis res ad memoratum Monasterium religiosissimam devotione fidelem delegatas quieto ordine possidere, nihilque ei oneris amplius imponere, quam in memorato Privilegio cum eisdem venerabilibus Coepiscopis confirmato constitutum esse constabat.

Verum licet Ecclesiastica atque Pontificalis Constitutio sua, imoque divina auctoritate esse provideat, tamen non indecens atque incongruum iudicavit, si nostram Imperialis auctoritate sua Constitutio firma esse perpetuo sanciretur. Proinde hos nostrae auctoritatis Imperiales apices sepelendo Monasterio fieri decrevimus, per quos decrenentes precipimus atque sancimus, ut à memorato venerabili Aldrico Archiepiscopo, consentientibus dignissimo honore Coepiscopis suis constitutum, ac privilegio eorundem, aliorumque complurium Sacerdotum Christi, atque Abbatum manibus roborato confirmatum est, ita deinceps per has nostram auctoritatem firmam, atque inconcussam inviolabiliter permaneat. Nec quispjam Episcoporum in memorata urbe per tempora laborantia Christo propitio succedentium quidquam minuire, immutare, aut quispjam servitii amplius, quam in sepelido privilegio infernum est, augere praesumat, sed liceat Monachis per tempora Domino inibi militantibus sub condonandis in jam dicto privilegio taxatis, quietè, regulariterque vivere & pro nobis, conjugè, proleque nostra, ac firmiter Imperiè à Deo nobis commissa, atque conservandi jugiter Domini misericordiam propensius exorare. Et ut hæc nostrae Communiariorum auctoritas tam nostris, quam successorum nostrorum temporibus, inviolabilem atque inconcussam obtineat firmitatem, de annulo nostro subter eam iustissimus assignari.

Signum

PO S  
L I Z

Ludovici Serenissimi Augusti.

Data sextodecimo Kaledas Decembris, anno Christo propitio vigesimo secundo Imperii Domini Ludovici pmissi Augusti, Indictione decima tertii. Actum Aquagrani Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Hieronymus Notarius ad vicem Hugonis recognovi.



c. 64. l. 2. c. 1. Editum erat f. 4. l. 10.

d. Privilegium | Ille licet & Acherius & Baluinus didicerunt. Ille Synodum Senonis habuitque illic à Westione anno 874. operatus, hic anno 878. Ep. Ac Baluino quod fuerunt tunc Subscriptions Episcoporum, nam etiam Capitulare Caroli Calvi. tit. vi. in Praefatione: Sed Acherius lemeraciam suam in tunc, nomina Episcoporum que Aldrici privilegio adscribit debuerant, Westionis privilegio esse adscripta, v. g. Adalberti Tricassium, Jorinasti & Ursuarii Tunonensis, & Simonis Laudanensis, idque probabiliter coniecit, quia in utriusque libris ob similitudinem sermone privilegio baluinasas fit. Atqui si licet erroris ejusmodi libris adscribere, nihil jam erit in re diplomatariæ terrum: nihil quod non in utroque patrem tractari oportet. Praeterea si privilegium Aldrici constata,

Tom. I.



PRIVILEGIUM<sup>d</sup>

Monasterii S. Remigii ab ALDRICO concessum confirmat Wenilo Archiepiscopus Senonensis in Concilio Senonis habito, Anno DCCCXLV.

DOMINIS Sanctis & Reverendissimis Fratribus & Coepiscopis, Religiosissimis quoque & venerabilibus Abbatibus, in ditione Regni Domini KAROLI Serenissimi Regis, WENILO minime servorum Christi famulus, sanctæ Senonice Ecclesie Archiepiscopus. Optime venerabilis & Deo devota sanctitas vestra novit, quanta sit cura & sollicitudine commissum nobis pastoralis regimen ruendum atque tractandum, &c. Idcirco cum jam Concilio fratrum nostrorum, Cameracorum videlicet & Monachorum, necnon & fidelium Laicorum, visum est nobis propter opportunitatem loci, & Monachorum ibidem Deo aegerimus, praestam Cellam ad locum qui dicitur Vallucula transferantur, & à fundamentis edificare, quem HRODOLANUS quondam nobilissimus ob amorem Dei & remedium animæ vari sui Mejerineri, sive pro ipsa, suorumque laborum ac parentum ad praedictam Cellulam beati Remigii, ex antiquitate memorati Episcopi nostri, per donationis titulum delegavit vel tradidit, eò videlicet ratione, ut divinus ibidem demum ageretur cultus, & illis pro quorum salute traditum fuerat augetur merces, &c. Quod opus Deo dicatum ut per tempora liberatis omnibus sanctissimis Patribus & fratribus in Dei nomine consentientibus firmiter obtineat rectitudinis statum, & iratum permaneat, manu nostræ parvitaris subter relegenda firmavimus. Et ut rata deinceps manere possint, que scripta sunt manibus vestre sanctitatis roboranda exposulamur.

- WENILO sanctæ Senonice sedis munere divino Archiepiscopus, hoc Privilegium fieri iussit, & subscripsit.
- HUGBERTUS sanctæ Melanensis Ecclesie indigenus Episcopus, hoc Privilegium subscripsit.
- ALBERTUS Tricassium Episcopus subscripsit.
- HELIA Carnotensis Ecclesie indigenus Episcopus subscripsit.
- RURICUS Rothomagensis vocatus Archiepiscopus subscripsit.
- JURMARUS Tunonorum Archiepiscopus subscripsit.
- FRICULFUS Lezoviensis Ecclesie Episcopus subscripsit.
- SAXONUS Sagienfis Episcopus subscripsit.
- SIMON Laudanensis Episcopus subscripsit.

videlicet in illo aliam Episcopum Tricassium, item aliam Archiepiscopum Tunonensem, quam qui privilegio Westionis subscripsit. Nam in precari Laudanensis Tunonice Ecclesie patris, & Helias Tricassium: in possessioni vero Ursinacis Tunonorum, Adalbertus Tricassium Episcopo subscripsit. Quod ad Laudanensem Episcopum spectat, in solo Wenilone privilegio comparat: ac in utroque Rosomagensis Episcopo subscripsit habere, & in illo quidem Aldrici Raynardus dicitur, in hoc verbò Ruricus, quod Baluino suo minis quam Acherio dicitur: cum ille Paulum repositum voluit, hic Rogochlæus, Eric Gundoldem. Mibi vel ipsis doctissimis viris, Rurici nomen servandum videtur, nec bene expurgando sufficere animæ hanc rationem arbitror, quod utriusque alibi comparat.

FFFij

BALTHASARUS Batoniensis Ecclesie Episcopus  
 subscripsi.  
 RAGINARIUS Ambianensis Episcopus sub-  
 scripsi.  
 ALTIUSUS preveniente gratia Dei Augustodu-  
 nensis Episcopi regei, & subscripsi.  
 EMMENREUUS Abba subscripsi.  
 ARRO Abba subscripsi.  
 LUFUS Cathalaunensis Episcopus subscripsi.



ANNO MDL. 89.  
**RESPONSA NICOLAI PAPÆ I.**

*Ad consulta ARDUICI Archiepiscopi  
 Vefontionensis.*

Ex MS. ad  
 Stanislaus.

Joan. 11. 3.

**N**ICOLAUS Episcopus servus servorum Dei  
 reverentissimo & sanctissimo Confratri nostro  
 ARDUICO Bifontionensi Archiepiscopo. Inter cæ-  
 tera virtutum tuarum insignia, quæ plurimas sunt  
 gratiarum & bonorum cum aliis, in summam obedientiam  
 tenere te conspicimus cum humilitatis salignis.  
 Et cum tantam in te ceteris non avari admirari cer-  
 nemus altitatem, mentem tuam Apostolorum Ipa-  
 rita tacitam non dubitamus. Cum dum à Primatè  
 suo, cuius nos licet meritis impares vices gerimus,  
 tantum verbo diceretur, *Vade prope*, illico respon-  
 derant aientes: *Prosumus & nos tecum*. Ita quoque  
 nunc amicitiam tuæ fraternitatis cum nos pro lu-  
 crandis & abstrahendis è falfo & amaro hujus mun-  
 di gurgitibus fidelium animabus ludu gratiam po-  
 nere solo sermone velle sciretur, protinus quia nos  
 loqui, quia per nostra cupiat vestigia gratanter in-  
 credere nullam dilationem passa suggessit, & usque  
 ad mortem te nobiscum contra hostes dimicaturam,  
 etiam legatione missa spopondit. Sed oramus om-  
 nipotentem Deum, ut cui factus es in hujusmodi  
 promissione consimilis, protegente ipso efficiaris in  
 negotio dissimilis. Quamquam etiã tale quid ac-  
 cisset, idem ipse fuerat in recuperatione forma pe-  
 nitentiæ imitabilis, beatus scilicet Petrus Apostolorum  
 princeps, qui Malchi corporali abscissa gladio aure  
 obedientiam, & in Anania & Saphira spiritali ver-  
 bi mœre mendaciarum avaritiam percussit. Cujus  
 dum sedem veneras, & præcepta secularia, cre-  
 didimus quod patrocina quoque adspiraris, & apud  
 Deum intercessionem suam tegmina consequamur.  
 Jam verò ad consulta fraternitatis tuæ, de quibus  
 per litterarum tuarum portorem tibi vuluisti re-  
 spondere, prout Dominus dederit, à quo est omne  
 datum optimum & omne donum perfectum, men-  
 tis oculum dirigentes, ebaruisti tuæ non suberale-  
 mus, sed potius tamquam ecclesiis gratis acceptum  
 donabimus.

**CAPUT PRIMUM.**

**H**As igitur quæ duobus fratribus nuperint, vel  
 qui duos sorores uxores acceperint, Concilium  
 Neocæsariense usque ad mortem abjici, & in exitu  
 suo penitentiam remedium, dissoluti dumtaxat hu-  
 jus conjugationis vinculis, consequi jubet. Hos  
 autem vel has, qui vel qui post penitentiam nova  
 conjugia & inhibitos appetere concubitus, beatus  
 Papa Sixtus à Dominice mensæ convivio separat,  
 & solo Viatico cum ad Dominum exierint profici-  
 sci, per communionis gratiam voluit talibus subve-

e. Abbe ] Te' hie Abbas S. Germaini Auxiliodunensis.

niri. Quo ergo pacto aliquo possint uti conjugio,  
 quibus nec inhibitos deus expectere concubitus, nec  
 raris nova conjugia licet continere? cum etiam  
 dissoluti hujusmodi conjugationis vinculis, nonnulli  
 in exitu penitentiam tales consequi possint.  
 Non cum, ut sancto innuente Prefate divicio su-  
 præ meminimus, aut nova conjugia, aut inhibitos  
 deus appetere concubitus hos qui penitentiam re-  
 servare ludent, oportet. Præter hæc autem quo-  
 modo possit duobus fororibus vire quilibet, aut duo-  
 bus fratribus quavis mulier copulari, & raris vi-  
 ventibus illis ad alios nuptias convolare? cum licet  
 non jure, in duabus tamen personis, concubium  
 contractum jam fuerit, & secundum Evangelium  
 vivente uno ex matrimonio, alter si conjugem du-  
 xerit, mœchatur. Quod si mortuus jam fuit ille  
 duz sorores vel fratres, quibus vir vel mulier juncta  
 fuit, & ideo existimatur tertius quemlibet vel quam-  
 libet nuptias contrahere, scilicet, cum quis non  
 hoc à Salvatore nostro, non ab Apostolis, non ab  
 Apostolorum viis accepimus, sed nec accipiendum  
 mandabimus.

**CAPUT II.**

**H**Os verò qui de propria consanguinitate ac de  
 propria cognatione uxores acceperint, vel nu-  
 bant, quis non reprehendat & arguat? cum etiam  
 sancti predecessores nostri Apostolice sedis Antistes  
 GREGORIUS scilicet & ZACHARIAS, hos anatemas merone percussit, & dissoluti hujus-  
 modi copulam, utpote belluarum more contractam,  
 omnino voluerunt. Jam verò postquam dissoluta  
 copula fuerit, ab invicem separati, si possint, quod  
 scilicet, ad melius commate conjugium, nulla  
 ratio patet. Quoniam cum hi penitentiam summa-  
 tendunt, nec hos inhibitos tibi concubitus, nec  
 alia nova appetere debent conjugia. Denique si  
 Thamar à fratre, & concubine David à filio ejus  
 violenter oppressæ, propter incestum coitum nullus  
 nuptias contraxisset, & Adonias à Salomo-  
 ne morte punter, eo quod puellam quæ cum pa-  
 tre pudicæ tantum dominat, uxorem tibi dari pu-  
 poleerit: quanto magis hi qui sponte junguntur,  
 & arrationabiliter miscentur, postquam separati fue-  
 rint, dignæ penitentiam sumunt, debeat nullas  
 nuptias, sed salutariter potius appetere de cetero  
 membris & corporis? Sane si quilibet de hac insu-  
 comitate post dissolutionem copulæ obierit, al-  
 ter qui superstes fuerit, & in adolescentiam ætas  
 adhuc detentus si impugnet aliquo fuerit discrimine  
 egi penitudinem, & se non posse continere con-  
 queritur, conjugia valet remedio subveniri. Cujus  
 indulgentiæ formam volumus etiam circa feminas  
 obferri. In quo tamen non regulam constitui-  
 mus, sed cum cæsim columnâ Ecclesie beato Leo-  
 ne Papa quod sit tolerabilis æstimas.

**CAPUT III.**

**E**Os autem qui cum pecudibus miscentur, sancta  
 Synodus non nuptialis fœdera contrahere, sed  
 inter eos osare præcipit, qui ab spiritibus vœtantur  
 immundo. Verumtamen si qui sunt juveniles, qui  
 tanto piculo constituti imminente mortis exitu vel  
 captivitate exalta penitentiam præstiterint, hæc pa-  
 ventes post hæc incontinentiam calum, ad conjuga-  
 lionem consortii remedia consueverint, ne in crimen for-  
 nicationis fortassis incidere, consilium dinescuntur  
 venale familiæ, ita dumtaxat, si non modo ir-

Vide tom 3  
 Conc. Gal.  
 pag. 119. c. 111.  
 & tom. 4. no-  
 ve edit. Conc.  
 Labb. pag.  
 314.

Conc. Ancy.  
 c. 17.

rationalis animantis (pro nefas!) de cetero contubernium, verumtamen omnis omnino mulieris, excepto conjugis propriæ confortum declinaræ. Juxta videlicet Loth imitati, qui ut vasta Sodomorum evadere potuisset incendia, Segor parvam civitatum, ut vel in eâ salvaretur, elegit. Sanè non in hoc regulam, sicut superius distinximus, promulgamus, sed ne detentis peccet, quod levius arbitramur, indulgendum utcumque prævidimus. Denique juxta plenam satisfactionem nã eis conveniens est, qui tam pernicioso & omni penã plectendo scelestæ pernitentiam gerunt, quam perseverans callitas non solum corporis sed & mentis.

## CAPUT IV.

De Episcopo simul et ceteris.

Post mortem vero Episcopi qui semel in loco ejus electus fuerit, si in nullo à sacris Canonibus deviat, & electio ejus non à secularibus quibusque, sed à Clero Ecclesie cum consensu primorum civitatis ipsius fuerit composita, & sanctionem Patrum in eo consentient promulgationes, & tam fidei dogmatibus, quam bonis concordat moribus, nullà debet ulterius ratione removeri. Alioquin ut prævaricatores & tergiversatores qui hoc tentaverint, à sacris regulis arguerunt. Et præcipiit qui contra suam provisionem vel subscriptionem tenus, canonicas legibus artabuntur.

## CAPUT V.

De Chorepiscopis, de quibus consulti, utrum Presbyteros & Diaconos valeant consecrare, sacri et canonis satis poterant elocere. Quomodo autem Chorepiscopos posse dicimus Ecclesias consecrare, quas nulli à Episcoporum licet sine nostro præcepto secundum sanctas regulas dedicare? Non ergo Chorepiscopos dabimus. Unde vos Episcopos, tanquam terminos à patribus positos transferentis merito reprehendimus. Præterea quis infantes debet conligare sanctus Innocentius ostendit, dicens: "De consignandis vero infantibus manifestum est non ab alio quam ab Episcopo fieri licet." Et rursum: "Hoc autem, inquit, solis Pontificibus deberi vel ut consignent, vel Paraclitum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesie siam demonstrat, verum illa testis Actuum Apostolorum quæ asserit, Petrum & Joannem esse dicentes, quia jam baptizatus tradant Spiritum sanctum." "

## CAPUT VI.

Ordò de Presbytero, quod non possit reconstitutum post lapsum recipere, ut multa præterea multis Papatibus declaratis Gregorius ad Sabianum inter cetera scribens Jaderitum Episcopum: "Presbyterum vero, inquiens, de quo nos fraternitas tua latoris præsentium relatione consulti, nullà ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere, aut revocari posse cognoscas."

Hæc quidem, frater carissime, in multis occupati vix ad tus consulas rescriptimus. Cetera verbò quæ communi consulari utilitati, cum ARSADIO venerabili Episcopo, Apocrifano & Missio Apollinaris Sedis, quem illas in partes direximus, cum Deo duce pervenerit, satis vales abunde tractare, cum & nostra credere, & tua nobis exponenda cum

rederet, poteris sine ulla concretatione committere. Optamus fraternitatem tuam in Christo nunc & scilicet bene valere.

## CAPUT VII.

Si quis ex propria cognatione sanguinem occisionis sident, sacri canonis usque ad mortem abjici, & inter rebelles deputari iusserunt.

**PLACIDUS** **PLACIDUS** **PLACIDUS** **PLACIDUS** **PLACIDUS** **PLACIDUS** **PLACIDUS** **PLACIDUS** **PLACIDUS** **PLACIDUS**

HÆC A DOMNO<sup>o</sup> FLORO

Viro prudenti Collecta sunt ex  
Legè & Canone.

Caput legum in Canone receperunt de coheritione Judæorum, & de austeritate ac firmitate iudicis & testimonio Episcoporum: Imperator THEODOSIUS & VALENTINIANUS CASAR Alamogio vero Illustri Praefecto Prætorio Galie.

Quia religiosus populus nullis debet superstitio-nibus deceptus, Manichæos omnesque hæreticos vel schismaticos, siue Mathematicos, omnemque sectam Catholicis inimicam ab ipso aspectu urbium & versarum exterminari debere præcipimus, ne pestilentium quidam criminorum contagione fidentur. Judæis quoque vel paganus causis agendi vel militandi licentiam denegamus, quibus Christianæ legis notamus servare personas, ne occasione domini sicut venerande religionis immutent. Omnes ipsorum personas erroris insinuas jubemus excludi, nisi his vindicta materia subveniret. Dat. VII. Id. Jul. Aquileæ. Consule Theodosio Augusto & Valentiniano Casare III.

CONSTANTINUS ad Felicem Praefectum Prætorie.

Sancimus namque, sicut edicti nostri forma declarat, sententias Episcoporum quolibet genere illatas, siue aliqua ætatis discretionis involutas, nec per incoherencia servandæ, pro sanctis semper ac venerabilibus habebat quidquid Episcoporum factis sententiis terminatum, siue utique inter minores, siue inter majores ab Episcopia fuerit iudicatum apud vos, qui iudiciorum summas tenetis & apud ceteros omnes iudices ad executionem volumus pertinere, multa enim quæ in iudicio captivè præscriptio-nis vincula promiss non patentur, investigat & promiss sacro-sanctæ Religionis auctoritas. Omnes utique causas, quæ vel Prætorio jure vel civili tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ perpetuo inabibentes jure firmantur, nec licet ulterius retractari negotium, quod Episcoporum sententiis decidit.

Tellamonium etiam ab uno licet Episcopo perhibent omnes iudices indubitanter accipiunt, nec alius audiat, cum tellimonium Episcopi à quolibet parte fuerit reprobissimum. Illud est cum veritate auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à sacro-sancto homine conscientia mentis libere protulerit. Hoc quod uno edicto salubri aliquando censuramus, hæc perpetuè lege firmamus.

Ex Concilio Carthaginensi.

Ipsè se indignum Ecclesie consortio iudicat, qui de universà Ecclesià malè sentendo sacularè potest auxilium, cum privatorem Christianorum causas

S. Gregor. lib. 7. in dicit. e. epist. 15.

a f. 920] Caput istud non pertinet ad spectatorem epi-

Nolan.

Varia Concilia.

- VII.** Apollonius ad eum deferri, atque ibi determinari iussit.
- VIII.** *Quid bene Clericus ad testimonium decernam compellatur. Ex Concilio Carthaginiensi.*  
Non licet Clericum in iudicium ad testimonium advocari, cum qui cognovit alias pensens, & nulla ad testimonium dicendum Ecclesiastici iussu libet persona pulsetur.
- VIII.** *Item ibi.*  
Quicumque ab Imperatore cognitionem iudicium publicorum petiverit, honore proprio privetur.
- IX.** *Imperatores VALENTINIANUS, THEODOSIUS & ARCADIVS.*  
Continuè lege sanimus nomen Episcoporum vel eorum qui Ecclesie necessitatibus servant, ne ad iudicia sive ordinacionem sive extraordinariorum iudicium pertineant. Habent illi iudices suos, nec quidquam his publicis commune cum legibus.
- X.** *Imperator THEODOSIUS & VALENTINIANUS Cæsar.*  
Privilegia Ecclesiarum vel Clericorum omnium penitus devotione evocamus, scilicet ut quidquam à divi Principibus singuli quique Antistites impetrent, jura soliditate serventur, nec cuiusquam audeat titulare presumpcio, in quo nos nobis magis præstium consistemus.
- XI.** *Quid Clerici Episcopalis audentie resistere jubeantur.*  
Clericos igitur omnes, quos indiscretè quid secularis iudices debere deduci, insensatos presumpcio edinetat, Episcopali audentie reservamus. Fas enim non est, ut divini munus ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio.
- XII.** *Imperator HONORIUS & THEODOSIUS Ang.*  
Vacent Ecclesie solis quibus bene concite sunt divinæ predicationis Officium. Cunctis orationibus celebrandis horarum omnium momenta consumant. Gaudent ostendit in perpetuum libertatem munitur, quarum non erga cultum pietate & æternæ devotione gaudemus.
- XIII.** *Imperator HONORIUS & THEODOSIUS.*  
Episcopos vel Presbyteros, Diaconos & quoscumque inferioris loci Christiane legis ministros, ab Episcopis solum, non ab alio oportet accusatos audiri.
- XIV.** *THEODOSIUS & VALENTINIANUS Ang.*  
Audentes quidem sermonem facere sollicitè, plus timore capti de sanctis venerabilibus Sacerdotibus & secundis sacerdotibus, vel etiam Levitis, & eos cum omni timore nominare, quibus texta caput inclinat.  
*Et post pauca.*
- XV.** *Quid in Sacerdotibus Ecclesia constet.*  
*De obnoxio verè inquirent.*  
Si qui ambulaverit cum Episcopo, vel cum Presbytero, vel etiam cum Diacono, sive in platea, sive in agro, sive in quolibet loco, nullo pacto eos retinet vel obstringi jubeamus. Quoniam in Sacerdotibus Ecclesia constet.  
K. Reges isti Christianissimi, qui tantæ reverentiæ de Ecclesia loquantur, non frustra audent: Et
- nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Servite Domino in timore, & exultate ei in tremore. Mira autem & vera sententia, quod Ecclesia non tam in lapidibus quam in Sacerdotibus consistat. Et adeo iuste nunc & religiose sancitur, ut reverentia, quæ altari & tempore habetur, eadem Sacerdotibus exhibetur; & sicut hoc est, ut iustæ templum vel altare ibi sermo reum & criminis vel etiam morti obnoxium contingat; ita neque à latere Episcopi, Presbyteri & Diaconi quolibet loco abire vel contingere audeat.
- Item ibi ex Concilio Carthaginiensi qualiter Episcopus, Presbyter & Diaconus purgari debeant.*  
Si quis Episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem incurrit, & fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à duodecim Episcopis, & Presbyter à sex Episcopis, cum proprio suo Episcopo audatur, & Diaconus à tribus.  
*Item ibi.*  
Quisquis Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, seu Clericorum, cui in Ecclesia fuerit crimen indultum, vel civilis causa fuerit commota, si relictæ ecclesiastico iudicio publicis iudicibus purgari voluerit, singulis pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali; in civili verò perdat quod evicit, si locum suum obtinere maluerit.
- Ex Epistola Episcopi ad Imperatorem de Baptizatis Hebræis.*  
POSTquam divinæ gratiæ auxilio & vestre pietatis patrocinio, iuxta auctoritatem divinæ legis & Ecclesiasticorum Patrum constituta pro Judæorum illuminatione cepimus laborare, adjuvante eisdem divinæ gratiæ converti sunt plures ex eis ad Dominum tam viri quam femine, majores natu & juvenes, adulescentes & pueri, & cum eis etiam infansum aliqui ex servis & ancillis. Cumque hic numerus crevisset multiplicati, & gaudium Mater Ecclesie de salute conversorum in dies augeri, ceperunt convecti invitare auctores ad eam quam cognoverant veritatem, maxime puetos & innocentes, eo quod ceteri magis exultant dñi utpote in veterati dicunt malorum. Ceperunt ergo pueri & adulescentuli quod videbant in istis, desiderare sicut in scriptis, & maxime, ut arbitros, quia per singula Sababata à fratribus & Sacerdotibus onstris in Synagoga verbum Domini predicatur. Quod cum impo- sissent parentes, corperunt eos haurim & maxime nobis ad inferiores provincie partes, ad est, Arelatrem orbem dirigere, quo magna eorum multitudo tam ex Cabilonense, quam ex Matacensi & Vanceni civitatibus transfata est. Quod cum mihi ab eissem qui crediderant Judæi dolente nunciatam fuisset, iussi eos qui seculis erant, absque lesione, vel damno aliquo in presentiam meam sub conspectu Ecclesie deduci; ut si qui inter eos essent qui nostra desiderarent, pateret eis janua Matris Ecclesie, exceptus de manibus impiorum. Statim igitur, mirabile dictu! sex pueruli priusquam ab aliquo exhortati crepissent, Sacerdotum nostrorum pedibus provolati prostrabant se velle baptizari, atque ut ad me perducerentur orabant. Cumque perducere essent, similes supplicantes & rogantes omnium gratulatione suscepti sunt. Post vetu & alia numero XLVII. qui idem passivi sunt, quos omnes sub conspectu Dei & Ecclesie bonis & hæbibus sacerdotibus tradidi instruendos, & in solemnitate Paschali generalis la-



vacri celebritate baptizandos & nutriendos Domino. Reliquos vero in quibus nihil boni desiderii vel petitionis agnovi, restant intactos parentibus suis.

Vestra est bonitatis, vestra orthodoxa Christianitas & pietas, quatinus & illi absque interpellatione atque iniquitate maligniorum tranquille in filios Ecclesie educerent, & illi qui crudeliter ne falsi fierent ab impio Anstetam transfati sunt, per Episcopum ejusdem Ecclesie à vestra Serenitate diligenter admonuit, & ad divinum opus exercendum alacriter instigavit, simul aliquid gratie auxiliante Domino conicquatur. Si enim magnæ elemosinæ opus est in causis temporalibus aliquem vi oppressum eripere, aut ex bestia alicujus faucibus rapere, quanto major de illo merces speranda est, qui vel ab impio hominibus, vel à malignis spiritibus ne ad Deum venire possit opprimatur, sicut potestas & facultas congrua datur, valeret ad salutem lucrari. Testatur hoc Apostolus Jacobus exhortans & dicens: *Si quis alicui erraverit à veritate, & converterit quis eum, sicut debet quoniam qui conversi fuerit peccatorum ab errore via sua, salvabit animam ejus à morte, & operit multitudinem peccatorum.*



CONCILIUM SUESSIONENSE,

*In quo confirmatum est Privilegium Monasterii S. Dionysii à B. LANDERICO Episcopo Parisiensi concessum.*

**I**N NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS. Anno ab Incarnatione Domini octingentesimo sexagesimo secundo, Indictione decima, Regni vero gloriosissimi Domini nostri CAROLI REGIS XIII. evocatis nobis Episcopis, quorum nomina subscriptionibus in fine declarantur, diversarum Provinciarum & urbium ad regalem Synodum, & jam diu in tractatu rerum Ecclesiasticarum occupatis, in loco qui vocatur Patis, & rursus à Regia Potestate Sueffionit à urbe conductis pro causis quibuslibet Ecclesie audientis, dilecti filii nostri Monachi ex Monasterio petitionum Martyrum Dionysii, Rustici, & Eleutherii, adstante reverentissimo & carissimo nobis Abbate de eodem Carnobio HILDOVICIO, & petitionis eorum suo consensu firmante, & pro eorum commodis nos humiliter rogante, petierunt unanimiter nostram, quò ad versus cupidorum insidias eos præveneremus, & Ecclesiasticæ auctoritatis fulcramus, ne forte aliquando perverlorum insellationibus consulti, sancti propoliti dispendium animæ eorum paterentur, sed potius divinæ gratiæ assentiis; & Regi munificentia largente, nostre quoque mediocritatis aliquot suffragante dispensent, omni prorsus & maxime Clericorum insellatione seclata, absque ulli iniquitatis valeret implere quod bonorum omnium Auctori voverunt. Igitur nos postulantes obulerunt nostris obrutibus, presente etiam Domino CAROLO Rege, qui petitionibus prædictorum Fratrum piissimo favebat affectu, quosdam privilegia sanctissimorum Pontificum, necnon & præcepta clarissimorum Regum, de libertate prædicti Monasterii ab eisdem suis temporibus honorificè confirmari, insuper & Apostolicæ auctoritate irrevocabiliter corroborata. Ergo residens idem Deo amabilis Rex CAROLUS in ipsa universali Synodo, prædecessorum suorum præ-

cepta & privilegia, seu confirmationes Apostolicas auctoritatibus roboratas, maxime autem privilegium LANDERICI religiosi Parisiorum Episcopi sollicitè consideratum, quod ut hic Regularis Ordo inviolabiliter conservaretur, terribilibus & mirabiliter obtulando ob deprecationem D. HILDOVICII filii Dagoberti incluy Regis factum, & Sanctorum qui usque hodie in miraculis coruscant, manibus roboratum ipsi Ecclesie tradidit, & libertatis eam privilegio honoravit, publicè recitari iussit. Quo factò, hortatu pariter ac deprecatione ipsius præcellentissimi Regis, Hildovici Abbatis, cæterorumque S. Dionysii Monasterii Fratrum petitionibus assensum præbuimus, scilicet, ut ea quæ superius comprehensa sunt nostrâ quâ prævalemus auctoritate roborarem. Statuente igitur Synodo, omnes videlicet Episcopi qui prædictæ Synodo interfuerint, ut ea omnia que in prædictis privilegiis seu præceptis continentur, jam dicti Monasterii S. Dionysii Monachi, tam ipsi quàm successores eorum per ventura tempora absque eorumque Petitiarum urbis Episcopi repetitione, seu cuiuscumque reclamacione vel contradictione, quietè in perpetuum possident. Quin etiam ego ipse ANTHAS, acti indignus Petitiarum urbis Episcopus, hoc consentiens laudavi, privilegiorumque Domini LandERICI Antecessoris mei omnino æquitate tramite servare approbans corroboravi, corroboratumque nunc & futuris temporibus mandavi, omnibusque Successoribus meis per omnipotentem Deum, qui verbo suo cuncta creavit, & Spiritus oris sui universa formavit, interdico, ne quidquam ex his omnibus quolibet modo unquam repetere audeant. Si quis autem tanti Regis, Domini sanctici Caroli, in d. beneficiis, hujusque universali Synodi benevolentiam fraudulenter seu violenter subvertere præsumserit, eam velut rapacem atque ferilem quæ à populi Dei societate jullo atque tremendo anathemate separamus, nisi dignè penitentia, & subséquente emendatione quod perpetrè erit, correxerit. Hoc autem nostrum decernimus, sicut est, ut veram esse credatur, & firmissimè ab omnibus Catholicis fides cultoribus præsentibus & futuris teneatur, subscriptionibus propriis firmavimus.

- HILDMARUS Sanctæ Metropolis Ecclesie Remorum Episcopus subscripti.
- ANGILMOLDUS Sueffionis Ecclesie Episcopus subf.
- HILMERARDUS Ambianensis Episcopus subf.
- HERPULINUS Sylvanectensis Episcopus subf.
- HILDMARUS Laudunensis Episcopus subf.
- ODD Belvagarum Episcopus subf.
- HILFRIDUS Mortuensis Episcopus subf.
- RAGINELMUS Tornacensis Episcopus subf.
- GULIELMUS Cathalaunorum Episcopus subf.
- WANILO Sanctæ Metropolis Ecclesie Senonenlis Episcopus subf.
- ÆTHAS Parisiensis Episcopus subf.
- GISEBERTUS Carnotensis Episcopus subf.
- AGIUS Aurelianorum Episcopus subf.
- HILDMARIUS Meldensis Episcopus subf.
- ABBO Niveracensis Episcopus subf.
- WANILO Sanctæ Metropolis Ecclesie Rothomagalis Episcopus subf.
- HAIRARDUS Luxovenlis Episcopus subf.
- WALBERTUS Abrincatenlis Episcopus subf.
- GOMBERTUS Ebroicentis Episcopus subf.
- HILDMERANDUS Segensis Episcopus subf.
- HERLUINUS Constantianæ Urbis Episcopus subf.
- ROBULMUS Sanctæ Metropolis Ecclesie Bituricæ Episcopus subf.
- HERARDUS Sanctæ Metropolis Ecclesie Turon-

nenfis Episc. subf.  
 DODO Andegavorum Eccles. Episc. subf.  
 ACTARBUS Nannetice civitatis Episcopus  
 subscripti.  
 JOHANNES Eduorum Episc. subf.  
 GODEFRIDUS Cablonnensis Episc. subf.  
 RADONIVS Montisfemium Episc. subf.  
 FROTHARIUS Sancte Metropolis Ecclesie Burde-  
 galensis Episc. subf.  
 FASCULUS Andouancensis Episc. subf.  
 INGEMALDUS Pict. voram Episc. subf.  
 FOLCHMERIVS Augustie Tricarum Episc. subf.  
 ADAMARIUS NATAIVS ad vicem Gavhleri Re-  
 gis dignitate Cancellarii recognovit.



**IN CONVENTU PISTENSI,**

*Bona Abbatis S. Germani Autissiodorensis  
 confirmantur, An. DCCCLXIV.*

**A**NNO ab Incarnatione Domini octingentesimo  
 sexagesimo quinto, Indictione duodecima,  
 anno vero Regni gloriosi Regis KAROLI vigesimo  
 quarto, postus nobis diversarum Provinciarum, &  
 Urbium Gallie Praefectibus in loco, qui Pistas  
 vocatur, quo nos generalis necessitas traxerat insti-  
 tuendi munitiones contra Normannos; quo etiam  
 pro Regis ita confirmanda regia nos Praecepto  
 evocavit: advenit nos Legati Monachorum sancti  
 Germani Autissiodorensis Monasterii, quibus praesertim  
 memorati Regis filius venerabilis Abbas HILDE-  
 BRANDUS, supplicantes, ut ad loci sui Religio-  
 nis stabilitatem, ac securitatem perpetuam obtinen-  
 dam, de facultatibus ipsius Monasterii eorum usibus  
 specialiter deputatis, Decreti nostri authorita-  
 tem transcriberemus, ne aliqua deinceps immutandi  
 ea, quae iustè petita & concessa sunt, cuquam  
 pateret facultas. Quippe ut prudenter iam atque  
 Religiosi tenentes in memoria sua quod rectè præci-  
 piatur; *In deo iuramur se memores si malorum;* & sus-  
 pectam habentes eorum incertarum mutationes, sibi  
 per nos consulti operaverant, ut inter varias muta-  
 tionum vicissitudines, ipsi divino munere, nostro-  
 que consensu freti, nulla unquam necessitate oc-  
 casione poterant sua Religio sine dispendio, sed  
 potius ipsius Dei, nostraeque provisione assidui immu-  
 tabilibusque beneficiis ad meliora increscerent. Eo-  
 rum igitur studium approbantes, praesentiumque  
 penitus amplectentes, eisdem votis praebuimus assen-  
 sum, optatumque impendimus favorem, ut san-  
 ctionum operam, quae suis divinis conferrentur, non  
 adjuvare solum, verum etiam efficerentur partici-  
 pes. Quae cumque igitur Regis magnificentia ad con-  
 servationem sui propositi sunt adepti, quoque Prae-  
 cepto ejus votivum expressit & collecta sunt: id  
 est mania in gyro Monasterii sita, & ut vulgo lo-  
 quuntur, clausi vinearum, scilicet ille qui adhaeret  
 Monasterio & campanae, plantae abundantia, Cortic-  
 canus & Clauvillus de Patrinaco, cum aliis vin-  
 cillis, Asiacus ad integrum, Alta-rigo cum integritate;  
 Manilla in Fontanibus, quae cum veneratione  
 Metropolitanis Episcopo permanserunt pro rebus  
 sancti Remigii, Colonias, villare, quod cum  
 Aglinico, villa carnei coram deputata, Regis

Praecepto per commutationem habere decretum est,  
 cum manio indominicato, & appendicis suis ad in-  
 tegrum; Manilla in Maruico, Pons Maxentus ad  
 integrum; Manilla quae Hildeburgis dedit in Mo-  
 nasterium - medium, Desmivac ad integrum,  
 Albus-Cippus media cum Ecclesia; Manium unum  
 in Ropi, & alia Mania in Surgico, & Langromo,  
 Orgiacus, Paulinacus, Bosulacus, & Valens, &  
 Quinticus mediae quam commutaverant pro Le-  
 dilmo, Partinacus ad integrum, quam de rebus  
 sancti Stephani ad Comitatum Pagi Autissiodorensis  
 pertinentibus, cum Chunrado Comite propinquo  
 Regis, & Christiano Episcopo, pro Festinico, Le-  
 frodio & Graniolo, regali auctoritate commutaver-  
 unt; Rochonorus, quam cum praefato Comite pro  
 Modoligo commutaverunt, Sedivacus, Nabracus,  
 Vendilus, & in Belsenii Pago vincta una, quae  
 Morgis dicitur, Urus, Modoligus, Luciacus, Mun-  
 staluus & Magniacus etiam, in quo sunt diversis  
 locis mania viginti-quatuor, & Regio Praecepto de-  
 finata sunt vobis Monachorum, Vultumiacus  
 cum coloniculis, in Aglicus mania tria cum fan-  
 naris, & pucatione, pro quibus illi dederant mania  
 quatuor in diversis locis. In Tricallino Pago man-  
 sum unum, & diversae terrae in elemosinam illis  
 dicit. Cella Mulherensis, quam ipsi deprecantibus  
 Monachus Regis liberalitas sociavit, cum quibus  
 etiam villam Abundaciam nomine, pro Auto-  
 niaco commutaverunt. Praeterea Quinticus media,  
 & Cuciacus, quae ipsi Monachi de portione sua ad  
 portam deputaverunt excipiendis Monachis & car-  
 teris familiaribus suis: sed & ad thesaurum Mau-  
 sella, quae sunt in Vogrado & Calleneto, & man-  
 sum unum in Siglinaco, cum terris & vineolis, in  
 Cuelis, & Nantilla, & Bariacis cum appendicibus  
 suis, & in Villari mania duo cum vineolis & terris,  
 quae diversis homines pro elemosinam vel loco sepul-  
 turae largi sunt; & in Baudia manium unum. Res  
 quoque quas dedit Herimarus vir nobilis ad Rhen-  
 dum Matriculanorum, quos Nonnones vocant,  
 hoc est in Nigrono, & in Lacunis, sive Linerolis,  
 & Fereolis. Item ad hospitalia pauperum Vendonia  
 cum appendicibus suis, Calnaucus, & in Gavarthaco  
 manium unum, in Ballo maniculum unum cum  
 vineolis, in Vogrado manium unum, in Valorus  
 similiter, in Ceranis similiter, in Crepto similiter,  
 sicut etiam Regis magnificentia consensit, ita &  
 nos concedimus, ut intra annum per quadraginta  
 dies certas, ex collatione recenti honorum homi-  
 num, in filivitatibus sanctorum benedictiones fra-  
 tribus in Praeposito vel Decano solemniter procurerent.  
 Praecipimus quoque ut ex omnibus reliquis facul-  
 tatibus Monasterii, quae vel dominico regis, vel  
 beneficiorum consuetudine detinentur, decimae hos-  
 pitalibus duntaxat vel pauperum, sicut olim statu-  
 tum est, ad integrum conferantur, & facta tertia  
 totius Monasterii, & his auxiliis quae mania debent  
 certis & oportuis temporibus insinuantur.

Nos Deo, & ipsi Domino Regi uberes gratias re-  
 ferentes, statim in perpetuum immutabiliter con-  
 servanda, nec unquam ullum defectum, mutatio-  
 nemque passurae quamvis Deus & Dominus noher in  
 hac peregrinatione Ecclesiam suam dignatus fuerit  
 gubernare. Optamus etiam ut gloriosus Dominus  
 noher beneficiorum suorum cum dei cultibus Deo  
 conferente quandoque percipiat praemium, quibus  
 congruum suae largitionis praebere non dubitavit  
 munusculum. Nos vero memores nostri officii, eosdem

*a de Consensu*] Privilegium hoc cum Acherio comen-  
 sator usque & suis successoribus, cui nomen erat Vidori Co-  
 citorio, quoque hitoriam Abbatis S. Germani Autissiodo-

rensis, aliorumque Monasteriorum elaboravit. Vide li-  
 brum v. de re Diplomat. pagg. 476. 477.

venerabiles fratres monemus, ut in sancta Religione, quam Deo profecti sunt, quotidie proficiant, suar sanctitatis exemplo ad se ascendentes instigant, famaque laudabili ad Dei gloriam absentes quoque esse student imitabiles, ut eorum merito & Ecclesiarum republica dirigatur, & miserrabili intercessione cunctæ res Ecclesiasticæ succedant.

Si quis autem Abbas, vel alius qualibet contraria persona hanc ipsam Constitutionem aliquâ impeditæ abuti, vel corrumpere subreptione motus fuerit, aut censum sive commodum aliquod imponere tentaverit, quæ nos ut Dei servi graventur penitus exclamamus, hæc nostrâ admonitione compertâ nisi contumax se à malo subtraxerit, & competenti poenitentia texerit, eam velut turbantem pacem atque salutarem concordiam à perceptione sacratissimi Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi separamus, & anathemata, quo dignus est; plebendum, donec ex corde resipiscat, decernimus, ut qui scandalum intulerit queri ac refrigerio Deo famulatum, ipse ab eis exclusus, damnationem debitam perferre cogatur. Ut autem hoc Privilegium certum juxta obtineat vigorem, Deique famulus plenam semper conscientiam securitatem, subscriptionibus id propriis præsentibus roboravimus, & abentes Fratres & Coepiscopos nostros ut idem facerent dignentur, sique nobis etiam in hoc usque omnes exhibeant, obsecramus.

WANTO munere divino Senonensis Episcopus hoc privilegium recognovi, & subscripsi.

HINCMARUS nomine non merito Remorum Episcopus, ac plebs Dei famulus, subscripsi.

LOTHARIUS \* sanctæ Burdegalensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

ROGULFUS Bituricensis Episcopus subscripsi.

AGUS sanctæ Aurelianensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

CHRISTIANUS Antistiodorensis Episcopus subscripsi.

LEUDO \* vocatus Episcopus sanctæ Nivernensis Ecclesiæ subscripsi.

FOLCHRICUS indigenus Episcopus Augustæ Tricarum subscripsi.

ISAAC sanctæ Lingonensis Ecclesiæ indigenus Episcopus subscripsi.

HARFONUS sanctæ Salvaticensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

GIBRALDUS indigenus Kavilloneosis Episcopus subscripsi.

HILDUINUS divina misericordie vocatus Ebroicensis Episcopus.

INGENALOUS Pictavorum gratiâ Dei Episcopus subscripsi.

ODO Bellouacensis Episcopus in nomine sanctæ Trinitatis subscripsi.

ROTLANNUS Episcopus Ecclesiæ Arclatenis hoc privilegium firmavi, & subscripsi.

ERCHENBARY Catalaunensis Ecclesiæ indigenus Episcopus subscripsi.

RACINALDUS sanctæ Torocensis Ecclesiæ indigenus Episcopus subscripsi.

LIUTBERTUS sanctæ Mogontiacensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

ALTHFRIDUS Hildesheimensis Episcopus subscripsi.

FRICULFUS sanctæ Soodonicensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

BARNARDUS sanctæ Marliconensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

SYNODUS VIENNENSIS,

in qua præside Alexandro Archiepiscopo inter duos Abbates sopita est.

ANNO Incarnationis dominicæ octec. vii. Indictione x. acta est Synodus apud Viennam Metropolim jussu Domini ac venerabilis ALEXANDRI ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopi, in Ecclesia videlicet Domini & Salvatoris nostri, ubi à multis in eius præsentia suorumque ministrorum, oceanus & venerabilium Abbatum, videlicet EIALI Præpositi, ERLST Archidiaconi, VALDORUS Abbatis, LEUDONIS Abbatis, multorumque aliorum reverentium Sacerdotum à diversis diversis prolata sunt querentia. Inter cetera verò, quæ in hac Synodo dicuntur, ac discutenda erant, orta est quadam altercatione inter ARIBERTUM Abbatem Romanensis Monasterii, necnon & BARNARDUM venerabilium Monachum sanctique Maurici Abbatem, et territorio de quidam Capellâ sancti Severi, in Parochiâ sancti Primi sic in villâ Laniaco, quum quidam homo in præstariis tenebat nomine Fulcherus, dicens jam ductus Aribertus Abbas quâ ex prædicto territorio iustè & legaliter ad Capellam sancti Severi pervenire debuissent. Sed Barnardus Abbas affirmans do contra dicebat non ita esse sed omnes decimæ ac præmemorato territorio legaliter & rationabiliter plus pertineret ad Ecclesiam sancti Primi, quam ille in manu ad ordinandum habebat, præter privam Monachorum laboratum, quum ad ipsam sanctam Capellam. Tunc à sanctâ Synodo iudicatum est illi, ne forte deinceps ex eadem causâ aliqua moliretur injuria, ut licet ille propriis testificabatur verò, ita testes sui Sacerdotes sub iuramento affirmassent.

Prædictus quoque Barnardus Abbas suos in sanctâ Synodo præsentis ostendit testes, quorum nomina sunt hæc: CHRISITIANUS Presbyter, SIGUINUS Presbyter, ALBARIUS Presbyter, FOLMARUS Presbyter, BADINUS Presbyter, ARCHIMBERGUS Presbyter, GIBROLUS Presbyter, Et sacramenta datis omnino legaliter explevit, licet iudicatum fuit, & prædictas decimas ad eandem Ecclesiam sancti Primi evindicavit.

Ego ALEXANDER sanctæ Viennensis Ecclesiæ Episcopus propriâ manu roboravi, & aliis roborare iussit. EIALUS humilis Præpositus, ANDREAS Presbyter.

b. *Leobano*] Balizus volit legi *Frateris*, & isit] *Lido*, pro *Lido*.





## M O N I T U M.

**C**ONCILIUM Romanum, præfidentis Gregorio Papa V. celebratum exhibemus, quod à veteri cod. MS. Ecclesiæ Podiensis, sive Amicensis & Pellaensis, descriptis & ad nos transmissis noster Andreas Liabonus, Prior Casæ Dei, impensis rebus antiquè imbuimus. Hujusmodi Concilii pericopæ vulgavit Odo Giffelmus in lib. 2. historiæ Podiensis capite 18. quam postmodum Philippus Labbe tomo 2. Bibliothecæ novæ, & Sammarthani Gallie Christianæ inserere. At nos Synodum illam diuissè lætere hæud possi, integram cum subscriptionibus dare volumus, ut potè nonnulla continerent, quæ viris doctis hactenus obscura videbantur.

Nonnulla itaque majoris momenti eo in Concilio sunt advertenda. PRIMUM, Sententia dissolutionis matrimonii à Roberto Rege cum Bertâ contrahiti, læta nimirum tam ob causam quod consanguinitas esset nullâ prorsus aliterne impedimenti mentione factâ, cujus meminit fragmentum historiæ Franc. apud Chisium tom. IV. ad hunc modum: Idem verò Rex in uxorem sibi assumptam matrem Odonis Comitis, Bertam nomine, qui eodem tempore puerulum erat. Illa autem commatrem ejusdem fuerat Regis. Idem namque Rex filium ipsius de sacro susceperat lavacro. *Heligandus etiam in vita Regis Roberti epistole habet ista: Non exhorruit factus copulationis illicitæ, dum commatrem & sibi consanguinitatis vinculo nexam duxit uxorem. Car postè Concilii Patres id impedimenti fabricaverunt, ratio hæc est, nempe ad dissolvendam hujusmodi matrimonium sola sufficit consanguinitas.*

De excommunicatione ab ipsiusmodi Patribus inflictâ Hertsembaldo Turonensi ceterisque Episcopis qui incestu nuptiis consenserant, interfuerantque, agit Leo IX. in epistola ad Henricum Romanum filium, cujus verba referet Ivo Decretis pag. 9. cap. 8. Ob quam rem quoniam erant carnis affinitate conjuncti, ab antecessore nostro, cum Episcopis qui placito interfuerant excommunicati, post ad Sedem Apostolicam venientes, cum satisfactione sumptâ penitentiam redierunt. *Et hoc inter Reges Episcopos juxta Concilii definitionem Romanam satisfactores perrexisse.*

Postmodum verò cum Rex Robertus nollet Bertam repudiare, ipsique præstrati adhererent, à Gallia Episcopus fuit anathemate percussus, ac habet Petrus Damiani in epistola 15. ad Desiderium Cassin. Quos etiam, inquit, virum scilicet & uxorem omnes ferè Galliarum Episcopi communi simul excommunicaverunt sententiâ. Tandem per Abbonem Fioriacensem Abbatem durè increpatus, privatim & publicè confessus est culpam, obsecravit indulgentiam, deploravit ærumnam, jejunavit, oravit, & confessionis lux testimonium in perpetua sæcula vulgare dolore transmisit: Ita Heigandus ibi supra.

SECUNDO, observabimus Decretum de restituenda Merseburgensi Ecclesiâ, quam, cum esset erecta ab Sede Apostolicâ & Ottoni I. in Concilio universalis, designasset Otton II. Legendas illud de re Dismari & ipse Merseburg. Episcopum in Chronis lib. 1. pag. 12. qui Henricum Anticæpæm dictum offerens Ecclesiâ de lapidibus construi, & dedicari præ episcopi in Merseburg. Item lib. 2. pag. 17. Ottonem I. ejus filium ait Deo veruisse, quod si victoriam de Hungaris reportaret, Episcopatum in civitate Merseburg in honorem S. Laurentii erigi curaret. Et lib. 3. pag. 2. tradit, Ottonem II. erectam à patre eundem Episcopatum, pauperumque relietum malis prædatis ac juribus ditasse, quia Giselerum illius sedis Episcopum multum diligebat. Denique pag. 30. ejusdem libri scribit, Giselerum fraude & artu, atque favore factum Ottoni II. Adalberto Magdeburgensi successisse: ac tam Merseburgensem Episcopatum destrultum atque in diversas dioceses distractum, subditumque Albersstensi esse. Adus præterea Dismari: Præcepta, quæ munera Regalia seu Apostolica continebant, aut igni comburebat (Giselerus) aut Ecclesiæ suæ murato nomine designari fecit, mancipia, & totum quod Merseburgensis Ecclesiâ recipere deberet, ne unquam colligeretur, sponte dispersit. His de Merseburgensi sede confesso tradidit Lambert. Schafnaburg. ad an. 904. & vita S. Adalberti apud Sarum 23. Aprilis. Prorsus Concilii Romani decreto Giselerus tamquam destrultæ Sedis Merseburgens. auctor damnatus est.

Porro eidem decreto obtemperatum damnatum fuit an. 1005. teste Dismaro sepè jam laudato, in lib. 6. pag. 60. agente de Henrico Rege: Qui convocans ad se omnes Regni Primates, dedit Episcopatum Sanctæ Merseburg Ecclesiæ Capellano suimet nomine Wigberto, cum baculo Archiepiscopatus Tagnoniensis, cum quo ipse quidquid Antecessor suus (Giselerus) injustè de hac auferere præsumsit Ecclesiâ, renovanti ejusdem ardens reddidit, consentiente in hoc Arnolfo Piziale, Eius quoque & Hiliebardeo Episcopis, quibus Diocesis illa fuit divisa, ac omni populo applaudente.

**TERTIO**, *Quid Gisletero, qui de Meisiburgensi Ecclesia ad Magdelungensem migraverat, Silvestro II. Pontifice Gregorio V. successore conuersus, audiendus iterum Dismarus in lib. 4. p. 43. Post hæc, ait, Imperator Gisleterum Archiepiscopum eo quod duas teneret Parochias, in Synodo accusavit Romanâ, judiciali eum sententiâ ab officio suspendit, ac per interuentus ab Apostolico eundem illò vocari præcepit: qui tunc paralyti percussus, cum venire nequiret, Rotmannum misit Clericum, qui iuramento, si alter non crederetur, se excusaret. Et infra de eodem loquens Gisterio: Secundâ feriâ (Palmarum) Archiepiscopos eisdem loci Imperatoris edicto priorem suscipere Sedem rogatus, datâ internuntii magnâ pecuniâ indùcias ad Quindelingeburg vix impetravit. Fit illic magnus Senatorum coortus, Paschalia etiam ibi peraguntur gaudia, & habitâ in secundâ feriâ Synodo iterum Gisleterus vocatur. Hic infirmitate oppressus validâ, à prædicto excusatur Rotmanno, & in multis à Walterio tunc Præposito defenditur. Inducitur hinc Concilium in Aquigrani, quò ipse cum suis veniens iterum ab Archidiacono Romanæ Ecclesiæ alloquitur, qui sapienti consilio usus, generale sibi postulat dari Concilium: sicque indiscussa dilatauit hæc omnia, usque dum hæc Dominus finire dignatus est, nostris propriis temporibus. Denim eodem antè in lib. 5. pag. 57. de Henrico Rege loquens infit: Deinde ad Dronburg veniens, Willigisum Archiepiscopum cum cæteris familiaribus, ad Gisleterum misit Archiepiscopum tunc nimis infirmatum, ut memor Domini, quidquid in Meisiburgensi Episcopatu hætenus deliquit, hunc refundendo, iniustamque Sedem relinquendo, in ultimis saltem emendare voluisset. Quibus vix talibus respondit: Dentur mihi trium vel quatuor induciæ dierum, & mihi liceat abire: quibus transactis, certa vobis referam. Hæc apud Regem impetrans, & in curru, ut diù tunc solebat, exiens ad Triburi curtem suam venit, ibique duos comoratus dies VIII. Kal. Feb. migravit ab hoc sæculo.*

**QUARTO**, *Hæc ab re factis hic inserere Silvestri Papa II. bullæ fragmentam, quòd Concilium Romanum decreuit mirè illustres, & confirmet: Silvester Servus Servorum Dei Theordardo Sanctæ Vallavensis Ecclesiæ . . . . Quoties quæstiones ex adverso oriuntur, oportet ut in Synodala Concilio suis quæretur. Quocirca quia constat in generali Synodo habitâ Romæ, Stephanum tunc Ecclesiæ inuaforem à prædecessore nostro iure damnatum, & ab omni officio depositum, quòd Guidone vivente Episcopo, avunculo ac prædecessore suo sit electus sine cleri & populi voluntate & à quibusdam tantum Episcopis in Episcopatum post ejus mortem ordinatus: & quia . . . . Clericus in Vallavensi Ecclesiâ famulantibus, licentiâ alium eligendi Episcopum priùs concessâ, tum ut eorum electus à Romano Pontifice in Episcopatum ordinaretur. . . . te ab isdem electum didicimus: Ideo eorum electio tu faventes, auctoritate Apostolicâ te in Episcopum ordinamus. . . . Pastoralis sollicitudine te, Frater carissime, hortamur, ut solerti curâ gregem tibi commissum custodias, temetipsum sic in bonis operibus disponas. . . . ut si quis Episcopos te excommunicare præsumserit, aut anathematis vinculis, quod fieri . . . . nostro fretus munimine ipsam excommunicationem parvipendas &c. Et hæc quidem ex arboris cortice, nulle in loco exco. & fadato eruit Odo Giffene, atque in hist. sui Podiensi remittit loco citato.*

*Alia itidem Romæ Synodus à Gregorio V. est habita, ubi de Sede Anusoni in Provincia Tarraconensi Gualdellus tamquam inuafor dejectus dicitur in epistola Gregorio V. nondum vulgata, quæ in apud se reconditam servat V. C. Stephanus Baluzus. Dejectum quoque sub Arnulfo Mediolanensem referi Constitutio Ottomæ III. Imp. ex Chronico Forfensi edita per Lucam Hoffmannum in Collectione Romanâ, &c. pag. 219.*

# CONCILIUM ROMANUM

PRÆSIDENTE GREGORIO PAPA V.

Anno Incarnationis Dominicæ DCCCXCVIII.

**I**N nomine Domini Dei Summi, Incipiant Capitula generalis Concilii edita à domino Gregorio quinto Papa, cui interuit gloriosissimus tertius Otto Cæsar Augustus & omnes subscripti Episcopi, habiti Romæ in Basilicâ beati Petri Principis Apostolorum anno tertio Imperii eiusdem Cæsaris & Apostolatus prefati Papæ.

Ut Rex ROBERTUS consanguineam suam BERTAM, quam contra leges in uxorem duxit, dere-

linquat, & septem annorum penitentiam agat secundum præfixos Ecclesiasticos gradus, iudicatum est. Quòd si non fecerit, anathema sit. Idemque de eadem BERTA fieri præceptum est. HENRICHUM BALDUM Turonensem Archiepiscopum, etiam conjugii consecratorem, cum omnibus Episcopis qui consentientes interfuerunt his incestus nuptiarum Regis & Bertæ consanguineæ suæ, à sacrosanctâ communionem suspendimus, donec ad hanc sedem A-

- possitiam veniant sustinere.
- II.** Ut Episcopus Merseburgensis à sede Apostolica & bonæ memoriæ OTTONI primo Imperatore per universali Concilio fundatus, itemque à sede Apostolica & Imperatore OTTONI secundo sine Concilio destructus, ut in proprium honorem redeat à sanctâ sede Apostolica iudicatum est per universale Concilium, præsidente domino OTTONI tertio Augusto Cesare, & domino GREGORIO Papa quinto.
- III.** Si GISELARIUS sanctæ Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus potuerit canonicè comprobare, quòd per ambitionem de minori sede Merseburgensi ad maiorem, Magdeburgensem non migraverit, ut non deponatur iudicatum est. Sed si Cleri & populi invitatione & electione migravit, in eadem permansisse Metropolim. Quòd si aliq̃que invitatione, non tamen per ambitionem & avaritiam factam esse constiterit, ad priorem redeat sedem. At si ambitionem & avaritiam negare non potuerit, destitutum est ut amittat utramque.
- IV.** STEPHANUS sanctæ Vellovensis Ecclesiæ dictus Episcopus, ut omni ordine Sacerdotali careat auctoritate Apostolica edictum; eo quod à WIDONI vivente Episcopo, avanico & prædesse fore post se electus sine Cleri & populi voluntate, ac post ejus mortem contra Cleri & populi voluntatem à duobus cæcibus Episcopis non comprovincialibus sit ordinatus.
- V.** DAGOBERTUM Bituricensis Ecclesiæ Archiepiscopum, & ROGLIUM Neversensis Ecclesiæ Episcopum, à communionem suspendimus, donec ad hanc sanctam & Apostolicam sedem veniant & satisficiant; eo quod STEPHANUM WIDONIS Episcopi nepotem eo vivente contra leges Ecclesiasticas electum, in Episcopum ordinare præsumserint.
- VI.** Ut Cleri & populi civitatis Vellavorum licentiam habeant eligendi Episcopum, iudicatum est; & ut electus à domino Papa consecratur in Episcopum, statutum est.
- VII.** Ut REX ROBERTUS Stephanum Widonis quondam Vellavorum Episcopi nepotem iustè damnatum & depositum nullo modo jurare præsumat, nec et præbere auxilium, iudicatum est; sed ut Cleri & populi siveat electioni, salva sui debita subjectione, decretum est.
- Ego GREGORIUS sanctæ Catholice & Apostolice Romanæ Ecclesiæ Prælati præfati & subscripti.
- GREGORIUS Ravennatis Archiepiscopus.
- GISELARIUS Capuani Archiepiscopus.
- SIGIFRIUS Piacentinus Episcopus.
- HUBERTUS Firmensis Episcopus.
- PETRUS Cameracensis Episcopus.
- LAMBERTUS Constantiensis Episcopus.
- HUGO Gennavensis Episcopus.
- HUGO Sedunensis Episcopus.
- HENRICUS Sancti Juliani Vicariis.
- BENEDICTUS Lovicanensis Episcopus pro se & pro omnibus Cardinalibus Episcopis.
- JOHANNES Metanenensis Episcopus.
- JOHANNES Albanensis Episcopus.
- TERALOUS Bellicensis.
- PETRUS Pænestinus Episcopus.
- INGI... Cancellarius Episcopus.
- GREGORIUS Oshensis Episcopus.
- BENEDICTUS Portuensis Episcopus.
- STEPHANUS Cerenis Episcopus.
- AFFRICIUS Serretinensis Episcopus.
- HUMBERTUS Lufaceus Episcopus.
- HUMBERTUS Annæ Episcopus.
- LIOSTRANDUS Saunoi Episcopus.

JOHANNES Sætinus Episcopus.  
 ALOBERTUS Episcopus.  
 ALBERTUS Penfarcensis Episcopus.  
 RAINSRIUS Mundenis Episcopus.  
 BERNARDUS Cictane Episcopus.  
 ABIALDUS Clusina Episcopus.



**GESTA SYNODI AURELIANENSIS,**  
*Anno circiter M. XVII. celebrata.*

**R**Usum quoque duci dignum memorie tradendum de prelatato viro, scilicet AREPASTO, quomodo in Aurelianâ urbe divina ope, suiq̃ insigni filibri acume hæreticam pravitatem latenter pullulantem, jamjamque per Galliarum provincias nefandi erroris venena cascida propinquantem, non solum deprehendit, sed etiam omnino comprehensit. Erat enim de genere Comitum Normannorum, eloquio nitidus, consilio providus, bonis moribus comptus, ac idcirco legationis officio tam apud Francorum Regem, quam apud Proceres notissimus exaltatus. Hic in domo sui quondam Clericam habuisse dicitur nomine HARRERTUM, qui lectionis gratiâ Aurelianam urbem adire decreverat. Verùm dum veritatis auctores querere satageret, cæco stinere in totius hæretis barathro dilabatur. Nam eâ tempestate in eadem civitate duo Clerici STEPHANUS & LISIUS apud omnes sapientiâ clarî, sanctitate sua religione magnifici, elemosinis largi, opinione habebantur veluti. Eosdem me moratus expetit Clericus, & parvo tempore interituro, docens discipulus eam divini verbi dulcedine ab eis delectatur mortifero nequitie haustu, qui de mentis errore diabolico irretitus, totius divinitatis expertus, sapientiarum artem confendisse se credit. Qui patrum repedans, domum suam, quem singulari affectu diligebat, subleatè verborum in errorum viam sentim admoveudo secum strabere cupiebat; teitricus Aurelianam urbem per ceteris urbibus consuecit lueri sperentis, atque sanctitatis lampade. In ejus verbis dominus ejus intellectuali auditu ipsum animadvertit à viâ justitiæ devium; & eundem Comiti RICHARDO causam innotuit, atque rogavit, ut ROBERTO Regi licetis pretem in regno ejus adhuc latentem antequam propagaretur, pateficeret, & ut Rex eundem Archiepiscopo ad expellendam eam oportunitatem auxilium non denegaret. Itaque Rex insperata re attonitus, mandavit ut idem vir cum Clerico suo ad Aurelianam urbem citò gressum diregeret, pollicens omnimodis in hac re suam auxilium.

Cumque jubente Rege iter ageret, Carnotis devenit. Fulbertum Venerabilem Antistitem super hac re consultatur, qui fortè tunc aberat; nam Romam gratiâ orationis aberat. Tunc causam sui sterneris causam sapientis Clerici EBRAROD nomine, Carnotensis Ecclesiæ Sacrificinio innocuit; fugitans sui consilium opem, qualiter iter deberet in acce, & quibus armis se munire contra multitudine artes diabolice fraudis. Qui sapientis usus consilio cum prædicitur, ut quotidie primò mane Omnipotentis opem quaeritans Ecclesiam devotus adiret, orationum incumberet, atque sacrosanctâ Communionem corporis & sanguinis Christi se maniret, deinde scilicet ad auditum hæreticam pravitatem figuræ sanctæ crucis processus pergeret, nihil horum quæ ab eis audiret, contradiceret, sed simulato discipuli vultu, omnia tacitus in domicilio pectus confereat.

ANNO circ  
 1017.  
 E. sup. Char-  
 tulario S. Pa-  
 tri Carnat. de  
 Valle.

Notanda hæ-  
 retici Stephe-  
 ni & Lisii,  
 ac preparatio-  
 rum dactylot-  
 tæ.

Archiepiscopus hæ-  
 reticam expo-  
 siturus, Car-  
 notum perit,  
 ut Fulbertum  
 Episc. con-  
 suleret.

Aureliana de  
fopulum de  
fimala.

Igitur Aurelianus devotus, ut edoctus fuerat, quotidie factâ communione, ac supplicis oratione munitus, ad eorum doctrinam veniens, ad iustitiam rudis discipuli primis intra domum erroneorum assidebat. Cumque ultimum divotissimi voluminum exemplum eum, & quibusdam rerum similitudinibus informaret, atque more perfecti discipuli soliditatem aurei intentum videret, inter alias similitudines sylvestris arboris similitudinem ei proferunt. Tactandus es, inquit, à nobis ut arbor sylvestris, quæ translata in viridario tamdiu aequa profunditur, donec humo radicetur, dehinc ipsius & rebus superfluis emundatur, ut postmodum terrea tenuis truncata sarculo, meliori iteratur ramusculo, quæ postmodum fertilibus sit mellissus pomo. Itaque tu simili modo translatus de iniquo seculo, in nostro sancto collegio a quo persuadersi facientur, donec informes, & gladio verbi Dei victoriam spiritus carere valeas, ac insula doctrinæ tuæ petrosus ab anteo exlosa, nostram doctrinam à sancto Spiritu traditam, mentis puritate possis excipere. At ille de summo verbo quod proferebant, semper Deo gratias referebat: unde rati sunt cum conversum esse in eorum errorem, non iamque suæ nequitie sententiam verbis divinetum liberorum antea cooperam fecuri aperuissent, dicentes: *Christum de Virgine MARIA non esse natum, neque pro hominibus passum, nec verè in sepulchro positum, nec à mortuis resurrexisse*: addentes *In baptismo nullam esse scelerum ablationem: neque sacramentum Corporis & Sanguinis Christi in Consecratione sacerdotum. Sanctos Martyres atque Confessores implere pro nihilo dantes.*

Hæresion ca-  
pita.Quæ in re se  
vix filit  
constituta,  
postquam Aureli-  
anus vidit.

Responsio.

Cumque hæc & alia execranda peritæ & miserissimi hominis à forido peccato evomerent, Aurelius sic ad eos dixisse fertur: Si in his quæ enumerasti salus hominum, quæ speratur, nulla, ut dicis, esse potest, à vobis obtinæ rogo mihi aperire in quibus sperari poterit, ne meos animos in dubio positus citò cadat in desperationis tutum. Proculdubio, frater, inquit, in charybdi fallæ opinionis hæreticus cum indoctis peccasti, nunc verò erectus in culmine totius veritatis, integre mentis oculus ad lumen veræ fidei aperire cepisti. Pandemus tibi saluta ostium, quo ingressus per impositionem videlicet manuum nostrarum, ab omni peccato labe mundaberis, atque sancti Spiritus dono repleberis, qui scripturarum omnium profunditatem ac veram dignitatem absque scrupulo te docebit. Deinde cælesti cibo passus, interina satietate recreatus, videbis persæpe nobiscum visiones Anglicas, quorum solatio iustus cum eis quovis locotum sine ulla difficultate cum volueris ire poteris, nihilque tibi deerit, quia Deus omnium tibi comes nunquam deerit, in quo sapientie thesauri, atque divitiarum consiliunt. Interca Rex & Constantia Regina, sicut vir memoratis mandaverat, ad urbem Aurelianam cum Episcopo collegio venientes, de sequenti illo ipso suggerente omnia illa necessissima Congregatio simul per officiales Regios de domo ubi erant congregati, abtracti, & in Ecclesiam sanctæ Crucis ante Regem, atque Episcoporum, ac Clericorum certam adducti.

Coram Rege  
& Episcopo  
sistuntur hæ-  
retici.Nefanda co-  
rum crimina.

Sed antequam ad conspectum venimus, de cibo illo, qui cæcæ ab illis diebatur, quali arte conficiebatur, necessitibus demonstrare curabos. Congregabantur siquidem certis noctibus in domo denominatâ, singuli lucernas tenentes in manibus, ad iustitiam letaniam demonum nomina declamabant, donec subitâ demotione in similitudine ejuslibet bestie inter eos viderent descendere. Qui statim ut visibiles illa videretur visio, omnibus extinctis lucernaribus, quamprimum quique poterat auferrem

que ad manum filii veniebat, ad abutendum arripiebat: sine peccati respectu, & utrum mater, aut soror, aut monacha haberetur, pro sanctitate & Religione ejus concubitus ab illis æstimabatur: ex quo spurcissimo concubitu infans generatus, octavâ die in medio eorum copioso igne accensio prebatur per ignem more antiquorum paganorum, & sic in igne cremabatur. Cujus cuius tantâ veneratione colligebatur, atque custodiebatur, ut Christiani religionis Corpus Christi custodire solet, agris dandum de hoc saculo exiturus ad Vindicam. Inerat enim tanta vis diaboli fraudis in ipso cinere, ut quicumque de præfata hæresi imbutus fuisset, & de eodem cinere quovis sumendo parum præbavisset, vis utrumque postea de eadem hæresi prestam mentes ad viam veritatis dirigere valeret. De qua re parum distille sufficit, ut Christiani cavereut se ab hoc nefario opere, nun ut studeant discendo imitari. Verum quia digestionem scilicet videtur, ad eadem modo quæ dimisi veritatem oratio, ac facinoroso cultu infidelium crudelitas transcurrendo peragratur, ne prohibitor controversie fermococutio insidiam generet delicto lectari.

Igitur, ut dictum est, illi introductis ante Regem, & Episcoporum conventum: prior ARRYASTUS Regem alloquitur eum, dicens: Domine mi Rex, Miles sum Richardi tui fidelissimi Comitis Normannie, & immensus tenore vinculus, & catenatus ante te. Cui Rex ita respondit: Causam tuam adventus eorû nobis indica, ut eâ cognoscatur aut reus in vincula teneris, aut innocens à vinculis dimittaris. Ad hæc ille respondit: Auditi sapientiæ & religionis hominum qui vincti adstant mecum ante te, ad hæc urbem venire volui, ut inde exemplo honorum operum, & atque doctrinæ eorum melioratus redirem. Hæc quoque domo causa est, pro quo de patris meæ exire volui, & hæc urbem petii. Quod si reatu aliquo pro hoc opere tenor, Præfates tibi assilentes videatur, & judicent. Tunc Præfates discunt: Si sapienter ac religiosis modum quem ab his dicitur nobis preterat, nostro iudicio facili ignoscatur. At ille ait: Regia majestas, & vestra authoritas eis jubeat, ut quæ me docuerunt ea ipsi coram vobis dicant, quatenus audita à vobis aut digna laude habeantur, aut oblivioni tradantur. Quibus Rex atque Auditores cum juberent ut suæ fidei normam referendo patefacerent, totius veritatis inimici alia pro aliis dicentes, intrâ suæ hæresis fundamentum nulla adina introire volebant, sed ut strepens quanto plus in manibus strepitur, tanto amplius clabatur: ita & isti quo amplius concludebantur, veritatis firmamentum tanto magis labiores videbantur cingisse. Tunc ARRYASTUS videns quod redirent tempus, & sermonum clypeo festinavit obviatur suæ fidei errorem, ad eos esse convertens, dicens: Veritatis magistrus non erroris habere putavi, dum considerent illam nobis doctrinam, quam salutariter evangelizabatis, viderem vos docere, atque pollicemini pro penam inferendis, & etiam pro morte tolerandâ nunquam eam esse à vobis demegendam; nunc verò oblitâ fide quam promissistis, ut videro, timore mortis ab illâ doctrinâ longè vultis fieri, meque adhuc rudem discipulum in periculo mori dimittite parvipenditis. Unde regis iustissimè parcendum est, & obediæ tantorum Præfatum auctoritatem oportet, ut in his quæ à vobis dacti, si quæ sunt Religioni Christianæ contraria, ab eorum iudicio cogita, quæ sequenda sunt, & quæ repudianda agnoscat. Docuisti eisdem me nullam in Baptismo promissam veniam peccatorum; neque Christum de Virgine esse natum, neque pro hominibus passum, neque verè sepultum, neque à mortuis resurrexisse:

neque panem & vinum, quod super altare manibus Sacerdotum Ludi Spiritus operatione efficit videtur sacramentum, converti posse in Corpore & sanguine Christi.

Cumque hæc Arefalfo non voce perorasset, GUARINUS Belvacensis Præfati interrogavit STEPHANUM & LISIVM, qui hujus erroris videbantur esse magistri, si na scilicet & credentes quæ ab Arefalfo erant memorata. At illi cum diabolo in inferno jam mansuissent paratam habentes, vera esse memorata, & ita se sentire ac credere constantem offerunt. Quibus cum Præfati diceret, voluisse Christum nasci de Virgine, quia potuit, & pro nostra salute pati in humanitate, ut tertio die devicta morte resurgeret in sua deitate, nosque doceret esse resurrecturus in reformatione: viperino ore responderunt, dicentes: nos neque isterimus, neque hæc vera esse credere possumus. Ad hæc Præfati eos, inquit, interroga: Casuales parentis habuisse creditis, an non? Cumque se credere assicerent, Præfati respondit: Si ex parentibus vos esse procreatos creditis, cum non eratis, ante seculum Deum de Deo genitum sine matre, in hunc temporis sancti Spiritus obumbratione de Virgine natum, cur credere refusistis? At illi dixerunt: Quod natura denegat, semper à creatura discrepat. Quibus Præfati respondit, dicens: Antequam quidquam ferret per naturam, non creditis per filium Deum Patrem fecisse omnia ex nihilo?

Cui alienati à sale dixerunt: Ista illi narrare potes, qui terrena sapient, atque credunt signenta carnalium hominum scripta in membranis animalium; nobis autem qui legem scriptam habemus in interiori homine à Spiritu Sancto, & nihil aliud sapimus, nisi quod à Deo omnium Conditore didicimus, incallum superbia & à divinitate devia proferri; idcirco verbum finem impone, & de nobis quicquid velle facito: Jam regem nostrum in Cæcilibus regnantem videmus, qui ad immortales triumphos dextra sua nos sublevat, cum superna gaudia.

Cumque ab horâ dici primâ usque ad horam novam multifarum elaborarent omnes, ut illi à suo errore revocaret, & ipsi sero duriores minime respicerent, nulli tam anguli sacris vestibus induti in suo ordine, si, cumque ab Auditibus à proprio honore sunt depositi; & Rege jubente Constantia Regina ante valvas Basilicæ stetit, ne populus eorum in Ecclesiam intraret: & sic de gremio sanctæ Ecclesiæ ejecti sunt. Qui cum egerentur, Regina Stephanum sui ultim Confessoris cum baculo, quem manu quæbat, oculum eruit. Deinde extra civitatis edicti muros, in quodam turgorio copioso iugæ acensio, præter unum Clencum, atque unum Monachum, cum nefario pulvere, de quo supra dicimus, cremati sunt. Clencus enim & Monachus divinum natum teiperunt.

Judicium in  
eos profectum  
Præfati.



## M O N I T U M.

**S**YNODUS Atrebatensis ab Gerardo Cameracensi simul & Atrebatensi Episcopo est celebrata: hoc quippe temporibus antea perseverabant Episcopatus illi duo. Istius antea causam atque denturmatem referre vestri non est instituti: si quis id nosse voluerit, adeat Baldericum Noviomensem Episcopum in Chronico, præfatum cap. 5. lib. 3.

Quam ob causam convocaverit Synodum Gerardus, indicatur, cum in ipsius epistola ad R. Episcopum, (Reginaldum Leodiensem consilio) tam in eadem in Synodi præfatione.

Eximius porro Pontifex divinas Scripturas quam alii hauserit, rebus theologicis quam eruditus fuerit, & quo zelo pro Domino Dei, hoc est, Ecclesia Catholica, arserit, opposueritque sese sentiat hereticis, videbit, Leitor, Synodum istam si evolvere per otium liceat. Quasi disciplina imbutus à pueritia fuerit Gerardus, & quantum deinceps profectus, describit Baldericus Episcopus Noviomensis in Chronico Cameracensi lib. 3. cap. 1. Hunc (Gerardum) in pueritiâ Albero Remensium Archiepiscopus pro consanguinitate, sed & præditi, quæ ex parte matris in ipsâ terrâ habebat, hereditario jure tenendis, permissione parentum abduxit, & sub regulâ canonicâ degentem familiariter educavit. Sub cujus liberali eruditione, & normâ Ecclesiasticæ religionis & mundanæ disciplinæ satis viderat honestatis, &c. Sacris Canonum sanctionibus plurimùm se additum ostendit: qui etsi honorabilis coram regis pompâ & Lothariensis tolerantia sciret se ordinandum, tamen a nulli quidem, nisi à Metropolitanano Remensium Archiepiscopo se ordinatum iri velle respondit. Quippe satis providè ac comperenter causam considerans, non forte videlicet eo etiam ipse consuetudini Sedis Metropolitanæ contraire videretur, &c.

Legenda Gerardus epistola ad Leodiensium Ecclesiæ Archiepiscopum, ubi ejus vigor Episcopalis, Ecclesiastica & disciplina studium ordines, nempe ex ipsi Conciliorum sanctorumque Patrum lectione comparata elucet doctrina, ibid. cap. 19. & cap. seq. Adalberonem Episcopum Landanensem si morali labæ infelium graviter reprehendit, eadem de re ad Archiepiscopum Remensem perscribit cap. 30. Alias scriptis epistolas, quæ ad disciplinam Ecclesiasticam spectant, Pluribus interfuit Synodis ac Conciliis in diversis regionibus celebratis, quemadmodum refert Baldericus supra laudatus.

At miror quòd diligentissimum Scriptorem hæc quam edimus, Synodus læverit, omnesque Auditores, quod sciam, qui de Belgicis rebus tam Ecclesiasticis, tam secularibus, scripsere, quandoquidem percelebris Synodus existit apud Atrebatenses Cameracenses, Gerardus Atrebat, sive Cameracensis Episcopi obitus memorantur in Necrologio MS. Abbatis S. Benigni Divionensis.

Gerardus Episcopus Belvacensis hæreticus, confessor, &c.



*Atque ne ad hæreses illa in Synodo damnatas nostra referretur oratio: notanda præcipuè ea est, quæ veritatem Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia negat: nam doctissimè ab Episcopo refutata, pravo dogmate deposito, hæretici redeunt ad Catholicam fidem, sicut habet Synodus in fine cap. de Corpore & Sanguine Domini. Deinde peracta Synodo singulorum suis hæresibus enumeratis, hisque damnatis, respiciunt Gualdianam, atque veram & Catholicam fidem professantur.*

*Vides, scilicet, eà in Synodo, quæ an. 1015. instituta fuit, multo ante Concilium Verulense anni 1053. phanaticum errorem Novatorum quorundam Berengarii sectatorum, qui panis & vini transubstantionem in Corpus & Sanguinem Christi, dum sacrum mysterium à Sacerdotibus peragitur in altari, & ibi reale ac substantiale Christi Domini Corpus adesse operante Spiritu sancto credere perheretisians, ac pernegat more Catholicorum.*

[ANNO 1015.]

## SYNODUS ATTREBATENSIS A GERARDO CAMERACENSI ET ATTREBATENSI EPISCOPO

Celebrata anno M. XXV.

*R. nominis dignitate & prerogativâ meritorum Episcopo, GERARDUS nullius  
meriti Cœpiscopus, quidquid ad beatam vitam præstantius.*

PRÆFATIO.

**C**UM nobile ingenium & prudentiam vestram considero, non adeo demerito potuisse nefarios homines erroris spiritu magiçatos, in aliquam pravi dogmatis constanter demeritum: sed ad inquisitionem vestram qualiter dissimulare potuerint, ut vos fallerent, vehementer suspexo. Nam quosdam, ut ipse scitis, hujusmodi homines in sinibus vestris cohabitasse, sicut veris indicis comprobavimus, regulis charitatis vestre. Quos, quia terrore supplicii speciem religionis mentiebantur, indignatos velut innoxios abire permisistis. Quod quidem in illis officior ad subvertendos simplices causâ existit, simplicibus autem scrupulum, ne non audiendos estimarent, iniecit, quos vero examine disculis audirent, nec causam puniendi inventam. Verùm illi quoque qui nulli ab eis ad seductionem hujusmodi ad nos deveniant, comprehensâ, multâ dissimulatione reterebant, adeo ut nullis supplicii possent cogi ad confessionem: donec per eos ipsos, quos jam penè eodem sui erroris maleficio imbracant, convicti, tandem suæ sedite disciplinam partim nobis exposuerunt. Et post aliqua quæ se tenere ex Evangelicâ & Apostolicâ doctrinâ mentiebantur, dicebant Baptismatis mysterium & domnicæ corporis & sanguinis Sacramentum nullum esse; & ad eorum respiciendum, nisi simulationis causâ non intrare: penitentiam nihil ad salutem proficere: conjugatos nequaquam ad regnum pertinere, & cetera quæ hujus libelli frequentia indicant. Quod ideo vobis remandamus, ne simulatam religionem eorum aut compulsa verba audire debeat.

AN. 1015.  
CAPUT I.

**A**NNO Dominicæ Incarnationis M. XXV. Indictione VIII. Domino GERARDO Ecclesiam Kamatacensis seu Attrebatensis urbis regente, quodam annuæ observationis more contigit, ut Dominici Natalis & Apparitionis diebus in sede Cameracensi curia explicitis, idem Præfatus per aliquot dies stationem in sede Attrebatensi facere deberet. Ubi cum de ecclesiasticis functionibus suis pro opportunitate temporis tractare, relatum est ei, quosdam ab Italia sinibus viros eo loci advenisse, qui quodam novæ hæresis sectam introducetes, evangelicæ atque apostolicæ sanctionis disciplinam pervertente tentabant, & quamdam justitiam præferentes, hæc sola puritatis homines aliterbant, vallumque in sanctâ Ecclesiâ aliud esse Sacramentum, per quod ad salutem pervenire potuissent. His auditis, Dominus Episcopus perquiri homines jubet, & inventos sibi præsentari. Qui auditi inquisitionis causâ siquam occultè parabant, sed preventi à quæstoribus trahuntur ad præsentiam Episcopi. Qui in aliis causis dehiscentis tunc plurimum occupatus, pauca ad tempus de fide illorum sciscitatus est: sentiensque eos quodam pravi dogmatis errore teneri, recludi in

custodiâ jubet usque in diem tertium; & die sequenti Clericis & Monachis indicit perjonium, ut eos divina gratia Catholicæ fidei perceptione respiciâ donaret.

Tertiâ verò die, quæ Dominica habebatur, signamentatus Episcopus cum suis Archidiaconis, paratis crucibus & textis evangelicis, circumfusi totius Clerici ac populi multitudine; Synodum celebrantem in ecclesiâ beate MARIÆ progrediatur, impolitæque antiphonâ *AVEAT DEUM*, totam Pâlmis hujus curiam expleverunt. Denique residente Episcopo in consistorio suo, & utrinque Abbatibus, Religiosis atque Archidiaconis, cæteri, quæ secundum unctionis sui gradum discumbentes, homines à custodia educti in medium introducuntur. Et in primo quidem Episcopus super his generaliter verbum suum ad populum. Deinde conversus ad istos: Quosdam est, usque, doctrina vestra, lex atque cultura, quæve auctor est disciplinæ vestre? Adulescentem, se esse audientes Gualdium captum ab Italia paribus viri, & ab eo evangelicis mandatis & apostolicis informatos, nullamque præter hanc Scripturam se recipere, sed hæc varlo & opere tenent. Verùm

Synodus celebrata.

Notitia quorundam hereticorum

quam ad notitiam Episcopi pervenerat, illos sacri Baptismatis mysterium penitus abhorere, dominici corporis & sanguinis Sacramentum respicere, negare lapsum penitentium post professionem proficere, Ecclesiam annullare, legimus commisit extiterit, nolum in sanctis Conulatoribus donum virtutis spectare, præter Apostolos & Martyres neminem debere venerari.

Refutatio

Illus Episcopus super hujusmodi interrogans: Quomodo, inquit, consequens est vos evangelica & apostolica instituta tenere, & contraria illis prædicare? Narrat namque textus evangelicus, quomodo Princeps Judæorum Nicodemus dum ex signis & miraculis JESU à Deo venisse coniteretur, continuo Dominus respondit, neminem hoc solo confessionis munere regnum caelorum posse merei, nisi renatus fuerit ex aqua & spiritu. Quod quidem regenerationis mysterium vos ut plenus recipere, aut evangelicis verbis contrarie necesse est, cum constat verè hæc JESU dixisse.

Responsiva responsionem

Ad hæc illi dederunt hujusmodi responsionem: Lex & disciplina nostra quam à Magistro accepimus, nec evangelicis decretis, nec apostolicis sanctionibus contrarie videtur, si quis eam diligenter velit intueri. Hæc namque hujusmodi est, mundum relinquere, carnis à concupiscentiis frangere, de laboribus manuum suarum victum parare, nulli læsionem querere, charitatem cunctis quos deus hujus nostri propulsi tenet, exhibere. Servata igitur hæc iustitia, nullam opus esse Baptismi prævaricatio verè ista, Baptismum ad nullam proficere solentem. Hæc est notitia justificationis summa, ad quam iusti est quod Baptismi usus superaddere possit, cum omnia apostolica & evangelica instituta hujusmodi sine claudatur. Si quis autem in Baptismate aliquod dicat latere Sacramentum, hoc tribus ex causis evacuat. Una, quia vita reproba Ministrorum, baptismus nullam potest prætere salutis remedium. Altera, quia quidquid vitiorum in fonte renouatur, postmodum in vitâ reiturum. Tertia, quia ad parvulum non volentem neque currentem, fidei nescium, suæque salutis atque utilitatis ignorum, in quem nulla regenerationis petrus, nulla haec potest incelle coactio, aliena voluntas, aliena fides, aliena confessio, nequaquam pertuere videtur.

Confessio

Quibus à contra Episcopus ait: Si huic iustitie vestre ad evangelicæ & apostolicæ institutione hæc attestantibus hæc fidei non aliunde sumpta verbis evacuat. Notum namque ex immaculata Virgine Dei Filium nulli peccati corruptioe infectum teneri, evangelicæ & apostolicæ testatur auctoritas: sed sicut Apostolus docet, ipse iustus est & iustificans omnia, non quod ipse extrinsecus donum iustitiae accepit, cuius participatione dicitur iustus; sed pater ipse & substantialiter iustus, ut necessarè in eo aliam & unam dicemus esse justitiam quod iustitiam: alioquin fallitur Apostolus in eo quod dicit, *iustificans omnia*. Nam si aliunde accepit, ut ipse sit iustus, inferiorior iustitiae & inferius est, quam is à quo accepit; nec erit iustificans omnia, sed ille à quo accepit, ut ipse & omnia iustificentur. Verum ipse à seipso accepit ut sit iustus & iustificet omnia, sine quo nullus sanctus, nullus etiam iustus, per quem omnes factum & iustum, & à quo omnis gratia & omne donum iustitiae descendit, sicut ait beatus Iacobus: *Omnes decem operam & omne donum proficium deservimus ab, descendit à Patre Iamsumo*. Quod autem à Patre Iamsumo descendit donum dicit, non te kardalinet, qui cum descendit à Patre, descendit & à Filio, qui ipse ait: *Ego & Pater unum sumus*. Jure igitur ait Apostolus,

Jan. 1. 27.

Jan. 10. 28.

quod ipse sit iustus & iustificans omnia: non comparat. quom iustus, ut possit augeri vel minus, sed immutabiliter & essentialiter iustus.

Veritatem tamen de tantis Dei Filius, sicut narrat Evangelia, vixit in Galilea in Jordanam ad Joannem, ut baptizetur ab eo. Cui, cum ex inimitate proprie conscientia ministerium recusat, ait Dominus: *Sine me le, sic enim decet nos omnem iustitiam implere*. Quod etiam? In quo erat totus plenitudo iustitiae, & immutabiliter & incomparabiliter iustus & iustificans cum nra erat: non quod ei aliquid à perfectâ iustitiâ deceret, ut ad impandam iustitiam materialis aquae fluentis & baptismatis ministerio indigeret? Porro in hoc baptismatis mysterio ad supplementam iustitiam indigebat, non perfectè iustus, nec iustificans omnia erat. Nihil enim impletur, nisi cui de summa plenitudine aliquid deficit. Plenitudo enim clementum non potest accipere, Iustus igitur non perfectè erat: quod nefas est de Deo judicare. Si autem iustus fuerat, nihil à Baptismo, quo suam supplicet iustitiam, accipere poterat: sed immutabiliter, & perfectè, & summe iustus erat: igitur baptizari non indigebat. Cur ergo dicebat, *Sic decet nos omnem iustitiam implere*? quia nec baptizari indigebat, nec iustitia quâ plenus redoundabat, quo suppleretur per Baptismum habebat? Indigebat certe, non sibi, sed nobis. Iustitiam querebat implere, non suam, sed nostram. Nam semper in aeterno ejus consilio namque genus humani reparatio, & discretis spirituales Sacramentorum obviavit, quo profecturum & necessarium ad nostram reparatorem erat effectum, hoc per manus dispensatorum visibiliter voluit administrari, sed invisibiliter operante Spiritu sancto imperi.

Cujus rei gratia plurima in sancta Ecclesia providus Dominus instituit Sacramenta, [è] quibus primum ad regenerationis mysterium intrat Baptismatis usum. Porro Baptismus Graeco, Latine tunc interpretatur, qui sibi homo spiritus gratiae in melius immutat, & longè aliud quam fuit, efficitur. Præter eum ferè eadem deformitate peccatorum, in ipsâ tinctio reddimur pulchri dealbatione virtutum. Cuius mysterium non alter, nisi sub Trinitatis designatione, ut est, Pater & Filius & Spiritus sancti eognominatione, completur. Unde Dominus ad Discipulos, *Ita*, inquit, *decet omnes gentes, baptizantur eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Quod quidem mysterium à secretis virtutibus, vel à sacris Sacramentum dicitur: quod ideo prae Ecclesiam fructuosè agitur, quia sanctus in eo descendens Spiritus, eundem Sacramenti latenter operatur effectum. Unde sic per bonos, seu per malos ministros intra Ecclesiam dispensatur, tamen quia Spiritus sanctus mysticè illud vivificat, nec honorum meritis amplificatur, nec malorum virtutis attenuatur: quia *neque qui plantat, aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. Unde & ipse Minister super baptismatum non dicit, *Ego*, sed *Deus omnipotens Pater Domini nostri Jesu Christi, qui et generavit ex aqua & Spiritu sancto, quoque dedit tibi remissionem omnium peccatorum: ipse te lavavit christumate salvus in vitam aeternam*. Quod in re perspicuum est, quia vita Ministris nihil derogat his qui de Spiritu sancto concipiunt virtutum sanctificationes, perfectam cum inter ceteros Discipulos Judam suarum Domini tradidit baptizasse legimus; & cum rebaptizatos omnes à Discipulis Domini fuisse, quos Joannes Baptista in aqua baptizaverat, sciamus; nullum tamen quem Judas baptizasset, iterato fonte ablutum reperimus. Nam si improba vita traditoris noncasset baptizandis, nequaquam ille, qui omnes venerat salvare,

Cuius Christi baptizati volunt

Act. 1. 27.

164.

Baptismi institutio & effectus

1. Cor. 3. 7.

pariter

patetur in illo solo Baptisma perire. Sed quia malitia hominis non potest immuare divine opus virtutis, noluit repetere quod homo ministraverat, Spiritus sanctificaverat. Porro testante divina Scriptura, adivinis Reges magnos fuisse in Jerusalem, qui administrabant res quasdam pertinentes ad Babylonum, quosdam vero cives Babylonis administrasse in Jerusalem. Sic itaque novimus civis bonae civitatis administrasse res male civitatis, & contra civis male civitatis administrasse res bonae civitatis. Si ergo res publica bonae civitatis per cives Babylonis sine sui corruptione administrari potuit; quanto magis Sacramentum quod vim sanctificationis per invisibilem sancti Spiritus operationem concipit, à pravis Ministris non corrumptur, cum aliud sit quod exterius agitur, exhibente Ministro, aliud sit quod interior vivitur, animante Spiritu sancto. Iode est quod cum Joannes in Evangelio diceret, quia audieram Pharisei, quod Jesus baptizabat, quomodo ipse non baptizaret, sed discipuli ejus; in hoc quamdam operantis Dei & administratoris officii discretionem voluit intelligi: videlicet ut in eo quod JESUM dicit baptizare, invisibilem divine virtutis insinuat operationem; in eo vero quod subdidit, quomodo JESUS non baptizaret, sed Discipuli ejus, non de operante virtute, sed de visibili executionem administratione dictum intelligatur. Igitur in baptizandis fidelibus aliud est quod invisibiliter efficitur per Spiritum operantem, aliud quod visibiliter exhibetur per Ministrum obloquentem.

Quod autem per materiam quam Baptisma datur, hæc ratio est. Voluit enim Dominus ut res illa invisibilis per congruentem, sed profecto tractabilem rem & visibilem suspenderet elementum; super quod Spiritus sanctus ferberat in principio. Nam sicut per aquam purgatur exterius corpus, ita latenter ejus mysterio purgatur & animus. Invocato enim Deo descendit Spiritus sanctus de caelis, & medicatis aquis sanctificat eas de semetipso, & accipit vim purgationis, ut in ea caro & anima delictis inquinata mundetur. Et sic in morte Christi & in resurrectione ejus, potentia Baptismatis novam creaturam condit ex vetere, ut in renascitibus & mores Christi operetur & vita, dicente beato Apostolo: *An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo JESU, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte, ut quomodo surrexit Christus per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulemus.* Unde notandum, quia in Baptismatis regula & mors intervenit interfectione peccati, & sepulturam traluanam immatur trina demeritio, & ab aquis elevato resurgens instat est de sepulcro. Deinde vero sacri christinatus unctioe perfunditur infans, ex cuius nomine Christus dicitur, & homo post lavacrum sanctificatur. Nam sicut in Baptismo peccatorum remissio datur, ita per unctioem Spiritus adhibetur. Quæ licet carnaliter admittitur, spiritaliter tamen proficit: sicut & ipsa Baptismi gratia, visibilis actus est, quod in aqua intrinsum; sed spiritaliter efficitur, quod delictis mundamur. Manus impositio ideo fit, ut per benedictionem advocatus invitetur Spiritus sanctus. Tunc enim Patricius post mundata corpora libens à Patre descendit, & quasi super Baptismi aquam velut super præstimam sedem recognoscens quædam. Nam legitur, quia in principio Spiritus Dei ferebatur super aquam.

Hoc est primum nostre reparationis Sacramentum, ad quod confirmandum Dominus nullius indigeo remissione peccati, nec remedio renascendi, cum non habent quod aquis potuisset mundari,

Tom. I.

tamen ad Joannem aquis Jordanis baptizandus, sicut Evangelista docet, testificavit. Cui recalcanti ait: *Sine modo, sic enim decem nos amem implere iustitiam.* Ac si diceret, exemplum præbere omnis iustitie, ut videlicet desinat omnes fideles neminem posse abique Baptismo iustificari; quamvis innocenter ac iuste vivat. Joannes vero ait: *Et ego nesciam eum.* Ac si diceret, ignoravit eum primum: sed videns eum sibi retinere Baptisma, intellexi quia hæc erat qui baptizaturus erat in Spiritu sancto, & [in] remissionem peccatorum. Sicut ipse dixit: *Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super se, iste est qui baptizat in Spiritu sancto.* Quare notandum est, quia impossibile est quemquam ad perfectum iustitie sine regenerationis aquæ mysterio aspirare, maxime cum opera iustitie hanc gratiam Cornelio Cæsariensi dare non poterint, donec eum cum omni familia sua salutaris undi Petrus innovavit, super quos Spiritus sanctus ante Baptisma in inausito præteritis gratie exemplo cecidit: ut hac mansueti Dei virtute animatus Petrus regnum Dei gentibus aperiret, quoniam cum ceteris discipulis, ne in viam gentium abiret, Dominus ante monuerat.

Quod cum ita sit, profectò in hoc vobis repugnare convincimus, quod evangelica vos & apostolica præcepta tenere dicitis, & his contraria predicatis. Nam & Evangelista refert, quia JESUS venit & discipuli ejus in Judæam, & ibi demorabatur cum eis, & baptizabat. Qui Baptismi Sacramentum, & regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ejus profuerunt sanguis redemptionis, & aqua Baptismatis. Unde Joannes Apostolus: *Tres sunt, inquit, qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua & sanguis.* Petrus vero, qui primum in Ecclesiæ Dominus contulerat, dum credentium numerum promissis sancti Spiritus replevit adveotus, tria milia hominum sua predicatione convertorum aqua Baptismatis consecravit, sicut Lucas testatur, dicens: *Hu auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & reliquos Apostolos: Quod fecimus, viri fratres? Petrus vero ad illos: Pro conversionem, inquit, agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine JESU CHRISTI in remissionem peccatorum; & accipietis Spiritum sanctum.* Aliis etiam pluribus verbis exhortabatur eos, dicens: *Substanti à generatione ipsa prævidi.* Qui ergo receperit sermonem ejus, baptizati sunt, & apostolice sunt anime in illa die circiter tria milia. Paulus etiam, cujus vos doctrinam tenere profitemini, divine injuriæ peris affectus, ab Anania baptizatus est: qui & ipse postmodum Crispum & Gaium & Stephanum domum se baptizasse dicit. Philippus etiam Eunuchum Candace Regine ad Jerusalem redeuntem in aqua baptizavit, sicut liber Apostolicus indicat. Quam ab Apostolis traditionem Catholica adhuc servat Ecclesia.

Unde colligitur, quia quamlibet iustè & innocenter quis visetur vivere, & verum tamen abique divini fontis lavacro non possit. Verum utcumque originalis culpa, aut propriæ actionis reatu tenetur adstrictus, tamen fonte renatus, mundus, & totius peccati fonte purgatus, adeo innovatur, ut qui filius diaboli in fonte descendere, filius Dei renatus ascendat; & qui filius prævaricationis descendere, filius reconciliationis ascendat. Et ut contra colligam, qualem primam hominem ex virgine terre massa sicut sapientia Cæcilius, talem etiam hunc ex purificato fonte utero produxit clementia Redemptoris. Quod contra insidèles garrire solent, dicentes, primus hominem, si non peccasset, immortalitatis munere donatum; istum vero, quam-

H H b

Mat. 3. 17.

Joan. 1. 33. 31.

Ibid. v. 33.

Ibid. 3. 22.

1. Joan. 5. 8.

Act. 8. 17. 18.

Ibid. v. 40.

libet iuste & innocenter vivat, nequaquam tamen posse mortis vitæ postremam, & ideo multum repugnare à vero, ut qualem ille fuerit factus à Conditor, talis & hic regreteret ex fonte. Quam eorum repugnantiam facile est inspicere ad consequentem, si quis divinæ pietatis continim confidat potestati. Nam ex uno eodemque fonte divinæ rationis descendit, & quod illum immortalem mirabiliter creaverat, & quod illum morti obnoxium misericorditer reformaverat. Porro facile fuerit illum immortalitati gloriæ donari tamquam & illum, si fuisset in contumacia. Sed quia dum illum libera voluntas, & mortalitatis fecerit decepti, per prævaricationis culpam traxit ad mortem; illum, ne ipse immortalitatis deceptus, temporibus deliciis adentibus amittat, per inevitabilem mortis eventum invitat ad vitam vitam. Quia verò ille mortis securus, auctore contempto, aurem aperuit (suafori & superbi) adiacam unè petuit: hunc pietas Redemptoris vobis suspensam morte tenet, ut per humilitatis cultodiam vitaret hostem, audiret Conditorum, si que ad supras concideret. Nihil igitur repugnat à vero, talem quem regeneratum ex fonte, quem mors invitat ad vitam; qualem illum, si non peccasset, formatum, quem mors de immortalitate præsumptio cogit subire mortis ratham.

Sed fortasse objicitur, quantum est pernitenti donata immortalitas, ex qua rursus causam veatorum Conditor non ignorat. Multum quidem ei contulerat, ut videret si sine peccato manere voluisset, & mortem non gustaret, & tam ipse quam ejus progenies. Angelos semper haberet concives. Sed dum præceptum neglexit Conditoris, ipsa sua libertate deceptus, à paradiso seclusus, in ignotis partibus sui generis posteritatem transposuit, atque pernam, quam ipse prævaricationis eius exceperat, generando transfudit in posterum: de qua non potuisset erui, nisi cum Christus sua adventu relevasset; qui per novæ regenerationis mysterium, omne præteritum vitium sua Baptismatis lavacro purgavit, & istum præstare libertatem reformavit. Ignat ad vivandam improbi sollicitudinis tentamina, cum primùm parvuli live juvenes ad regenerationis veniunt Sacramenta, oon prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis & sufflationibus Sacerdotum ab eis spiritus immundus abigatur: ut verè appareat quomodo principis mundi hujus ejiciatur foras, & prius alligatur fortis, & vasa ejus diripiuntur transfata in possessionem victoris, qui captivam ducit captivitatem, & dat dona hominibus.

Quod si refugis credere, ut qui parvulum fidei nescium, siueque fidei ignarum, nec r. g. urationis curam habentem, de fonte suscipiant, eorum fides aut consilio illi puro nequaquam proficiat: consequitur, ut nec paralytico offerentium fidem profunde credito, de quo Evangelista dicit, quia *audens Je us fidei istum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Sed nec illud recipiendum æstimatur, quod in Evangelio legitur de muliere Chananæ, ut fides ejus ad impetrandam salutem filii profuerit. Porro alius Evangelista dicit, quod offerbant JESU parvulos, ut manus eis imponeret, & complexus eos, & impositis manibus, benedicebat eos. Quia in re datur intelligi quia non parvulorum fides, que adhuc nulla fuerat, sed offerentium fidelis credulitas, ut parvuli benedicerentur, obtinerent, sicut Dominus dicit extoritur pro salute servi postulanti: *Pa le, & fides credidisti, fili tibi: & sanatus est puer in illa hora.*

Denique vos, qui nihil in sanctâ Ecclesiâ corporaliter gerendum arboramini, ut in hoc flagratissimo mysterio aqua, oleum, chrismale, Sacerdotis officium, & cætera que usque hodie Catholica servat Ecclesiâ: vos, inquam, rogo, quid sibi vult illa materialis aquæ allusio, quam lavandis pedibus invicem exhibere soletis? Nam si hoc ab Evangelio vos accepit dicitis, ut qui Dominus Discipulorum pedes lavans, hoc illis exemplum reliquit legitur, & vos quoque hujus rei grati facere vos invicem dicatis: istum est, imò sacrilegum cætera & multo majora repudiare, que ab ipso verum admodum sunt constituta, ab Evangelio enuntiat, ab Apostolis tradita, sine quibus nostræ salutis plenitudo non potest consistere: que quidem ipse Dominus & ante resurrectionem, & post resurrectionem Discipulis suis servanda iussit.

#### De Corpore & Sanguine Domini.

**F**uerant certè satis que de his dici poterant, si horæ suppetet. ut: sed qua dicit ad occasum declinat, ad præterita quæcumque redire; jam nunc his omnibus, transitum faciamus ad illud sacramentum & unumquodque corporis & sanguinis sacramentum, quod vos ad vitam consideremus, nisi rursus ita, ad vitam divinam & apostolicam traditam in supponantur, evitare tentatis. Quod quidem mysterium, quale quantumcumque in se continet, condus virtutis, impossibilis est humanæ rationis intuitu perferotari. Quod anima ultra hominem est, nisi sensum homini non potest coherere. Non igitur sufficit illud facundia humana comprehendere: hoc enim illud sanctum & admirabile commercium, per quod terrenis celestibus junguntur, inferna poliuntur, paradisi aperitur, homo eam antiquo hortolocatur: per quod etiam Angeli recognoscunt hominem concivem suam, & super se positum adorant hominem Deum. Verum eos, quia tempus commonet, quantum nostræ fragilitatis sensus percipit, illius, de quo loquimur, gratia consili edicimus.

Sacramentum dicitur quasi sacramentum factum, quod præce mysticæ consecratur in memortiam pro nobis dominicæ Passionis. Unde hoc ipso jubente corpus Christi & sanguinem edicimus, quod dum fit ex fructibus terræ, sanctificatur, & hoc sacramentum operante invisibiliter spiritus Dei. Quod quidem ideo sacramentum esse dicimus, quia tamquam vitium nobis in introducens ad contemplationem æternitatis. Cujus panis & calicis Sacramentum Græci Eucharistiam dicunt, quod Latine bona gratia interpretatur. Quod enim melius corpore & sanguine Christi? Quod quidem sacrificium, dum de pane & vino cum aqua mixto, ineffabilis sanctificatio, cruce & verbis illius in altari consecratur, dumque Passionis & Resurrectionis ejus, atque in celum Ascensionis ibidem salutifera memoria agitur, verum ac proprium corpus ipsius Domini nostræ JESU CHRISTI, & sanguis veros ac proprios efficitur, quamvis aliud esse videatur. Videtur namque panis materialis, sed verissimè efficitur corpus Christi, sicut ipsa eadem Veritate attestante didicimus. Nam ipsa nocte quâ sponte per Passionis mysterium corpus suum pro nobis in mortem tradidit erat, sicut Evangelista refert: *Accipit panem, & benedixit, ac fregit, deditque Discipulis suis: Accus: Sumus: hoc est corpus meum. Similiter & calicem accepit, benedixit, & dedit Discipulis suis: Accus: Bibite ex hoc omnes, hoc est calix novi Testamenti,*

#### CAPUT II.

Obj. 2.

R. 2.

Mat. 9. 4.

Ibid. 1. 27.

Mat. 24. 27.  
Mat. 24. 29  
27. 24.

Luc. 22. 19. 20.

b & superbi) Locis corruptis: fortè & superbia audo. id perit.

qui pro multis fundetur in veniosum peccatorum. Quod verbū subdit, hoc facite in vitam communitatem, ad hoc retinet, quod per ministerium Sacramentum quotidie à fidelibus fieri mandavit, dum Passionis hinc memoria agitur, & sub sacramento communicatio carnis & sanguinis panis sanctus & calix confectur. Ad hanc spiritalem alimoniam, ad hoc mylticum & divinum epulam nos Dominus invitavit, tantamque mercedem sumendi hujus alimentis nobis indicat, ut alter in nobis vitam habere non possimus, nisi eorum ejus manducaverimus, & sanguinem biberimus.

Sed fortasse aliquis nimis carnaliter hoc audiens obijcit, neminem posse vitam habere in sermone, cum Christus carnem, quam proprio gestabat corpore, nemini edendam erogasse, sed perfectio & integro corpore eorum penetrasse legatur; aut certe, quod nefas dictū est, Dominum in hoc verbo culpam mendaci subulisse, cum multi vitam in se habere videntur, qui carnem aut sanguinem ejus gustasse aliquando se non meminerunt. Quod nos, Deo volente, tali modo solvimus. Possunt quidem homines sine hoc cibo temporalem hanc vitam in presentis seculo habere; æternam verbò vitam habere nequeant, quæ solis fidelibus carnis & sanguinis Christi dignè fumentibus promittitur. Unde et ipse dicit: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis vinum sanguinis, non habebitis vitam in vobis: vitam videlicet æternæ, ipsam Christum, qui alibi dicit: Ego sum vita, veritas & vita.* Filium verbò hominis se dicitur, cujus corpus quoties per Accedentes immolatur ut altari. De quo Apostolus ait: *Panis quem frangimus, non est corpus Domini est? Et calix qui benedicimus, non est communicatio sanguinis Domini est?* Unde cum Dominus diceret: *Ego sum panis verus, qui de celo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum; laudabam Israel ad invicem dixerunt: Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Non enim hunc panem intelligebant, audientes carnem exhorrescebant; non enim erant membra Christi, idcirco scandalizabant in carne Christi. Sed & sacris Discipuli verba ejus carnaliter accipientes dixerunt: Durus est hic sermo, quos post tum audire? respondit Dominus: *Hoc est sermo scilicet: Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius; suspensa, & quasi deserta oratio fuit. Putabant enim Discipuli, Christum carnem quæ usurus erat, particulam incensam credentibus distributam, & quasi hoc contrà naturam esset hominum (videlicet humanam carnem in cibum sumere); quasi de se difficultatē & impossibilitatem dixerunt: Durus est hic sermo, quos post tum audire? Unde & Dominus: *Si, inquit, videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius: subsidendum, tunc videbitis, quis non eo modo quo putatis, meam carnem credentibus distribuo, sed spirituali gratia me illis dando, ipsos in meum corpus transfundo: de hæc gratia non consumitur ministris, nec dentibus scitur, sed attentionis hominis palato, hoc est, ratione & intellectu mentis percipitur. Unde & communicatio domini corporis, sicut supra duximus, Græco quidem, sed Latinis usitato sermone Eucharistia, id est, bona gratia appellatur. Videtur enim sanctus ille panis, quo corpus Domini consecratur, & visibiliter ore percipitur; sed virtus Dei Verbi, id est, divinitas, quæ summa percipientis sanctificatur, videri non potest. Ascendit ergo Christus perfectio corpore suo, & reliquit nubes Sacramentum corporis sui. Denique nec potaretur sibi in isto cibo & potu sic promitti vitam æternam, ut jam nec corpore moreretur,***

cum dixeret, *Qui manducat meam carnem;* continud subponit: *Et ego resuscitabo eum in novissimo die.* Nam qui dignè carnem Christi comedit, & sanguinem ejus bibit, licet mortuus corpore, & interitum secundum spiritum vitam æternam. Quod verbò ad corpus attinet, nec ipsum vitæ æternæ frandebatur, quia resuscitabitur in novissimo die, ultra jam non moriturus. Hoc igitur modo Veritatis sermo sine culpa meorum fuit, dicens neminem vitam in se habere, nisi qui communicandæ carnis ejus & sanguinis spiritualibus alimentis pasceretur.

Poterat verbò illud infirmis auditoribus hæc sententia contrarium videri, quod subditur: *Caro non predesti quidem;* cum suspensio nullum vitam habere in se dixeret sine perceptione carnis sui. Sed ita intelligendum est; si carnaliter verba meo intelligere vultis, ut sic carnem meam ficut alium cibum manducetis, caro nihil vobis prodest.

Qui enim potest ita suum corpus per tot ecclesias in toto orbe diffusas distribuere, per tam innumerabiles populos & longa tempora, singulis diebus, singulis hominibus sumendum distribuere, & nunquam deficere?

Quo contrà vobis respondemus, dum fidem evangelicam & traditionem apostolicam vobis fateriamur. Verbum quod in principio erat apud Deum, id caro factum in fine temporum, quomodo totum cum Patre fuit semper, & totum se clausit in utero Virginis? Si totus in Virgine, quomodo totus cum Patre? Sed audi tante virtutis mysterium. Ascensus in eorum Dei Filii. Discipulis pro discipulis ejus sollicitus promittit se mansurum cum eis omnibus diebus usque ad consummationem seculi, quibus paulo ante prædixit se ire ad Patrem. Quod quidem refugere credere humanus intellectus, nisi virtus discretionis adhibeatur. Homo namque corpore circumscriptus in loco manere, & à loco discedere, nisi per successum temporis, non potest. Æterna verbò Dei essentia sicut nec tempore angustatur, ita nec loco contrahitur; sicut enim semper est, ita semper ubique est. Manere igitur ejus est, nulli omnino loco desisse; redire verbò, est, corpus in terris sumptum ab eis subtrahere. Manere ergo cum illis, & ite ad Patrem se dicitur, dum corpus quod corruptibile induerat, jam incorruptionis gloria sublimatum ad caelos evelit, & per majestatis præsentiam, ubique se cum illis mansuram promittit. Qui ergo ad Patrem, cum quo semper est, vivit, & cum Discipulis manet, non impossibile est corpus, quod æternum & incorruptibile est, & in caelis servare, & in terra communicandum nobis corporis sui Sacramentum præbere.

Quod verbò in tot partibus, temporibus, populis, hominibus quotidie sumptum & non immutatum obijcit, nullum incredulitatis scandalum parat, si quo fidei oculis intueri velit, quod ait Dominus, dum porrigeret illis panem & calicem, dicens: *Hoc facite in meam communitatem.* Semel namque Christus passus, semel mortuus, quoties in Ecclesiis nobis patitur, quoties nobis moritur, dum ipso jubente sacrosanctæ Passionis ejus memoria agitur, & per Sacerdotum ministerium salutaria corporis ejus & sanguinis mysteria renovantur. Quæ invisibiliter eodem Spiritu vivificatur, quo operante in utero Virginis incarnatus est Dei Filius. Quod quidem ex verbis beati Andrea Apostoli intelligitur, cujus vos doctrinam inter ceteros Apostolos imitari profitemini; qui cum ad sacrificium idolorum compelleretur, ait: Omnipotenti Deo qui unus & verus est, ego omni de sacrificio, non thuris fumum, nec taurorum magnificentiam carnes, nec hircorum,

184, v. 11.

Joan. 6. 44.

Objectio.

Responsio.

« sanguinem, sed immaculatam sanguinem quoti-  
 « de in altari crucis factico: ejus carnem postea  
 « quàm omnis populus videntiam manduca verit,  
 « & ejus sanguinem liberit, Agnus, qui sacrificia-  
 « tus est, integer pervenerat & vivus. Et cum verè  
 « factus sit, & verè ejus carne manducatae sint  
 « populo, & verè sanguis ejus bibitus; tamen,  
 « ut dixi, integer permanet, & immaculatus & vivus.  
 « Interrogante verò Agnes, quomodo fieri possit, ut  
 « occisus vivret Agnos, sacrificatus verò & comestus,  
 « quomodo integer & immaculatus permaneret: Apo-  
 « stolus respondit, si Discipuli formam imitatus  
 « crederet, facile ad discendum; sin autem, ad in-  
 « dignum veritatis non posse attingere. Quod &  
 « vobis quoque impossibile est intueri, nisi deposita  
 « incredulitatis rigore formam hincque Discipulorum  
 « recerpitis. Verum qui hoc fidei oculis utendum  
 « docemus, si quem magis vultis edificari, quam  
 « involvibilem virtus accendat, pauca de multis edo-  
 « imus, quæ Dominus ad corroborandas mentes car-  
 « nalium oculis carnis contuenda, de hoc ipso corpo-  
 « ris sui & sanguinis Sacramento dignatus est of-  
 « feredere.

Tempore namque quo beatus Gregorius Romanæ  
 Ecclesiæ pastoralis curæ deserviebat, quaedam mater-  
 « fualibus religionis studio oblationes facere, & summo  
 « Pontifici ad Ecclesiæ familiariter offerre con-  
 « sueverat. Quæ eam ex more quâdam die ad commu-  
 « nicandum de manus Episcopi ordine suo accedert,  
 « & illa Pontifex dominicæ portione corpora porrige-  
 « rit, dicens: Corpus Domini nostri JESU-CHRISTI  
 « pro fit tibi in remissionem peccatorum & vitam æ-  
 « ternam; & fubdit. Quod vir Dei utrens, commu-  
 « nicationem retrahit, & separatim super altare repositam  
 « Diacono servandam, dum cæten communicarent, ut  
 « ad corroborandam fidem matorum manifeste, sic  
 « virtus indicio materia incredulitatem conspiceret.  
 « Quod & factum est. Surgentibus autem cunctis ab  
 « oratione, & ad decedendum ecclesie spectaculam  
 « compræsentibus, dominus Episcopus corporalem  
 « palam revelat, & universo populo & muliere con-  
 « tuente partem digni particularis sanguinis orientatam  
 « invenit, & conversus ad mulierem dixit: Vel nunc  
 « experta davis virtutis miraculam, ne differas adire  
 « Veritatem dicentem: Panis quem ego do, caro mea  
 « est, & sanguis meus verè est potus. Sed præcibus  
 « Conditor inimitabilis nostræ, poeritate, quæ cuncta  
 « fecit ex obolo, & corpus sibi ex carne Virginis, ope-  
 « rante Spiritu sancto, fibravit, panem & vinum  
 « aquâ mixtum, propriâ manente specie, in carnem  
 « & sanguinem: suam ad catholicam præcæm, ob repa-  
 « rationem nostram, Spiritus sui sanctificatione, con-  
 « vertit. Denique omnes rursim in orationem prostra-  
 « ti, divinum potentiam exorant, ut sanctum myste-  
 « rium in præsum formam converterat, quatenus ad  
 « suscipiendum mulier fiat possibile. Quod & factum est.  
 « Consecrata igitur mulier dominicæ corporis partici-  
 « pationem, postea in sanctâ religione & fide, & omnes  
 « qui aderant, in amore Christi & credulitate fer-  
 « ventes proficerebant.

Alio quoque tempore quidam vir nobilissimus,  
 atque juxta sæculum potentissimus, à beato Gre-  
 « gorio reliquias beatorum Apostolorum & Martyrum  
 « petiit sibi transmitti. Erant enim Episcopo fundaris,  
 « & erga Dei actum per admoitionem ejus sufficere-

ter imbutus. Nonnihil igitur Legatos suscipiens,  
 aliquandâ secum morari fecit. Memorias igitur Apo-  
 « stolorum & Martyrum pro hujusmodi negotio agens,  
 « dum reliquias conferendo Miffarum solemnem ce-  
 « lebraverat, dividit, & singulis lingulam buxii  
 « imposit, quas sigillis manibus Legatus tradit: &  
 « sic proficiscuntur. Qui dum iter carperent, & quid  
 « secum ferret, ignorant, ceperunt curiosus se  
 « ipsos reprehendere, quòd quid Domino portabant,  
 « penitus ignorarent. Quid longius moramur? Fractis  
 « sigillis & apertis bustulis, nihil aliud nisi panos con-  
 « templantur. Indignati igitur Romam redeunt, ac-  
 « culantur Episcopum, quòd sui domini petitionem,  
 « & sui itineris laborem cum parvi estimaret,  
 « & sui reliquias panos ei misisset, tamquam hujusmodi  
 « genus apud se non inveniri possent. Quorum stulti-  
 « tiam Episcopus patienter ferens, eos celebrandis mys-  
 « teris jubet interesse. Ut autem ad locum sermone  
 « ventum est, suadet populo Deigratum & Sancto-  
 « rum exorare, ut suæ virtutis potentiam in hac re  
 « dignetur ostendere, quatenus quid fides mereretur,  
 « ignorantis agnoscerent. Datâ igitur oratione, & ab  
 « eo qui signa fregerat, accepto cultello, super altare  
 « sancti Petri unum ex panis per medium pungen-  
 « scavit, ex quo, visis mirabile; sanguis effluens,  
 « omnes eadem panis particulam cruenta vit. Stupen-  
 « dentibus Legatis & cæten qui aderant, super arcum  
 « factæ fidei miraculam, dixit ad eos beatus Epi-  
 « scopus, qui sacras reliquias parvularum: Sci-  
 « tote, fratres, qui in coniectione dominicæ corpo-  
 « ris & sanguinis cum ob sanctificationem reliquiarum  
 « in honore Apostolorum & Martyrum Christi, quibus  
 « species alter assignabantur, supra sanctum altare  
 « libamina offerrebantur, semper illorum sanguis hos  
 « panos intravit, qui effusus est pro nomine Domini  
 « nostri JESU-CHRISTI. Sic itaque adificatos in  
 « fide Legatos sanctus Gregorius ad dominum suum  
 « gaudens remisit.

Pensate igitur, si sanguis Martyrum Christi in eo-  
 « rum memoria panos intravit, quanto magis san-  
 « guis Christi & corpus in se transformant panem fan-  
 « ctum & vinum, quoties dominicæ Passionis memo-  
 « ria agitur. Superest aliud dicendum, quòd quidam  
 « miricum, & ad incredulitatem malorum consue-  
 « ndam est proficuum.

Quidam vir virtute venerabilis PETERS nomine,  
 Monachorum gregem curâ pervigili servabat: ejus  
 « de virtutibus & miraculis efflet latis ad loquendum.  
 « Sed quod ad præsens negotium attentius altiter oc-  
 « currit, usum audire. Hic dum quâdam die ex more  
 « sacrosancto altari humilis devotio obflaret, & Mis-  
 « sarum solemniam celebrans, dominicæ corporis &  
 « sanguinis veneranda mysteria consecraret: ut ventum  
 « est ad horam tractionis, vidit subitò quòd & fideliter  
 « credendum, & creduliter se admirandum, ad  
 « est, sanctificati panis portiones in infantem trans-  
 « formari, & Angelum Domini particulam ipsam di-  
 « videre: mantello veritatis iudicio, qui verum  
 « Christi corpus & sanguis est, quòd sub Sacramento  
 « communicandæ carnis & sanguinis de altari sumi-  
 « mus. Sæpe etiam dum hæc sacra mysteria celebrantur,  
 « visum est à pluribus Anglorum choros men-  
 « sam altaris, in quo sancta consecrantur, ambere,  
 « tamquam multes in obsequio sui Regis adstantes.

Talibus dictis Domini Episcopi, omnes qui cir-  
 « ambabant fideles, lacrymis obortis, Dei virtutem  
 « & Dei misericordiam laudabant. Et conversus ad  
 « eos qui adstantem hæreticâ pravitate sedebat: Dice-  
 « te, inquit, si quid habetis quo hæc rellenda ar-  
 « boretis. Ad illi gravitate verborum, & cerebellum  
 « virtute magnalium stupescit, vultibusque demissis,

quamdam penitentiam similitudinem preferentes, & ex alto suspirantes, gemunt unà dederunt, dicentes, nihil hic se nisi divinum audire, & quod se mentes & penè linguae faceret. Corruentque in terrâ, timentis peccatoribus culpam latentur. Eicvantem autem [vocem] Dei se patientiam ducunt admirari, qui tamdiu eos ad ignominiam Christiani nominis toleraverat; nullam sui erroris veniam posse sperare, qui tanto incredulitatis profundo non se solos ignemiserant, sed & alios quamplures ejusdem ruinae præcipitâ necaverant. Quibus Episcopus ait: Qui lapsus huc usque venire fecimam interdixistis, nec ullum in penitentia reconciliationis fructum sperandum judicatis, durum est id vobis spectare ab eo qui peccantes vocat in penitentia, & gaudet potius super uno penitente, quam supra nonniginta novem justis, nisi melioret fidei pretio id ab eo Redderitis querere, qui certè penitentibus semper suæ misericordiae finem paravit esse aperire. Si autem perfidie vestra duritiam Catholicæ fidei perceptione rejicitis, & deposito incredulitatis rigore fidei Christianæ documenta suscipitis, confidenter vobis à Deo veniam promitto.

*De sanctâ Ecclesiâ, quæ est domus Dei.*

**S**ed latere in vobis adhuc quasi iam infidelitatis te-  
nebre permiscitis, nullam supernæ lucis visitationem sperare potestis. Hæc sunt enim tenebræ, quæ vos infidelitatis caritate damnatos censet sanctam Dei Ecclesiam erigere, & domum Dei viri ignominiosis verborum icibus impugnant faciant, dicentes in Templo Dei nihil esse, quod sit aliquo cultu religio-  
nis dignum magis quam proprii domicilii cubiculum, ubique in eo sanctum præter camenta & lapides artificum opere digestos, sed & mensam Domini, in quâ corpus & sanguis ejus libamina offerantur, nullum in se aliud præter accervum lapidum retinere sacramentum. De quibus si ea quæ paulo ante de corpore & sanguine ipsius præmissimus, hæditer teneantur, nihil est quod humana mens jure dubitare possit. Sicut enim Dominus & Redemptor noster in his sanctificandis mysteriis, quibus ex rebus concubentur specialiter, quibusve ministris consecrarentur, instituit, ita & quo in loco specialiter sacrificarentur, elegit, id est, in Ecclesiâ sanctâ, quæ domus Dei specialiter appellatur, quia veri sacrificii extrâ catholicam Ecclesiam non est locus. Hæc enim [locus] divinis cultibus agendis est consecratus. De quo ipse Dominus ait: *Domus mea, domus orationis vocabitur.* In hoc enim quadragesimo suæ natiuitatis die puer cum hostis offerri voluit: in hoc enim Simcon longi desiderii compos suscepit: In hoc Anna Prophetissa Redemptorem Israël cognovit, cui quidem ad insignie sancti propolis & visuales castissime constantiam, hoc singulariter ex evangelicâ lectione crevit in kindem, quod non dicebat de Templo. Denique Dominus duodenis puer, ignorante matre & cognatis, remansit in Templo. Unde ipse requiritibus ait: *Quid est quod me quaerebat? Nesciebat, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Appropinquante verd horâ Passionis suæ, Jerusalem adiens, statim intravit in Templum, formam nobis religiosæ conversationis, quam sequi debeamus, ostendens: videlicet ut cum oppidum, aut castellum, sive aliquem locum, ubi domus orationis Deo sit consecrata, ingredimur, præus ad illam festinare debemus, ubi orationis nostræ vota solventes, nosmetipsos Deo commendemus. Ingressus igitur in Templum, cepit

ejicere vendentes in eo & ementes, dicens: *Domus mea domus orationis est.* Domus illa Dei ad hoc à Salomone primùm, & postea à Jesu Sacerdote, & Zorobabel constructa fuerat, non quod Deus in mutatis templis habet; sed ut ibi nomen ejus invocaretur, ibique devotæ plebis orationes audiret, vota susciperet, munera & orationes acceptaret. De quo paulo post Evangelista dicit: *Quia accerserunt ad eum cæci & claudes, & curavit eos in Templo.* Ejecit namque indignos & profanatoribus Templi, cæcos & claudes in eo sanavit: non quod in plebâ, aut in civitate curatiois ei gratia defuisset; sed certâ causâ mysterii suæ virtutis potentiam exercuit, ut profecibâ ostenderet præter Ecclesiam nemini locum patere salutis, [&] istum esse locum, in quo uberius divina beneficia quaerentibus donantur. In hoc publicanus peccator advenit, justitiam redidit. De hoc etiam dicit liber Apostolicus, quia *quotidie perdebatur unanimes in Templo.* Et paulo post: *Petrus & Joannes ascendunt in Templum ad horam orationis nominis.* De hoc Dominus ait: *Domus homines ascendunt in Templum et orantur.* Porò infirmus quem diuturno languore tabescentem Dominus sanaverat super probatam piscinam, suæ salutis auctorem nequaquam agnoscere potuit in turbâ sedentem, donec cum JESU invenit in Templo, ibique se recognosci voluit: aperit docens, ut in gratiam Conditoris nostri cognoscere, & ad ejus vitionem desiderium pervenire, conflagumus devoti ad Templum Dei, ubi illi de percepti beneficii gratias agere, & percipiendi exortare satagamus, nolique ipsos templum Dei, in quo misericorditer venire, & mantiosam facere dignetur, præparare curemus.

Hæc semper familiaris fuerat consuetudo Domini, ut in quacumque civitate introisset, statim diverteret in Templum. Unde Joannes Evangelista: *Perrexit JESUS in manem Olivæ, & discalceatum venit in Templum.* Et Lucas Evangelista: *Intravit JESUS in sanctuam consuetudinem in Synagogam, & surrexit legere.* Ubi audis Synagogam, Templum intellige, ubi conventus Judæorum erat. Hæc semper Domino gratissima sedes fuerat, adeo ut in eam semper ingrediens, sermonem faceret ad populum, ac divinitus suæ sacramenta pandere digerneret. Unde licet nullum locum vacare à presentia majestatis ejus sciamus, in hac tamen presentia atque uberius suæ gratiæ beneficia potentibus tribuit, ubi corporis ejus & sanguinis sacrificia mystica celebrantur, & laudes divinæ & vota solvuntur. In Templo Dominus Salomoni in nube gloriae suæ apparuit, dicens se ibi presentibus daturum cuiusque tribulationis & angustia remedium, & contra tempestates & mortalitatem, adversus gladium & famem, siccitatem & omnem intempericm aënis, quicquid ibi à potentibus quaeretur, effectum Dei grati præstare. Quoties certè Dominus sanctam spiritualiter intrat Ecclesiam, non quod ibi altitudinis murorum, aut varietate pavementorum delictetur; sed quia ibi fit conventus fidelium: ibi grates pro largitis beneficiis à fidelibus accipit; Hymnos & Cantica spiritualia, & devotæ laudis sacrificia suscipit, & sancta corporis sui & sanguinis sui commercia tribuit. Postremò Lucas ad Theophilum scribens, ait, quia Dominus JESUS post Passionem suam Discipulis suisquam vixit apparuit in multis argumentis, per dies quadraginta præparans eis, & loquens de regno Dei. Quod est loqui de regno Dei, quæ de statu Ecclesiæ, quæ regnum dicitur Dei, ordinare?

Igitur quod concessis lapidibus domum Dei, quæ nos Ecclesiam nominamus, fabricatam, nihilque

Ibid. 29. 44

Matth. 23. 34

Act. 2. 46

Ibid. 3. 1

Eze. 12. 10

Joan. 8. 2

Eze. 4. 14

Act. 4. 3

sanctum ex ea lapidei materia trahere in se contemdit, & adeo nihil differre, quin in domicilium & privatis manibus veneranda orationes factæ tantum valeant, quantum & in Templo Sancto Dei: adversus hæc considerare oportet, cur Dominus tanto cultu tabernaculum fœderis sibi per Moysen iussit fieri, in quo possibilibus cæteris omnibus locis, specialibus gloria eius apparuerat. ibique singulariter in rebus dubis consultas, iudicia & legem illis Israel exposuerat. Unde & Apostolus ad Corinthios ait: *Nam quod non habetis domos ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei convenimus? Et paulo post: Iteque, fratres mei, inquit, cum convenimus ad manducandum, invicem exhortemur: si quis autem esurit, manducet, ut non in iudicium conveniat. Monstrante itaque Paulo, propterea convenimus ad Ecclesiam ut oremus & manducemus cœnam Domini. Duo autem cur conveniat populus ad Ecclesiam: unum ex antiqua traditione, ut iudicia rerum & cogitationes accipiat; alteram ex novo Testamento, ut manducet corpus Christi. Utraque enim quatinus ad Ecclesiam, scilicet, ut in ea audimus iudicia nostra mala, sine bonis, & cognitionem Dei, & ut manducemus corpus Christi. Quis verò quidam viri communi nutriebant, & mulieres nudato capite predebant in Ecclesiam, gloriantes in cubibus, quod non solum inhonorem alteri, sed etiam concupiscunt fœdera præstabat, ab hac consuetudine Apostolus eos compescens, dicebat: *Decet mulierem non velatam in Ecclesia errare Deum nec ipsa natura docet vos, quod vos quidem si comitem vultis, ignominia est illi; mulier verò si comitem vultis, gloria est illi?**

Denique beatum Urbanum Martyrem (si verò Martyris creditis debere imitari) audire vos oportet, qui domum sanctæ Cæcilie sanctæ Ecclesie nominis duavit. Unde Doctor egregius Augustinus in Psalmi lxxx. = Hæc que extruimus ad tempus = ad recipienda corpora, vel vivorum, vel mortuorum, necessaria sunt sed tempore prætereunt. Numquid post iudicium Dei istas fabricas in cœlum levalimus? sine hæc tamem pertineat, agere non poterimus. = Porro ipsa domus sanctæ vocabulum habet Ecclesie, quia convenit Ecclesiam, id est, populum convocatum ab eo, qui facit unanimes habitare in domo. Quod ideo sanctificatur ab Episcopo, ut in ea vestit esse adventus Angelorum, & homines in eam introeuntes ab omni turpiloquio, & scurrilitate, & inanis cogitatione normis le continere. Audiante qui intrant Ecclesiam, quod audivit Moyses, quando voluit visere rubam ardentem: & Dominus, *Ne appropies, inquit, hæc sicut calcamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stat, terra sancta est.* Et Angelus ad Iosue: *Setor, inquit, calcamentum de pedibus; locus enim in quo stat, terra sancta est.* Et Apostolus ait: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Intrantes igitur domum Dei, Ecclesiam, ubi Dominus & Angeli ejus sunt, oportet nos ejuere mortæ actiones calciamenentis, & cogitare de conversatione Angelorum, & de presentia maiestatis Dei, & assistus Hymnis & Psalmis spiritalibus invocare nomen Domini, ut illud complectar in vobis, quod ait Psalmistæ: *Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis a Templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.*

*De sacro altari.*

**Q**UOD ant'm de mensâ Domini, & materiali structurâ ejus fabulas fingunt, quod nihil aliud sit, nisi accervus lapidum, & ideo inani religionis

GERALDUS Casurcensis Episcopus.  
 SAIBRANDUS Lemovicensis.

*Provincia Turonensis.*

RADULFUS Andegavensis.  
 GALTRIDUS Briocensis.  
 GALTRIDUS Corisopotensis.  
 EUDD LEONENSIS.

*Provincia Burdegalenfis.*

W. Burdegalenis Archiepiscopus.  
 JOHANNES Pictavenis.  
 ADLMARUS Xantonensis.

*Provincia Auxitana.*

ARNIUS Convenarum Episcopus.  
 BERNARDUS Olotensis.  
 ADAMARDUS Belionensis.  
 CARRIAS Valsiculis.  
 ARNALDUS Bigonnanus.  
 W. Aquensis.

*Provincia Narbonensis.*

PONTIUS Narbonensis Archiepiscopus.  
 JOHANNES Magalonenis.  
 RICHARDUS Uicensis.  
 BERNARDUS Biterrenis.  
 ODD Carcassensis.

*Provincia Bracarenfis.*

JOHANNES Lucensis.  
 W. Eledenis.

*Provincia Arlataensis.*

REIMUNDUS Arlataensis Archiepiscopus.  
 FULCO Massiliensis.  
 PONTIUS Cabellonensis.  
 PETRUS Avinionensis.  
 W. Tricastinus.  
 PETRUS Tolonenis.

*Provincia Aquisensis.*

RICHARDUS Aquisensis Archiepiscopus.  
 P. TRUS Aptensis Episcopus.  
 HENRICUS Regensis.  
 BERNARDUS Schterensis.

*Provincia Eberdunensis.*

P. TRUS Eberdunensis Archiepiscopus.  
 FULGO Antipolitanus.  
 RICHARDUS Glacensis.  
 W. Venciensis.

*Provincia Viennensis.*

ROBERTUS Viennensis Archiepiscopus.  
 ODD Valentinus.  
 ROBERTUS Dienis.  
 JOHANNES Gratianopolitanus.  
 ALVICIUS Gebenensis.  
 LAMBERTUS Maurianensis.

*Provincia Tarentasensis.*

AYMO Tarentasensis Archiepiscopus.  
 COMO Sedunensis.

*De Provinciâ Lugdunensi.*

ENGERBERTUS Gsbulonensis.

*De Provinciâ Bistuniâ.*

ROGERIUS Lausanensis Episcopus.  
 RICHARDUS Belicensis.



*Provincia Terragonensis.*

BERNARDUS Terragonensis Archiepiscopus.  
 RAIMUNDUS Gerdenis.  
 BERNARDUS Barchinonensis.  
 PETRUS Aufonensis.  
 PONTIUS Dertofanus.  
 BERGARIUS Herdenis.  
 ARNALDUS Uggellensis.  
 STEPHANUS Olcenis.  
 HUDDO Rutemensis.  
 PETRUS Pampilonensis.  
 ROGARIUS Calagoricensis.

*Provincia Tolitana.*

CELESTINUS Tolitanus Archiepiscopus.  
 RAIMUNDUS Paletinus Episcopus.  
 GONCALDUS Sogobienis.  
 MICHAEL OZOMENSIS.  
 ODBERICUS Seguentinus.

*Provincia Compostellanensis.*

PETRUS Compostellanus Archiepiscopus.  
 SANCTUS Abulenis.  
 PETRUS Civitatis Roderici.

*De Provincia Treverensi.*

ARNALDUS Treverensis Archiepiscopus.  
 FRIEDERICUS Metensis Episcopus.

*Provincia Coloniaensis.*

RADULPHUS Leodinenis Episcopus.

*Provincia Magantina.*

CHRISTIANUS Magoniacinus Archiepiscopus.  
 ODO Bambergenis Episcopus.  
 ANOVICUS Augustensis.  
 BAYOLOUS Constatienis.  
 OLIVICUS Ypientis.  
 GORADUS Guamsarcienis.  
 ULRICUS Corientis.

*De Provincia Metaburgensi.*

ODO Cilenis Episcopus.  
 SIFRIDUS Branderburgensis.  
 MARRIUS Milinensis.

*De Provincia Saltiburgensi.*

CONRADUS Saltiburgensis Archiepiscopus.  
 CORONATUS Ponenis Episcopus.  
 THEOBALDUS Pscainenis.

*Provincia Bremensis.*

BERNARDUS Varenis Episcopus.

*Provincia Dania.*

OMERUS Burgalensis.

*Provincia Anglia.*

CANTUARENIS.  
 RAINALDUS Sarovienis Episcopus.  
 ROBERTUS Herfordensis.  
 JOHANNES Norvicensis.  
 ABAM de sacro Alaph.  
 PETRUS Menevensis.

## ITEM IN ANGLIA.

*Provincia Eboracensis.*

HUGO Dunelmensis Episcopus.

*Provincia Senia.*

GREGORIUS Rofensis Episcopus.

*Provincia Hybernia.*

LAURENTIUS Dublinensis Archiepiscopus.  
 CATHOLICUS Tereconensis Archiepiscopus.  
 CONSTANTINUS Episcopus de Calene.  
 BRICIUS Lumbrensis.  
 AUGUSTINUS Gasterfordensis.  
 FELIX Episcopus Lefmoicensis.

*De Ungria.*

ANORAS Bshafensis Archiepiscopus.

## M O N I T U M.

CLUNIACENSIS ABBATIAE ANTIQVIORÉS CONSUETUDINES ET IN  
 lucem proferrent duplice sum usue apographo: alterum quingentes pra se ferens annos ad me  
 transmisit Nicolaus Cameracensis Ecclesie Trecentis quondam Convivens, Anno Christi 1650.  
 Alterum vero Aferentem Cluniacense, recentiori manu exaratum submisit. E priori ad libri  
 tertii dividiam partem capituli 9. exscribi statim modo curaveram, quod mihi dicitur illud servare  
 per tempus non literis: speradam nominis si quando hoc Consuetudines edente forent, iterum apo-  
 graphi copiam mihi factam iri: at spes vana fuit: siquidem licet omnem addidit diligentiam,  
 qua meo, qua amicorum literis ac precibus, nullibi tamen, postquam in Bibliotheca Trecenti Pa-  
 risiensi Congregationis Oratorii, ubi illud observari sepi audieram, apographum potius reperit.  
 Afferet hanc Consuetudinum UDALRICUS, nobilitate juxta & sanctitate clarus, inscri-  
 bitur: e cujus vita parvula quae ad rem satium nostram haec habet: Venerabilis vir UDAL-  
 RICUS ex illustri prosapia Bavariorum Ratisponae civitatis, velut locus inter caetera poli-  
 sydera, sic inter totius cognationis suae relucebat nobile schema, &c. Et multis inveni-  
 tit: Ipse primus, petente Willelmo Hirsaugiensis Coenobii Reverendissimo Abbate,  
 Alamanniae Monasterii CONSUETUDINES CLUNIACENSIS ECCLESIAE inve-  
 nit, quas plerique Monasticae religionis amatores tanto studio, tantaque veneratione ob-  
 servant & amplectuntur, ac si opes regias se habere gratulentur: de quibus duos (tres  
 Udabine asserit) libellos luculento sermone composuit, quorum conscriptio tam per Ala-  
 manniae, quam & aliorum regionum Monasteria longè lateque pervolvit. Quos si forte

leges, quasdam divinx servitutis, aliorumque officiorum, necnon obedientix, humilitatis, Fratrumque charitatis leges conscriptas in eis reperire, studium, ingeniumque quoque, sapientiamque vici inibi manifestè poteris cognoscere. Erat enim homo iste doctus, paternis in regno colorum, proferens de thesauro suo nova & vetera, unde multos ad scientiam erudit, &c.

*Atque non eo que collegit tempore Udabrice illas Consuetudines primùm fuisse conditas, sed à multis retro temporibus jam us receptas legenti palam fiet, ica ut id confirmari opus non sit Quare eas verius inter non dabitavi. Alias postea scio latas à Venerabili Petro Abbate, ut occurreret venienti qui irroperant dissolutis quorundam Canonistarum meritis, quas certe est in Bibliotheca Cluniacensi.*

*Et quatenus ad Monachos præsertim attineant Ordinationes istæ, multa nihilominus inibi occurrent que ad Ecclesiasticorum numerum idustrationem, atque ad divina mysteria rite pertrahenda non parum conferunt; puta que de augusti Missæ Sacrificio, de Extrema. Unctionis Sacramento, de confessionis hostiarum in altari consecrandarum summi carà, & religione singulari; deque aliis ad canonicas Deo laudes die nocteque perfolvendæ observantibus, præscribuntur. Ad præterenda nemini est annotatricula à me affixa ad cap. 35. De Benedictionibus uvarum, & aliorum fructuum: ut explicarem verba ista: Allatas (uvas) Armario reperiuntur, & Armarius Sacerdoti inter Canonem ad horam competentem & prænotatum, &c. Ica se habet annotatricula: Scilicet ad hæc verba Canonis, Per quem hæc omnia Domine semper bona creas, &c. Nempe tunc Fideles offerrebat novar fruges, uvas, fabas, aliæque id generis, que Sacerdoti in altari benedictionem impertiebatur. In eandem ite sententiam Durandus Episcopus Mimataensis in libri 4. Ras. capite 46. num. 8. ubi Canonis locum proximè citatum explanat his verbis: Hoc autem loco benedicuntur uvx, &c. Mos enim vetus fuit, & etiamnum in quibusdam viget Ecclesiis, primitias fructuum Deo consecrare, quo tanquam æmmum Creatorum universum ipsam fidelis populus profectatur, veneretur, eique gratias de beneficiis suis præstare agat, ac celesti benedictione illis fructibus cannetur. Et id quidem ex institutione Eusebii Pape, uti refert Pontificale Damasi: Hic inlituit fruges, fabas, & uvas in altario benedici velas & Anastrologia Rabani & Nothæ. In Concilio Carthag. 3. can. 3. frumenti & uve fit mentio: in Concilio quoque Trullensi can. 18. & Burcharidi Decret. lib. 5. capp. 3. & 4. Atque ut sensum hinc meum apponam, admodum vero simile est, illa Canonis verba posse sic exponi: Per quem hæc omnia Domine semper bona creas, sanctificas, vivificas & præstas nobis, &c. Hæc est per Filium tuum, sine quo factum est nihil quod factum est, hos fructus, quos tibi nunc offerimus, & abs te benedicti posulamus, continuo creas ac producis ad bonam & utilitatem nostram Verum de ejusmodi interpretatione Lectori esto judicium.*

*Alius etiam codex scriptus eandem Consuetudinem, à Bernardo Cluniacensi Monacho concinctorum, ac B. Hugoni Abbati dicatarum, subministravit quædam capita, que in utrisque & Cluniacensi, & Cantuarii codicibus desiderabantur, numerum capita 13. 14. & 15. Bernardi autem Præfationis pericopa, ne tota periret, hæc loco subserere, Lectori, operæ, hanc erit ingratum, vel à proposito alienum: Sic autem exorditur Bernardus:*

REVERENDISSIMO, ATQUE TOTIUS RELIGIONIS PRÆCIPUO  
DOMNO HUGONI ABBATI,

**F**RATER BERNARDUS filiorum ejus ultimus, quidquid esse, dici, & cogitari potest excedentur.

Quoniam, Pater Religiosissime, loci Cluniacensi viam universe carni paulatim ingredientibus, ac Novitii succedentibus, quædam de Consuetudinibus sepositim orbiculari controversis, & diversis diversa sententibus, ita ut plerumque Novitii hæc audientibus, incertiores de Capitulo descenderent quam accessissent; operæ precium judicavi si vestro mihi autoritas imperaret, ut cum quærità possem diligentè ipsam veritatem investigarem, & si ve ex his que scripta reperire, si ve ex his que didiceram, vel discere possem, sententias veriores atque discretiores, quibus videlicet probabiliores, & melius ordinem scientes persone testimonium darent, in unum voluim redigere, si que æquitate consideratam, litteris diligentius annotatas posteros derelinquerem. Hæc itaque Opusculo pro mea parvitate modico à vobis accepta justione implet, quasi rivalis ad sentem recurrer, Vestraque Excellentiæ quod ex ejus plenitudine hausi represento, &c. Tantum restat, ut vestra mihi succurrat oratio, quatinus sequi possim quod in vobis laudo, & vram quam monitricam, quamque describere iussisti, tenere sufficere ad salutem meam & gloriam vestram. Obsecro autem Fratres vestros ne dedignantur ex ligno vase potam veritatis sumere, neque propter fistulam plumbeam, per quam stat, aquam frigidam, claramque desipient, si eos scire contingat, ut sciant quibus sententiis innot debeant, ut à sanctarum Consuetudinum tramite non recedant. Omnipotens Deus, in cujus manu consistit omnis presertim

Hugo Merod. in lib. Sacram. Gregorii pag. 171.

*loci Cluniacensis, conservet sanctum caput vestrum nobis incolunt, ut videatur filios filiorum ve-  
strorum, longaque tempore mundo prebeat solatium.*

*Hactenus Bernardi Prefatio, qui equalis existit sancti Udalrici, eodemque conscripsit tem-  
pore Consuetudines, ut conscribere licet, quo & ipse Udalricus. Cur porro Udalrici potius quàm  
Bernardi collectionem ediderimus, ratio in promptu est: nimirum ob nominis claritatem Udalrici,  
quodque compiere sibi ac meliori ordine, dialogi scilicet, digestam ejus collectionem judicaveri-  
mus: qui scribendi modus, cum de asceticis rebus, rursusque præsertim agitur, facilius usù au-  
timum injuris, suadetque.*

## ANTIQUIORES CONSUETUDINES CLUNIACENSIS MONASTERII

Collectore S. Udalrico Monachò Benedictinò.

### EPISTOLA NUNCUPATORIA.

**D**OMINO Reverendissimo, ac Pissimo Patri WILLELMO, Hirsaugiensi Abbati, sanctoque  
Fratriam Collegio sibi subiecto. Frater WEDALRICUS Cluniacensis Ecclesie qualicumque  
Monachus, in Domino salutem, & ipsius celeritatem benedictionem & hic & in futuro. Quo-  
tidie meminisse cum personæ, tum Ecclesie tue, Pater dilectissime, reverè ita venit in alium  
humilitati meæ, ut jam tam usus, quàm affectus non patiarur ut ullo die omitatur. Accedit aliquo-  
times admodum grata, & jocunda memoria pollicitationis tue de cavendo ingenio quorundam hominum  
Secularium, qui nimirum non magnopere curantes de alio, quàm de hac solo temporali vita, postquam  
domum habuerunt, ut dicam plenam filiorum & filiarum, aut si quis eorumdem claudis erit aut man-  
cus, surdus, aut cæcus, gibbosus, aut leprosus, vel aliud quid hujusmodi quod cum aliquo modo  
seculo facit minus acceptum, hunc quidem impensissimo voto, ut Monachus fiat, offerant Deo: quom-  
odum plane non propter Deum, sed propter hoc tantùm ut scripos expendant ab eis educandis & pascen-  
dis, vel aliis suis liberis possit esse magna consulum. Ergo ut tacere de his, qui vel non carent sanitate  
corporali, & membrorum integritate, ab his ipsis, qui sunt ita sensibiles, vel ita sensibili, quom-  
odum sapienti experti sumus perpetrari. Si expediret, in promptu est talem nominare, quem ad habitum san-  
ctitatis non alia sanctitas quàm sola struxit contumelia traxit, & talem quem non nisi per, . . . . .  
sunt quorum utroque vobis etiam testibus parum boni processit exempli; quanto minus ab illo, qui bone  
sunt valetudinis, ubicumque tanti sunt congregati, tantæque potentie, ut habitu Monachatu sit in il-  
lorum manu? Equidem quæ ibi sit vita, qui vigor discipline regularis, omnes sciunt, quicumque sunt  
ad genus Monachorum ibi regnare. Adeo tritum est & usitatum, si qua distinctio hujus spiritus militæ  
inter has nostrorum temporum feres esse potest, non esse nisi ubi major est numerus, & authoritas  
major illorum, qui non ætate lascivæ, nec imperio parentum, sed sponte sua, & majoris ætatis solo  
Christo imperante ad eas se obsequium, rebus sæculi abdicatis, contulerunt.

Quod prudentia tua pendens, quamquam ipse nutritus sis in Monasterio, & per vias eveniat, ut  
suo laborum de spuarum medio emergat, tamen nil ad eò curans, quàm quod facti ad caeteros, &  
meram Religionis soliditatem, per misericordiam Dei, hanc Monasterii tui legem promulgasti, ut opus  
sibi præfatis secularibus alium sibi nidum providere, ubi reponant pullos suos abortivos, veint exheredi-  
tatos: Deo vidente hic nihil ulterius obvenit illud eis familiare ingenium, ut sicut ait Propheta, ovis  
aspicium, & quod confotum erumpit in regulam, ingerant, & committant piis & Deo dicatis anima-  
bus, eis quidem tanquam ancillis suis & nostricibus abutentes. De quâ te sentiat quisque quod voluerit;  
ego autem certus sum illam te radicem funditus exirpsisse, ex quâ sola præcipue omnia sunt Monasteria  
destructa quæ destructa sunt vel in Theutonici, vel in Romanis legui.

Unde ut fatear quod verum est, quia te vidi eâ pie sollicitudinis prærogativâ cautum, & studiosum  
discipline regularis, quamquam si bene tibi viderem nihil ulterius quod aliquid vult possim, tamen  
solum excepto, ut dignum est, cujus sum professus reverè nomen, alius quicumque tu nomen, & officii,  
cui magis possit à paritate meâ modis omnibus & faveri, & deferri: nam & alia sunt adhuc quæ non im-  
merito plurimum & te & hanc domum Dei commendant. Primum, quia infirmitatem fixam, quod  
prius non erat, de habitatione vestri longius remotum exclusisti, vel in obsequio quotidianum tales famu-  
los habere meruisti, qui ex liberis ingenio ultra se humilantes, vobisque servientes, non aliam vitam,  
quàm illam quæ est castitatis & perpetua expectant. De quibus tamen unum, quod si benevolentie vestre  
videretur, in proximo mutari vellem. Vellem utique ut non amplius penitenterentur extra Claustrum com-  
morari; daretis eis habitum nostrum; & quia non ad hoc valent ut sint lectores, vel cantores cum litera-  
riis, nisi vive vivas quoque vices, juxta quadamtenus dictum est, portarent; ut eodem modo quo huc  
usque scribendo litteratis, litteratorum mercedem consequerentur. Nam si B. Benedicto videretur, ut  
Frates vicissim coquinae munus obtinent; munus hoc quoque apud Sanctos Patres invenitur, quod si mel  
ingressi coquinam de caetero in eadem obedientiâ perduraverunt. At si quis Fratrum fortassis talem non  
habens fidem, ut montes transferat, causatur non esse vobis tantas opes, ut tantos Monachos expedit  
aggere, videte quod Deus faciat de quodam nostro Gerardo, nato quidem de talibus parentibus qui  
non tantæ quammaximæ nobilitatis, de lateris quoque non adeo imbutis, ut non multi sint illo doctio-  
res; sed hujus fidei hominem non cognosco. Nec æstimaverim faciliè posse contingere majus miraculum.

Greg. Romil.  
3 in Exag.

quibus quod Deus per istam iugiter operatur. Nondum est annus trigesimus ex quo in ipso pago natiuitatis sue sanctus Cellam edificauit, appellatam nomine sanctæ MARIÆ ad Charitatem; qua cum sit in via publicâ, nullas mortalium transit, qui de industria unquam dissimuletur, & non potest experiri illud Gregorianum, quod hospites non solum sunt inuitandi, sed etiam trahendi. In Claustro autem ad presens nunquam contingit, ut non aliquanti super centum Fratres quotidie inueniantur. Insuper penè quæsierunt non erat oportunum Domino Abbati, ut inuisceret eandem Cellam. Hoc anno uenit, & uno die LV. Novus habitum nostrum uel benedictionem dedit; quamquam Prior singulis annis ad memoratum sanctorem Apollinorem pro benedictione quantos potuit, misisset. Qui etiam eâ uice, quâ Dominum Abbatem inuicauit, quam parum frumenta habuerit, & tamen per . . . septimanas quantâ liberalitate ministraverit, non modò nobis, sed etiam cunctis interim superuenientibus, & ad Domini Abbatem iudicium quasi ad quoddam spectaculum undique confluentibus, si charitati uestræ pro regeſtâ enarrareo, quantumlibet hâc mihi habeatis, tamen nescio si hoc totum bene credere ualeatis. Hoc autem cerè nequaquam mentior, quia quantum de utroque loco accepi, . . . Abbatie possessiones solis uineis exceptis, duplo scilicet amphores. Sed D. G. est talis homo, qui si opus esse uiderit, minime uescitur usque ad tria uel quatuor millia solidorum mutuari. Et diuina clementia qui fieri posset, ut unquam deficeret de se pretensionem, quæ iterum planè coruos mittit ad Heliam temporalis uitæ subsidium ministrantes? Quid enim Francigenas aliud dixerim cum sint tam iniqui, raptores & de candore uirtutum mihi habentes: inter quos tamen sunt tales aliquando, qui fidei Dei seruo tantis largiantur, ut in paruissimo tempore quicquid debet resoluat. Cui etiam hoc est familiare, & quasi pro ludo, ut sit inuicem sibi contingere multam abundare de diuinis huius mundi. Quòd si Comes & Defensor loci uestrî fuerit uos tanti debitor, non asumo ut aliquo modo auderet uobis importunus esse, & accedente pietate & religioſe conjugis suggestione, si nihil daret uobis, nihil etiam acciperet. Abbat autem ut quicquam credat Deum esse localem, ut quod facit in Francia, non etiam facere possit in territorio Spretin. Tantum eius misericordia lit uobiscum, ut ipse, qui probat reses & corda, hinc etiam uideat eâ libe simplicitate, & non minore studio ad eius uoluntatem & præcepta obseruari.

Quod paruitati meæ imponitis, de hoc ualere potestis me non fuisse negligentem; i habetis enim Consuetudines Monasterii nostri, quas collectas utcumque notari, quantum ego scire potui, & recordari. Quibus semel uisus, si postea lebedas deponatis, & de cætero non curabitis, ad quas tunc tantum mihi libens imponitis? Quod ne tacerem, ad hoc me compellit aliorum negligentia, quæ in primis multum curiosis, ad ultimam ita scilicet cognoui. Pleraque sunt, quæ propter consequentiam dixi, de quibus non est necesse ut mentio fiat in conuentsu Fratrum. De his autem, de quibus iudicari possunt animæ, & incrementa fieri meritorum, de his tu, Pater, habebis cum Fratris collationem. Prependant suas antiquas consuetudines, prependant tuas, cum quibus te nostri contigit; prependant & istas, & de omnibus quæ melius uidentur, de his fiat unum corpus quod de cætero teneatur. Et si hoc uolueris esse ratum, expedit ut commentum Fratrum consensu præueniatur, ne quod inde . . . aut aliquid non bone uoluntatis possit oriri. Et quia Deus imperauit Damno P. qui moritur modò nobiscum, non est abs re uirum huius luentis, huiusque Religionis, hinc negotio interesse, & si ego adellem, meum quoque nomen non pateret omnia celari, quamuis ad hoc Nophytus etiam uideret.

Meministi autem quod in ipſis uerbis quæ notari, nos duos ita feci colloquentes, quia si recolis multa sumus ad iuuenem hinc loquuti. Et si quid uideo addidisse, hoc quoque non nisi os tuum, & tua lingua edidit, quia non modo lugus noster, sed totus ego sum tuus; ut non dicam, quod ueritas ista nos terderat in unitate spiritus, in uno corpore, quod est Ecclesia, sub uno capite, quod est ipse. Verum persona mea cum sit tenuis & obscura, nomen barbarum, stylus agrestis, indignum mihi uidebatur, ut huiusmodi nomen unquam meminissem, aut ullam præstationem, ut moris est, præstularer. Quamuis tres sint partes ipſius qualicumque collectaneæ, quibus singulis clausulas aliquas, quæ Proœmium simulant, præmissi, propter te maxime, aliusque Fratres nostros, in quibus bona quæ uidi exempla libenter reticere non potui.

Partes autem prima est de opere diuino, & quod maxime fit in Ecclesiâ per annum uniuersum. Secunda de eruditione Nouitiorum; Tertia de obedientia, quibus & ultima obedientia est subiuuata, quâ quisque Fratrum ab hoc seculo migraturus uocatur ad Christum.

Sola Capitula singularum sententiarum curari prænotare propter utilitatem legentium, ut faciùs quod quisque uoluerit, possit inuenire. Sanctam Christi familiam, cui præesse uideris, plurimum saluto, & non ut fertur in uia, sed uerè uoto & desiderio saluta æterna, quam eis fidelissimè opto. Speculiter autem speciales quoque necessitas paruitatis meæ, scilicet Dom. & Mag. A. Dom. S. Dom. O. Dom. G. & adhuc tyrannem Christi Dom. E. Gratia Dei Omnipotentis sit cum omnibus uobis. Amen.

## INDEX CAPITUM.

- CAP. I. **D**E re, quomodo Testamentum legitur utrumque.  
II. De Nullaribus & heris omnibus Regularibus, si quod eis plus sit additum, quam quod S. Iustinus Rescribitur.  
III. De Psalmodiâ qua solet dici post Regulares heras.  
IV. De eo, quibus ex causis, & quomodo per uices Psalmodia immutetur.  
V. De Collectis & versiculis, quæ Psalmodiam sequuntur, & quantitate Litanie.

- VI. De Missarum solemnibus, & i. de maiore Missâ in priuatis diebus.  
VII. De Missâ pro Defunctis.  
VIII. De maiore Missâ in Dominicis diebus.  
IX. Item de Matutinâ missâ in Dominicis diebus.  
X. De processione Dominicali.  
XI. De diuersitate solemnizationum.  
XII. De Canna Domini.  
XIII. De Parasceua.  
XIV. De Sabbato Sancto.  
XV. De ipsâ nocte, uel die Dominici Resurrectionis.  
XVI. De festis 2. & diebus diuis maioris septimanae.  
XVII. De octauidie Pasche, & quomodo ad omnes

- heras canitur Alleluia.  
 XVIII. De illi feri 2. post altavas Pascha, & quod tunc nomina confessorum inclamantur.  
 XIX. De tertia septimana post Pascha, & de caetero usque ad Ascensionem Domini.  
 XX. De festinationibus quoniam, qua evocantur à Pascha usque ad Pentecosten.  
 XXI. De Rogationibus.  
 XXII. De Ascensione Domini.  
 XXIII. De vigilia Pentecostes.  
 XXIV. De ipsi die, & ea qua sequitur septimana.  
 XXV. De illorum die Pentecostes.  
 XXVI. De Septimana sequente post octavas.  
 XXVII. De junio 4. temporum in mense Juno.  
 XXVIII. De festis SS. post Pentecosten venientibus.  
 XXIX. De juniis qua debent fieri in Ascensione ferri 4. & 6.  
 XXX. De opere manuum.  
 XXXI. De Lamentis 3. post Pentecosten & septimanam.  
 XXXII. De Nativitate S. Joannis Baptistae.  
 XXXIII. De Natali SS. Apost. Petri & Pauli.  
 XXXIV. De Translacione S. Benedicti.  
 XXXV. De benedictione novarum & aliarum fructuum.  
 XXXVI. De assumptione S. Mariae.  
 XXXVII. De eo, quod canitur in Septembri.  
 XXXVIII. De exaltatione S. Crucis.  
 XXXIX. De eo quod ab Idibus Septembris semel comeditur.  
 XL. De consuetudinibus qua incipiunt à Kalendis Obobris, usque ad Kalendas Novembri.  
 XLI. De consuetudinibus in Novembri.  
 XLII. De festinatione Omnium SS. & recordatione omnium fidelium defunctorum.  
 XLIII. De festinatione S. Martini, & consuetudinibus, qua tunc incipiuntur.  
 XLIV. De Adventu Domini.  
 XLV. De Septimana Junii 4. Temporum.  
 XLVI. De vigilia, & de die Natalis Domini.  
 XLVII. De altavis Natalis Domini, & Epiphaniae.  
 XLVIII. De Purificatione sanctae Mariae.  
 XLIX. De Septuagesima, & Quinquagesima.  
 L. De capite Junii, & Quadragesima.  
 LI. De diebus Dominicis Quadragesima.  
 LII. De secunda Feria Quadragesima.  
 LIII. De junio 4. Temporum in mense Martii.  
 LIV. De Passione Domini, & Ramis Palmaram.  
 LV. De festinationibus, qua in Quadragesima evocantur.

Explicunt Capita Libelli primi.

Incipiunt Capita Libelli secunda.

- I. De diversitate Noviciorum.  
 II. Quomodo se habeant in Cellis Noviciorum.  
 III. De silentio, & in quibus Officiis.  
 IV. De signis legendi.  
 V. Quomodo se frater levet ad Nocturnos.  
 VI. De excubiis pro quibus in Capitulo veniam petat.  
 VII. Quomodo se habeat ad horas Regulares.  
 VIII. Quomodo internam ligneam portare debeat ad Nocturnos.  
 IX. Quae disciplina recalcocantur saccis in lectis.  
 X. Quomodo surgat mane, vel quid suavit faciat.  
 XI. Quomodo se illos, vel incedat.  
 XII. Quomodo veniat ad Confessionem.  
 XIII. Quomodo, vel quando panis fuerit indutus.  
 Tom. I.

- XIV. Si collis qua hora collationem suam videat.  
 XV. Quomodo panis suus levetur.  
 XVI. Quomodo de regulari hora non exeat nisi pro inevitabili necessitate.  
 XVII. Quomodo se preparat ad Capitulum, vel quid faciat si est sibi confusus alius.  
 XVIII. De Culpa levis.  
 XIX. Ulcusque steterit, quomodo stare debeat.  
 XX. De his qua non licet facere nisi ad hanc loquenda.  
 XXI. De missione sanguinis.  
 XXII. Quae disciplina in Ecclesia manent ad solenniam Assumptionis.  
 XXIII. Quae disciplina maneat in refectorio.  
 XXIV. De habitacione sua & post prandium, & post cenam.  
 XXV. Quae disciplina se post Completorium est celebrata.  
 XXVI. De confessione, & peccatione Noviciorum.  
 XXVII. De benedictione Noviciorum.  
 XXVIII. De habitacione ibidem in illa triduo post benedictionem.  
 XXIX. De Hebdomadarum Cantore, & de eo qui notatus est ad Levitacionem, vel ad aliquam Levitacionem, vel aliquam Responsoriam.  
 XXX. De Sacerdote hebdomadario.  
 XXXI. De sublacano, & de Cantoribus Gradualis vel Alleluia, & Tractibus.  
 XXXII. De Diacono.  
 XXXIII. De servitoribus Ecclesia, & de his quae appellantur ministri Altaris.  
 XXXIV. De Ictore ad mensam.  
 XXXV. De Cocis.  
 XXXVI. De altifilibus coquina.  
 XXXVII. De his qui faciunt Mandatum.

Explicunt Capita Libelli secundi.

Incipiunt Capita Libelli tertii.

Præfatio de electione speciali, & ordinatione Domini Hugonis Abbatis.

- I. De Electione Abbatis.  
 II. De Generali officio Domini Abbatis.  
 III. De culpa graviore, & de aliis generibus culparum.  
 IV. De Priore Majori.  
 V. De Decanis qui sunt villarum proviceres.  
 VI. De Clericali Priore.  
 VII. De Cœnariis.  
 VIII. De Pueris, & cœnæ Magistris.  
 IX. De Custodi juvenum.  
 X. De Præcentore, & Armario.  
 XI. De Camerario.  
 XII. De Apocryphis.  
 XIII. De Corporalibus abluendis.  
 XIV. De reliquis Sacerdotum quomodo proficiantur, sive recipientur.  
 XV. De rursu Fratrum.  
 XVI. De balneo Fratrum.  
 XVII. De Cellarario.  
 XVIII. De Custode vini.  
 XIX. De Hospitalano.  
 XX. De Refectorio.  
 XXI. De Custode hospitii.  
 XXII. De Stabulario.  
 XXIII. De Elemosinario.  
 XXIV. De Infirmario.  
 XXV. De Famulis ad domum Infirmarum pertinentibus.

XXVI. De *Infirmis.*XXVII. De *nocturno consuetudine Fratris.*XXVIII. *Quod agendum est in fine tractatus.*XXIX. *Si quis obierit in aliqua Cellâ.*XXX. *Quid agatur pro quolibet Fratre in singulis**obedientis.*XXXI. *De obitu Domini Abbatis.*XXXII. *De eo qui in Quadragesimâ obierit, & in**sa. lectionibus est suscipiendus.*

## P R O Æ M I U M

## D E C O N S U E T U D I N I B U S

*Cluniacensis Canonici.*

**A**NTE hos dies senior noster Dominus Abbas humilitatem meam in Germaniam direxit, propter quod non multum interesset modò referre; quod ad rem perinet, per hanc occasionem divitiis ad virum venerabilem Dominum Willelmum Abbatem; cujus Monasterium situm est in pago Spremâ & in Sylva cognomento nigra. Idem suten Pater, ut erat à puero vocatus, & amicissimus, nos videns letabundus collegit; & alter mihi Cærophas alio tendentem, tamen aliquantò datus secum manere coegit. Interim erat ei mecum sermo assiduus, imò quantum fieri potuit penè continuus, de Consuetudinibus Ecclesiæ nostræ, de quibus nimirum sic oritur est loqui: & ecclesia vestra, Dilectissime, per misericordiam Dei non parvam in nostris partibus opinionem religionis obtinuit, nec aliud estimatur à nobis quàm quòd in his locis quæ ad nostram notitiam peringere poterunt, non sit in his modis in vitâ & disciplinâ regulari; unde non parum factis ad votum nostrum, si qua te referente mereantur audire de vitibus & institutis majorum vestrorum; quæ etiam si non geruntur à nobis, tamen hoc ipsam ad humilitatem adificat, si nos non laetet ita vos vivere & converteri, ut nostras infirmitas aut noluerit aut nequeant. Ad quod ego: Patrem, inquam, vestrum sum commensurus, dignum est etiam ut interim voluntati vestræ obedere non sim imperatus. Sed qui est in loco tali pro diveritate lingue quasi barbarus, nec à pueritiâ nutritus, non facile fieri potest, ut ita sciat omnia, sicut ille, qui est indigena, & qui ab infantia inter talia crevit: ideoque non est mirum si & ego non multum scio de hujusmodi, qui penè usque ad tractatum ætatis nostræ annum non nisi de rebus sæculi magnopere curavi. Tamen quantum est quod scio, id ipsum referam non invitus. Ergo vide de quo volumus primò interrogari.

## CAPUT PRIMUM.

*Quædam Testamentum legatur utrumque.*

*Interrogatio.* **A**Uto lectiones vestras in hyeme & in privatis noctibus multum esse profusas. Si videtur, simul & semel edisserere, quomodo non modo in hyeme, sed etiam in ætate Testamentum legatur utrumque.

*Responsio.* Ut incipiam de librorum omnium antiquissima, ad est, Octavocho. Hic liber, ut mos est generalis, & in alia Ecclesiâ & Septuagesimâ ponitur ad legendam. In ipsâ Dominicâ sunt lectiones facti breves, præter ad primam lectionem, prologus iste, *Disyllabus mei*, expenditur totus. Per sequentes noctes ita protrahuntur ut in illa unâ septimanâ *Græfius* peregrinet, & in ecclesia tantum. In Sexagesimâ *Exodus* inchoatur, & simul cum aliis voluminibus quæ leguntur, legatur utrumque & in Ecclesiâ, & in refectorio; ita ut ubi lectio terminata fuerit lecta, ubi semper autem sit legendæ die sequenti, & si non ante, tamen intrante Quadragesimâ ex toto persequatur Octavocho: ex quo tamen ad Dominicam sunt lectiones exceptæ. In aliis noctibus Quadragesimæ legatur expositio S. Augustini super *Isaierum*, & maximè super cantica *Graduum*; & sicut noctes tunc magis ac magis corriguntur, ita quoque lectiones. Cavendum tamen est ne aliquando fiat ita brevis, ut ille *Frater*, qui circum facit cum absconditâ, non possit per totum chorum & extra circumfusi, exploraturus scilicet si quis fortè obdormierit inter legendum. In Passione Domini legatur *Hystorias* Propheta, eus rursus prologus erit ad primam lectionem. Legatur autem in Ecclesiâ tantum, & ita, ut note Canonis Domini hincur usque ad *Lamentationes*.

In Octavis Pasche leguntur *Actus Apostolorum*, & tantum per unam septimanam, de quibus pro nocturno brevitate fieri non potest ut multum legatur. Postea per duas septimanas *Apocalypsis* & *Epistola Canonica* usque ad Ascensionem Domini. Ponuntur iterum *Actus Apostolorum*, utrumque leguntur quasi non amplius inchoati à capite usque ad Pentecosten. Non minus tamen hæc ipsa volumina ex toto continuantur in refectorio leguntur; sicut etiam tempore suo liber *Regum* & *liber Salomonis*, liber *Job*, *Tobias*, *Judith*, *Ethier*, *Esdræ*, & liber *Machabæorum*; qui leguntur omnes in refectorio tantum, in Ecclesiâ minime, nisi quantum de eis ad quamlibet Dominicam est breviter excerptum. A Calendis Novembris repetuntur ad privatas noctes *Lectiones*. Ponitur *Ezechiel* Propheta in Ecclesiâ tantum legendus, & sinitur ex more ante festivitatem S. Martini; cujus etiam octavas casus, & alia solemnibus celebramus, tamen Prophetice lectiones non mutantur, nec etiam in aliis Octavis, nisi sunt duodecim lectiones. Ponitur *Daniel* Propheta, & duodecim Prophetæ, & non sufficiunt nisi novissimo adjungatur de bonis Beati Gregorii *Papæ super Ezechielum*. In Adventu Domini Propheta ponitur *Esaias*; de quo dum quererem, & ad certum scire vellem quot noctibus & ipse perlegeretur ex more, non potui audire ab aliquo, nisi dicam quod incipiam vidisse memini & audisse: me quidem audiente aliquando lex privatis noctibus perlegebatur. Quæ sequuntur *Epistole Leonis* Papæ de Incarnatione Domini, & alii sermones *Sancolorum Patrum*, & maximè sancti Augustini. *Apostolus* ponitur in illa Dominicâ, quæ prima occurrit post Natale Innocentianæ; si tamen in ipsa non est Circumcisio Domini, vel Depositio Domini *Ordinis*. De quo ad ipsam dicere possum, quod & supra de Propheta: non divi diversi leantur; sed ut ego rarissimè hoc

Occasionem  
scribendarum  
consuetudinæ  
refert Abbas.

perhibeam quod & ipse vidi, talis Epistola qualis est ad Romanos, in duabus privatis noctibus roca legabatur. Et cum quadam Fratre, qui lectiones terminaverat, terminasset breviora, prohibitus est in Capitulo à sanctioribus nostris. Si autem contingeret ut finitior Apollolus ante Septuagesimam, legitur expositio Joannis Chrysofolomi super Epistolam ad Hebraeos. Ecce circulum anni quodammodo circuii: si placet, ultrà promoveamus.

## CAPUT PI.

*De Nocturnis & omnibus horis regularibus; si quis eis plus sit adsum, quam quod Sanctus constituit Benedictus.*

*Interrog.* **S**olent amplius quid interire nocturnis vel aliis horis, quam quod S. constituit Benedictus?

*Respons.* Quantum est, si bene memini, dicam. Primo nulla est Antiphona tam parva, quam non plenè toti sui distinctione finiamus. Cuiusmodi preces post Dominicam orationem sanctus Benedictus dicitur, nescitur, quin nec scriptum invenitur; sed quæ dicuntur à nobis ad Nocturnos, ad Matutinas, ad Tertiam, Sextam, Nonam, & Vesperas, quatuordecim versiculos comprehendunt: & si est dies privata, & nullæ octavæ, nec dies Paschales, interponitur psalmus quinquagesimus. Adijciuntur ad Matutinas & ad Vesperas etiam alii quatuor psalmi, & ad Completorium duo. Hoc autem non est mihi compertum, quare ista diversitas à Majoribus nostris sit inventa. Nam cum quatuor psalmi à Nocturnis incipiendi post quamlibet horam, excepto Completorio, pro familiaribus dicantur; ad Matutinas & ad Vesperas dicuntur inter preces ante novissimum versiculum, priusquam se Fratres levaverint de formis, & collecta dicatur. Et horam psalmodiarum quæ semel memini, ut non desideram quoque eos nominatim designare: primo Nocturnorum, ut ita dicam, pedessequus est primus de septem pœnitentialibus psalmis, & ita ceteri pro ordine suo divisi, singuli singulis horis applicantur, præter ad Tertiam quinquagesimus, aliis adeo frequentatus, quinquagesimo sexto mutatur. In secundo loco apponitur psalmus 19. 8j. 22. 11. 66. 78. 83. sic autem geminis permixtis. In tertio loco psalmus 69. post omnes horas semper concurrit, & pro hæcibus defunctis 141. quem adhuc post Primam 50. subijunctus antecedit pro Abbatibus nostris defunctis. Ad Completorium inter preces, ut præmissum est, 50. sequitur iterum 69. 12. 120. Sed ut ad hoc redeam quod paululum intermisi, & precum quoque Primæ Completiois memineram, præmissa oratione Dominicæ, & Symbolo Apostolico, ad Primam sunt preces 31. versulorum, & confessorum suo in loco est interponenda. Ad Completorium autem septemdecim. In privatis diebus Adventus Domini & Quadragesimæ, ad Matutinas, & ad Vesperas, usque ad vaggi versiculos percurrunt. Verum ea precum diversitas, & si quæ sunt alia huiusmodi, possunt tibi si placeat in unâ chartulâ singulariter adnotari, ut non opus sit modo his longius immorari. Non autem recolo si quid amplius adhibetur ad quamlibet horam regulari in illo privato die, & quæ non aliquo modo appendeat ad aliquam solemnitatem.

## CAPUT III.

*De Psalmodiâ quæ solet dici præter horas regulares.*

*Interrogatio.* **P**ro uto ut digeras quidquid psalmodiæ in Conventu dicatis præter regulares horas.

*Respons.* Hæc nimirum prolixior & multiplicior est in Quadragesimâ, quam in alio tempore; & hoc quod nunc dicitur sum, dicam maximè secundum hunc ordinem, qui tenetur in ipsâ Quadragesimâ. In ceteris omnibus privatis noctibus Nocturnos cum cæ psalmodiâ prævenimus de psalmo 119. usque ad finem psalterii. Post quatuor psalmos, qui Nocturnos, ut superius dictum est, rati sequuntur, gerenda est processio ad Ecclesiam sanctæ MARIE. De qua inter procedendum psalmi duo cantantur, id est 84. & 86. unâ sequente Antiphonâ & Collectâ. Aguntur Matutinae de omnibus Sanctis. Item Matutinae pro fidelibus defunctis. Consideretur ab omnibus, ut decantetur psalmodia illa, *Deus audivit nostras*; ad quam pendet psalmus 78. 93. Cantus quidem Graduum & post Dominicam orationem, & ante Collectas sequuntur, psalmus 89. & pro fidelibus defunctis, 22. Si ceteris Fratres nuper defuncti tricesimus agitur, pro illo psalmi dicuntur, 5. 6. 114. 115. 129. 141. 142. Invenitur autem in regulâ, quod sanctus Benedictus præcipit, ut in Quadragesimali quod addatur ad penultimum solent servari; quod nec distimulatur à nobis; ad Matutinas & Vesperas post suffragia Sanctorum, ad horas autem reliquas post quatuor psalmos horarum, ut ita dicam appendicos, toto corpore presterimur ut duos psalmos dicamus, primum de septem pœnitentialibus psalmis, alterum de canticis quindécim graduum. Verum ad Vesperas quatuor continuatim dicuntur, qui non est consuetudo, ut post completorium ullus nequam psalmi in aperto dicatur, nisi qui psalmos novem dum pueri faciunt orationem sub silentio, & dicit Psalmus 12. 42. 66. 126. 129. Textus fidei, scilicet *Qui cumque* à S. Athanasio conscripsit (cujus nonnullæ Ecclesie nec meminerunt uti in solâ Dominicâ) nullo die obmittitur, ut non dicatur à nobis; sed in privatis diebus simul cum aliis psalmis, in Dominicâ post preces. Post Primam præter psalmos, quorum jam supra memini, sequuntur adhuc etiam septem psalmi pœnitentiales. Post Letaniam, quæ in eodem momento est dicenda, & ante Collectas sequuntur, psalmi quatuor interieruntur, id est, 69. 120. 122. & pro fidelibus defunctis 42. Post Capitulum pro defunctis, quorum anniversarias in ipso Capitulo est tractatus, idem psalmi dicuntur, qui & pro triginta\* cuiuscumque defuncti fuerit dicendi, excepto 141. qui est vice de medio asertitur. Post Vesperas regulares, & post psalmos qui dicuntur à preteritis, agitur iterum processio ad Ecclesiam sanctæ MARIE, agunt ipsi quoque Cantico. Ut sicut Matutini, aguntur etiam Vesperæ de omnibus Sanctis, & pro fidelibus defunctis. Post etiam cum psalmo 50. in Ecclesiam reditur, sicut etiam post prandium semper i ferventioribus autem expectatis usque dum & ipsi surrexerint à mensâ, agitur sticum, vel quod à nostris vigilia vulgo appellatur, quod aliquando cum tanti defuncti non haberentur, fieri solebat cum tantum lectioibus tribus & responsionibus, nisi aliquis Frater anniversario superveniente. Nunc autem cum nulla sit dies qui vel multis careat defunctis, ipsam quoque ef-

a pro triginta] Dicitur voluit pro triginta à more.

ficiam nunquam agitur modo nisi cum novem lectionibus & responsoriis, & Collectis, quæ ipsius officium sequuntur: duo Psalmi antequam incipiat 119. 3. sicut etiam ad Vespertas 145. 123. Ad Matutinas, De profundis, & Uspurgan. Ergo quantum toto, Psalmodie non est amplius quam in usâ hâbitata.

## CAPUT IV.

De 10. Quibus ex causis, & quomodo per vicis  
1. salmodia movetur.

Ceterum de ejus summi decedat, nunc pro eo quod Quadragesima est transitiva, nunc in exitu pro nocturni brevitate; nam pro diebus Paschaibus & Octavis, nunc pro eo quod duodecim hinc celebrantur. Primum namque illi duo Psalmi, qui à postea dicuntur, nunquam dicuntur, nisi in Quadragesima: à Canon quoque Dominus usque ad Calendiam Novembrii, vel quoties in ipsa hyeme v. c. celebrantur Octavæ: ante nocturnos non dicuntur nisi sola Cantica quindecim graduum. Item non solum in duodecim lectionibus, sed etiam in omnibus Octavis debentur Paschaibus horas singulas non sequitur nisi hi duo Psalmi 69. & 141. In ipsa autem Quadragesimâ si qua evenierit festivitas duodecim lectionibus agenda, remaneat ipsa Psalmodie quæ in diebus predictis, & insuper officium prodefunctis; pro quibus tamen & vesperi de in modo mutatur lectiones dantur. Illa quoque Psalmodie, *Dixit ancillus*, non omittitur: nec post Primam septem parentales Psalmi simul cum Letania; & tamen propter Quadragesimam ipsi Psalmi qui remaneant, post Capitulum suppleantur, & prius in capite Psalterii, Gloria Patri post Tertium interpositio, triginta Psalmi cantantur. Post Tertium verò, cum statim Missa de ipsâ sollicitate sequitur, ad Sextam, & de cætero ad reliquas horas, preterea veniunt, totaque Psalmodie sicut in alio quolibet die privato & quadragesimâ repetitur; quinqueque ad horas non alius Antiphona, verius, & collectas, quæ de ipsâ sollicitate dicuntur. Remanet quoque rursus officium: pro quo quod per officium suum, post singulas horas Psalmi 119. 69. & 141. medius est incertus. Nam majoris notari eo tempore quo in nocte non gerebatur officium sicut geritur in hyeme, ipsum officium in diebus Dominicis & in aliis quibus duodecim lectiones fiébant, non omittitur egere post Canonam; ne pro usâ dir sollemnibus duo officia remaneret. Quod exteras sanctis Majoribus aliquando Fratibus esse maxime in tali die onerosum, pro ipso officio constituit ut post singulas horas duo Psalmi dicantur 119. & 141. Sed ut de Psalmodie hic quod propositum tandem conclusum, in diebus Dominicis, & in aliis extra Quadragesimam festivitatibus duodecim lectionum agenda, de tantâ Psalmorum diversitate nihil est amissum quod dicitur, preter quindecim Cantica Graduum, Marturum laudes, & Vespere de omnibus sanctis; illi Psalmi pro tricenario de anniversario fratrum post quindecim horam duo Psalmi & tertius apponitur rædem de causa, quæ præmissa est, utrum in exitu: nam à Calendia Novembrii usque de Ursurgan rædem officium definitum non agitur nisi in nocte, & ita nox sola, quæ ad Dominicam pertinet, officio caret.

## CAPUT V.

De Collectis & versiculis qua Psalmodie sequuntur; & quantitate Letania.

**I**nterrogatum. Ceterum libens audio, ut supra Psalmodie, ut in hoc quoque per ordinem innotens & collectas, & versiculis collectas prævenientes, hinc quibus tanta Psalmodie & in tot membra divisa non hauritur. Adversari quoque de letania quæ Primam sequitur, cuius sit quantitas & prolinitatis.

**R**esponsum. Ut motem tibi geram, & secundum eandem ordinem quem huc usque tenui; primò ante nocturnos dicuntur sola quindecim Cantica Graduum: dicuntur prima quoque pro fratribus nostris & omnibus fidelibus defunctis. Alii quoque pro nobismetipsis: hosianna pro Regibus, & omnibus nostris Amicis sicut viventibus. Ad singulas autem incitationes, oratione Dominici præmissa, sequitur ad primam versus & collecta, *A porta inferi* &c. *Aspirate Domine animas famularum tuarum Fratrum nostrum* &c. Ad secundam versus, *Atentus nostri Domine in semiplacito populi tui*: Et, *Ad nos iste* &c. collecta: *Deus cui propinquum*. Ad tertiam versus, *Domine salvos fac Reges: salvos fac servos & ancillas*; collecta: *Fratre Domine* &c. At si protenditur usque ad finem Vespere, sola incitationum loca mutantur, non collecta, & tunc prima pervenit ad Psal. 129. secunda ad 119. Ad quatuor Psalmos qui quilibet horam sequuntur, dicuntur semper hi versiculi: *Domine salvos fac Reges: Salvos fac servos & ancillas tuas: Fiat pax in virtute tua. A porta inferi*: & una de illis collectis: *Omnipotens sempiternus Deus miserere famulis & famularum tuis*: & *Dirige quæsumus Domine, famulas tuas & famulas: Large quæsumus Domine famulis & famularum tuis. Fratre Domine*: quarum singulis adhuc subiungitur: *Et pacem tuam nostris concede sempiternus. Et, Anima famularum tuarum respice nos in pace*. Quod tamen ad solam primam, qua tunc quinquequaginta salmus pro nostris cantatur Abbatis: pro ipsi quoque solet ita mutari: *Anno nobis quæsumus Letania* &c. De quatuor autem Psalmis, qui quilibet horam sequuntur, quoties duo priores suberantur, ut in omni Dominica, in festo 12. lectionum, in omnibus Octavis, & à Natali Domini usque ad Epiphaniam, & in tempore Paschali, substituitur quoque de præmissis versiculis unus, id est: *Domine salvos fac Reges*. De S. MARIA VES. & Collecta: *Fest parvam. Gratiam tuam. Deus qui de S. MARIA* &c. Si qui magis placeat, quot tamen in usâ sit, nemo reprehendat. In Adventu Domini est alius versus, id est: *Benedicta tu in* &c. Ad Mat. Laudes de omnibus sanctis, nec Capitulum nec Collecta unquam mutantur, sicut etiam ad Vespere; Capitulum est, *Scimus quoniam dilexistis Deum* &c. Collecta. *Fac nos quæsumus Domine beata MARIA* &c. Ad Matut. Laudes de omnibus sanctis post Dominicam orationem versiculi: *Fest parvam. In conspectu Ang. Nimis honorificatam sancti. Sacrosancti tui solenniter. Adventum Regi Vesp. Exurge Domine, a throno*.

Ad devotionalium sicut dicuntur hæc Collecta: *Deus cui propinquum. Fra'te Domine quæsumus ut anima. Omnipotens sempiternus Deus cui propinquum. Deus verita largitor. Ut in eius oratione. Quæsumus Domine perpetua pietate. Fulgorem Deus omnium. Prima est pro fratribus nuper defunctis, pro quibus septem officia in Conventu generaliter*



sunt agenda : secunda pro anniversario in Capitulo recitatorum : tertia pro cunctis familiaribus nostris defunctis : quarta pro defunctis Fratris : quinta pro omnibus in loco nostro sepultis : sexta pro nobilibus forisviciis & aliis famam familiaribus nostris : septima pro omnibus fidelibus defunctis. In astate, & eo tempore quo officium non agitur in nocte, quoties duodecim sunt lectiones de his, defunctorum Matut. Laudes quae proximè sequuntur, auferuntur prima & secunda collecta, quia & ipsa Mat. Laudes officio non praeveniunt, nec pro anniversario casusque, nec pro nuper defunctis deputantur, sed maxime pro familiaribus nostris, pro quibus & prima dicenda est Collecta. Anniversarias autem in sequentem diem usque dum benè fuerit opertum dilatas, tunc ritè celebratas. Ad Psalmodium, *Deus aures nostras* : verius : *Ostende nobis misericordiam. Ego nobis tectus fueris. Memori estis congregatioms. Dominus servos suos Reges. Salvus fac servos. Fuit pax in virtute. A peccatis inferi. Collecta : Deus a quo sancta desideria. Omnipotens sempiternus Deus. Praesens Domine. Absolve Domine animas. Omnipotens Deus qui vivorum. Ad Psalmum pro tricenario dicitur collecta, *Absolve.**

Post Matutinas regulares agimus quorundam commemoracionem Sanctorum cum Antiphonis, versibus & Collectis, quia nobis est familiare ut appellemus iustitiam Angelorum, Sanctorum : & penultimo quidem sancti Crucis : Sanctorum Angelorum, Sancti Joannis Baptistae, Sanctorum Petri & Pauli, aliorum Apostolorum, Sanctorum Martyrum, Sancti Marci, Sancti Benedicti, Sanctorum simul Patrum Oddonis, Nijardi atque Oddonis, & novissimè Colesorum. Duos Psalmos, qui à prostratis dicuntur, sequuntur illi versiculi : *Domine ne memineris. Ad nos nos Deus. Domine non confundam. Ostende nobis. Et venias super.* Postea Collecta brevis, quae est : *Fax nigra se Domine &c.* Cujusmodique imiles in collatione plures habentur, & semper in fine additur : *Et ad benedictionem in &c.* Ad singulas horas praeter ad Matutinas laudes, & ad Vesperos, sicut nihil est medium inter illos quatuor Psalmos, quos suprà memoravi horarum appensibiles, & inter illos duos Psalmos, hic etiam & Versus & Collecta amborum simul conjunguntur, & ad Vesperos hi de canticis sunt procer, sicut & in ipso libro Psalmorum.

Letania ita inchoatur : *Apro electus : Christe elei, sim : Christe audi nos, &c.* Ita demum nominantur de sanctis pijs minus septuaginta tres. Sequentes versus ad ipsam divinam prononciacionem destinandi sunt quadraginta tres. Qui autem post Dominicam orationem, & post alios Psalmos antecedunt Collectas, sunt hujusmodi : *Et venias.* Et de cetero iidem qui dicuntur ad psalmodiam : *Deus aures,* nisi hoc solus : *Oremus pro fidelibus defunctis. Collecta : Deus cui proprium. Omnipotens sempiternus. Deus qui facis. Praesens Domine famuli. Deus a quo sancta desideria.* A Pascha usque ad festivitatem sancti Michaelis contra tempestatem Psal. *Benedixisti. A domo tua. Absolve Domine. Deus qui es Sanctorum splendor mirabilis.* Aliquando & alia si valetur, & si opus fuerit pro tali causâ, adduntur. Ad Psalmos anniversarias post capit. Collecta est pro defunctis Fratris : *Praesens Domine quiesce ut vivamus &c.* Pro familiaribus : *Absolve Domine.* Hinc quoque si aliquando in Quadragesimâ propter aliquam festivitatem triginta Psalmi dicuntur, hos sequuntur illi versiculi, & Collecta : *Ostende nobis Domine. Fiat misericordia tua. Salvus fac servos. Ad nos nos Domine auxilium. Pro fidelibus defunctis. Requiem eternam. Deus cui proprium. Praesens Domine.*

*Absolve Domine. Omnipotens sempiternus Deus qui vivorum. Ad Vesp. de omnibus Sanctis Cap. Sancti per fidem : Collecta : Omnipotens Deus nos famuli. Ad Vesp. pro defunctis dicuntur sunt collectae eadem quae ad Mat. sicut etiam ad officium, ita tamen ut si forte officium sequatur plures habeantur Collectas quam Matut. quae praecellerunt propter causas superius relatas, habeantur quoque ad Vesp. Et de officio hoc est sciendum, quòd si brevis pro aliquo defuncto ita venerit, ut pro eo fiat ante Noctam, tres tantum Collectae sunt dicendae : prima quae aliis solet dici pro familiaribus : secunda pro Fratris nostrae Congregationis : tertia pro omnibus fidelibus defunctis. Et propter hoc consuetum officium non omittatur, si tempus & dies est hujusmodi, ne ritè post Vesperos agatur. Verum quod primum est pro quolibet nuper defuncto, quicumque hoc agatur praedicta Collecta, primo quoque loco non mutatur, & tunc non est pro familiaribus dicenda. Item, si talis anniversarius evenit pro quo sunt pulsanda omnia signa, habebit primum locum ea de anniversario Collecta. Aut si anniversarius est talis famam, dicenda primum & plures ea collecta quae est pro famam. At si unum officium est utrumque primum pro aliquo nuper defuncto, & pro aliquo tali anniversario, praeposenda est semper illa pro nuper defuncto, cui & amplius non contingit ut quisque ejus pro hujusmodi meminisset. Quod ipsum quoque observandam est in appendentibus & Vesperis & Matut. In festivitatis Quadragesimae Vesperis pro defunctis, qui tunc dicuntur, tam sunt praecipue pro familiaribus, quam & Matut. laudes : sicut non alia Collecta, nec alio subjunguntur ordine, quam ad Matut. Ad Psalmos, qui post Completorium quoque sub silentio dicuntur, sunt hi versiculi & Collecta : *Quoniam tu illuminas &c. Quoniam tu es spiritus. Domine illuminas. Domine procellis vita. Exurge Domine. Deus qui illuminas nostram, &c.**

## CAPUT VI.

*De Missarum silentiis : & de maiore Missâ privatis diebus.*

*Interrogatio.* **Q**Uae Missae acturi estis quotidie generaliter in Conventu ?

*Responsio.* Duas : primam de die, & alteram si est dies privatus, pro defunctis. De quo ut ultra iteram quod tu tamen querere non libenter neglexeris, Maiorem Missam in privatis diebus solet iterum letania praevire, quae tamen non est multum prolixâ, tribus tantum Sanctis de singulis ordinibus nominandis. Primâ Collectâ praemisâ, hic ritè sequuntur : *De cuius dextera Beatorum Petram. Cantate quasumus, Omnipotens Deus, ut inter sancta. Quasumus Omnipotens Deus, ut famuli. Omnipotens sempiternus. Deus qui facit. Deus a quo. Omnipotens sempiternus Deus miserere famuli.* Ab oct. Paschae usque ad festum S. Michaelis : *A domo tua quasumus.* Quorum cum quorundam latit sint nota propter quâ dicuntur, de quibusdam tamen dubitari potest. Quarta est pro Regibus alioque Principibus : quinta pro Episcopis & Abbatibus nostris : sexta pro familiaribus nostris : septima pro Regibus Hispaniarum per vices, & aliae Collectae. Si illi casus pro quâ opus fuerit, adjucentur, ut, verbi gratiâ, pro iter agentibus, pro infirmis, vel pro quilibet alia tribulatione superveniente. Cantus autem totus simpliciter & eodem modo quo in alia Ecclesia cantatur. Solus Introitus, sicut & aliis moris est, secundo post Gloria Patri, ter repetendus. De

veribus offerendis nihil aliud referre novi, nisi Preterito secundum quod ibi videtur imponit, nunc unum, nunc omnes, maxime propter offerentes. Nam per tres dies septimanae quotquot sunt de iunioribus choro ab his offerunt, pax datur & accipiunt; & quibus visum fuerit ab his corpus Domini sumunt, propter quod etiam tres hodie consecrantur, per alios tres à dextro eadem vicissitudine & pacem accipiunt, & communicant si qui volunt.

## CAPUT VII.

*Pro quibus dicitur Collecta in Missa pro defunctis.*

**A**D Missam pro defunctis tam de primo choro, quam de altero, solent omnes offerre. Hujus Collectae nunc plures, nunc potiores; numerum tamen decimum non excedunt. Per se autem prima valet Collectarum eadem quae ad officium est prima, & ejus secunda, hic etiam secunda pro anniversariis; tertia pro Pontificibus, id est, *Deus qui ante Apost.* Quarta pro familiaribus nostris: quinta pro Fratribus; sexta pro Regibus Hispaniarum: *Omnes potius semper dicitur Deus in curia humana conditus.* Septima pro Regna Hispaniarum; & pro factoribus & alio firmans familiaribus. Octava, *Inclina Domine aures tuas,* pro parentibus & consanguineis nostris. Nona pro omnibus qui in loco nostro sunt sepulti. Decima pro omnibus fidelibus defunctis. Novissima pro vivis & defunctis, id est, *Sancitorum sanctorum.* Quarta in alio loco jam sunt praenotatae pro quibus dicantur. Sed sicut vado Collectarum aliquando mutatur ad officium, ita per vices etiam mutatur hic vel propter aliquem super defunctum, vel propter aliquem anniversarium; post duodecim quoque lectiones, sicut semper Matutinorum defunctorum familiaribus nostris sunt deputatae: ita Missa defunctorum deputata est Pontificibus Romanis, & propterea tunc prima Collecta pro eis dicenda, & deus de motu auferantur quae de Mater, familiaribus nostris deputatae, sunt auferenda. Sequentes autem tenent ordinem super memoratum; sed earum, quas duo post duodecim lectiones auferenda, ut adhuc meminerim, tanta est multitudo illorum quae omnes professe sunt congregationis nostrae, ut rarissime bis defunctis careamus, pro quibus septem officia simul cum septem Missis sunt agenda; & propterea non est alia quae tam frequenter prima dicatur, quam ea quae pro hujusmodi est constituta; id est: *Deus cui prop.* At si evenierit talis anniversarius pro quo postulanda sunt omnia signa, praeposenda est ea de anniversario Collecta. Quod si Missa prima celebranda est pro quolibet super defuncto, sive corpus defuncti pretius sit, sive non, dicenda est pro eo ea prima Collecta quae solet alius pro familiaribus dici, id est *Omnes potius semper dicitur Deus in curia;* et postea quam simul dicta fuerit, ea vice non est dicenda pro familiaribus secundis. At si evenierit simul de talis anniversarius & prima Missa pro Fratre nuper defuncto, quod in alio loco de officio jam dixi, hic etiam tenetur ut illa Collecta pro nuper defuncto exponatur, & ea quae est de anniversario sequatur. Et hoc notandum, ut illa prima Missa pro nuper defuncto nunquam dicatur, nisi prius officium sit praesens. De cantu autem Missae defunctorum non est multum quod opus sit ut dicatur; quod tamen estimaverim non tacendum. Quoties solito solemnius agitur sive pro recentibus defunctis, sive pro anniversario, primus puerum cappam indutus tenet choram, à duobus pueris albis modica cantatur Graduale, vel quod ab aliis

responsorium appellatur; & ita, ut versu finito Graduale à principio repetatur. Aliquando talis anniversarius agitur tam celebris, ut duo pueri rursus Graduale cantantur senicis indutis tunicis, & duo Fratres cappis ad tractum cantandum, qui tamen satis raris cantatur.

## CAPUT VIII.

*De matre Missa in diebus Dominicis.*

**I**N Dominicis diebus ad majorem Missam Introitus post verum dimissus solet recitari, post *Gloria Facti* totus. *Gloria in excelsis* Deus nunquam omititur nisi in Adventu Domini, & à Septuagesima usque ad Pascha. Una tantum Collecta est dicenda. Graduale à duobus albis cantatur, ita ut versu finito à principio repetatur. Item Alleluia à duobus. Versus Offertorii omnes cantant. Tamen nisi unus offert, sed quinque simul hostias; ut qui voluerint possint communicare. Pacem accipiunt universi. Ipse autem hostie cum fuerit consecratae, mutantur quatuor cum illis quae in prode, & in aurea colambae super altare pendente jugiter servantur; maxime propter mirros, ut quidquam de eis evanuat, Vaticum sit in prompta. Mutantur autem per manus Diaconi in omni die Dominica ea de causa, ne longo situ aliquo modo hanc deteriores.

## CAPUT IX.

*Item de Missa matutinali in diebus Dominicis.*

**T**unc ad Missam quoque matutinali in eisdem diebus venimus; hanc mirum non alio solet esse quam & major, scilicet de die. Post primam Collectam secunda est de Trinitate. Postea haec omnes quae in privatis diebus ad majorem Missam dicuntur, & novissime *Sancitorum sanctorum.* Cantatur autem absque Symbolo Apostolorum, nisi aliquando eveniat, ut propter aliquam tribulationem plebs rusticana convocaret ad eandem Missam audendam, tunc non omititur. Si est in Quadragesima, absque tractu, si in Paschali tempore cum uno tantum Alleluia. Solus Prior offert unam tantum hostiam. A Diacono accipit pacem alicuius foris Chorum de popularibus dandam. Diaconus quoque ex more communicat.

## CAPUT X.

*De Processione Dominicali.*

**M**issa matutinali finita confestim à Sacerdote, qui majorem Missam cantabit, sal & aqua consecratur; nisi forte in aliis praecipuis festis: tunc alius quidem qui Missam cantabit ista praedicatur, facit consecrationem, quae consumpta aspergitur primam cum aqua benedicta pavimentum in circuitu altaris majoris, & altorum altarium quae sunt in trave, & postea Fratres. Uoo Converso cum erit sinistro ejus lateri jugiter adherente, & altero consecratam aquam praesente perultra claustrum officinas, in singulis unam collectam benedictionalem dicendo. Primum domum virgitorum, 2. dormitorum, 3. rectorum, 4. coenaculum regularem, 5. cellarium. Conventus eum expectandum facit primam stationem in Ecclesia sanctae *MARAE*, ubi & una collecta de ipsa tonali est pronuntiatio dicenda. Secunda aede dormitorum; tertia ante rectorum; quarta simul cum ipso in vestibulo Ecclesiae; quinta à Pascha usque ad Pentecosten ad san-

dem cruce[m] ubi totius novit ut de illa una col-  
lata dicatur. Singulis eor[um] hic nominare non  
vocat, quia satis nota, nisi de quibus nescio  
i apud Teutonios ita sunt in usu; una que ante  
portam Ecclesie dicenda est inter cantandum, id est,  
*Domine Jesu Christe*; altera que in Choro; *Pro  
Sanctis non amittitur.*

## CAPUT XI.

## De diversitate solemnissimarum.

*Interrogatio.* **I**n aliis festis si processionem non  
facitis, numquid tamen alia omnia  
tenetis & observatis, que in diebus Dominicanis sunt  
obse[rv]anda, aut est quicumque quod addere soleatis?  
*Resp.* Alio sunt plura in quibus nihil agitur am-  
plius, quam in qualibet Dominica die; & alia sunt  
in quibus hoc superadditur, quod Invitatorum can-  
tori alibi induuntur, & quod Sacrosancto post no-  
tum Evangelio, cum alba redit in Choram, ut  
albatu[m] ad canticum Evangelii altare incenset: ut in  
depositione S. Hilarii: in octavis Epiphaniæ; in festo  
S. Agnetis, S. Agathæ; S. Matthæ; in depositione  
S. Gregorii; S. Benedicte; in Annuntiatione S.  
MARIE, in octava Ascensionis Domini; in dep[osi]-  
tione S. Confortiæ virginis; in octava S. Joannis Ba-  
ptistæ; in Translatione S. Martini; in octava Transla-  
tionis S. Benedicte; in depositione S. Brictii; in octa-  
va S. Martini; in depositione S. Clementis; in octa-  
va S. Andrea; in Nativitate S. Lucie, in dep[osi]-  
tione S. Salvæti; & hoc ipsum fieri solet in quin-  
que Dominicis diebus, id est in primâ Dominicâ  
Adventus; in Septuagesimâ, Quadragesimâ, & Ra-  
mus palmatum.

Sunt alia que in hoc præcellunt; quod formæ in  
choro tabernaculi cooperiuntur; quod ad Vesperos &  
Matutinas ante altare cerei quinque accenduntur,  
cum aliis nisi tres; quod Sacerdos altaris incensat in  
cap[itu]lo; quod ad eandem horas duo pauci Responsoria  
decantant, & *Benedicamus* pronuntiant; quod ad  
nocturn. duo lectores & non plures, Responsoria  
quartum, 8. & 12. cantant, quod ipsam Respons.  
duodecim recantant; quod ad majorem Missam om-  
nes qui cantare sciunt sunt in albis. quod post al-  
leluia quadam melodia neumarum cantatur, quod  
sequentiam quidam appellant: ut in depositione S.  
Mauri; in Nativitate S. Vincentii; in Conversione  
S. Pauli; in Natali Apostolorum Philippi & Jacobi;  
in Inventione & Exaltatione S. Crucis; in dep[osi]-  
tione S. Martialis; in exceptione Reliquiarum S.  
Gregorii; in Natali S. Jacobi; in depositione S. Ger-  
mani; in Inventione S. Stephani; in octava Assum-  
ptionis S. MARIE; in Nativitate S. Bartholomæi;  
in Nativitate Sanctorum Juliani, & Hermæ; in  
Decollatione S. Joannis Baptistæ; in Nativitate S.  
Marcelli Martyris; in exceptione S. Marcelli Papæ;  
in Nativitate S. Egidii; in Nativitate S. Mariani;  
in Nativitate S. Dionysii; in depositione S. Lucæ;  
in Nativitate S. Aquilini; in Nativitate Apostolo-  
rum Simons & Jude; in Nativitate S. Quintini  
Martyris; in depositione S. Odonis Abbatis; in Na-  
tivitate S. Thomæ Apostoli. Inter quas tamen festi-  
vitates, Inventio & Exaltatio sanctæ Crucis bene  
habent prerogativam, ut ad majorem Missam esp[er]-  
ipsum omnes induantur. Item quedam sunt in hoc  
superiores, quod in Choro duo dorsalia <sup>b</sup>. & sex in  
presbyterio suspenduntur: quod hi duo qui Invita-  
torum sunt cantantur tam capiti induantur quam

omnes ad majorem Missam; quod ad Vesperos &  
Matutinas super canticum Evangelii in tria mem-  
bra divisa ter cantatur; primò ante ultimum ver-  
sum, tertio post *Gloria Patris* simul ab omnibus;  
quod melodiâ solemnior quam in aliis diebus can-  
tatur hymnus Terse & duarum sequentium hora-  
rum, & Prima solemnior quam etiam in Domini-  
câ: quod Missâ majore finita omnia signa pulsantur;  
ut in Nativitate S. Joannis Evangeliste, & In-  
nocentiam; in Circumlocione Dominican depositione  
S. Odonis; in Nat. S. Marcelli Papæ; in Nat. S.  
Fortunati; in Cathedra S. Petri si evenierit extra  
Quadragesimam; in illa tribus diebus Pasche &  
Pentecostes; in dep. S. Majori; in Commemoratio-  
ne S. Pauli; in Octava SS. Apostolorum Petri &  
Pauli; in Translatione S. Benedicte; in Nat. S. Lau-  
rentii; in Nat. S. MARIE; in Nat. S. Matth. in  
festivitate S. Michaelis; in Nat. S. Andrea. Ubi  
tamen notandum quod Matutini excipiuntur in illis  
tribus Pasche & Pentecostes; & quod Antiphone  
non recantantur, ut etiam nec in Nat. S. Marcelli  
Papæ, & S. Matthæ.

Item sunt que in hoc supereminunt, quod Invi-  
tatorium quatuor cantant; quod singula Respon-  
soria cantant duo vel plures; quod ad Vesperos &  
Matut. non pauci sed Majores cantant Respon-  
soria; quod duo thuribulis incensant, quod ad Ma-  
tutinalium & majorem Missam non nisi una Collec-  
ta est dicenda; quod septem cerei ante altare ac-  
cenduntur; quod in Choro quatuor pallia & in  
presbyterio octo suspenduntur: Ut in Nat. S. Ste-  
phani; in Epiphaniâ; in Hypopatone Domini; in  
eius Ascensione; in Nativitate S. Joannis Bapt. Hoc  
autem de prima Collectâ ad matutinalium Missam  
habent & illi tres dies post primum non solum Pa-  
sche & Pentecostes, sed etiam Natalis Domini.  
Item sunt alia in quibus hoc apponitur; quod  
rota Ecclesia sine ullo ad finem dorsalis adur-  
natur, & cornu accenduntur; quod inter nocturn.  
omnes aliarum principaliter incensatur ad tertiam lectionem,  
ad septimam, & ad undecimam, & thuribulum  
ab ipso Sacerdote qui incensavit cap[itu]lo induto  
portatur generaliter ad Fratres, & in Choro & ex-  
tra Chorum: Ut ad Vincula S. Petri; in festivitate  
Omnium Sanctorum: in dep[osi]-tione S. Martini; in De-  
dicatione Ecclesie si evenierit extra Quadragesimam.  
Sole quoque principales festivitates ad superlati-  
vum gradum quodammodo pertingunt, id est, Nat.  
SS. Petri & Pauli; Assumptio S. MARIE, cum tri-  
bus festis Dominicis, que hoc habent singulare quod  
ad mensuras vice scilicet pulsantur omnia signa, &  
postea non singula, sed duo simul, sicut etiam ad  
Vesp. quod aliud triangulare ante sanctam Crucem  
dependens accenditur: quod illi quoque maxime ce-  
rei, tres post altare principale, & septem ad sanctam  
cruccem accensis de Vespens usque ad Vesperos,  
imò usque ad Completorium ita perdurant:  
quod ad Nocturn. tria diversis coloris pallia super al-  
tare principale mittuntur singulatim aufertur; primò  
ad finem quartæ Responsori; item octavi, &  
post Cantica; quod processio per Claustrum tam so-  
lemnis agitur, ut non solum cruces, sed etiam textus  
Evangelii, candelabra, & cetera queque mo-  
bilia ornamenta portentur, in Octava Pentecostes;  
commemoratio S. Trinitatis, & Annuntiatio S. MARIE  
si contigerit extra Quadragesimam celebranda,  
hoc solum manus habent, quod ad nocturnum tria  
pallia non ita mittuntur super altare, & processio  
eo apparatus non agitur. Prosa, vel quod alia Se-

<sup>b</sup> *Asphalte* Dorsale, legitur Asterios, pallium est five  
sacrum & caperunt quod in dicto portat, five parietibus  
Tom. I.

appendix.

quentiam vocant, non cantatur nisi in quinque festis principalibus, in Epiphania & in Ascensione Domini; in Translacione S. Benedicti, & in Nat. S. Mariani. Hoc quoque sciendum de ipsis festivitatibus, quia si dux convensuum celebrantur, & praecedens majoris est reverentia, & praecedente quoque secunda Versifica dicuntur ex toto, & de sequente nonnulli Antiphona & Collecta. Quaecumque autem festivitas in Quadragesima celebratur, nihil ei amplius ullo modo deferretur, quam uni diei Dominicae, ex his quoque, quatum supra memini, exceptis.

## CAPUT XII.

## De Cena Domini.

*Inverreg.* **M**emissit aliquantulum utroqueque dietem de parvorum & solemnium, scilicet in quo sint dissimiles, & quibusdam ex ipsis solemnibus solemniores, sed nonnumquam specialiter dixit de aliquo anno tempore, vel die, qui ab eo proprio ac singulari habeatur; & propterea si voluerit, ut pollicetur, se pro voluntate nostra agere quod loquitur, usque ab aliquo die ut singulorum dietem vel temporum suis proprietatibus quamdam praescribitur definitionem, & sicut superior fecisti de utroque Testamentum quo modo legendum esset referendo, ita nunc quoque fac iterato quendam circulum anni.

*Responsio.* Crede mihi, Pater, ille circuitus, quem modo quaeris, non est ita levis, motumque dithidionem veribus, ut si incipiam ita ut sit proficuum, & me perici non possit: tamen in Christi nomine, & pro amore tam cari pectoris quantum possim non omitam expectari: sed perisquam hoc ipsum quod habeo vitium deficient, aspexit ut difficilior locus ad incipiendum eligatur, quia per planiora curritur aliquando etiam à lapsu. In toto autem anni tempore, non est ullius diei obsequium tam multiplex, & tam proximum, ut in Cena Domini; si circulo haec sit meta prout postulas, & à qua incipiamus, & ad quam recurramus. Igitur in illis tribus noctibus aequaliter quae Dominicam Resurrectionem praecedunt, quomodo ante nocte obsequitur quodecim candelae, ut singulae ante singulos psalmos extinguantur, vaeat ut referant, quia illa consuetudo latin vocata est, & per Ecclesias omnes, quae in istis sunt partibus, generalis. Cantica quodecim Graduum sub silentio dicuntur; nec tamen omittitur per singulas mentiones super formas procumbi. In prima nocte pulsantur ad Nocturnos omnia signa, in qua & in duabus sequentibus ipsi nocturni geruntur à nobis eodem modo quo à Canonicis, psalmis, lectioibus, & responsionibus ad novemaginta pectingentibus. Primae tres lectiones de lamentationibus Hieremie sunt, in quibus tamen non ita Canonicos imitamus, ut eas non tam legere quam cantare videamus, sicut illi per multa loca solent, illaque alphabeta omnino tacemus; tres frequentes de statura S. Augustini super psalmum lxxviiijm secundum, tres novissime de Apostolo quae in prima nocte incipiunt ab eo loco psalms ad coronatos: *Primum quidem corubentibus vobis in Ecclesia, unde servatur etc.* In secunda nocte ab eo loco Epistolae ad Hebraeos, *Psalmus ingredi in illam*; in tertia nocte ab eo loco epistolae Epistolae: *Christi in assistens Praesepse.* De hoc quoque non est opus verbum facere quod non minus est scitum; & nocturnos, & omnes horas oblique versus, *Deum in adiut.* cum veniat tamen inchoatis, & ab antiphonis quarum etiam nulla cum definitione tona finitur: Lectiones quo-

que solito more nec incipi nec fini: verum ad Matutinam laudes cum venitur ad *Laude Domini de casta*, quisque juvenis stabit iuxta Custodem forni; in medio quoque duorum puerorum stabit unus Magister eorum, qui ambo per manicas tenebit usque dum Matutinae finit fiat. Post cantica Evangelii cum antiphona quaecumque fuerit cantata, procumbunt super formas. A singulis praeceduntur sub silentio, *Ego dixi*, cum psalmo *Miserere*, & collecta *Deus a quo Judas &c.* signo factio per fontem à Domino Abbate confurgunt, & laeternis cum lumine sportatis per Magistros puerorum eunt in dormitorium.

Aurora bene apparente, ut alio lumine non indigeatur, scilla sonatur; levant se de lectis suis, festinant ad Ecclesiam. Facta oratione, Prima inchoatur ab hymno, sicut & tres Horas sequentes, cujus ultimus versus, qui est de sancta Trinitate, remanebit. Psalmi coniecti cum Antiphona & tono cantantur. Inter preces, cum venitur ad locum confessionis, dat signum Dominus Abbas cum fontem, ut dicatur omnia psalmis familiaribus: cum post preces surrexerit, decantans septem psalmos sine gloria, letania cunctis quae cum omnibus appenditur suis, quia sicut non mutant quod in privatis diebus per totam Quadragesimam observare solebant, ut non le cadent antequam signum audiant, & tribus orationibus Tertium praeviant; hoc autem mutatur, quod ipsam Tertium eo die non statim sequatur Missa matutinalis. Preis quoque quam ad Ecclesia existunt, nova calcamentia super tres peticas suscipit à famulis Camerani in Capitulo appoetantur, & super quatuor pedes ter infixos ipsi peticae inveniunt. Ubi praeter dies & Luna pronuntiationem, & sententiam Regulae, quae ex more ibi legitur, quidquid aliud & à sacerdote & à Conventu dicitur iube silentio, & illis tribus diebus nihil aliud legitur in Capitulo ulli de Regula tantum.

Ut autem prosequar quod incipi de calcamentis, exposita Regulae sententia, jubente Domino Abbate confurgit Cameranus, & suffraganeus ejus, & per eos ipsa calcamenta erogantur, quibus singulis singulorum quoque nomina Fratrum sunt adscripta. Accipientes nova, cedunt vetera bene lota (si tamen plus quam unum par habuerit de normalibus) ut pauperibus tribuantur. Pronuntiantur quanti fratres sunt in claustro, ut tanti quoque pauperes ad Mandatum admittantur, & misere quantum visum fuerit pro amicis nostris Domino Abbati. Ipsis autem pauperibus contum à Sacerdote, qui Missam matutinalem cantaturus esset, cantatur ad altare sanctae crucis, & singulis singulae dantur oblate: & quia tenerantur esset ut non indiscretè communicare permitterentur, quorum conscientiam nesciunt; qui tamen pauperes prius à Decano ville electi sunt, nec tales sint aliquo modo qui Claustrum non debuerint intare. In hospitium autem referendus bina dantur edulia fabarum & milii; à famulis elemosynae cum aqua calida praestantur pedes eorum. Antequam confertum erat factis probabilis, ut in illo die & in praecedenti et in sequenti, etiam per totum sonum, quoties tale aliquid deberet fieri, quod novum pro qualitate temporis, hoc in Capitulo ab uno puero diceretur, qui si quid mendosum proferret, non esset talis persona cui contradicere non audeat. Nunc autem nescio propter quod hoc est motatum, & si Dominus Abbas non adesset, nec Praior, talis multum ipse peritus Praeceptor, vel alius Frater abici, potius quam puero imperet hoc munus. Post Capitulum psalmi pro anniversario Fratrum eo die cantantur in aper-

to, quamquam in duobus frequentibus sub silentio, tabula percussit Frater loquuntur in Claustro, & post Sextam iterat. Post Nonam statim Sacerdote alba induto, & ceteris ad Majorem Missam servaturis, faciunt processionem ad novum ignem consecrandum cantantes psalmum quinquagesimum. Ante processionem portatur crux, aqua benedicta, & thuribulum, tamen sine igne, ut novus ignis, postquam consecratus fuerit, aspergatur & incensetur ad benedictionem, Oratio Dominus Deus Pater omnipotens. Per medium autem Ecclesiam revertuntur in Chorum cantando psalmos 51. 56. 59. 79. Ipso die rite lumen in periculis portatur à Custode Ecclesie, in Parasceve à Præse, in Sabbato sancto à Domino Abbate vel à Sacerdote à lapis pretiosus herilis de quo ignis est procedendus, sub custodia Apocriphari servatur; quem tantum Præcentori adhibet, ut ab eo ignis portetur; eundemque ipso die, in processione item major Ecclesie Custos bajulat.

Sed ut ad situm de quo agitur redeam, cum venerat in Chorum, complantur forme, sicut est confectio in his diebus in quibus vena non est petenda. Pulsatis omnibus lignis cantatur Missa festiva, tamen absque Gloria in excelsis, & post versum Introitus Gloria Patri non dicitur; Diaconus Dalmaticâ induitur, Subdiaconus Tunica, cappis qui Gradalem cantaverint. Omnes accipiant pacem, amplexus communicant; & per illos quatuor dies communicare non quâquam fratrum omiserit, etiam si aliud tale quid ei contigerit dormiendo. Finitâ Missâ tabula percussit per signum ad orationem Vespertonam, quam foris iterum explicatis faciunt propinbendo. Interea verò reconducitur Dominicum Corpus à Sacerdote retrò altare. Ponitur in patenâ aureâ, & patena inter scutellas aureas, & adhuc scutellæ inter tabulas argenteas, quæ factæ sunt ad textum Evangelii. Eo autem quo ab altari portatur cum ceris, & cum plurimo incenso, postquam se exierit qui ad Missam servierunt, Domuum Abbatem præcedentem omnes sequuntur (sedet enim interim in Choro) & eunt in refectorium ut mixtum accipiant tantum uniusquisque de libris suis, & potio eis pigmentata propinatur. Quando confederunt, vel quando surrexerint, nihil dicunt de versu, solummodo ante faciunt & retrò. Interim pauperes in Claustrum introduci confidere jubentur. Ad quos Fratres venientes in alia parte Claustri per ordinem consistunt, & ita ut prices pauperibus sint propiores. Ipse Dominus Abbas imponit Antiphonam, vel Præcentor, Dominus Iesus: & venia petitur ab universis. Inchoatur Mandatum, & duo simul ex una parte lavant & terunt, & ex alterâ duo pueri scrolium cum Magistris suis & cum inferioribus. Psalmus 66. subjungitur Antiphonæ prædictæ, Mandatum novum, quæ & per singulos versus ejusdem Psalms repetitur: postea Psalmus 118. in quo iterum repetitur post octo versus: cum ad hoc quoque verum fuerit ut ad manus pauperum aqua ministraretur, tunc & ante Antiphonæ ad Mandatum persistentes decantantur; tabulâ semel percussâ cessatur à cantu. Datur benedictio super vitam propinandum sub silentio, cum quo simul duo denarii singulis pauperibus à singulis Fratribus tribuuntur. Incensatis omnibus dicitur est versus, & Collecta à Domino Abbate, sicut & in ceteris diebus ad Mandatum pauperum dci solent, ita ne possit audiri. Et in hunc etiam modum imposito Psalmo Assiste mihi Deus, & facta ante & retrò redeunt in Ecclesiam. Interim autem dum Mandatum nebot percussâ est tabulâ tantis vicibus, quantum signa solent ad Vesp. pulsari à sub Couventu istrante provia sunt tabulæ quàm plures, quæ in vi-

ce signorum omnium à Custodibus Ecclesie ad osium ipsius Ecclesie stantibus percussantur. Cantant Vespere more Canonorum, puero inchoante cum quique Psalmis, & eodem modo quo de Matut. laudes finitur; propter quod tamen ne assuaverit ut ad alias Horas alii Psalms, quàm qui solent, dicerentur. Omnia ex toto altaria mundantur; pro cymbalo percussatur tabulâ, & in refectorio pro scilla. Ubi rursus sicut in Capitulo quæ dicenda sunt, omnia præter lectiones sub silentio dicuntur, & ad Ecclesiam ita regreduntur.

Ad Mandatum quod inter Fratres est gerendum, Hebdomadarâ primùm lavant pedes Fratrum & non tergant; quos Dominus Abbas sequens tam iterum lavat quàm tergit. Cunctiam tres fratres obsecratur pedes Fratrum inter lavandum sustentando, equam apportando, & manutergia mutando, & cum ad alius vices de unâ aquâ duobus Fratribus aquâ pedes laventur, hic quidem non nisi uni. Fratrum autem tantâ multitudine collectâ, nimirum plâs aliquando quàm ducentorum, dies non sufficeret, si Dominus Abbas solus ita Mandatum faceret: propter quod aliter quoque Frater ex Prioribus assumatur, à quo similiter ex alterâ parte geratur: & si visum fuerit, adhuc alii duo assumuntur. Quibus omnibus simul cum ipso Domino Abbate praeliquam aquam ministrant ad manus Fratrum, lavantur pedes foris Capitulam à Fratribus qui ab hoc fuerint nominati. Illi autem soli qui primâ vel secundâ vice laverunt pedes Fratrum, in medio Capituli ante factum & retrò praeliquam sedent; quorum cum sit unus Dominus Abbas, tunc ipsi primùm sedem suam petentâ assurgunt Fratres, & datur ei locus à Priore parum sedente qui in sede sua sedebat. Hoc autem totum postquam calcamenta distributa sunt, statim in Capitulo suum ordinatum. Frater solitas Antiphonas quæ sunt de Mandato, habetur hymnus Flavii primi Cabilonenis Episcopi. *Tellus ac æthera jubent in magno canâ Principis*: qui in hoc die & ad hoc Mandatum post primam Antiphonam cantatur, & ita ut per singulos versus primus ejus versus repetatur. Percussâ omnibus cessatur à cantu, Custos Ecclesie percussit tabulam per signum; intrat Diaconus alba & stola indutus, & textum Evangelii portans, quem præcedunt unus Offitarius Ecclesie cum analogo in quo legatur, & tres Conversus similiter albat cum candelabrâ, & incenso, quibus intrantibus assurgit Conventus universus, nec prius recidet quàm unus versus de Evangelio sit lectus: lectio inchoatur ad eo loco: *Ante diem festum Pasche*: Ex perducitur usque ad cum locum: *Surgere eamus hinc*. Tunc & Fratres percussâ tabulâ se levant, ut in refectorium precedente Diacono, cum processione eant. Ubi rursus qui lavant & terierunt pedes Fratrum, vinum quoque omnibus propinant, & manus osculantur, illis obsecratis, & vinum apportantibus qui in Capitulo fuerint obsecrati. Diacono ad gradum stanti adhuc & legenti, & qui cum eo sunt, propinatur quod ab ipsis in poteras suas apportatas infunditur, & ita ponitur per alios ad mensam principalem, ut hinc lectione, & ibi facta ante & retrò confidentes bibant. Completorium sub silentio est dicendum & de cetero, exceptis nocturnis & matutinis, nullâ regulatis hora alio modo usque ad Vespere Subbati sancti. Si quis autem Fratrum foris positus Capituli solemnitati vult interesse, in quantâ ferâ debet venire. At si hunc per negligentiam contigerit, sive sit noster professus live Monachus extraneus, ut non veniat nisi in ipsis tribus diebus, post quamlibet horam finitam postquam se Fratres ad fontem lava verunt de foras, soltam benedictionem

habebit: nemo tamen illum osculatur ab eo momento Carne Domini, quo pax in Ecclesia generatur: et dicitur, quia dum pax iterum datur in prefato Sabbato sicut ad communionem.

## CAPUT XIII.

## De Parasceve.

**I**N Parasceve ad Primum nudis pedibus debent universi venire: quia sub silentio hinc sequuntur manifeste septem Pleni simul cum Letania, que nihil sui juris & consuetudinis carebit in Veribus & Collectis: Erunt Fratres in Claustro confidens, & communiter incipientes totum Pfalterium decantant. Tertia, & duæ sequentes Horæ cantantur ad Ecclesiam sanctæ MARIÆ, quæ Major Ecclesia interem fœpatur, & palis inde levatus non est tam cito deponitur. Ad Processionem, quæ ad novum ignem iterum est agenda, debent albis esse induti omnes: que ad officium Missæ sunt servitura. Tractus *Domine, auxilium*, à Cantoribus inchoatus, ita cantatur, ut post singulos versus à primo versus repetatur nunc integro, nunc dimidio Tractus *Eripe me Domine*, ut alii tractos à solo Cantoribus. Psalmo legitur absque salutatione, quæ tamen in aliis diebus non est omittitur. Collectis consummatis quæ in missali habentur, duo Sacerdotes albis & casulis induti, & crucem allatum, illic ubi crux est extra Chorum in dexteram partem abcedunt, & inter portandum cantant hos tres versus *Popule meus*, à duobus aliis: *Quia eduxi te: Quod alitè*. Quis versus singulos sequitur à duobus aliis cantantur *Atque à Thoro: & Chorus: Sanctus Deus*. Bajuli crucem praefatam & nudantes (est enim huc usque cooperta) imponunt Antiphonam: *Ece lignum crucis: & omnes petunt veniam. Versus: Beati invocantur in via: Antiphona, Crucem tuam: Versus: Deus miseratur nostri: Antiphona: Dum fabricatur: Versus: O admirabile: Hymnus: Crux fidelis*, qui reciprocando cantatur. Pavimentum tapetibus est constitutum: maxime propter illos qui in albis sunt Crucem adoraturi. Et primum quidem Sacerdos casulis & stola exurus. Post pueros adorant infirmi. Quando Crux auferretur, imponitur Antiphona: *Super omnia ligna: & vena petitur secundò*. Si quis popularium crucem adorare voluerit, huc locus retro altare datur. Die prioris, Praeconis providente, tantum est reservatum Eucharistia, de quo item possunt omnes communicare. Eo quo repulsa est proceditur rursus cum incenso & candlebris duobus, ut frangatur & dividatur sicut sumendum est, à duobus in nobis albis & casulis indutis: & ab uno illorum Calix tenetur cum vino nec consecrato: hoc modo deferretur ad Altare, ubi à Sacerdote sola Dominica oratio dicens est: illaque Collecta, *Libera nos: & cum manifestè dicitur, Per omnia saecula saeculorum: illud, Pax Domini*, non sequitur, quia nec signum pacis co die datur. Aliquando erat illa dispensatio, ut postquam omnes communicaverant, quisquid residuum erat ab eisdem Presbyteris qui appoerant eum magna reverentia & caute à sumeretur, & nihil omnino in erathium remaneret. Quod etiam ego non aliter novi, nisi generaliter consecrato sit altare Ecclesiarum, de quo tamen non hic modo magnopere curatur: & tam hoc die quæ in alio si quid communicandis superest, relinquitur. Postquam autem omnes communicaverint, percussit tabula, ut fiat oratio vesperum. Extant fratres pedes lavare, & de calice. Quibus rediens omnes simul tabula percussio, & vesperae decantantur sub fi-

lento, & cum eisdem Psalmis prioris diei, nisi primus auferretur, & pro eo ponitur in novissimo Psalmus centesimus quadragimus tertius. In Refectorio non habetur nisi panis & herbe crudæ, vinum justis infusum magis datur ad elemosinam quam quisquam bibat: quod etiam fit secundò cum iterum pergunt in Refectorium quasi more solito biburi: verum de collatione surgunt ad Charitatem, & de vino quod tunc propinatur nullus omnino praesume abstinet, ut non aliquantum gaudet. Coenae Ecclesie statim post Vesperas singula desuper inceperunt Altaria lavare diligenter, primum cum aqua, postea vino: ad quod etiam opua nec spongia carent, quælibet imbibente horem, ut cum ea mensis ipsa laventur Altaria.

*Inter*. Altare principale erat ne nudum quando Corpus Domini dabitur?

*Resp.* Minime: uno interim linteæ ortu operum.

*Inter*. In loco illo passim: *Dixerunt sibi vespertina mea* simulatur ne aliquo modo à vobis?

*Resp.* Certe simulatur, duobus panniculis in Altari positæ, & eadem vice hinc & inde per duas Fratres ablatæ, sed, ut modò sciret quod verum est, de industria celavi, quia quævis nullum sit maum, tamen ad non hinc cum Ayoitolo perhibente se per fidem, & non per speciem ambulat: verum hoc omisso sine me ut ordo tenetur incipit.

## CAPUT XIV.

## De Sabbato Sancto.

**I**N Sabbato Sancto post Matut. continuò non modò Altaria cooperantur, sed etiam tota Ecclesia pallis ornatur, nullamque locum super Altare aliquid mittitur, quod non sit optimè lavatum. Post Capitulum, & post Scram, Fratres loquuntur in Claustro. Post Nonam processione facta, primò à Diacono laus cerei est legendo. In ejuis quodam loco cum aliquando non bene haberetur, *O stix calpa: & quid peccatum Adeo necessarium est*, ante hos annos Abbas optime fecit, quòd fecit abridi, & ne amplius legentur interdixit. Ipsi verbò cereo Praeconis inscribit quosus annus sit Dominice Incarnacionis, quotò inditio, Concurrere, & Epacta. Cum ventum fuerit ad hunc locum, *Suscipe sancte Pater incensò hinc sacrificium vesperarum*, Diaconus in eo surambibus ante praecavet crucem facta cum quomque gramis interit. Quando legitur *Rudens ignis ascendit*, tunc & cereus primum accenditur. Inde sequitur lectio *In principio: Oratio, Deus qui. Lectio 2. Factum est: Tractus: Cantemus Domine*, qui à duobus cantatur ex toto: *Oratio Deus ceteris: Lectio 3. Apprehendens signum maiestatis: Oratio, Deus qui nos: Tractus, Vena. Lectio 4. Hæc est hereditas: Tractus, Assende. Oratio, Deus qui Ecclesiam: Tractus, Sicut servus: Oratio, Concede. Letania tripla cantatur à duobus Cantoribus, qui & Choram tenent capis induti, & praecurritibus, & utroque Choro singulatim respondente: ad singula nomina Sanctorum, preter Angelorum, meliuntur ab his à quibus nominantur, nisi Praecones non inculant. De baptismo nihil nos intravitimus, nec ab ullo in Ecclesia nostra celebratur. Letania inchoatè statim cum taperibus cooperantur forme, firmæ, pronuntiatæ à Cantore, *Accendite*. Accenduntur quæ sunt ante Altare candle, & pulsantur omnia ligna, cooperiantur eum taperibus forme: Inchoatur Missa cum *Kyrie eleison*: Sequitur *Gloria in excelsis*, & cetera sub-muner omnia. Cereus nullus potatur ante Sacerdotem ad Altare proce-*

deum, nec ante Evangelium nisi uicium sum-  
lum. Tunc etiam primus si quis Sacerdotum pri-  
vatum Missam cantare voluerit, licentiam accipere  
potest, & similiter incipit à *Kyrie eleison*. In Censù  
Domini potest etiam sine licentià ante majorem  
Missam cantare, sed abique candelis; qua novus  
ignis nondum erat consecratus. In isto autem die  
quamquam *Agnus Dei* non dicitur, pax tamen ab  
omnibus datur & accipitur, & ut super memini,  
ab omnibus communitatur. Missa peractâ itatim  
scilicet due simul pullantur. Ad Vesperos, sicut &  
signa sequentia, bina pullantur, ad quos consueti  
Psalmi cantantur; primus *Confiteatur* cum Alle-  
luia secundum melodiam à Antiphona *Crucifixus*.  
R. *Resp. Angelus Domini*; Hymnus, *Ad Cantum*. Ad  
Cantum Evangelii post Antiphonam, quantum ter  
recantatur, tamen adhuc & ipsius Antiphonæ me-  
lodia cantatur cum Alleluia; Collecta *Deus qui  
habe*. Procellio quoque ad Ecclesiam S. MARIE here  
solet, mutatur ad sanctam Crucem, sicut etiam in  
omni Sabbato, sed modo cum Responsorio, *Dom  
transiit*, sequente Versu & Collectâ cum tonali  
pronuntiatione, *Dicitur in Nationibus: Deus qui  
prosalute*. Generale Mandatum effectiendam, nisi  
quod factum est in Censù Domini; & hoc etiam  
constitutum est à beato Patre Odilone, ut si festi  
precepit in Vesperâ Sabbati, *Qua*, ut scriptum est,  
*inceps in primâ Sabbati*, id est, in Dominicâ, eve-  
nerit, Mandatum in quinquâ Feriâ præcedente  
anticipetur, ne Fratris prolixioribus vigiliis labo-  
ratur, Mandati quoque labor accedat. Quod te-  
netur in quaque præcipis Festis; & Dominus Ab-  
bas hoc saperaddidit, Commemorationem Sanctæ  
Trinitatis; Vinea S. Petri; Iesum omnium San-  
ctorum; S. Martini; Hypantem Domini; & De-  
dicationem Ecclesiæ.

## CAPUT XV.

*De ipsâ nocte, vel die Resurrectionis Domini.*

**I**N ipsâ nocte Dominicæ Resurrectionis facti novi  
quia vobiscum in Nocturnis non concordamus  
agendis; nam & Psalmi, & Lectiones, & Respon-  
soria pariter ad duodenarium pertingunt, quan-  
quam in Antiphonarum numero nisi tres Antiphonæ  
habeantur, quarum prima cantatur super pri-  
mos quos sex Psalmos; secunda super alios sex;  
tertia super canticâ. De pulcherrimis primis omnibus  
signis pro festâ & de tribus psalmis super Altare  
mendis; & de incendio inter Nocturnos ter circumsere-  
ferendo; de Responsorio octavo & duodecimo, post  
quam festiâ cantata fuerit, iterum repetendis, vacat  
(ut modo dicam quod memisse potes) jam  
in superioribus dixisse, ubi mentionem feci de di-  
versitate solemnitatum. Ad Matutinas laudes singu-  
larum Antiphonarum melodiâ repetitur cum  
Alleluia. In die cum hora una quæque propria  
habeat Antiphonam, ut in promptu est in Anti-  
phonario videre, ad Vesp. super Psalmos non Anti-  
phona sed tantum Alleluia, nisi *Iesum quem qua-  
runt*. Ad Procellionem post aquam benedictam, Anti-  
phona, *Veni aquam*, &c. cum *Gloria Patri*, procedit  
ad Ecclesiam S. MARIE cum Responsorio,  
*Veniens à Libano*; vel cum alio, quod tamen non  
finitur sine Alleluia. Sequitur Antiphona, *In die  
Resurrectionis tua, alleluia*. Et, *Sedit Angelus*,  
cum versu *Crucifixum*; ad intronam Ecclesiæ Anti-  
phona, *Christus resurgens*; in Choram educendo  
Antiphona, *Es vultus meus*.

*Super*. Si dicenda est in tali die Collecta, cujus supra  
in quodam loco memimus, id est, *Via Sanctorum*,

*Resp.* Utique, nec in illâ solet Dominicâ reman-  
ere; huiusmodi autem cantus ad Procellionem in  
omni Dominicâ non mutatur usque ad Pentecosten,  
excepto quod pro novissimo Responsorio cantatur  
aliud vel Responsorium, vel Antiphona de Sancto  
Petro & Paulo, & Versus ille *Crucifixus* remanet.  
Missa facio sanctæ diei quomodo celebraretur non opus  
habet iterum audire, si bene recolis supra memo-  
rata de diversitate solemnitatum. Quod tamen ibi  
non dixi: Intronus ter recantatur, qui duos versus  
habet. Duo quoque pars Cantorum hinc &  
inde, vel si videtur, plures statuantur ad Procellam  
concedendam; quibus Chorus per neumas respon-  
det. Ad *Agnus Dei* tropi quædam adjuvantur; &  
Communio post vesperam iteratur. Hymnorum  
horarum additur unus versus, id est *Quasi-  
mus ante nos*; & novissimus ita mutatur,  
*Gloria tibi Domine qui servasti*, &c. Quod etiam  
tenetur usque ad Ascensionem Domini, *Prezato, Te  
quidem omni tempore*, per totam istam septimanam  
ascensâ est ad utramque Missam. Et autem alia con-  
suetudo quoties fuerit duodecim lectiones, ut una  
eadem Collecta dicatur, & ad Vesp. & ad Evange-  
lium post Nocturnos, & ad Tertiam, & Missam,  
& iterum ad Vesperos; quod tamen in hac die, &  
in hac septimanâ observatur præter ad solos Vesp-  
eros, ut præmissam est in Vigiliâ Paschæ.

## CAPUT XVI.

*De secundâ Feriâ, & diebus matris Septimane.*

**T**RANSACTA die Dominicâ, in secundâ Feriâ, &  
in aliis diebus & noctibus ejusdem septimane,  
non nisi duo signa sicut in privatâ ad Nocturnos  
pullantur, qui cum duodecim Psalmis, sicut sunt  
per Feriâ ordinati, aguntur sed lectiones tres tan-  
tummodo ex Evangelis sunt. Præter unus Invitatio-  
num cantat. Ad Matutinos pullantur omnia signa,  
& de cætero sunt omnia festiva. Ille autem quæ in  
Dominicâ cantate sunt ad Matutinos, *psalmes* sin-  
gulari ad singulas Matutinas cantanturque ad Sab-  
batum, & ad alias horas habentur Antiphonæ de  
Evangelio. Ad solos Nocturnos & Vesperos super  
Psalmos non nisi Alleluia cantatur, ad melodiam  
Antiphonarum formatum; & primò in ferâ secun-  
dâ Alleluia, ut *Psalmus. Angelus amen: Iesum  
quem quarunt*. In tertiâ Feriâ ut, *Es ecce terra motus*.  
*Præsumere. Nomen est nostrum*. In quartâ Feriâ ut,  
*Erant autem. Es respicientes. Sed quod Iesus*.  
In quintâ Feriâ ut, *Satis Iesus. Operabitur*. Et  
iterum *Iesum quem quarunt*. In sextâ Feriâ ut,  
*Nomen sic. Es ingressa. Crucifixus*. De his tribus  
singulis primis semper est ad primos sex Psalmos  
Nocturnorum; secunda ad alios sex; tertia ad Vesp.  
In Sabbato ut, *Noli flere. Vena Maria. Vespere  
autem*. In quo etiam ad alias horas non nisi Alle-  
luia cantatur. Ad Mat. ut, *Angelus autem*. Ad  
Primam ut, *Et ecce terra motus*. Ad Tertiam,  
*Præsumere. Ad Sextam, Erant autem*. Ad Non-  
nam, *Et respicientes*. Ad Missam matutinalem præ-  
ter totam septimanam cantatur Officium; *Resurrexi*.  
Quæ si per tres dies non nisi cum una Collectâ ce-  
lebratur, per alios tres dicuntur omnes Collectæ,  
quæ in quolibet Dominicâ ad matutinalem Missam  
sunt dicendæ. Item major Missæ per tres agitur  
generales in capitis, & post Alleluia nescio quæ Gal-  
licanæ nequam cantantur. Per alios tres ad missam  
dei Dominicæ. Ad Vesperos quoque non mutan-  
tur hi Psalmi *Dixit Dominus Domino meo*, & cæteris  
ulique ad Vesperos Sabbati.

## CAPUT XVII.

De die Oſtævæ, & quomodo de octava ad omnes Horas cantant Alleluia.

**O**Cravas dies Paſchæ quomodo ſit calendæ, per Occaſionem aliarum ſeſtivitatum jam ſuperius additi, quod nunc tamen adducitur. Ad Veſperos non alio Pſalmi quàm ſi riales dicuntur. Ad Noct. non alia Reſponſoria quàm quæ in primâ nocte Dominiæ Reſurrexerunt ſunt cantata, quæ & per totam ſeptimanam ſic cantanda perdurant. Miſſa matutinalis: *Quæſi moro genus.* Major eſt eadem, præter quod ſolus Introitus cum Introitu *Reſurrexerit* movetur, & prius Alleluia eſt, *Poſt dea eſt.* Ab illo autem de cum ad omnes Horas uſque ad Aſcenſionem Domini ſemper Alleluia cantetur, tamen in nullo reperi Antiphonario prænotatum, ſi quo certo ordine tanta cantari debeant Alleluia. Quæſivi curioſiſſi à quodam juvene perſpicacis ingenio, & qui jam per viginti quinquæ continuos annos in Claſtro morabatur, quid inde ſentiret & ſcriberet: quod ipſe mihi reſcribit, illud hæc à me referatur. In omni Dominiâ ad primum Nocturnum Alleluia *Paſſalevi.* ad ſecundum, *Angelus autem.* ad Cantica, *Et ecce terra motus.* ad Laudæ, *Pro timore;* ad Primam, *Surgens autem;* ad Tertiam, de Evangelio, *De multa quidem;* ad Sextam, *Eras autem;* ad Nonam, *Et reſurrexeris;* ad Veſperos, *Teſum quem queris.* In ſecundâ Feſtâ cum iterum opus ſit non paucioribus, ut illa dicant, Alleluia, niſi tantum unâ minus propter Cantica tunc non decenda, cantantur eodem quo ſuper ordine Alleluia ut, *Paſſalevi.* *Angelus autem.* *Et ecce terra motus.* *Pro timore.* De Evangelio, *Eras autem.* *Et reſurrexeris.* In Matutinis, *Teſum quem queris.* In tertâ Feſtâ Alleluia ut, *Teſum quem queris.* *Oratebatur.* *Nomen ſit.* *Qui ſon h'fermanti.* De Evangelio, *Et ceſſaverunt.* *At aſne noſtrum.* *Nomen eſt noſtrum.* In quartâ Feſtâ, *Noli ſere.* *Veni Maria.* *Et ingreſſi.* *Et valde mane.* De Evangelio, *Ite munitate.* *Iterum veni Maria.* *Scio quid Teſum.* In quartâ ſimiliter ut in ſecundâ. In ſextâ ut in tertâ, excepto quod ad Veſperos cantatur Alleluia, *Teſtere autem.* De Evangelio ut, *Aluta qui lem.* vel, *At ſite manum tuam.* *Ego ſum Paſter.* *Medicam & non videlicet me.* In ſabato ſimiliter ut in Feſtâ quartâ, excepto quod ad Veſperos Alleluia. Quocumque autem in ſeptimanâ legatur Evangelium, de eo ad Tertium omni die cantatur Alleluia.

## CAPUT XVIII.

De ſecundâ Feſtâ poſt Oſtævam Paſchæ: & quid tunc nomina conſuetudines ioculantur.

**P**oſt Oſtævam autem Paſchæ Feſtâ ſecundâ cum ſit quali novum incitium privatorum dierum, inchoantur nonnullæ conſuetudines, quæ non prius in privati diebus ſerbant. Primò namque, quod in alio locu jam non neci, ante Nocturnos non niſi quindactm cantica gradum decantur, quos & Matutine laudes ſequuntur, nullo prorsus Pſalmo interpoſito: ſed poſt Matutinas laudes, & alias Horas, de conſectis Pſalmis remanent duo, primus & ſecundus, & inter preces Pſalmus *Adſerre;* quæ tam poſt Primam non omittitur pro Abbacibus noſtris deſunctis, nec Matutinis Deſanctorum; nec *Deum autem;* nec poſt Primam ſeptem Pſalmi cum ſuis appendicis: poſt Pſalmos pro tricenario recens deſuncti durnum ad leſta revertuntur, niſi tam cla-

ra ſe dies, ut jam litera dignoſci poſſit in libro. Quòd ſi auroa primam incipit apparere, calciant ſe, & nihil evanescentes pedibus extra lectum protentis ita ſacnt, utque dum ſonitum audiant, quod ſignum eſt ſurgendi, qui & tali ſemper hoſi huius debet, ut poſtquam manus ſuas Frater & ſicem laverit, caput preſent, & in Eccleſiâ tres orationes fecerit, in Claſtro ſedens tantum videre incipiat, ut legere poſſit.

*Interrog.* Et illæ tres quas dici orationes, ſcite velim cujuſmodi eſſe debent, & cujus quantitates.

*Reſp.* Certè quod ego ſciam, nullus modus certus eſt eis præfixus, quia non communiter ſunt, & unoſquique cum primùm venerit in Eccleſiam facit eas ſingulariter & ſeparatim: unus tamen ſeniorum novitiam me docuit ut ſeptem Pſalmos dicerem inter ipſas tres Orationes; verùm quilibet quod voluerit uret, tamen poſtquam pueri de Eccleſiâ euerant, & legere inciperent, ſi poſtea motam fecerit, ut non & ipſe ad lectionem came federe, ſed incurret ut in Capitulo reprehendatur. Cum autem ternæ ſimiliter orationes ſunt, ſed communiter ante Nocturnos, & poſt Completorium, & in Hyeme in privati ante Tertiam, de his forſit poſſum aliquod quod quæſirè dicere. Nam quæ poſt Completorium ſunt, de his nunquam me audiente quæſiroerat ut amplius quodquam ad ſingulas, quàm ſola Dominiâ oratio diceretur. De aliis cum quaſiſſo eſſet, ut ad ultimum Domino Abbati complacuit & hoc diſtinxit, ut ad ipſas quoque Oratio Dominiâ diceretur, ſed traham, diſtingerit, & attendit: & tamen ritè illæ orationes ante Tertiam non ſolent tam breves quàm ad Completorium terminari, nec illæ ante Nocturnos, maximi in noctibus longioribus, tam breves quàm ante Tertiam. Aliæ quoque orationes ſingulis horis præmittendæ, niſi ſunt amplius quàm eadem Oratio Dominiâ. Ad ſolos Veſperos pro antiquo more plus aliquantulum producuntur, ut Symbolum Apoſtolicum, ſi videtur, poſſit apponi. Ha extra ordinem pro interrogatone tuâ inſeritur, intendimus ad circulum quem mihi propoſuſti, & pro quo non poſſum non ſollicitus eſſe, utique dum utcumque peſſicatur: ut Primam Letania, ſic Letaniam ſequitur Miſſa matutinalis, & Capitulum ſequitur licentia loquenda.

*Interrog.* Hæc quoque licentia & hora loquendi, quom poſita ſolet eſſe?

*Reſp.* Eo tempore quo primùm ad Monafterium venit, ſacerdos qui privatim Miſſam cantare voluit, potuit cum interim ſinire; quod tamen modò rarè contingit, quia multi uſo Fratrum occurrunt: à quibus dum ad utramque Miſſam offerunt, dum præ datur & accipitur, dum in Capitulo de uno aut altero hoc & illud reclamatur, dum tantis in Reſtorio ſervitur, non minima pars expenditur dies; quæ tamen ſingula ordine noſtro ſæpi & integro remanere non poſſunt. Præter quod hora loquendi neceſſariò magis eſt brevis, & ſi minus aliquantulum loquimur, in hoc ordine quidem nemo ſentit niſiur eſſe detrimentum. Poſtato ſigno ad Tertiam, & oratione, ſedent in Choro legentes aſque dum Sacerdos & alii ad Miſſam ſervitur ſunt veſtiti. Poſt Miſſam ſedent in Claſtro iterum legentes cum magis diſciplinâ & ſilentio, utrum dum pueri accepto mixto de Reſtorio reant, & alia voce legere audierunt. Quos cum primùm Cuſtos Eccleſiæ audierunt, ſtatim ad Sextam Miſſam pullare non tardat. Et ne putes non ſilèræ modum vigiliæ gravari, pro eo quòd nox jam incipit tam brevis eſſe, & tamen poſt Matutinas ſolita non minoretur pſalmodia; majori Cuſtoſi Eccleſiæ eſt hoc injunctum quæ pro legitimo ſuæperno, ut ipſo providente per totam



statem postquam praestitum fuerit peractum, tunc praesens in media dies. Eodem quoque momento solent se Fratres generaliter ad postulandum collocare, quomodo tales sint magis intenti ad lectonem, quam ad psalterium. Nona autem, ad quam tunc se levantur, adeo tarda erit, ut postquam in sacrosancto biberint, & iterum loquendi licentiam habuerint, eandem loquendi horam, & hoc intervallum ante Vesperos non immerito potius dixerint nullam quam parvam. Depositis namque psalterium omnes in Claustro considerent, & singulis Fratrum vel unum verbum faciat, pulsatur signum ad Vesperos, & ecce ibi sinus loquendi. Postea quicumque sunt gerenda pertracto contempit, ut non negentur, ut quum post alterum nihil omnino differatur. Tulsit namque signorum citatis est facta, nihil aliud interim habiturus agere, nisi quod in Choro loquens & legunt. Post Vesperos omnia; post octavam conseruationem; post octavam servitorum Officium pro Defunctis; post Officium collatio, & ita ad Completorium.

## CAPUT XIX.

De tertia Hebdomada post Pascha, & de ceteris usque ad Ascensionem Domini.

**I**N tertia post Pascha septimanam Responsoriorum de Apocalypsi inchoata, per duas septimanas cantantur. Postea illa Responsoriorum, *Si oblitus fueris*, usque ad Ascensionem Domini. Utraque autem Responsoriorum postquam in una Dominica fuerint cantata, in secunda ultima Responsoriorum Nocturnorum mutantur cum his minoribus; ut est, *Surrexit Dominus de Sepulchro Alleluia*. Quod ipsum quoque agitur in Octava Ascensionis Domini, & in Dominica precedente.

## CAPUT XX.

De Festivitatibus Sanctorum qua eveniunt à Pascha usque ad Pentecosten.

**A** Pascha usque ad Pentecosten quaecumque Sanctorum Festivitas evenierit, quantumlibet reverenda sit & colenda, tamen ad Nocturnos non plures cantantur Antiphona, quam una tantum, Alleluia scilicet super Psalmos tenos & senos, excepta S. MARIA Annuntiatione & Transitu S. Benedicti. Ad Matutinas laudes si talis est festivitas quae proprias habeat Antiphonas, ut Sanctorum Apostolorum Philippi & Jacobi, vel sanctae Crucis, haec non omittuntur cantari ad Laudes & alias Horas; at si non habet nisi quae communes sunt, de quibuslibet sanctis, ut, *In caelestibus regnis*, &c. haec nec ad Laudes, nec ad Horas ullam regularem cantantur; sed tantum Alleluia, & eo modo quo eandem Antiphonarum est melodia. Cantatur autem hoc ordine: Ad primos sex Psalmos Nocturnorum Alleluia, ut, *In volumine*; ad alios sex, ut, *Iuxta persepia*; ad canticum Alleluia, ut, *Ego sum visus*; ad Laudes, ut, *In caelestibus*; ad Primam, ut, *In volumine*; ad tertiam, ut, *Sancit & iusti*; ad Sextam, ut, *Iuxta persepia*; ad Nonam, ut, *In caelestibus*; ad Vesperos, ut, *Ego sum*. Si autem proprie habentur Antiphona, ut de sancto Philippo & Jacobo, tunc super Canticum non Alleluia, sed Antiphona *Ego sum visus* cantatur.

Inter. Ipsa autem Antiphonae de Sanctis remanent ne na incantantur?

c & omnia; seu iusti, h. e. ibalis.

Respondeo. Minime. Nam etiam quoties in hoc tempore cantatur, scilicet ad suffragia sanctorum ad Matutinas laudes, & Vesperos de omnibus Sanctis. Quod minus facit ad alia festinant, ut expedit singulatum, nec opus est multum cuiquam diligenti, & in Monasterio manentis.

## CAPUT XXI.

De Rogationibus.

**I**N Rogationibus post Nocturnos finitibus Laudibus pro defunctis, eunt dormitum, & amplius solito dormiunt, scilicet usque ad ortum solis, propter quod ornati sunt meridianam, nec sonitu ut mora est excitantur; tamen postquam pueri legere inceperunt, amplius jacere non morantur. Post Primam & post tres Psalmos qui sequuntur, primum septem Psalmi dicantur, interponitur illa psalmos quae post Matutinas remanet; id est, *Deus auribus*; & si cujus Defuncti tricenarius agatur, *Verba mea*. Post septem Psalmos & Letaniam statim sequitur Missa, non ut silet pro Defunctis, sed de de cum Collectis conuictis, & novissime illa quoque addita, *Sanctorum interum*; ad quam tamen omnes offerunt, sed una hostia consecratur; & per ab uno accipitur. In Capitulo post illam Verbum *Prospice in conspectu Domini*, nequaquam dicitur *Unus in adiutorium*, &c. nec loquuntur in Claustro. Post Tertiam matutina accipitur à pueris. Post Sextam scilla sonatur, ascendunt omnes in dormitorium, quasi aliquantulum psalunt; cum signum fuerit auditum, calcis ad lecta dimittit, iudis pedibus descendunt, lavant manus & faciem, capta perant, & venant in Ecclesiam. Facta oratione imponitur ab uno puerorum Antiphona, *Exerge Domine*; post *Deus auribus*, sequitur Versus, *Offerte nobis*; *Kyrie eleison*, *Pater noster*, Psalmus sexagesimus lectus, & die altero sexagesimus novus; Versus, *Ex veniat*; Collecta; *Memento famulatus*. Sanctorum reliquae crucibus, capsulis, & naxae incluse per Fratres à Secretario dividuntur, ut ab eis collo suspensae portentur. Primum ceteris, pulsantur omnia signa; rax & aqua benedicta, & textus Evangelii praefitur profectioni. Sequuntur primum Conversi, Pueri, Cantores, & Praecepti extremi. Cum venerit ad ostium vestibuli Ecclesiae, sunt duo famuli cum gemino fisco baculorum, & à singulis Fratribus singulis accipiuntur; quos iterum reddunt ad ostium illius Ecclesiae quae pergit; ubi de Sanctis quorum ibi patrocinia sunt, Antiphona, vel Responsorio cantato, Collecta quoque subijuncta, faciunt orationem cum inclinatione continuata. Cantatur Noxa (cantanda quoque in Monasterio signo pulsato ad horam competentem à Custode Ecclesiae, & ab infirmis qui ad processioneem tunc non potuerunt.) Agitur Missa iterum de die; & post primam Collectam non nisi una secundum apponitur de commemoratione illius Sancti, cuius tot confessio est. Cui lectum fuerit Evangelium, Obsecrantur, quorum interest ad mensam Fratrum servare, licentiam accipientes revertuntur, simulque duo Fratres qui cappis induti, nodis tamen pedibus processioneem ad ostium Ecclesiae fuit recepturi, & Letaniam breviter in Choro iterato cantantur, ea melodia & his versibus qui ad hoc sunt inventi. Vespero pro fidelibus defunctis suae dicendi; Officium remanebit.

## CAPUT XXII.

De Ascensione Domini

Ascensio Domini quo modo sit celebranda, & hoc inter alias sollemnitates invenitur: quod tamen adhuc superest ut dicatur. In Vigiliâ ad Vesperos *Gaudiâ*. *Adesse supplicandum nostrum*. In ipso die Ascensionis Antiphonæ quæ cantatæ sunt ad Laudes, cantantur etiam ad alias Horas, illâ præterminatâ, ut mota est semper, & aliâ scilicet quæ est super hymnum trans puerorum. Ad solos Vesperos Alleluia, ut Antiphonâ *Pater sancte*: ad quos etiam postea omni die, & ad Cantica usque ad Pentecosten, cantatur ad Matutinas laudes, ut, *Sic venetis*. Ad Tertiam, *Ille autem profugit*. Ad Nonas & ad alias Horas eodem modo ut prædicta. In processione quoque præfate diei non venitur ad Ecclesiam *Gaudiâ* *Maxima*, sed tantum per Claustrum proceditur usque in vestibulum Ecclesiæ, ubi & statim agitur cum Antiphonâ, *O Rex gloriose*. Cantus autem prior vel posterior non est aliud quam Responsorium ad ipsam diem pertinentia, id est primò Responsorium; *Eduxit Dominus*; aliud; *Pater noster*; novissimè in Choro, *Veni Galilee*. Item cum Responsorio ad Vesperos, & ad Matutinas laudes sicut solet processio ad sanctam Crucem. Ad hymnos omnium Horarum sicut in Pascha apponitur Verbis illis, *Da nobis domine fidelis devotionis rendere*; & *Gloria tibi Domine qui sanctus*: et huc usque ad Pentecosten; verum etiam ad octavas, ad Mat. laudes & Vesp. prima eodem Collecta semper est decedenda, *Concede quesumus*. Quod tamen solâ sequente Dominica non tenetur. Et quia de Ascensione non multæ sunt Collectæ, eliguntur quoque competentes de Paschaliis ad alias Horas, ut est, *Omnipotens sempiternus Deus*; *deduc*, & *Deus qui ad aeternam vitam*, &c. Præfatio. *Qui post Resurrectionem*, &c. non amplius dicitur quàm in primo die ad utramque Missam, & in octavâ ad utramque. Notandum autem quòd Psalmus *Ad Dominum*, quoniam duodecim lectionibus, simul cum Psalmo *Peccata mea* solet dici pro Officio Defunctorum, non est dicendus in hac sollemnitate, nec in eis similibus, quia & antiquitas in talibus diebus Officium non habet.

## CAPUT XXIII.

De Vigiliâ Pentecostes.

In Vigiliâ Pentecostes post Capiculum loquuntur; post Tertiam tenet; post sextam eunt ad lecturam eodem modo quoniam in Rogationibus factum, usque ad inchoationem officii ante Nonam inchoandi; de quo Lectio prima, *Ternavit Deus*; sequitur Collecta sine salutatione, *Deus qui in Abraham*. Lectio secunda, *Scrupis Moyses*; Tractus, *Attende cælum*; Collecta *Deus qui nos per Prophetas*. Lectio tertia, *Apprehendens superius mulieres*; Tractus, *i mea salutate*; Collecta, *Deus qui nos ad cælestem*. Lectio quarta: *Andis Israel*; Collecta, *Deus incommensabilis*; Tractus, *Sicut cervus*; Collecta, *Concede quesumus*. Cantatur Letania eodem modo quoniam in vigiliis Paschæ; ipsa quoque Missa non diffinitur per omnia, præter quod habet cantum offerenda, & quod *Agnus Dei* simul cum Communione est decedendum. Ante Vesperos canatur, ad quos etiam sicut in Sabbato Sancto iterum non alii Psalmi quàm feriales sunt decedendi, id est; *Confiteantur*; *Collecta*, *Prece quesumus*, &c.

## CAPUT XXIV.

De ipso die Pentecostes, &amp; ea qua sequitur Septimana.

UT dignum est, Sancti Spiritus Adventus iniquam minis deferat, quàm & Dominica Resurrectionis. In illa nocte, & in illo die quodam reverenti sollemnitate agitur, & in illo est agendum; tantum ad Matutinas post singulas Antiphonâ earum melodia non ita cum alleluia iteratur. Ad Vespertinalem processionem Resp. ad Matutinalem Resp. in die ad illam processionem non alius cantus quàm ille Antiphonæ de Pascha usque in vestibulum Ecclesiæ; ibi omisso versu, *Craspaxum*, agitur statim cum Antiphonâ, *Hodie completi sumus*. Ad introitum Ecclesiæ, & ad sanctam Crucem Responsorium, *Apparuerunt Apostoli*: In Choro Responsorium, *Spiritus Sanctus*. Quamvis autem omnes Galli non magnopere curent de Profus Teutonico, tamen beato Patre Odilone annoitente, & de nostratibus asserente, hæc sola, *Sancti Spiritus adfuit nobis gratia*, obtinuit ut in vestro loco in isto die cantaretur. Ad cuius Vesperos super Psalmos cantatur Alleluia ut Antiphona, *Laqueabatur*; ad Mat. in secundâ feriâ, ut, *Domus completior*; ad Tertiam, *Repleti*. His tribus Antiphonarum melodiis locum semel acceptum non mutantibus, ad alias Horas cantantur alie & de Pascha, & de Evangelio, & de Ascensione Domini, in quibus & non alius tunc ordo tenetur, nisi Prætorum hoc providet, & imponenti præmonstrat, ut nulla relinquatur quæ non in hac septimana recantetur à nobis, videlicet singulis quasi ultimam vale facturis. Horarum Hymni iterum non caret uno Versu superaddito, scilicet huc, *Christe nunc missime*; & *Sit laus Patri*.

## CAPUT XXV.

De Octavo die Pentecostes.

Octavus dies Pentecostes non tam pro Octavo, quàm pro commemoratione sanctæ Trinitatis celebratur. Ad cuius priores Vesperos, quod alias rarè fieri solet, super singulos Psalmos singulas cantantur Antiphonæ de sancta Trinitate. Capitulo tam ad Vesperos, quàm ad Matutinas laudes, & adhuc etiam ad Tertiam, *Benedictio*, & *claritas*, & *sapientia*; Hymnus, *O lux beata Trinitas*. Evangelio, *Erant homo et Parvulus*, pronuntiato, nulla tamen ejus Homeliâ legetur, sed sermo sancti Gregorii Nazanzeni scilicet, *De sollemnitate hodiernâ*. Processio cum Responsorio ad sanctam Crucem; sicut etiam post Matutinas laudes. Ad Nonas, *Tu Trinitas unius*; ad Laudes, *Splendor Paterna gloria*; tamen cum sollemnitate melodiâ quàm quotidianâ. Quamquam illorum Hymnorum melodia quæ cantantur in Pascha ita sit plana & in directum, & in ipso sacro sanctæ Dominicæ Resurrectionis non magis sollemnis, quàm si iidem Hymni ad aliquid, ut ita dicam, privatum diem pertinerent; quod nonnihil à simplicitate Seniorum nostrorum adhuc ita tenetur, & si qua persona esset idonea, quæ ad Domno Abbati suggereret & suaderet, fortassis emendari juberet, sicut & de multis aliis jam fecit. In die autem præfatio Missæ matutinalis est de Spiritu sancto; ad quam illa Præfatio non omittitur, *Qui ascendens super omnes cælos*, sicut etiam per totam præcedentem septimanam ad utramque Missam, Ad processionem per Claustrum.

Claustrum, & ad stationem in vestibulo Ecclesie, idipsum cantatur quod in priorie Dionysiaci ad sanctam Crucem: & in Chorum Responsoris que sunt de sancta Trinitate, reditur. Missa major de sancta Trinitate, sed abique Graduale cum duobus alleluia. Ad Sextam Capit. *Gratia Domini vobis*: Collecta, *Domine Deus Pater omnipotens*. Ad Nonam, *Omnes que vivimus*, vel aliud, *Tres sunt qui testimonium*: Collecta, *Mentes nostras, que sumus*: Domine. Ad secundos Vesperos in ultimam super Psalmos Antiphona, non sunt alia verba quam illius Capituli, *Benedictus & clarus*; propterea mutatur Capitulum ut dicatur, *Benedictus Deus & Pater*. De Spiritu sancto cantatur Antiphona, *Hodie completi sunt*: de sancta Cruce, vel potius de Resurrectione Domini, *Christus resurgens*; sequentibus constantibus Collectis.

## CAPUT XXVI.

De Septimana sequente post Octavam Pentecoste.

*Interrogat.* **A**gitis Octavas de S. Trinitate? *Responsa.* Minime. Major tamen Missa cantatur per totam septimanam de sancta Trinitate, & ad Vesperos super Cantum Evangelii cantatur Antiphona. Postquam sola Dominica fuerit transacta, statim redimus ad quatuor Psalmos per singulas Horas dicendas, & ad vespas procedas ad ritum Horarum: ad Nocturnos quoque in privatis noctibus nihil amplius legitur, quam que scribit Sanctus Benedictus, una parvissima lectio cum simili Responserio. Est aliud quod constitutum est, ut in secunda feria hujus septimane semper agatur: quippe quotquot Desinctorum in loco nostro sunt sepulti, pro his Dominus Abbas speculiter constituit, ut eorum recordatio hac vice studiosissime fiat. Quod etiam pro ipsius edicto per omnia loca nostra fieri solet. Pro hujusmodi post Vesperos regulares, & suffragia Sanctorum, priusquam procedatur ad Ecclesiam sancte MARIAE, pulsatis prolixè omnibus signis, in Choro aguntur Vesperti pro sanctis Desinctorum, & postea Officium simili modo. In sequenti die Missa matutinalis proprietate studio est celebranda, & ab omnibus Sacerdotibus privata Missa per eundem cantanda. Vespere & ad Missam, ad Vesperos & ad Officium, & Matutinas primò dicenda est ea Collecta: *Deus cuius miserati sumus*. Duodecim pauperes ad panem & vinum, edulio carnis adjuncto, ubertim sunt educendi, & cunctis aliis pauperibus supervenientibus de pane & vino misericordia impendenda.

## CAPUT XXVII.

De Jejunio Quatuor-Temporum in Mensi Junii.

**P**riusquam ultra progrediamur debemus de Jejunio Quatuor-Temporum meminisse, quod cum in anno quater eveniat, ad omnes vias in ejus Sabbato major Missa non prevenitur cum Lectura, nec ad eam Collectarum amplius quam de Officio est dicendum; nec essent, vel pax recipitur, nisi ab uno: nec in Refectorio dantur hostie unconfectae, sicut in aliis privatis diebus solent. Hoc autem Jejunium, quod in mensi Junio agitur, nunquam agitur ante Pentecosten, tamenque prius eventus terminus ejus regularis: at si venerit in ipsa septimana Pentecoste, minime differtur.

*Inter.* Et quomodo tunc facias utramque, jejunium, & solennitatem?

*Resp.* In hoc nihil erramus. Nam ut primò dicam

Tom. I.

de primo quoque jejunii, id est, quarta feria, post Capitulum solent omnes in Claustris ad Ictonem: cum visum fuerit, pulsatis signis ad Tertium: Oratione facta, induuntur albis, post Tertium capitis. Cantatur officium Spiritus Domini ad quod tamen legitur de Actibus Apostolorum scribitur lectio, & Evangelium feriale. Post Sextam quasi passiviter dormitorum ascendunt: auditio signo descendunt, lavant manus & faciem, & Ecclesiam intrant. Post Oracionem, & posteaquam Sacerdos cum suis suffraganeis erit velatus, imponitur officium, *Deus cum egredieris*. Ad quod cum legantur due lectiones, duæ quoque Collectæ dicuntur, & non amplius. Prima lectio est de libro Sapientie: Evangelium de quinque milibus hominum in quinque panibus & duobus piscibus saturatis. Cantus Alleluia minime cantatur, sed tantummodo Responsorium, vel quod alii Gradale vocant. Unà vice recitant post Nonam, & adipe abstant. In diebus jejunii sequentibus nihil est alter agendum, excepto quòd nec capiti, nec albis generaliter induuntur, & Collectæ, quæ dicuntur in privatis diebus, ad Missam majorem non omituntur. Idem autem jejunium si contigerit extra Pentecosten, non alia tamen officia, quam & ad Pentecosten pertinentia ex more cantantur & in Sabbato post ostendam; qui Responsorium cantaverit, & Lectionem legitur præter Epistolam, cum albis esse indutus solet se exire. Cantor qui tenet Chorum in capiti, alius ad orationem procumbentibus, non procumbit, & ad illam orationem quæ fit ante Nonam exit de Choro.

## CAPUT XXVIII.

De Festis Sanctorum venientibus post Pentecosten.

*Interrogat.* **A**D Nocturnos privatarum noctium sitalis Lectio, ut superius diximus, jugiter est deputata, quomodo agnis commemorationem Sanctorum, pro quibus tamen duodecim Lectiones non sunt?

*Resp.* Bene mones; nam de Sanctis hujusmodi utique sunt tres Lectiones cum Responsoris quoque tribus; & ipsæ Lectiones excerptæ sunt in aliquo sermone vel Homilia quæ ad hoc maxime competere videtur, quamquam non ita fiet in Paschalis diebus, in quibus si tria Responsoria canebantur de Sanctis, tamen Lectiones erant de eo libro qui est ea legendus erat septimana. Et ut quæstionetur adhuc aliquid superrogaverim de eisdem Sanctis, ad Nocturnos propter illos nec Hymnus nec Psalmi feriales mutantur. Invitatorium, Capitulum, Versus, & Collectæ de eis sint dicenda. Ad Laudes Antiphone pro eis utique mutantur; & singuli Psalmi habentur de eis de quibus sunt; & ad reliquas Horas Antiphone aliquid ad Officium Missæ; cum officio eorum recordatio ex toto clauditur & finitur. Nam postea ad Horas quo officium sequuntur, nec Antiphone, nec aliud quidquam est de ipsis. Sed si evenierit, ut eorum memoria in aliquo Dominica sit agenda, post Vesperos regulares in Sabbato cantantur Antiphone de illis, & sequitur Collecta. Ad Nocturnos simul cum Invitatorio, & cum Evangelio, quatuor extreme Lectiones fiunt de ipsis, postea pleniè ad Matutinas laudes, & in die Missa matutinali. De cætero, quod ad Dominicam pertinet tenetur. Secundum quoque in privatis diebus hujusmodi de Sanctis Collecta dicta fuerit ad Vesperos, quòd illa nec ad Matutinas laudes, nec ad Tertium, nec ad majorem Missam mutantur.

OO OO

## CAPUT XXIX.

De *Jejunio qua fieri solent quæritur & festis Feriæ.*

**S**i imbecillitas nostra patenter, dignum effect secundum edictum præceptoris nostri sancti Benedicti, ut post Octavas Pentecostes statim in omni quartâ & festâ feriâ jejunamus faceremus; quod si non amplius, tamen utcumque non omittimus facere in suo & prædictarum feriarum; in quo post Tertium ieiunium, post Sextam dormitorium ascendentes simulamus meridiana potius quam geramus, quia mos pulcherrimus signum ut in Ecclesiam redeamus, facturi nudis pedibus processionem: calcet nostris deponimus in Claustro prope camales, ut pedes lavati sint in prompta. Inchoatur autem ipsa processio eodem modo quo in Rogationibus, cum Oracionibus Antiphona, Psalmo & Collectâ: omnia signa non pulsantur, sed tantum duos & hoc inchoatur ante introitum Puerorum. Ergo cantando aliquod per preceps, ut est Antiphona, *Propitius esto*, & alia, *Miserere Domine*; procedit per cœmeterium ad Ecclesiam 5. MARTIS: ad cuius introitum & cantus & Collecta est de ipsâ Domini nostri. Proccumbitur super formas ad orationem; Dominus Abbas imponit Psalmum 145. pro his qui in cœmeterio sunt sepulti, & Sacerdos sequitur cum Collectâ, *Domine cæcis miserere.* Incipitur Letania doctus pronuntiatis, cum quâ per Claustrum & per vestibulum Ecclesiæ venit in Chorum: Sanctus, ut præmissum est, primum diem jejunamus: postea in loco jejunii aliquod opus manuum sapius agitatur à nobis. Quotiescumque autem per aliquam occasionem jejunamus in zestate, non mutatur illud de silentio post Tertium, & de ascensione dormitoris per Sextam. Et si est quarta aut sexta Feria, facimus sicut modò dixi, dis-calciamus processionem: exceptè solâ vigiliâ sancto-rum Apostolorum Petri & Pauli, & Assumptionis sanctæ MARIÆ; si tamen & ipsæ aliquando eveniunt in tali die. Solet etiam remanere si quem De-functorum sepelimus, vel si qua persona talis & hujus dignitatis advenerit, cum processionem faciamus, vel si major Capla nostra cum Sancto-tum reliquis ad aliquam villam nostram destinamus, ut sepe contingit, pro timore prædium & caprarum, cum quibus & omnes alii, & pulsatis omnibus signis usque ad exteriora portam eximus, & eandem reverentiam deferimus in reportando.

## CAPUT XXX.

De *Opere manuum.*

**Interrog.** Quod paniculum tercijj de opere manuum, plus aliquantulum refer; refer, inquam, quid sit illud opus manuum, & quo modo fiat?

**Resp.** Certè, ut non mentiar quod ego sapius vidi, non erat aliud quam fabas novas & nondum bene maturas, & tollitulis suis egere, vel in hoeto malas herbas & inutilis, & que bonas herbas suffocabant, erueret; & aliquando panes formare in pistrino. Qualiter autem fiat, ut hoc etiam digeratur, in die quo agendum est, illud ut frater ferretur, factis oracionibus signum pulsatur ad Primam: quam alii Psalmi intermissis, sola sequitur Letania, Missaque matutinalis: Capitulum quoque plus corrigitur quàm in aliis diebus; nec cum Psalmidâ, ut moris est, ut ad sanctam MARIAM, sed percussâ tabullâ, & præmissio *Benedicite*, Dom-

nus Abbas pronuntiat, Eamus ad opus manuum. Imponitur Psalmodia que post Primam est inter-missa; incedunt cum processione, ita ut Pueri sint primi, Priores novissimi. Cum ventum fuerit ad locum operandi, versi omnes ad Orientem per ordinem consistunt. Ad finem unius Psalmi cantant ante & retrò, & Domino Abbate pronuntiant tunc dicunt hunc versum, *Dux in adiutorium*, &c. Sequitur, *Kyrie eleison, Pater noster, Versus, Ad-tertium nostrum*; factâ cursu inclinatione, incipiunt operari. Hæc autem psalmodia que cantatur inter operandum; primum qua remanet post Primam, & post Capitulum: postea omnes regulares Horæ more Canonico-rum à Primâ incipientes. Inæt eujus etiam præces subiungitur etiam Psalmus quintus, & septem Psalmi per alias Horas divisi: tres qui remanent toties præces Completorii dicuntur; & Completorium ipsum præcedunt Vespere pro fidelibus De-functis, adnectuntur Psalmi qui solent dici pro familiaribus post Tertiam, & post duas Horas que sequuntur. Si visum fuerit Domino Abbati, ut amplius operentur, ampliatur quoque psalmodia de Psalmo, *Ad Dominum cum tribulatione*, usque ad finem Psalterii; & tunc etiam à principio, *Gloria Patri*, &c. post tres Psalmos interposito. Verùm illi Psalmi pro familiaribus finis, postea Dominus Abbas cum primò voluerit, immittit Fratribus ab opere cessare, & ad se magis appropriare, jubet ut aliqui legant, citius tamen finitum, quia ipse facturus est inde sermonem: loquens aliqui tale, maxime de vitâ Patrum, quod adificet soditates: quo finito, iterum imposta psalmodiâ revertuntur; quam & Pueri cum primam Claustri finem attingunt, aliove voce levant, nec prius in Capitulo consistunt, quam Conventus ante Capitulum, Domino Abbate pronuntiant Versum, *Ad-tertium*, faciunt univèrsi ante & retrò; & iterum præ-missio, *Benedicite*, accipiunt licentiam loquendi. Ergo Nona quoque magis quàm in aliis diebus ac-celeratur. Postquam ventum fuerit ad horam lo-quendi, retrò ad opus manuum ire compelluntur.

Hæc est psalmodia quam tunc adorantur. Primus Psalmi pro familiaribus, qui post Vespere ex more dicuntur: Vespere de omnibus Sanctis, Vespere pro fidelibus Defunctis cum Antiphona: Offi-cium pro Defunctis absque Matutinis laudibus, que semper ad noctem servantur, *Dux avertit. Verba mea*. Postea inchoat psalmodiam ubi cum præce voce intermitterent. Postquam reversi fuerint, è vice sermo fieri solet in Claustro; à quo exurgentes & facientes ante & retrò, Domino Abbate ex toto pronuntiant, tum iterum dicunt hunc versum: *Benedicite ei Domine Deus*; & sequitur *Kyrie eleison* cum familiari appendicio; & novissimè Versus, *Ad-tertium nostrum*: & factò ante & retrò datur licentia loquendi. Si videtur Domino Abbati ut opere factò bibant, postquam pulsato signo ad Vespere fecerit orationem, cybalis percussio vadunt in Refectorium, & pocio propinat melle, vino, & absinthio confecta. Et sciendum est quia quoties hoc contigerit, postea nequaquam, ut aliquando solent, bibent inter collationem. Quòd si non nisi semel operantur, tunc sermonis locus est in Clau-stro, & Versus ille non differtur, ut non statim dicatur, *Benedicite ei Domine*. Et si quando fiunt in sequente nocte duodecim Lectiones, minimè bis operantur. Si in pistrinum ierit ut panem faciant, propter opus hujusmodi non differunt illos post Primam Psalmos pro familiaribus, vel septem Psalmos. Post Capitulum lavant generaliter manus, & non strigunt; & sic imposta psalmodiâ procedunt in pistrinum. Pueri, vel si quis non famus manus ha-

bet, non se introrunt ut tangant quid de consuetudine sanctorum, & hiis quibus partes formantur, postea quidquid fideus fuerit in eorum facie, minime tangunt illos, nec os aperiant ad psalmodium, ne forte de fidei quod saluat in malum. De sermone quoque nulla tunc mentio fieri solet. nec alio versu clauditur illud opus manuum, quam cum eo. *Adventurum nostrum in nomine Domini.*

## CAPUT XXXI.

*De Dominica tertia post Pentecosten, & septimanâ.*

**P**ost commemorationem sanctæ Trinitatis, in illâ Dominicâ que primò occurrerit cantantur Responsorium de libro Regum usque ad Calendas Augusti. Et tunc de libro Salomonis usque ad Calendas Septembris. Quibus ad unam vicem cantatis, in cæteris Dominicis ad Nocturnos tertium, septimum, & undecimum Responsorio cantantur de sanctâ Trinitate, quartum, octavum, & duodecimum illa minora, ut est, *Domini est terra*: Quorum etiam similia cantantur, si qua Sanctorum festivitas cum duodecim lectionibus agit: que tamen non sit de majoribus, sed talis, ut est quælibet Dominica: & non solum in hoc tempore, sed etiam postea festiva quam venerit Pascha. De hac autem Dominicâ, & septimanâ non est abs re si plus aliquantulum dixerò quam de aliis, quia nonnulla, quorum usus est in illis ad obsequium divinum, reantur etiam per omnes Dominicas & septimanas usque ad Adventum Domini, excepto si non pro aliqua festivitate mutantur. Primò ad Vesperos in Sabbato Capitulum, *Benedictus Deus*. Quod etiam tam in privatis debet, quam in Dominicâ ad Vesperos, semper idem est. Ad noctes sequentes tria sunt Invitatoria vicissim, id est, *In manus præ. Adoremus Deum.* Ad Cantica, Alleluia, ut Antiphona, *De Sun.* Ad Laudes super Psalmos tres, Alleluia, ut, *Duo vobis.* Ad Hymnum trium priorum Antiphonarum proprie habentur: ad sequentem Psalmum, Alleluia, ut Antiphona. *In Domino laudabuntur.* Cap. *Benedictus & claritas.* Ad Primam, Alleluia, ut, *Horas conclusit est*; Capitulum, *Regi æterni sæculorum.* Collecta de sanctâ Trinitate, quæ etiam ad hanc Horam, & in hoc die, per totum annum semper est dicenda; nec pro aliquâ vel præcipuâ festivitate mutanda. Post consecrationem salis & aquæ, Antiphona, *Asperges me*: in exitu processions ad Ecclesiam sanctæ Mariæ Antiphona vel Responsorium de ipsâ: per Claustrum de illis tribus Antiphonis una, id est, *Cum venerimus*; alia, *Oremus delictis nobis*; alia; *Omnipotens Deus, sustinet te*: & si opus fuerit amplius quid addi. Antiph. *Dimittite nobis Domine.* Ad statuum in vestibulo Ecclesiæ Antiphona, *Benedictus nas Deus*, vel aliquod Responsorium de S. Trinitate: in Choram redeundo Antiphona vel responsum de sancta Apostolis Petro & Paulo. Ad Tertium Alleluia, ut Antiphona, *Christi Fides*: Capitulum, *Dei charitas est*: Ad Sextam, Alleluia, ut, *Inter natos*; Cap. *Alter alterius*; Ad Nonam Alleluia, ut, *Inveniant*; Cap. *Empti enim estis.* Collecta ad Sextam & Nonam, *Dei qui confusus.* *Gratia tua quæsumus.*

In privatis noctibus ad Nocturnos est Capitulum, *Psalter.* Ad Laudes, *Nex processit*; ad Primam Capitulum, *Pacem & veritatem*: Collecta, *Domine Deus Pater qui ad principium*: Que ambo privatis debent ita fuisse conclusata, ut nunquam ab eis separentur. Ad Tertium Capitulum, *Domine Deus*; ad Sextam & Nonam eadem que in Dominicâ; Collecta que notantur in Collectaneo. Ad Completorium Cap. *Tu autem in nobis*; & Collecta

*Psalter quæsumus*; illa sunt immobilis, ut live sit des privatis, live solemnibus, ipsa nequaquam moventur. Quod si non est Dominica dies, & tamen doctum lectiones; ad Primam est Collecta. *In hoc hora hinc dies quæsumus.* Que notiora admissa, presentia, velut quod in Sabbato ad Vesperos super Canticum Evangelii Antiphona, *Quæ germana est*; Responsorium de eodem libro; ad Laudes, & lecturus Vesperos de Evangelio, vel quod in privatis noctibus ad Matutinas est de ipso Cantico, ad Vesperos iterum de Evangelio. Eo quoque Sabbato, in cuius sequente nocte aliqui sunt Responsorio inchoanda, non cantatur ad Vesperos feriale Responsorium, sed unum de ipsi Responsorio inchoanda. Si autem meministi eorum que superius in aliis locis memoravi; nec tacente modo, tamen scire potes, quod Collecta que ad quælibet Dominicam pertinet, dicenda est in Sabbato ad Vesperos, & post Nocturnos ad Evangelium, ad Matutinas laudes, Missam matutinalem, ad Tertiam, ad majorem Missam, utroque Vesperos. In privatis autem noctibus habentur in Collectaneo, & hæc Collecta que dicenda sunt ad Nocturnos, & Laudes, & Vesperos. Et Sacerdos si voluerit, ut non reprehendatur, caveat ne aliquam dicat ignotam, sed que bene simulet illud Gregorianum, & sui mediocritate, & ipsorum verborum humilitate.

## CAPUT XXXII.

*De Nativitate S. Joannis Baptistæ.*

**I**nter natos matricum, juxta ipsius Domini testimonium, cum nemo surrexerat major Joanne Baptistâ, non est indignum si ejus quoque solemnitas solemnitas quam aliorum Sanctorum celebraretur. Celebratur autem ejus Nativitas cum Octavis, nec sunt plures Sanctorum pro quibus hoc fiat; tantum alia quatuor Festivitates similitè aguntur, id est, Nativitas Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli; Translatio S. Benedicti; Assumptio sanctæ Mariæ, & depositio S. Martini; de quibus, ut primò dicam quod omnes communitate habent, primò nocte post Laudes & præcedentes Vesperos agitur processio ad Altaris singulorum, excepto Natali Apostolorum Petri & Pauli, in quorum honore est ipsum Altare principale. Agitur autem cum aliquo Responsorio, Collectâ quoque aliquâ sequente cum tonali pronuntiatione. Per totam singulorum festivitatum septimanam vena non peccat ad initia Horarum, nec procurantur super formas ad preces. Item ad singulas Horas de psalmodia non minus ornatur, quam in Paschali tempore quoties duodecim Lectiones non habent. Octavas die totus est solemnitas, duodecim lectionibus agendis. In eâ quoque Dominicâ, si qua venerit, non aliud legitur vel cantatur quam de ipsi. In privatis noctibus, etiam si sit tempus æstivum, tamen tres Lectiones cum tribus Responsorio sunt; principis quoque Collecta, que in primo die ad majorem Missam dicebantur; postea usque ad octavum diem semper est dicenda ad Laudes, Tertium, majorem Missam & Vesperos. Præfatio autem tantum in primo die ad utramque Missam, in octavo die ad solam majorem. Hoc solum minus habent, & ab aliis distat. Nativitas sancti Joannis, & Translatio sancti Benedicti, quod in octavâ nocte novissima Nocturnorum Responsorio sunt de his minoribus, ut est, *Tuus es pater.* Quod tamen omnibus ejusdem festivitatis, que in civitate veniunt est commune, Dominicâ interveniente ut similia Responsorio cantentur. Igitur succedat præfatio; quod, ut dicitur, commutetur

habent, videndum est modò quod præcipè pertinet ad in motam S. Joannis. In vigilia ad Vesperos Collecta, *Prælia quæsumus amplexibus Dei in semine tuo.* In nocte ad Evangelium, *Concede quæsumus amplexus Dei.* Quæ & per Octavas frequentantur. Ad Matutinas, *Deus qui præfatum diem* quæ ad Tertiam, ad Missam, & ad Vesperos iteratur, ibique ex tuto finitur. Verùm nescio si quæ dicerentur, quod non jam novis perca quæ à me superius de solemnitatibus sunt relata.

*Intra:* Non sum oblitus illarum; verumtamen est quod adhuc libenter audierim, quo ordine per Octavas ad Nocturnos, & alias Horas Antiphonæ dicantur.

*Resp.* Hoc etiam à Fratre, cujus scribè meminì, quæret non omni, & aliud articulo vel de ipsa Octava, vel de aliis, nisi quod libè rursus mihi diceret: pro cupis testimonio, solemnitas diè agitur, si venient v. g. in feria sexta, in Sabbato quod sequitur in primo Nocturno super Pissimos Antiphonæ, *Præfatum te formatur.* In 1. Antiphona, *Alphonia.* Ad Matutinas verum super Pissimos, *Elizabeth Zacheria.* Super Cant. Evangelii, *Isaacham parvulus:* ad Primam, *Ne somnas:* ad Tertiam, *At isti Domini:* ad Sextam, *Ecce deli:* ad Nonam, *Domini ab inter:* ad Vesperos, *Incens est nomen:* ad Magnificat, *Pro eo quod nos credidisti.* Ad Donatianum in 1. Nocturno, *Peser os meum:* In 2. *Formans me:* ad Cant. & ad Matutinas de SS. Joanne & Paulo; post Canticum Evangelii, *Aperiam est os:* ad Primam, *Elizabeth:* ad Tertiam, *Isaacham:* ad Sextam, *Intra natus:* ad Nonam, *In puer:* ad Vesperos, *Ex inter sanctissus:* ad Magnificat: *Es præfatum omnia.* Ferià secundà in 1. Nocturno, *Is est os meum:* in 2. *Formans me:* ad Matutinas de S. Irenæo & sicus ejus: de S. Joanne Antiph. *Incens vocatur:* ad Sextam, *Rege, vultus:* ad Non. *Naturus vocatur:* ad Vesperos, *Ipsi prædixit:* in 1. Nocturno, *Puer qui natus est.* Ferià 3. in 1. Nocturno, *Ex inter omnes:* in 2. *Intra natus:* Matutinali Missa de S. Leone; deo ad solam Primam Antiphona de eodem: ad Tertiam, *Incens est nomen:* ad Sext. *Ipsi prædixit:* ad Non. *Ex inter:* ad Vesperos non de S. Joanne, sed de S. Petro; & 1. Antiphona, *Beati erant:* propter quos etiam interitur Octava, ut non amplius dicantur de S. Joanne, nisi post Matutinas & Vesperos regulariter, una Antiphona & Collecta; de quo tempore Octava diè plenè celebratur tam cum duodecim ad Nocturnos Antiphonæ, quam etiam 12. Lectionibus & Responsionibus.

## CAPUT XXXIII.

De Natali Apostolorum Petri &amp; Pauli.

Vigilia Natalis SS. Apostolorum, & Vigilia Assumptiois sanctæ Mariæ habent aliquod singulare, & quod in nullis aliis sanctorum Vigiliis solè igitur: nam ad majorem Missam pullantur omnia vigilia, & præter quod non Angelicus; immo nec Alleluia cantatur, alia solemniter canitur tunc. Chorus, ut auit, ab uno tenetur in capis; & Responsorium à duobus cantatur in capis; subduogus vestitur tunicâ; Diaconus dalmatica; unus ostret, omnes accipiunt pacem; *Kyrie elison. Sanctus. Agnus Dei,* singula cum quotiescunq; melodiâ cantantur. Est autem in priorè Vigiliâ, ut de supra meminì, Deposito S. Leonis Papæ; & de sequente Deposito sancti Eusebii Presbyteri, de quibus & Missa matutinalis canitur; propter quod

tamen generalis oblatio non emittitur, & post à uno accipitur. Post primam Collectam cætera quæ sequuntur omnes sunt pro Desinè: quod similiter fieri solè quoties eadem Missa cantatur pro salute vivorum; non autem est consuetudo ut unquam in duodecim lectionibus hoc fiat.

Sed revertamur ad ipsam Natale Sanctorum Apostolorum. Dominus Abbas constituit ante hos annos. Post primam Collectam cætera quæ sequuntur omnes sunt pro Desinè: quod similiter fieri solè quoties eadem Missa cantatur pro salute vivorum; non autem est consuetudo ut unquam in duodecim lectionibus hoc fiat.

Sed revertamur ad ipsam Natale Sanctorum Apostolorum. Dominus Abbas constituit ante hos annos. Post primam Collectam cætera quæ sequuntur omnes sunt pro Desinè: quod similiter fieri solè quoties eadem Missa cantatur pro salute vivorum; non autem est consuetudo ut unquam in duodecim lectionibus hoc fiat.

Sed revertamur ad ipsam Natale Sanctorum Apostolorum. Dominus Abbas constituit ante hos annos. Post primam Collectam cætera quæ sequuntur omnes sunt pro Desinè: quod similiter fieri solè quoties eadem Missa cantatur pro salute vivorum; non autem est consuetudo ut unquam in duodecim lectionibus hoc fiat.

Tertius dies est quoque Octava Nativitatis apostolorum S. Joannis Baptistæ, in quo communiter servitur Apostolorum meminimus ad vices prænominate, non quato de pro computo, quæ supra, v. g. propositus; cum sit Sabbatum in primo Nocturno Antiphonæ, *Tolle signum meum.* in 2. *Incens erant meum.* Respons. 1. & 3. de S. Petro 2. de S. Paulo. Ad Mat. Laud. *Petrus Apostolus & Paulus:* ad Benedictus, *Inseparabilis fides:* ad Primam Antiph. *In omnem terram:* ad Tertiam, *Tam cum dicam vobis.* Officium Missæ non est aliter cum omnibus suis appendiciis, quàm quasi generaliter de Apostolis, sicut & alio diebus infra Octavas, præter Collectam, quæ sola præcipè est de S. Petro & de S. Paulo; ad sextam Antiph. *Tradite enim vos:* ad Nonam, *Gaudete & exultate:* ad Vesp. *Gloriosi Principes terra:* ad Magnificat Antiph. *Ipsi sunt veri sancti.* Dominica in 2. Nocturno Antiph. *Petrus Apostolus:* in 2. *Incens parabilis fides:* ad Cant. *Vos qui reliquistis omnia:* ad Mat. Laud. *Beati patres:* ad Benedictus, *Sanctum & verum lancea:* ad Primam, *Hoc est præcipium nostrum:* ad Tertiam, *Maronem charitatem:* ad Sextam, *Vos amati mei:* ad Nonam, *In parentis vestra:* ad Vesperos, *In regeracione:* ad Magnificat, *O vultu Januæ.*

Ferià 2. Translato S. Martini, de quo etiam ad Nocturnos alia Resp. simul cum Antiphonæ omnibus sunt de ejus vita, tamen 3. & 7. & 11. sunt de illis rebis quæ pertinent ad quemlibet Confiteorem, & similiter diè Antiphonæ ad Matut. Laudis. Ferià 3. in 1. Nocturno Antiph. *Principes papa-*

lerum : in 2. Tradere enim vix : ad Mat. Laud. *Hac est preceptum istum* : ad Primam, *Alacrem claritatem* : ad Tertiam, *Patris amicos eius* : ad Sextam, *Beati patris* : ad Nonam, *In parietibus vestra* : ad Vesp. *Beati cruce* : ad Magnū. *Ipsi sunt due olive.*

Tertio 4. cum sit dies octavas 12. lectionibus 2-gendis : ad Nocturnos & Antiphona & Responsoria de his duobus Apostolis alternantur. Quomodo autem, quia in ulla Antiphona inventi, ceteri de ipsa brevi factum notare curavi, & ita quoque vestre communico dilectioni. Ad Nocturnos 1. Antiphona, *In Flatus* : 2. *Qui operatus est* : 3. *Antiphona* : 4. *Senatus* : 5. *Petri Apostolus* : 6. *Atibi vivere* : 7. *Fallum est* : 8. *Tu es via electio* : 9. *Adveniens Petrus* : 10. *Magnus S. Paulus* : 11. *Petrus Antiphona* : 12. *Beati carmen*. Responsorium 1. *Tu es pastor ovium* : 6. *Repositio est mihi* : 7. *Ego pro te rogabo* : 8. *Sancti Antiphona*, *Gloriosus Princeps terra* : *Relig.* : 9. *Beatus et Simon Bariona* : 10. *Magnus S. Paulus* : 11. *Quedamque legaverat* : 12. *Ipsi sunt due olive*. Ad Mat. Laud. Antiph. *Petri Apostolus & Paulus*, &c. *O Celi janitor*, &c. *In regeneratione*. *Insuperabilis fides*. *Sanctum & verum lumen*.

## CAPUT XXXIV.

De Translatione S. Petri Benedicti.

DEpositio Præceptoris nostri S. Benedicti cum sit in Quadragesima, non est opportunum propter ipsum ut cum Octavis celebraretur, propterea quod ea vice non bene possumus, ut in ejus Translatione factus, & ipsum celebremus cum Octavis, de qua qualiter facta fuerit, vel cujusmodi persona in Gallias sacro-sancta attulerit ossa, manifeste litterarum testimonio non caremus. Et in primis nocte legunt ad Nocturnos, & in aliis per Octavas nocturnos, pulcherrimus sermo Domini Odonis de eodem Patre. Verum ut iterum manifestiora transferamus, veniamus ad ordinem Antiphonarum per Octavas ad singulas Horas cantandarum, in quo placet mei simili poterit errare, si non habet inde aliquod aliquo modo pernotatum. Igitur ut computum semel incursum teneamus, solemnitas de qua agitur si evenit in x. feria vel in feria 3. In 1. Noct. Antiph. *Fuit vir vixit* : in 2. *Ab ipso parvulus* : ad Mat. laudes Antiph. *Beatus vir Benedictus*, alia, *Erax vir Domini* : ad 1. r. *Dum in hac terra*, ad Tertium, *Liberius genere*, ad sextam, *Relictus Nomine* : ad Nonam, *Recepit spiritum* : ad Vesperos, *Vic magis* : alia *Sanctissime Confessor*.

Feria 4. in 1. Noct. Antiphona, *Compaffus* : in 2. *Experatus & Præceptoris* : ad Noct. laudes, *Erax vir Domini* : alia, *Gloriosus Confessor* : ad Primam, *Cumque sibi confiteretur* : ad Tert. *Inno confilio* : ad Sext. *Tunc ad locum* : ad Nonam, *Tamam gratiam* : ad Vesp. *Qui dum cretum pergeret* : alia, *O beatus viri Benedictus*. Feria 5. in 1. Nocturno, *Fuit vir vixit* : in 2. *Ab ipso* : ad Mat. laud. *Gloriosus Confessor* : alia, *Vir Domini* : ad Primam, *Dum in hac terra egisset* : & reliqua ut in feria 3. nisi ad Magnū. *Oratio S. Benedictus*. Dominica in 1. Noct. *Fuit vir vixit* : in 2. *Compaffus* : ad Cantica, *Hic magis* : ad Mat. laud. *Per quidam parvulus* : ad Primam, *Beatus vir Benedictus* : ad Tertium, *Vir Domini* : ad Sextam, *Gloriosus* : ad Nonam, *Vir Domini* : ad Vesp. *Oratio* : alia, *Exultet amoniam*, &c. De octava die non habeo aliud referre,

preter quod de supra jam retuleram. Unum tamen est cuius nondum memini, quod ad secundas Vesperas super Psalmos hic quatuor Antiphona cantantur, quæ ad Nocturnos primæ fuerunt : & hoc fieri solet non in hac tantum festivitate, sed etiam in aliis, si Antiphona Nocturnorum sunt alia similes, ut magis sint tractæ de vitiis Sanctoorum, quam de textu & materia Psalmorum.

## CAPUT XXXV.

De benedictione vitarum, & aliorum fructuum.

IN multis libris Multibus habetur benedictio vitarum, & maxime ad Natalem S. Sura Martyris & Patris, sed si nonnulli sunt mature, Cultus Ecclesie observat quando primiti maturefcent, ut faciat eas ad Ecclesiam deferri: aliam Armano repræsentat, & Armano Sacerdoti inter Canonem ad Hortum competentem & prænotant, & ut eas benedictat. Postea in Refectorio per Sacerdotem distribuantur in loco hostiarum, quod non omittitur etiam illi dies Dominicis, sunt præterea & alie tres species quæ ex more in Refectorio beneduntur, ad est, novellæ folia, novellæ panis, & mustum : & hoc modo : lectio præ inchoatur, post cuius verbum primum benedicens in medio Refectorie habet mentem principalem, & præmissa salutatione singulari benedictio : libas ita : *Benedic Domine his fructibus* : pro pane : *Benedic Domine creaturam istam panis* : pro musto : *Domine immortale JESU Christe*, qui ex quinque panibus & duobus piscibus quæque milia hominum satiasti, &c.

## CAPUT XXXVI.

De Assumptione S. Mariæ.

IN vigilia Assumptionis S. Mariæ ad Vesperas super Psalmos Antiphona, *Tota pulchra es* : Collecta, *Deus qui Virginem* : ad procelionem vespertinalem, Respons. *Super salomon* : Collecta eadem quæ supra : ad Nocturnos legatur sermo sancti Hieronymi, *Cogit me*, & *Paula*, qui cum tanta sit excellentia, ad nonam Lectionem nequaquam pronuntiatur Evangelium, sed omnes Lectiones de eodem sermone sunt. Evangelium, *Repleta est Spiritu* : Collecta, *Veneranda nobis*. Eadem ad ambas futuras proceliones. Ad Matutinas laudes, ad tertiam, & majorem Missam Collecta, *Familiarium suorum* : quæ per totas Octavas dicenda : ad procelionem matutinalem, Respons. *Gaudet Maria*. In die Antiphona, *Tota pulchra*. Per Circuitum, Respons. *Quæ est ista alia*, *Ista est fecunda* : ad Sessionem, *Gaudet Maria* : ad introitum Ecclesie Antiph. *Habe Beata virgo* : Respons. *Beata es Virgo* : ad majorem Missam Credo, sicut etiam ad omnes festivitates Beate Mariæ : ad Vesperas Psalmi, *Dixit Dominus*. *Latus*. *Nisi Domini*. *Memento*. Excepta Hypapante Domini. De ordine Antiphonarum quæ dicenda sunt ad omnes Horas per octavas, non extraxerim opus esse ut aliud dicam, nisi quod ad Nocturnos singularium nocturnum sunt quoque de Nocturnis primæ noctis item ad Matutinas Laudes de matutinis Laudibus : ad ceteras Horas hæc cantari solent Antiphona, quarum prima est, *Eccc in pulchra* : Et officium per Octavas. *Salve sancta Parens* : in octavo die, *Gaudemus*. Ad omnes hymnos Horarum additur, *Gloriam hæc omnia Domine tua eras*, &c.

de primarum] Scilicet, sicut Asterius ad hæc verba : Per

quam hæc omnia Domine tua eras, &c.  
○○○○○]

via sibi Domine qui nasci: & similiter ad omnia festa S. MARIE.

## CAPUT XXXVII.

De eo quod cantatur in Septembris.

**I**N Septembris cantantur Responsoria de libro Job per duas Dominicas. Item per duas Dominicas de libro Tobie, Josue, Elhet, & Eliez. Quod si qua Festivitas occurrerit in ipsis Dominicis que impediret si ad presens ageretur, et Responsoria de prelatiis libro suo tempore cantari non possent, pro huiusmodi in sequentem diem ipsa Festivitas differatur, & non erit necesse vel hoc vel illud remanere. Hic quoque omittuntur Responsoria de Sancti Trinitate, & illa minora de volumine Psalmorum, ut non ad Nocturnos inter alia Responsoria cantentur. Hic enim inchoatur, ut quotquot Responsoria cantantur, ad Nocturnos vel Matutinas laudes cum Gloria Patri, his & adhuc adiungatur, *Sicut erat*: quod his usque ferbit ad Pascha ad Vesperos; amodo autem non ad Vesperos, sed, ut proximum est, ad Nocturnos, & Matutinas laudes, usque iterum ad Pascha. Sciendum tamen est, quia si talis Festivitas celebratur ut duo simul primum Responsorium cantent; tunc hanc adjectionem non observatur.

## CAPUT XXXVIII.

De Exaltatione S. Crucis.

**I**N Exaltatione S. Crucis, sicut etiam in Inventione, agitur aliquid contra morem aliorum Festivitatum. Nam cum t. Vespere sint de sancta Cruce, ad Nocturnos Psalmi omnes, & 8. Lectiones sunt de sanctis: sed iterum de sancta Cruce post antiphona, Domine ancipiti: quorum prima incipit in eo versu, *Pro iniquitate*: secunda in eo, *Egressus est*: & postea non solum 4. extremas Lecturas, & Matutinas laudes, sed etiam de cetero omnes Horae sunt de sancta Cruce. In ejus autem Exaltatione, sicut Tertia, priusquam Officium Missae inchoetur, postetur Crux pallio cooperata a duobus albatibus ante Altare principale; quam discoopertientes, imponant Antiphoniam, *Eec lignum Crucis*, & omnes veniens pecant, & tapetibus in terra constitatis, ita ut sint albatibus ad terram prostratis adhaere: interim Antiphona post Antiphoniam pronominatam sequitur alia, id est, *Crucem suam*; que recitatur per singulos versus Psalmi, *Deum misereatur*, & postea quilibet aliorum Antiphonarum de sancta Cruce; que postquam adorata fuerit in Conventu, sublevarit cantando Antiphoniam, *Super omnia*; & venis iterum ab omnibus ibi petenda. Psalmi ad Vesperos, *Dixit Dominus*, *Confitebor*, &c. super quos eadem cantantur Antiph. que ad Matutinas laudes prima tantum ablati. Beatissimo Patri, Domino scilicet Odilone videbatur molitum congruere, ut eo die quo Crux adoraretur, jejunium fieri deberet, propter quod consuetum est ab illo, & quasi pro legitimo Ecclesie nostre instituto, ut si Exaltatio S. Crucis eveniret in quarta feria, sexta, vel Sabbato, ea vice minime curetur de termino jejunii Quatuor temporum, sed statim in ea septimana agatur. Adhuc autem de sancta Cruce sciendum est, quia de ea major Missa cantari solet omni 6. Feria, ab Octava Pasche usque ad Adventum Domini; & ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam; nisi forte dimittatur propter Officium alicujus Sancti, vel propter Officium de aliquo jejunio, vel propter

Octava; ferialis tamen Epistola legitur, vel Evangelium feriale.

## CAPUT XXXIX.

De eo quod ab Ilibis Septembris semel comedatur.

**A**B Ilibis Septembris semel tantum comedatur, & in privati diebus de hoc ordine nihil mutamus, quoniam per totam habuimus etiam quoties jejunium sicut. Item in duodecim Lectioibus quibus sumus comesturi, per omnia quoque facimus sicut & prius.

## CAPUT XL.

De consuetudinibus incipientibus à Calendis Octobris usque ad Calendas Novembris.

**A** Calendis Octobris usque ad Calendas Novembris cantantur Responsoria de libro Machabeorum: ad Nocturnos Hymnus, *Primo diebus*: ad Laudes, *Æternæ verum conditor*; & de cetero quoque ex toto dimittitur paulatim meridiana. Si sunt duodecim Lectiones, post prandium sedemus in Claustro ad lectioem, usque dum servitores surrexerint à mensa. Pulsatur lignum majus, & oratione facta, quod minus fuerit, ut Nona cantetur. Ambulamus solito more in Refectorium ut bibamus, sed aqua nequaquam utitur propinator. In privati diebus aurora apparente pulsatur scilla, & continuo nocturnibus indutus scilicet ad Ecclesiam: premittit breviter oratione, cantamus Primam, sequentibus septem Psalmis & Letaniis. Si aliquando contigerit per incuriam Custodia Ecclesie, ut non sit clara dies, sedemus in Choro capite cooperato, & pueri cum magistris in Capitulo, usque dum legere possumus cum luce diei. Vacamus lectioibus usque ad Tertiam: pulsatur scilla, & tunc primum diurnis nos calcamus: locis manibus & facie, & prope capite, imus ad Ecclesiam, & procumbendo ad orationem pueros expectamus; quos ingredientibus pulsatur signum, facimus tres orationes: pulsatur scilla, canitur Tertia, Missa quoque matutinali simul adjuncta. Non solum post Capitulum, sed etiam post sextam habemus licentiam loquendi, quamquam illud signum solet esse brevissimum; nam non amplius erit, quam ut Sacerdos, & ceteri ad majorem Missam revertitur, lavent manus, & sint ad induendum se parati. Pulsatur signum et omnes occurramus ad orationem; qua facta imponitur Letania; & hi vestimentis se, quorum supra memini, ad missiorem Missa. Si est quarta feria aut sexta, post nos auditio ligno discalciamus, quoniam occurramus ad orationem, ut nudis pedibus facimus Processionem. Finis Missa signum pulsatur ad Nonam; & orationem facimus primum eorum exeamus ad lavandum pedes: aut si non est dies in quo processio fiat, in Choro tamen legendo expectamus usque dum servitores procuerint prandere; pulsatur scilla iterum ad Nonam. Quod etiam est non dum discitur, tamen per totam italicam quoties dies est jejunium, similiter observatur.

## CAPUT XLII.

De consuetudinibus in Novembris.

**A** Calendis Novembris cantantur Responsoria de libro Eszechie, Danielis, & aliorum minorum & prophetarum. In privati diebus, & si nullo fuit Octava, postquam semel surgimus, non



redimas ad lecta. Hic deinde saccharum quod omifum est à Curia Domini, ut triginta Psalmos cantemus ante Nocturnos. Item Officium Defunctorum, quod usque post Vesperos agimus, amodo post Nocturnos agere soleamus, Malatinis laudibus quoque Defunctorum simul adjunctis. Reliqua psalmodia, ut moris est, cantatur ad Ecclesiam sanctæ Mariæ; & regularibus Matutinis laudibus Prima cum suis appendicis continuatim adjunguntur. Hic etiam si ordinem nostrum per omnia tenere volueris, habet meminisse, quod postquam officium agitur in nocte, non est opus ut in duodecim Lectiōibus post singulas Horas Psalmus, *Ad Domum eam*, pro ipso Officio canteret; & pro quo primitus à S. Majolo est decretum, ut Psalmus, *De profundis*, simul cum prefato Psalmo diceretur: sed hunc postea Dominus Abbas mutavit Psalmo, *Prope me*; & hoc addidit, ut si Officium geritur in nocte, propter hoc tamen ille Psalmus non aliquando omitatur. Nam & per vias non solum pro Officio, sed etiam pro cetera ratione aliquos naper defuncti Fratris deputatur; & si neutrum fuerit, tamen post omnes Horas sepe pro Fideibus defunctis canatur. Pater autem sepe dicitur, scilicet Dominus Oculis; ut plant misericordie, & perpendens quomodo difficile nonnulli Fratrum pati possent, ut in tanta hyemis aliquando asperitate nudis quoque pedibus procederent, hujusmodi profectionem in quartâ & sextâ Feriâ à Calendis Novemb. usque ad caput jejuniæ pro peccatis suis indulget.

*Inverreg.* Scite velim cuiusmodi sit intervallum post psalmodiam in Ecclesiâ S. MARTÆ consummatam: vel quod intervallum maximè sit opus vestrum, vel ubi Conventus moretur.

*Resp.* Breve ut singula respondeam: Intervallum solet temperari, ut Claustralis Prior cum absconitâ totum Claustrum possit circuire: videt namque si omnia Claustris omnia sunt clausa: perlatrat dormitorium à sine usque ad sinem; & nec minus ad ipsas necessarias Pergit in domum infirmorum, ut videat per omnia quo modo se ipsi habeant infirmi. Rediit per Ecclesiam sanctæ MARTÆ in majorem Ecclesiam. Nullum Altare, quo quisquam Fratrum accedere poterit, dimittit invistatum, ut videat quid ibi sit, vel quid agatur ab eo. Fratres autem de Ecclesiâ S. MARTÆ simul excurrit, præter si qui opus habent ad necessarias res, revertuntur in Chorum, & singuli sedent in sedili suo caput cooperit, juvenes, qui in custodia sunt, juxta Custodes suos, de quibus summo prece caveatur ne simul ita sedent, ut non habeant inter se probabilem & boni testimonii mediatorem, & unusquisque postquam caput coopererit, facit quod sibi valetur, vel quod poterit: nam ut mei ipsius pro exemplo meminerim, erat aliquando quod intenteis orabam, aliquando quod Psalmos ruminabam, aliquando quod somno adeo gravatis eram, ut ita sedens vellem nossem dormitare: sed si quis voluerit secretis orare, surgit, & secunda ad aliquod Altare; ubi tamen non datus motatur, ut & locum habeat alius similiter orandi; quia satis pauci sunt Altaria tantorum Fratrum multitudine composita. In qua habitudine diversitate fortassis plures non sunt mei dissimiles. Pater sedens in Capitulo, & per aliquem præcipientem causam adducunt. Quod si tantus est hyemis asperitas, est officina in qua grandis focus ab ipsis Fratribus qui fuerunt coqui prioris septimanæ, preparatur, & illic omnes tam majores quam minores licenter accedunt, cum summâ tamen gravitate, sicut dignum est in tali hora. Amodo quoque usque ad Conam Domini in privati omninô diebus Hymnus Completorii est, *Christe qui lux es*; & si tamen nullus fuerit Obitus.

*Inverreg.* Sed post Vesperos cum nec ceteris, nec Defunctorum geratur Officium; quid aliud est quod geratur à vobis?

*Resp.* Imus in dormitoriam, cultellos nostros depomimus, abstrahimus calceros diurnales, & nocturnales induimus; solentem in Claustrum ad lectionem, tangitur cymbalug; ad manus lavemus, & in Refectorium bibere venimus. Sedemus iterum ad lectionem, sonatur scilla ad collationem. Itemque & illud pro certo noveris, quod si aliquando contingit nobis in vita, & de industria nunquam, ut hoc diei adhuc clarè non appareat quando dormitum collocamus; & propterea sustinere possimus inter alia tam prolixas lectiones, que nimirum quibusdam nostris committuntur tam patrios mores, quam ipsam patriam motare volentibus non minus graves essent ad audiendum, quam massa plumbea fore solet ad portandum. Nec mirum quibus non est studium nobiscum dormire, si & ipsi non est studium nobiscum vigilare.

Et quia semel incipi inde loqui, ut subinseram que adhuc de eodem genere novi: in Natali SS. Apostolorum Petri & Pauli, Nocturni & Matut. laudes tante sunt proluxatas, ut semper die adhuc clarè incipiuntur, & nunquam nisi de adhuc clarè fiantur: propter quod cum scire possis, quod illi die non erit hora tardior dormitum collocandi, veni mihi aliquando in mentem, ut ipsam horam solis radio noverem, quem sequenti die quanto cantavimus Nonam in eodem vidisse loca; & ita o momentum præcedentis Completorii à momento Noæ sequenti nihil esset divisi; scilicet potius cum sinceritate, & cum aliquâ devotione vigili interesse, nec erat necesse somno satiatum iterum in Ecclesiâ somno gravari. Fratres qui de foris venturi sunt ad Monasterium, eo præcepto, & câ conditione non semel sunt constricti, ut nonquam post Completorium audeant venire: Frater qui erit ad Vesperos in Claustrum, si ante Completorium comederit neglexerit, post Completorium nullas res grati habebit licentiam comedendi, excepto si tali infirmitate gravatur; verbi grati, ego quidam vice Cellensium vidi totâ die recipiendo vinum occupatum, & de prandio minimè curavit; post Completorium quærens à Domino Abbate licentiam prandendi, propterea nihil obtinuit; & ita impræparatus, veller molles, cobitum recessit. Si videres quoque in Quadragesimâ quali hora domus operam ut dormiamos, utique fatereris satis nos maturè surgere posse ad Nocturnos. Hæc quasi extraordinaria sunt dicta, ut noverim nos in comestationibus noctem expendere nolle.

## CAPUT XLII.

*De festivitate Omnium Sanctorum, & recordatione Omnium Fidelium Defunctorum.*

**I**N Festivitate Omnium Sanctorum ad utroque Vesp. nec Psalmi nec Antiphonæ fiuntur, & sicut per totum annum de ipsis quotidie cantamus Psalmos, *Confitebor*, *Credidi*, *In convertendo*, *Exspera me*: Hymnus etiam est, *Christe Redemptor*; sed cum tam solemnem melodiam, quam & ipse dies est sollemnis: *Kyrie eleison* quoque ante Dominicam orationem, cum in aliis diebus ad omnes regulares horas tunc et utroque Choro dicamus, in isto tamen ad Vesperos & Matut. laudes nonnulli tantum ad duas vias: quod etiam per totum annum similiter tenemus. Item ad Vesperos & Matut. laudi non alie preces dicuntur quam hi versiculi. *Post partum. In conspectu Angelorum.*

Quantum autem in sequenti die de S. Casario, &

de alijs Sanctis duodecim Lectiones fiar, tamen post Vesperos, pulsatis omnibus signis diuitijs, cantantur quoque Vesperti Defunctorum, & in nocte post Mat. laudes de omnibus Sanctis Officium simul cum Mat. laudibus, & maritimali Missa solemnissimè pro omnibus fidelibus Defunctis; pro quibus & singulis sacerdotes praevas missas sunt cantaturi. Sed nec ad Vesperos, nec ad alias vices de Collectis est amplius dicendum quam una tantummodo Collecta, id est, *Fidelium Deus*. Hoc enim decretum est à Patre Odilone, ut sicut in priorie die Commemoratio fieri solet omnium Sanctorum, sic & in sequenti commemoratio omnium Fidelium Defunctorum. Ergo unde acciderit quòd hoc pater Pater conficiat, qui ejus vitam legit, ibi bene hoc ipsum cognoscere potest. Hic autem, ut quod adhibere superest expiat, duodecim pauperes abertum sunt refectendis de pane, vino, & carne; & quoque pauperes alijs superveniendis, omnibus de pane & vino misericordiam impendenda. In qua refectio nostra non usurij lauro est propter omnes Sanctos, quoniam propter omnes Fideles Defunctos, in ipsa festivitate omnium Sanctorum quidquid panis & vini superest ad mensam, ad elemosinam datur. De hoc exemplari traxit de modo Dominus Abbas (quod jam in alio loco, si meminisset, memoravi) ut post Octavas Pentecostes specialis recordatio fiat illorum in quolibet loco nostro, qui in ipso loco sunt sepulti.

## CAPUT XLIII.

De festivitate sancti Martini, & consuetudinibus qua tunc observantur.

Quòd festivitatem S. Martini cum Octavis celebramus, hoc processit à primo loci nostri Abbate iterum, scilicet Domino Odore, qui Turonis oriundus, S. Martini alumnus, & Canonicus erat ibidem; unde Antiphonas non antiquas, sed novas, quas modò cantabamus in Dispositione S. Confessorum & Episcopi, super Nocturnos ipse fecit, ipse Hymnum, ipse quoque, ut praemisum est, Octavas suas indicit. Cujus vita cum sit luculentio rito composita, & de ipsius adeo virtutibus admiranda, S. Patres nostri, sicut in Assumptione S. MARIAE, ita hic quoque noluerunt ut in ejus Depositione aliud Evangelium pronuntiaretur, vel alia Homilia, quam ipsa vita legeretur. Omnibus Horarum Hymnis hic versus apponitur, *Martine per Apolloniam*. Quòd si necrum scire volueris qui cantentur ordines per Octavas Antiphonarum ad Horas; nimirum non minorem Antiphonarum copiam habemus, quam in praefata Assumptione S. MARIAE: alioque quod tunc fecimus, nunc ipsum quoque facere solemus, ut antiquas Nocturnorum Antiphonas ad Nocturnos per seras cantemus. Illas quae sunt de Marat. laudibus ad Marat. laudes. Novas autem, quas jam dixi à S. P. Odone dictas, per diurnas distribuimus horas. Nocturnos ad octavam sic appendentes, cum plenam habeant officium tam in Antiphonis, quam in Responsorium, eà vice cantemus antiquas. Dies autem cum jam sit adeo brevis, adeo à Festo S. Martini usque ad Purificationem S. MARIAE, quoties bis comedimus, post grandium cum expectamus cum Nona Servitores; sed licet, cum à mensis surgimus, Chorum intrantes, & eo sancto ordine quo solemus ad Horas, cantamus eam, & per le postea Servitores; nec amplius ante Vesperos ad bibendum in Refectorium redimus. Per Octavas S. Martini, & per Octavas Domitiae Nativitatis, & Epiphaniae, duas vicibus manducamus, post Matut. laudes dor-

mimus, inde Primam cantamus; officium tamen Defunctorum de loco suo non omittimus inter Nocturnos, & Matut. laudes agendum.

## CAPUT XLIV.

De Adventu Domini.

IN Adventu Domini, quoties duodecim sunt Lectiones, abstinentur ab adipe: minimè tamen canatur, *Gloria in excelsis*, quamquam alijs Natali S. Andreae Apostoli tantum deferatur, ut ejus Octava dies pleno per omnia celebretur officio. Ad Primam Capitulum mutatur, sicut etiam in Septuagesimà, ut pro *Regis autem facterunt*, dicatur *Domine miserere nobis*. Per omnes Dominicas usque ad Natalem Domini post Alleluia, Sequentia cantatur: Commemoratio S. Crucis post Vespere & Marat. laud. ornatur usque post Octavas Epiphaniae; unde & post primos Vespere Adventus Domini, non ad sanctam Crucem, sed ad S. MARIAM agitur processio cum Respon. *Misere est*; post Matut. laudes cum Respon. *Ecce Virgo*; Collecta, *Deum qui salvas*, vel *Deum qui de Beata. Gratiam tuam*; *Benedicta*. In die cum Resp. *Ave Maria*; per Claustrum cum Antiphona *Veni emens*; & *O quam casta Mater*: novissimè, ut motum est, cantatur aliquis de Apostoli: sed praefata Antiphona per alias quoque Dominicas non cantatur, nec Capitulum ad Tertiam, *Eccae des venant*, usque ad novissimam Dominicam in qua diciturum est *Gaudete in Domino*. In privatis diebus ad Matut. laud. & Vespere, quod & in alio loco jam non tacui, dicuntur haec preces, *Oremus pro omni gradu Ecclesiae*.

*Inter*. Numquid & in alijs Dominicis adhuc est in processu. cum Resp. ad Matut. laudes, & Vespere?

*Resp.* Minimè.

*Inter*. Er quae Antiphonas cantatis ad Horas regulares?

*Resp.* In quilibet Dominicà Antiphona, quae cantatae sunt ad Matut. laudes, canantur & ad Primam, & sequentes Horas. In privatis diebus non aliae cantantur quam quorundam usque ad septimanam jejuni Temporem.

## CAPUT XLV.

De septimanae Jejunii Quatuor-Temporem.

Quòd si Vigilia Natalis Domini eveniret in Sabbato, tunc agitur jejunium Quatuor-Temporem in septimanà precedente; in ejus etiam precedente secundà ferià eà vice nunquam dicitur, ut non ad Marat. laudes haec inchoetur Antiphona, *Eccae venet Domine*. Tunc etiam per occasionem illarum Antiphonarum, & aliarum quae ab O littera incipiunt, habeantur in Antiphonario quasi omnino vacantes Antiphona; & haec ad diurnas cantantur Horas, v. g. in secundà ferià ad Primam, Antiph. *Dixit Dominus*; ad Tertiam, *Confirge*; ad Sextam, *Elevare*; ad Nonam, *Poenam in Dom*. Verùm de his litalibus Antiphonis est una, id est, *Nolite temere*, quae semper reservatur, ut in Natali S. Thomae Apostoli post Mat. laudes pro recordatione Domini canitur Adventus; nisi forte contingat ut ipsa festivitas de loco suo & die mutetur. Mutatur autem, si eveniret in festà ferià Quatuor-Temporem, & in quavis precedente celebratur: aut si eveniret in Sabbato, vel in sequenti Dominicà, celebratur in secunda ferià. In quarta ferià jejuni in-

choatur

phoantur Responsorio, *Clava in fortitudine*. In illis tribus noctibus, quibus eadem cantantur Responsorio, pronuntiatur Evangelium, & non amplius quam Evangelium ex more legitur Honilia: prima tamen Honilia cum fit longe immo duabus sequentibus; ego quidem, si bene memini, plus aliquando lectum esse adivi, & additum de sermonibus Sanctorum Patrum; sed hoc postea repetebatur est à Senioribus nostris. Tu ergo elige quod magis volueris à duobus.

*Inver.* In Sabbato, cum non habeatis proprias Antiphonas nisi de Vigilâ Natalis Domini, quis cantatis?

*Resp.* Ut scire poteris, duas satis proprias, quia de ipsis psalmis sunt, in promptu ceteras habemus, id est, *Ad te Domine levavi*; & *Expellatur sicut pluvia*: huius addimus quæ incantantur remanent pro festivitatis S. Thomæ, vel, si quas alias de alio loco magis competentes viderimus. Prætorum & Armatus, si quidem sentias & studiosus est, non multum pro huiusmodi errabit, & ad illum pertinet omnia, que sunt huius generis, providere.

*Inver.* Ergo ipsas, quibus agitur, Antiphonæ matutinales postquam lænel omnes cantatis, quid facias si nondum est Natalis Domini?

*Resp.* Quod inter illi secundò eas repetimus, quantum aliud non facimus.

## CAPUT XLVI.

## De Vigilâ, &amp; de die Natalis Domini.

**A**liquando quidam forte libellus venit in manus nostras, simulans quòd olim scriptus esset ante plures annos in quo inter cetera habebatur notitia esse consuetudinem, ut in Natali Domini ministrum coquebat Dominus Abbas & Cellerarius cum Decanis simul faciant. Quod ideo tacere nolui, ut animadvertas à quantâ sanctitate locus nosse incipit, quamquam modò non sit, nec absque magna importunitate esse possit idipsum humanitatis & Religionis exemplum. Nam postquam & hæc vinea nostra extendit palmetis suos usque ad mare, & usque, non ad flumen, sed ad flumina multa propagines suas: tanti Fratrum, tanti hospitem accurrunt ad sacro-sanctam solemnitatem, quibus singulis habet Dominus Abbas pro tam diversis negotiis respondere, ut omnino non expedit, si tunc festivitate fabricam occuparet: à quo tamen obsequio alio tempore non magis ipse, quam & alii, excusantur: hinc autem vice, sicut etiam in Pascha, Procurator Villarum, & qui Decani appellantur, quotquot supervenerint, omnes ad hoc in brevi recurrunt, quamquam non omnes serviant, sed tanti quantos ipsi inter se viderint, & opus esse viderent.

In Vigilâ Natalis Domini Nocturni sunt sicut in quolibet privato die; triginta psalmis præcedentibus, ut quæ remanet de cetera psalmodiâ, que vel in Choro, vel in Ecclesiâ S. MARIE cantari solet ante Matut. hæc. Ad Nocturnos legitur illa Origenis Honilia: *Quæ sunt necessitas*. Ad Matut. laudes formis complicatis, & tapetibus contratis, & primò ex more signo uno pulsato, & oratione factâ, pulsantur omnia signa, nec alii psalmi, quam qui solemnitatebus con-pertum, cantantur, psalmus nonagesimus secundus, & sequens ejus. Responsorium *Juda & Jerusalem*, à duobus cantatur: Altare incensatur. Prima tamen non separatur ab ipsis Matutinis laud. nec à primâ solito more septem psalmi cum Letaniâ. Psalmus quoque *Miserere* pro Beatus Abbatibus, licet duo alii remaneant præce-

dens & sequens, sicut etiam postea ad tinnis Horas. Tres orationes ante Tertiam stando aguntur, quia postquam Matut. laudes facti incipit, toto illo die nequam genus flectuntur, excepto ad Letaniam, & quando in Capitulo *Nativitas Domini* pronuntiatur. Propter quod etiam matutinali Missa pro Fidelibus sanctis unita, ad ipsam Capitulam prohibitis scilla pulsatur, ut omnes possint convolare: & cum *Dominica Nativitas*, ut præmissum est, pronuntiatur, universi solemus in faciem cadere, & aliquando in oratione jacere. Transacto Capitulo non ceterum licentia loquendi, & iterum post sextam, quia per totam futuram septimanam debemus generaliter esse tacentes, nisi quantum loquimur in Capitulo, & ad Confessionem, Major Missa solemniter celebratur, Subdiaconus indutus Tonicâ, Diacono Dalmaticâ, qui tenet Chorum cappâ, vel qui gradale cantant. Ad Vespertilem processionem Respon. *O magnum mysterium*; Collecta *Deus qui salvas*. In ipsa nocte Nativitatis Domini, priusquam confurgatur ad Nocturnos, quatuor certi per quatuor angulos Claustrum accendantur, juxta usque ad deum arant, quintas in olla marmorea periculosa ponitur in medium lavatorii. Quamvis autem Missarum solemnitas ver sine celebranda, tamen Cantica quidem gradum non prætermittimus ante Nocturnos: primò tres Lectiones de Propheta; quarta de libro Sapientie, *Ego sapientia*: nona & duæ sequentes de Honilia Beate Presbyteri super Evang. *In principio*: duodecima Lectio est Honilia Beati Gregorii: apud eo, *Exiit edictum*: Evangelium quod legitur est, est de generatione Christi secundum Mattheum. Collecta, *Deus qui hanc sacramentum nostrum*. Proceditur eum Responsorio, *Confirmatus est*, ad Ecclesiâ sanctæ MARIE, ubi Matut. laudes quoque de Omnibus Sanctis solito more cantantur, & *Verba mea*. Ad nonam Lectionem Nocturnorum introducti sunt famuli in coquina regularum, ut nobis de Ecclesiâ sanctæ MARIE exentibus sit paratus ignis, & ibi est in promptu aqua calida, comæ, mantergia, ut manus & faciem lavemus. Cuius auditum fuit signum majus aliquantulum pulsatum, ad Ecclesiâ convenimus. Sacrosdos ceteraque mulliri; postquam fuerint vestiti (quia tunc oratio non fit in Choro) pulsantur signa ut Missa cantetur, *Dominus dixit ad me*: ad quam tres Choro capiti induti, sicut etiam ad aliam, tenent Cantorem, utriusque illorum candelabros sunt posita, & super ea bene splendentes: hi autem qui cantantur sunt Responsorium, vel Alleluia, postquam cantaverint quod fibris designatum, adjunguntur tribus superdictis Cantoribus una rectum Chorum; quod & in sequenti Missâ similiter fieri solet. Post Alleluia Sequenta jubatur, *Credo* cantatur, una offertur hostia, & pax ab uno recipitur. Cantantur Matutinali laudes; Collecta, *Cantate quæsumus omnipotens Deus*: de suffragis Sanctorum nihil omittitur, nec illi duo famulantes psalmi, qui in omnibus duodecim Lectionibus Horas sequuntur. Imus in domitorium aliquantulum pulsatur. Cum visum fuerit Custodi Ecclesiæ, iterum majus signum pulsatur, ut venimus ad Ecclesiâ. Missa, que est celebranda est vice, pueris intrantibus, prævenitur oratione. Quocumque pro solemnibus Officio cantata sunt ad procer, cantantur & ad altam, tres hostie offerantur & consecrantur, ut si quis Fratrum voluerit, possit communicare. Pax à custodi est accipiendus. De die non cantatur alia Missa matutinali. Primo signo ad Tertiam sonato, & oratione factâ, albis generaliter vestitur; & sicut longè superius memini distulit, si est dies Dominica, statim agimus processionem.

& si est alia, post Tertiam; primò ad Ecclesiam S. MARIE cum Antiphona, *O beata infantia*; per Claustrum Antip. *O MARIA Jesse*; alia, *O quam casta mater*: ad introitum Ecclesie Responsorium, *Defensa de caelis*: ad Tertiam cantatur Antiph. *Hodie ostensa Virgo*. Cum ventum fuerit ad eam locum, *Omnes Chrysum adorem*. solet ab omnibus generaliter venia peti: Hymnis Horarum adiungatur, *Alacris salutes*: & c. *Gloria tibi Domine*.

## CAPUT XLVII.

De Officiis Natalis Domini, &amp; Epiphaniæ.

Octava Natalis Domini non possunt ita continuat celebrari sicut Octavae Dominiæ Refurrectionis, propter consequentes solemnitates, id est, S. Stephani, S. Joannis, Sanctorum Innocentium & de quibus, sicut dignum est, cum Nocturnis sunt simul cum aliis Horis, & Officiis Missarum, de Natali Domini sola est Missa matutinalis cantanda ad Ecclesiam S. MARIE, id est, *Fuer natus est*: ad quam per tres dies due tantum Collectæ sunt dicende, & de Nativitate Domini, & de instanti solemnitate; non tamen ad unum *Per Dominum nostrum* &c. sicut etiam in festivitate SS. Sebastiani & Fabiani; quamquam ad alia vices, præter ad utramque Missam, nonnulli una Collecta dicitur, sed pluraliter de ambobus, scilicet, *Infirmis nostram*, &c. Epistole & Evangelia alternantur eodem ordine, quo ingreditur ad tres Missas in primâ nocte seu die celebrata. In Natali Innocentium quod alia Ecclesie non cantant *Gloria in excelsis*, nec Alleliam, de hoc minime curatur à nobis. Super Psalmos prophetiales Antiphonæ, *Sine parvulis, Angelis etiam. Sub throno Dei. Cantabant sancti*. Duo sequentes dies, si tamen noster est Dominicus dies, assimilantur illi quinta feræ vel sextæ, que est in majore Pasche septimanâ. In præter nocte pmutantur Evangelium *Exiit edictum*: sed alia sequitur Homilia quam illa, scilicet sancti Gregorius: Missæ majoris est Officiam, *Demons dixit*. In nocte secundâ Evangelium *Passeres loquebantur*; Offertorium, *Lux fulgebis*. Excepto quòd ipse Intronatus mutatur cum Introitu, *Fuer natus est*. In die tertiâ est Deposito S. Salvestri Papæ duodecim Lecturis agenda.

*Interrog.* Quid est, carissime, quòd, quantum video, nihil omnino vides de Antiphonis referre? Quomòdò, & tantis non estimaveris, ut fateris, rogatus ut eas ordinaveris non solum ad istos duos dies, sed etiam ad quoscunque videtur opus esse, usque ad extremam diem Theophaniæ.

*Resp.* Illud sane dilectio vestra non desicillè meretur, quia nec maximi est laboris. Et primò quidem si nunquam à me dicitur, tamen id scire potestis, quia si qua reperitur de eo textu Nocturni. hæc quoque magis competenter quàm alia cantatur super Nocturnos: ut si talis desuerit, cantari potest Antiphona, *Verbum caro factum*: alia, *Beatus venter*. Ad Matut. laud. *Genus puerpera*: alia, *Angelus ad Passeres*: ad Primam, *Illuxit nobis*: alia, *In principio*: ad Tertiam, *Verbum caro*: alia, *Preper nomen*: ad Sextam, *Christus Deus noster*: alia, *Ecce de quo*: ad Nonam, *Ecce adventus*: alia, *Exultantes*: ad Vesperos idem cum suis Antiphonis Psalmi, qui in ipso die, quorum est novissimus, omne *De profundis*, nunc *Alacris Domine*: & c. ut semel dicam, ad quantas cantantur adhuc vices in Circumlocutione Domini, in Epiphaniâ, & in ejus octavo die, & in Hypopante Domini: tantùm ad secundum Vesperos; & præterea in illis Dominicis,

quæ eventunt ab octavo die Natalis sancti Joannis Evangelicæ usque ad octavam diem Epiphaniæ, iterum ad secundos Vesperos, ad quos & non alius Psalmus est novissimus, quàm *De profundis*.

In Circumlocutione Domini erant Antiphonæ ad Matut. laud. & ad Horas diurnas, quarum prima est, *O admirabile cum Collecta*; *Deus qui salvas*: ad Vesperos, ad Evangelium, ad Matut. laudes, ad majorem Missam, *Concede quesumus omnipotens Deus*. Missæ matutinalis, *Vultum tuum*: Major, *Fuer natus est*: ad utramque Epistola, *Apparuit gratia*: Evangelium, *Passeres loquebantur*: cui & illud annexitur, sicut est in ipso textu Evangelii, *Et postquam consummatis sunt dies octo*.

Deposito S. Odilonis tam cari Sancti & tam familiaris, facit quòd sancto Stephano in octavo die Natalis eius alia commemoratio esse non potest, quàm cum una tantum Antiphonâ & Collectâ. In octavo die S. Joannis et Innocentium eodem modo agitur, quo in quolibet privato die, qui tamen fit in aliquibus Octavis. Post nocturnum Officium cum Matut. laudibus dicimus in suo loco, *Deus avertis nostris*, & post Primam septem Psalmos cum Lectura si cujus commemoratio, tribus tantùm Lecturis est agenda. Igitur ad Nocturnos Hymnus & super Psalmos Antiphonæ de Natali Domini; cetera de præfatis Sanctis usque dum major Missa fit consummata. Super vespertinis Psalmos una tantum Antiphona, & hæc de Natali Domini.

In Vigiliâ Epiphaniæ ad Vesperos Collecta, *Deus illuminavit*. ad Matut. laud. Antiph. super Psalmos, *O admirabile*: sequentes Antiphonæ ad sequentes etiam Horas. Ad Missam, *Demons dixit ad me*: Collecta, *Corda vestra*: Epistola, *Apparuit benignitas*: Respons. *Benedictus*. Alleluia, *Demons dixit*: Evangelium, *Desubito Herode*: Officium. *Letemur enim*: Communion, *Exalta filia*. O die non pejunamus. Quantum ad solemnitatem & Octavæ pertinet, Epiphaniæ & ejus Octavæ similes sunt Dominicæ Ascensionis, excepti illa, que in die Ascensionis post Tertiam agitur, processione; & cetero recole que ibi diximus, ut hic etiam eadem observent. In ipso autem die primo Epiphaniæ eadem Antiphonæ cantantur, & ad Matut. laudes, & ad Horas diurnas. Per ferias ad Nocturnos, si desunt Antiphonæ de textu Nocturnorum, cantari potest Antiphonæ, *Vultum Stellam*: alia, *Tres sunt munera*: alia, *Admoniti Magi*: ad Matut. laudes super Psalmos, quolibet una de illis quinquæ Matut. laudum Antiphonis: ad Primam, *Lux de luce*: Si est S. Barbaram, *In fide passus*: licet etiam in Vigiliâ Epiphaniæ: ad Tertiam, *Interrogabat Magos*: ad sextam, *Videtur stellam*: ad Nonam, *Descendit Spiritus*: ad Vesperos, *Vox de caelis*. Sunt etiam Antiphonæ non solum de Epiphaniâ, sed etiam de Natali Domini, cum quibus quoties istas mutare volueris, nihil video interesse.

## CAPUT XLVIII.

De Purificatione S. MARIE.

DE diebus vel septimanis, que post Octavâ Epiphaniæ veniunt, quantum puto, nihil referre novi quod nesciat; excepto quòd ad processionem diæ Dominicæ, illæ de Natali Domini non mutantur Antiphonæ usque ad Purificationem S. MARIE, nisi fortè prius veniat Septagesimâ. Ergo ut de prædictâ solemnitate aliquid dicatur, in Vigiliâ ad Vesperos Collecta, *Perfice in nobis*, que & ad majorem Missam præmissâ alia Collectâ ad completorium iteratur. Ad vespertinalem processio-

nem Respons. *Cum inuenerem parum* : ad Matut. laudes, *Gaude MARIA*. In die post Tertium, vel si est dies Dominicus, ante Tertium, cum Antiphona, *Cum inuenerem* : alia, *O beata infans* : procedit ad Ecclesiam S. MARIE, de qua sequitur Collecta, *Excelsi quoniam Domine* : postea he oratio ad quamlibet horam regularem, & omnes ante facient de retrò. Candelæ quæ consecrandæ sunt, ibi consecrantur cum hæc benedictio, *Ad ipsa supplicationibus nostris* : alia, *Domine Deus creator* : consecratur aqua benedicta aspergantur, incensantur, & distillantur. Inter ascendendum, Antiphona, *Lumen ad revelationem* : Cantic. *Nunc dimittis*. Post divisionem creatorum, Oratio, *Domine Deus Pater omnipotens, Iamto*, &c. Per claustrum, Antiphon. *Ave Maria* : alia, *Aderna thalamum* : in vestibulo i. ecclesie ad statuatorem, *Responsum accipit Simon* : ad introitum Ecclesie, *Hodie Beata Virgo* : item Responsorium, *Cum inuenerem*. Ad Offerendam oblati panis hostie & vino, offeruntur quoque Diacono inchoante candelæ. Ab illo die in duodecim lectionibus differtur Nona, usque dum seruitores surrexerint à mensâ, & postea itur in Refectorium ad bibendum.

## CAPUT XLIX.

De Septuagesimâ, &amp; Quadragesimâ.

IN Septuagesimâ adeps simul cum Alleluia sepelitur, ut postea usque ad Pascha de illa non gustetur. Ad processionem diei Dominicæ per Claustrum Antiph. *Cum fideris filius*. Ad cursum etiam Vesperos, & in candelis prævatis diebus usque ad Quadragesimam Responsorium, *Spes mea Domine* : in Mat. laudibus, *Advent meus esto*. De Officio quoque pro Defunctis id mutatur, ut amplius non dicatur post-Noturnos, sed post Vesperos : & singulis Horis in duodecim Lectionibus : *Ad Dominum eam tribulaverit*. Matut. laud. pro Defunctis, post Matut. laudes de omnibus sanctis. In Quadragesimâ, quia de cætero nec escaum nec ova comedimus, post Vesperos ad cenam de ipsi ovis coctis in pipere habemus generale, quod toto anno amplius non contingit ut aliud quid cæ vice habeamus præter solum panem, & si horæ sunt in promptu, cruda poma, vel ea quæ in sermone characterato de consperione farine tenuissime sunt, & ab hominibus Romane lingue *nebula*, à nostratibus appellantur *obleta*.

## CAPUT L.

De capite Junii, &amp; de Quadragesimâ.

IN capite Junii inchoatur, ut nec ad Nocturnos nec ad alias Horas Capitulum, quam quoad de Junio sit, dicatur. Ad Tertium & alias Horas sequentes Collecta pro peccatis, quarum prima est *Exaudi quesumus Domine* : ad Matutinas laudes & Vesperos de ipsa die : ad Nocturnos eandem quæ per totum annum in privatis noctibus dicebantur : ad processionem psalmum, *Deus miseratur*, sequitur Collecta, *Concede nobis quesumus Domine propitiis*. Sacerdos tantum sola amictus, cineres ut benedicit : *Deus qui nos mortem* : quos cum orsus fuerit singulis imponitur, sed pueri inchoante statim imponunt Amictum habent.

## CAPUT LI.

De Dominici diebus Quadragesimæ.

PER omnes Dominicas usque ad Passionem Domini est unum & idem Capitulum ad Vesperos, ad Matutinas laudes, ad Tertium, & iterum ad Vesperos. *Hortamur* : nullas Hymnos de Junio cantatur, sed idem qui extra Quadragesimam in Dominicis diebus. Item ad Sextam & Nonam eandem Collecta, sed Capitula de Junio : Ad processionem vicissim usque ad Pascha hæc duo cantantur Antiphonæ, *Christe pater misericordiarum* : & *Cum fideris*. In paginâ Dominicâ ad octo Lectiones Nocturnorum sermo Maximi, id est, *Lucis nobis dilectissimi*. Secunda Dominica cum non aliam habeat Collectam quam illam, *Deus qui confregit* : ideoque dicatur ad Tertium, sequentes de quotidianis dicuntur ad Sextam & Nonam.

## CAPUT LII.

De secundâ Feriâ Quadragesimæ.

IN secundâ Feriâ Quadragesimæ inchoatur Hymni de Junio ad Matut. laudes, & Tertium & sequentes Horas. Solum Nocturnus nescio quid hic commiserint, qui cum in Adventu Domini, & toties in solemnitatibus, speculens Hymnum habeant, in Quadragesimâ hoc amiserunt : si quæ etiam tam parva Hora, licet est Tertia, non caret Hymno alio quam consueto, id est, *Tercus ter horis numerus* : & si hoc apud nos est, tamen [non] est ita apud Monachos de Italia, & ipsius Sedis Apostolicæ, & Ecclesie Romane; apud quos tunc quod cæ vice habent alie Horæ, habent etiam Nocturni. Sunt autem adhuc de alia quæ in præfatâ ferriâ solent inchoari, duo Psalmi qui per singulas Horas dicuntur à psallitatis, & majores preces ad Matut. laudes, & ad Vesperos, scilicet, *Oremus pro omni gradu Ecclesie*. In Capitulo nequaquam alio Regule festentia legitur, quam quæ est de Quadragesimâ. Recitatur quoque *Brevi* librum qui anno præterito sunt ad legendum Fratres rogati : cum quilibet Frater nominatur, surgit, & libram sibi datam reddit : & si enim foret non perlegit, pro indulgentiâ veniam petat. Si autem unus tapes ibi constiterit, super quem illi libri ponuntur, de quibus iterum quanti dantur, dantur cum *brevi* : & ad hoc est una tabula aliquantulum major facta. Si qui festivas in eodem die duodecim Lectionem agenda evenerit, tunc in Capitulo duæ Lectiones leguntur, duoque sunt sermones ; anterior de festivitâ, sequens de Quadragesimâ. Post librum orationem datur licentia primum, illi tamen ut primum cum discretione & moderatè, ne corpora valde imbecillæ maxime ad exercitium talis vite, scilicet acervæ, non amittant. Vide quoque quæ humanitate Patres nostri ipsam Quadragesimam voluerunt initiari : eo namque die, prout ipis placuit, habemus ad refectorem & panem solito meliorem & calidum, & generale piscium si quo modo inveniri poterit, & pigmentum, ad cursum tamen propinationem scella nonsonatur. In quartâ Feriâ & festâ post Nonam exeunt Fratres de Ecclesia, & se distulerunt, & ita redeunt ad processionem. Tunc autem oratio non perimitur, sed pueri inchoante statim imponunt Antiphonam, *Exerge Domine*.

## CAPUT LIII.

De *Jejunio Quadragesimae* Temporum in *mensi Martio*.

**I**N mensi Martio, quicquid sit de termino jejunii Quadragesimae, nunquam tamen ante primam Quadragesimae septimanam agitur; in qua si nondum fuerit terminus, nisi postea futurus, tamen in quarta Feria ejusdem primae septimanae ad Officium majorem Missae leguntur duae Lectiones, duoque Responsoria cantantur; & illa quarta Feria, qua jejunium agitur, non nisi una. Qui mos non de primis involverit, de industria & studio, an ex negligentia, nescio, nisi hoc seu contra usum esse voluerint in Romanam, sicut in Teutoniam. Ea quoque Officia quae ad idem jejunium pertinent, cum scripta sint ad primam Quadragesimae septimanam, si in eadem septimana jejunium non agitur, propter hoc tamen nullum differat officium, nisi quod pertinet ad Sabbatum; hoc solum quoque ad Sabbatum jejunii reservatur; hac etiam sola vice pro Hymno terram puerorum, non *Benedicite*, sed *Benedicite* cantatur.

## CAPUT LIV.

De *Passione Domini*, & *Ramis Palmarum*.

**I**N Passione Domini *Gloria Patri*, si ad nullum cantatur Responsorium, cantatur tamen ad Introitum, quoniam iterum contra usum facimus aliorum Ecclesiarum. In Ramis Palmarum ad matutinalem Missam novissimae Collectae est decenda, nec Passio legitur, sed illa tantum Lectio sicut Evangelium, *Cum appropinquaret* Jesus: quod etiam cunctis Sacerdotibus, qui privatas Missas cantaverunt, praecipitur, ut sint parati ad duas processiones, quae alio die sunt agenda. Prior post matutinalem Missam sale & aqua consecratur, sicut est mos cunctis Dominicis diebus per Claustrum; ceterae post Tertiam eam frondibus & Ramis Palmarum ante majus altare consecratur, usque ad Ecclesiam S. Majoris, omnibus Albis indutis. Ipse autem frondes seu ramum cum illis Collectis benedicuntur: quando distribuuntur, cantatur Antiphona, *Pueri Hebraeorum ramis*; alia, *Pueri Hebraeorum vestimenta*. Excursu pulsantur omnia signa, cantatur Antiphona, *Cum appropinquaret Dominus*; & *Cum audivisset populus*; Responsorium, *Communis & servares*; & alia Responsoria. Ad Introitum Ecclesiae de Sanctis, quorum ibidem est memoria, Antiphona, vel Responsoria ad Stationem Antiphona, *Ave Rex noster*; Collectae, de ipsius Sanctis, Oratio Dominica cum solita inclinatione; sic sermo ad populum. Redeundo autem, *Collegium*. Praeterissent aliqui Cantores, qui cappis induti recipiunt Convivium in vestibulo Ecclesiae cum his verbis: *Gloria*, *laus*: ad Introitum Ecclesiae, Responsoria *Ingre-*

*dente Domino*: Tractus cantatur à solis quatuor Cantoribus, hinc & inde Conventu interim confidens & ex toto tacente, sicut etiam tacet ad ceteros Tractus. Ad Passionem & offerendam, qua Rhodus seu Rami Palmarum offeruntur, debent omnes adesse, nec quisquam illius obediente occasionem desit. Antiquitus in illa Dominica, non dicebatur Officium Defunctorum, nec modo quoque Psalmus ille, *Ad Dominum cum tribulaveris*, Officium vicarius.

## CAPUT LV.

De *Festivitatibus*, quae in *Quadragesima* eveniunt.

**D**E Festivitatibus quae in Quadragesima eveniunt quantum dicendum est hinc, in alio loco non tacui, quod tamen ut breviter tangam, in quilibet festivitate additur ad psalmodiam, quod non adderetur nec diceretur si ipsa festivitas extra Quadragesimam eveniret, & hoc est. Primò post Vesperos de omnibus Sanctis Vesperique quoque pro Diabolo, & pro ipsis in nocte post Matut. laudis psalmodia *Deus sardus*; post Primam psalmi. *Asperere*, pro Defunctis nostris Abbacibus septem Psalmi & Letania post Capitulum triginta Psalmi: post tertium Missa de ipsa festivitate festiva quoque cantatur. Ad sextam & reliquis Horae petus veniam, totamque Psalmodiam repetimus, sicut in quolibet alio die privato & Quadragesimali repetimus; quamquam ad Horas non alias Antiphonas, Capitula, Versus & Collectas, quam de ipsa festivitate decimus. Ceterum solum versus remanet Officium, in cujus vice saepe dictus psalmus post singulas Horas cantatur. Quod si in die Dominica fuerit aliqua festivitas, differret in secundam feriam celebranda; & post secundam feriam qua sequitur Ramos palmarum, si qua occurreret, est differenda etiam usque ad quintam feriam sequentis septimanae. De aliis diebus est manifesta, ut ipse noverit, causa, in quibus singulis sunt quaedam quasi praecipuae solemnitates, & quibus nulla debeatur alia praeposita, nisi in tertia feria, in qua quae nos sumus videndi, necesse habemus ut loquamur in Claustrum, quod nunquam in duodecim Lectionibus haec. In quarta feria est Quadragesimalis quasi celebranda, in qua & Officium Missae aliquantulum est prolixius propter duas Lectiones, Tractum, & Passionem Domini: ideoque majores nostrae decreverunt, ut in illo die non solum nulla Festivitas alia celebraretur, sed nec processio, nec Officium Defunctorum ageretur.

Benedictus Deus in cujus modo gratia utcumque peragum est quod velui, Dilectissime Pater; nam à Cornu Domini progressus, rursus ad Cornu Domini sum reverfus: ad quod hospes humilitatis meae tam benignus & liberalis: Oportet, inquit, & te, Carissime, ad cenam nostrae paupertatis invitari, & si qua sunt requirenda, in diem crastinum referari.



LIBER SECUNDUS  
CONSUETUDINUM CLUNIACENSIVM.

De Disciplina Regulari.

P R Æ F A T I O.

**J**AM dies erat secundus ex quo veni ad Monasterium, cujus in primis memini, adorsus ea que sunt præmissa: fortè scitatus habitum loci, comperi vindemius instanti anni peractis, non nisi octo vini caradas ad comæctum fratrum esse collectas; propter quod tamen Pater Monasterii solutam vini mensuram nullo die subtraxit, non modo Monachis, sed etiam illis qui extrà Claustrum positæ ex libera & ingenio ultrà se devoverunt, ut essent servi servorum Dei. Inter quos utroque, quantum puto, ferè quotidie trigana vni non defuerunt. Videres piam sanctamque contempionem Domini Abbatis & illorum; Domini Abbatis, de charitate; illorum, de paritate; ita ut cum iudicares eadem vice Hyppante Domini, adhuc ipse viderem in cellario Fratrum sex caradas superesse: miratus tantæ sobrietatis exemplum, ut primum vidi Patrem Monasterii, prior ita compellabam: Si Deus dedit istis filiis & alumnis sanctitatis tue, Domine Pater, tam esse temperantes à cibo delizioso quam à vino; tunc quidem admodum est verisimile, ut Deo auxiliante per illum culinarius principem Nabuzardan domesticam pacis non amittant. Ad quod ille: In Christi, inquit, nomine quantum repugnare poterint concipere eundem acerrimum hostem quæsitè insistentem, quotidie provocantem, non omittunt exerti. Sed eum scriptura dicit, *In desiderio est omnis visus*, dilectos tuæ subsidium non erit inerte, si adhuc amplius nos occupaveris illis religionis institutionibus, quarum heiternæ diè aliquam partem insinquist; quibus occupari fortassis minis cogitamus, ut ad ollas Ægyptiorum redeamus, vel tale quid desideremus, ut si antiquæ Patrum populus tabernaculum fœderis fabricavit, tu nosser Bezalel cum variâ suppellectile discipline regularis componas sanctuarium mentis: hoc de causâ hodie ro flagitamus audire, mixtam de Novitiis, & præceptis quibus instruendi sunt & imbueda, ut inter vos possint regulariter conversari. Nuoc me, inquam, rogas cujus nunquam magister esse merui. Nunquam habuis sum hujus assimulationis, ut fœderem super cathedram hujus scholæ, ut præceptor essem Novitiorum. Propter quod tamen non omitto, ut non incipiam referre si quid mihi concepit de hoc genere nolle.

CAPUT PRIMUM.

*De diversitate Novitiorum.*

**E**RGO aliqua diversitas est eorundem Novitiorum: non non solum absque habitu veniunt ut laici & Clerici, sed etiam cum habitu & Monachi jam facti; & tales insarum sunt differentes: quidam sunt de longinquis & alienis Monasteriis, & ad hoc veniunt ut rursus profiteantur, & de cætero maneant nobiscum; quidam de Cellis nostris, & vel pro infirmitate, vel loci longinquitate benedictionem jam à Domino Abbate acceperunt, professione interim dilata, & ad nostram locum utique reservata: quidam sunt de tali Monasterio nostro, quibus absque Domino Abbate propriam habent Abbatem; ubi etiam benedictionem accipiunt, & professionem faciunt, tamen habentur à nobis per omnia in vitâ & post vitam ac si apud nos fuissent; & si cum primis venerint, fiducialiter & absque motu intrant, & secundum tempus, quo in Monasterio præfatio scripti recepti, hic etiam ordine suo non cætebunt: reliqui omnes non permittuntur intrare, nisi prius juxta verbum sancti Benedicthi, vel unam noctem in hospitio morantur: prius quoque quàm intraverint, instruendi sunt quemadmodum faciunt petitionem suam, primum ut sciant veniam petere more nostro, ut proftrati & interrogati à Domino Abbate quid velint, singuli dicant: *Dei misericordiam & gratiam, vestramque societatem habere volo: & postquam dilexerint: Deus deo*

*vobis sanctitatem fidelium suorum: surgentes veniunt ad pedes. Si quis est, ut præfatus sum, de aliquâ Cella nostrâ, Fratres in Capitulo sedentibus invitatur, & petitâ veniâ, jubetur ut ultimus sedeat inter Fratres, quia nondum fecit professionem. Qui de alieno Monasterio, similiter petitâ veniâ sedet ubi jubetur secundum quod Dominus Abbas voluerit, & viderit personam; sed ab eodè quo professionem fecerit, sedebit & ipse ultimus, nisi fortè Domino Abbati visum fuerit ut promovatur; qui si non affuerit, Prior posthâ hujusmodi recipere, solum Capitulum non habebit absque præcepto Domini Abbatis.*

Clerico & laico, qui nondum ita sunt exercitiam nostram, diligentiè est animandum, ut habeatur in Regula, quàm dura & aspera necessariâ patientur si ad subjectionem nostram pervenerint; quæ nimirum compellit eos nullam potestatem propriæ voluntatis habere, sed ad nutum alterius per omnia pendere. Ducuntur in Ecclesiam ut ibi fideant usque dum vultantur. Ad majorem Missam sentit Letania ducendum est laicos in Chorum, & sella contra altare majus posita sedere justus, & abscessa comâ coronatur, barbâque detonâ tyrocino Christi insignitur. Inde confurgens, magistrum suum, cui Noviti sunt committati, sequitur ad vestituram præcedentem: ibi namque sunt omnes verendi, & veltis eorum novit debet ornari similibus esse, præterquam quod, quâdam erant absque benedictione, solâ cuculla carebant.

## CAPUT II.

*Quomodo se habeant in Cellis Novitiorum.*

**P**ostea capellam fovea eorum affluit, ne quæ notabiles dissimularent nobiscum conversantes videantur: nam quando sunt pauciores, non separatum dorobent, quia nunquam veniunt in dormitorium nostrum nisi benedicti; tamen in Refectorio, & in alio loco missam leparantur à nobis: quod si taati sunt ut dignum videatur, tunc ablato capello post se habebunt cellam suam, ubi non solum dormiunt, sed & etiam comedant, & jugiter maneat à Convivio separata tantum operi divino nobiscum interit, & in Capitulum veniunt omque dum sententia Regule à lecta & exposita, statim exituri ad Collationem. Ad singulas horas, præter ad Nodium, pueros precedentes sequuntur ad Ecclesiam, & sicut in minore Choro, nempe ad le intermissionem audient. Quando Convivium est post Matut. laud. & Vesp. in Ecclesia S. MARIA, ipsi non utantur, sed eximere foris capiteant, & tunc propriis accidentes stant per ordinem altius inclinati usque dum omnis transierit: alipsum faciunt post singulas refectioes aloncoloco ad hoc provisio, ubi rursus sicut inclinati Convivio de Refectorio exeunt, & simili contra le inclinatione transiunt. Quando sunt præsentis, ante Convivium exiunt de Ecclesia, & nisi manibus incedunt ad coquinam regularum, ut singuli fabas suas apponent; ad generale quoque opportundum, vel ad pulmentum, tantum loquunt de mensa quanti opus fuerit, & ille voluerit qui in loco Cellarum eis servat: nam & Lectiones habent & sillam, & aliis modis simulant eandem disciplinam, quam nos in Refectorio habemus. Quod si quis eorum de Ecclesia ad cellam suam habet venire, nos præmitti alicui vel uno socio assumptio. Ego autem non hoc arrogaverim nisi, ut vel minime possim quibus multa sunt, & quam diversis, quæ tunc sunt docendi; & tamen quæ possunt breviter perititur non omisso; quia quod à me incipitur, fortasse ab alio quandoque periturus, vel utcumque augerebitur.

Sane in primis si si peritum nec mentione dignum esse non possit, ab aliquo tamen cum non parvo studio quilibet Novitius est utilisendus, ut regulariter sicut caput inclinare, scilicet non dorso an. ut, ut quosdam respectibus est familiaris, sed ut ut dorsum sit submissius quam lumbi, & caput submissius quam dorsum: quam inclinationem nos per usum ante & retro appellamus, quia utrumque contra Orientem, & sicut contra Occidentem; quam etiam signum præbent ante Nocturnus, & post Completorium, sicut post tres orationes sumas, & de reliquo quoties convenimus in Ecclesia, vel in Capitulo, vel in Refectorio, signum tam ad introitum, vel ad exitum; sed in Ecclesia Domusque prius oratione præmittit. Et si quando à præsentis, vel coram, vel collatione imus in Ecclesiam, tunc nisi cum Hora regulari, si qua eodem momento sequitur, fuerit finita. Item ad Officium, si in die cantatur, non inclinamus nisi ad finem, & quoties venimus ad Ecclesiam S. MARIA, de qua post Pignos auvernales, cum revertimur in Capitulum, ea vice non nisi si mel inclinamus ante perusionem tabule. In Choro quoque stationem quoties mutamus ad alterutram Missam, inclinamus: ad Missam enim qui sunt seniores stant prius & proximi Alteri principalis, ad regulares Horas novissimi in extremitate Chori, præter ad Tertiam in duodecim Lectionibus; in quibus quia sicut eandem Horam

matutinalis Missa præcedere, & major statim succedere, propter hoc puto quod statim non mutatur. De hoc autem præfatus scholarius Cretensis non audita quantum vau ultitaur.

## CAPUT III.

*De silentio, & in quibus Officiis.*

**O**pus quoque habet ut signa diligenter addiscat, quibus tacere quodammodo loquatur, quia postquam adunatus fuerit ad convivium, sicut etiam tacere loqui; & tales in Choro officium sunt, in quibus traditum est à Patribus nostris & præfixum ut perpetuum silentium teneatur, in Ecclesia, dormitorio, refectorio, & coquina regulari: in his singulis tam in die quam in nocte si vel unum verbum quoque audiente loquatur, non facile veniam absque iudicio mereatur, & si vel una Antiphona, vel Responsoria, vel aliquid aliud tale abique libro somniasent, & in libro simul cum emissionem verbi non viderit, de hoc non aliud quam planè silentium censetur intelligi.

## CAPUT IV.

*De signis loquendi.*

**D**e ipsis autem signis ut aliqua ponam, verbi gratia, & primum quæ ad vidium pertinent. Pro signo panis fac unum circulum cum otroque pollice, & his duobus digitis, qui sequuntur, pro eo quod & panis solet esse rotundus. Pro signo panis qui coquitur in aqua de melior esse solet quam quotidianus, generalis signum panis præmittit, hoc adde ut interior manus super alteram manus exteriora ponas, & ita superiores manus quasi unguendo vel imbuendo circumferas. Pro signo panis ignis, qui terra vulgariter appellatur, verum generaliter signum præmittit huc adde, ut crucem per medium pollice facias, pro eo quod si genus panis dividit per quadratum. Pro signo torale, quæ præter solium solum datur in quibus principibus scilicet, duos digitos qui pollicem sequuntur paululum divisos ponere oblique super alteros duos digitos eorum similes de altera manu similiter divisos. Pro signo solum primum pollicem articulo sequentis digiti summam partem suppone, & ita sic ipsum pollicem immittere. Pro signo ovorum cum digito in altero digito simula testam diti veltantem. Pro signo pavimenti uberius cunctis, trahit digitum super alium quasi qui coquendas insidit herbis. Pro signo generalis piscium, cum manu simula cauda piscis in aqua commotionem. Pro signo separatum, digitos omnes dividit ab invicem, & ita commove; quia & seipse ita multiplex esse videntur. Pro signo anguilla concludit utramque manum, quasi quanta tenet & premie anguillam. Pro signo lampreda, in maxilla cum digito simula punctos quos lampreda subit oculos habet. Pro signo salmonis vel strathionis, signo piscium hoc adde, ut pugnum erecto pollice super ponas mento, qui superius significatur; qui superius maxime & dicitur tales pilces solet habere. Pro signo loci æream generalis piscium præmittit hoc adde, ut cum manu signum facias celebratis, quia locum celerius quam alius piscis natat. Pro signo trutta hoc adde, ut digitum de supercilio ad superciliam trahas, propter figuratas quæ hoc in loco habentur à summis, & quia trutta semper formico genere pronuntiat. Pro signo mli fac gyrum cum digito, pro eo quod & ipsum mliam varetur ut oia eunt cochleata. Pro signo crispellatum, vel ut



Ceteram cum à jure prohibeantur Monachi in Prioratibus solitarii commorari, & in pluribus Prioratibus nostræ Diocesis invenimus quod contra statuta canonica & prohibitionem nostram etiam synodalem super hoc aliâ edictam, Monachi solitarii morantur, hortamur & monemus Abbates civitatis & Diocesis Andegavensis, ut in eisdem Prioratibus binos ad minus Monachos ponant sibi constanti moraturos, aliquo sciant quod nos minime obtemperare volentes, ut tenemus, dictos Prioratus Sacerdotibus secularibus assignabimus, qui deservient in eisdem.

CAP. IV.

Præterea cum à sede Apostolicâ sit sancitum, ut nec Collegium nec Universitas nec singularis persona cujuscunque dignitatis, conditionis aut status existit, pecuniarum sonebram in exercitiis publicis, aut exercere volentibus, aut quibuscunque aliis eodem crimine inretitis, domos in terris suis conducere, vel conductas habere, aut alias intrare possint; & ut nemo domos ad hoc illis locet, vel sub alio quocunque titulo concedat: & in eorum peremptores, viseliet si fuerint majores persone Ecclesiæ, suspensionis, & in minoribus ac singulares, excommunicationis, ac in Collegia & Universitates prædictâ ipso facta sententias promulgant dicta sedes, quam si per mensum animo facterant indurato, etiam terræ ipsorum, in quibus idem uterari morantur, Ecclesiastico subpaceant interdico. Et manifestum sit Judicis Diocesis Andegavensis publicè usurariam pravitatem exercere;

à mixam] Ponsis jur., ut concepti Aethriis.

Inhibemus Ecclesiis, Collegiis, Universitatibus, nec non personis singularibus Ecclesiasticis cujuscunque conditionis vel status existant, civitates vel Diocesis Andegavensis, ne eisdem Judicis in terris suis vel feudis domos conducere, aut conductas habere, vel alias inhabitare permittant: & ne etiam quicquid eisdem Judicis domos locet, vel sub quocunque alio titulo concedat, sub penis à prædictâ sede super hæc promulgatis superius annotatis.

IDEAM IN SYNODO SANCTI LUCÆ.

Anno Domini M. CC. LXXV.

In negligentiâ de pressis, qui cum infantibus baptizant, illos quos baptizant semel immergent in aquam, vel uno contextu aquam fundunt super eos, licet Mater Ecclesiæ generali consuetudine conservet, quod baptizandi non semel sed ter immergantur, vel trini effusione aqua super baptizandos fundantur: & merito, cum trina effusio plenè conveniat formæ quam Dominus tradidit in baptismo dicens: *Teo, baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, amen.* Et ideo trina forma tunc immergendi, vel aquæ effusionis, eis præcipimus observare.

Quia in hac civitate & Diocesi sunt Abbates quidam, qui propriis voluntatis, & non quæ sub licet atramentis, Prioratus solitarii, & etiam aliquos in quibus duo Monachi morari consueverunt, propriis mansibus applicant, vel alii Prioratibus seu officiis auctoritate propriâ assignant, uniones faciendâ, quod eis non licet: omnes prædictas applicationes, assignationes, seu uniones à prædictis Abbatibus taliter factas revocamus & denunciamus nullas esse, injungentes eisdem sub pena suspensionis, quod dictas applicationes, assignationes, seu uniones de facto detulerint, & in locis, in quibus duo Monachi vel plures morari consueverunt, Priores & Monachos ponant parâ numerum eorumdem, aliquos ipsos ad hoc ex tunc per excommunicationis sententiam compellamus.

IDEAM IN SYNODO PENTECOSTES.

Anno Domini M. CC. LXXV.

Um diu sit in mortuo servire, vel puniri ignorantibus, & quidam sunt, prout intelleximus, qui contra adversarios suos pro defectibus seu aliis de causis literas excommunicationis impetrant, eas partibus penitis vel Sacerdotibus subleant, illas nullatenus exhibent, vel denotant usque in diem vel vigiliam resurrectionis Domini, ut tunc adversarii à comunione hæcâ repelli faciant: sed & alias non manifestant domos contra adversarios sit defunctos, ut eam à se pulsant Ecclesiasticè faciunt prohiberi. Hin malitis & similibus obviare volentes, statuimus quod si quis contra aliquem aliquam excommunicationem impetrauerit, infra quindecim dies à tempore impetrationis eandem faciat publicè in suâ Ecclesiâ publicari, aliquos ex tunc Sacerdotes eas vallatim publicare præsumant: excommunicationem tamen evitent & faciant evitari, donec à dictâ sententiâ fuerint solvendi. Si verò immanente tempore Paschali, & ultima hebdomada Passionis quindena jam elapsa, vel in imminente morte alicujus noviter literas excommunicationis præsentaverit, dictos excommunicatos in formâ Ecclesiæ absolutus vice nostra, vel illorum quorum auctoritate fuerit excommunicati, dictorum ex-

Synodus  
XVIII.  
Nicolaï.

CAP. I.

Mort. 18. 19

CAP. II.

Synodus  
XIX.  
Nicolaï.

CAP. I.

communicatorum & communicatores uocina referentes.

**IDEAM IN SYNODO SANCTI LUCÆ,**

Anno Domini M. CC. LXXXI.

**C**um affectuatus Sacerdotum & subditorum intruditionibus, aliis conluerimus, quod Archipresbyter & Decani singulis annis certis diebus infra octavam Purificationis beate MARIE Virginis, Sacerdotes sibi subditos certis locis confinis, qui non mutarentur, convocarent, ut dicti Sacerdotes eisdem conferrent super his de quibus dubitarent, ad Synodalem quaternum vel statuta Synodalia pertinentibus, & ut per predictos statuta anni Synodalia in Pentecostes ad sancti Luca Synodis facta dictis Sacerdotibus recitarentur: & nos per predictos Decanos, & Archipresbyteros intelleximus, quod Sacerdotes sibi subditi ad dies & loca propter hoc ab ipsis deputata venire negligebant, & contemnebant, & propter hoc volumus & statuimus quod illi qui ad predictos dies & loca non veniunt, quinque solibus nomine pœnæ suo Decano vel Archipresbytero solvere teneantur, nisi Canonicum haberent impedimentum, quod firmare coram ipsis teneantur proprio iuramento. Et nonnullis perpendimus pericula imminere dicto tempore locis in plerisque, maxime inundatione aquarum emergente, precipimus quod die Jovis post *Quasimodo* Sacerdotes inibi ubi consueverunt, convocentur ad predicta, & non infra octavam Purificationis ante dictam, pœnam repetentes supra scriptam: adijcimus ut Archipresbyteri, & Decani, predictam pœnam remittere nequeant, nisi dictos Presbyteros non venientes ad diem, ad Officiale inveniunt, & per ipsam predictam pœnæ non venientibus existantur.

Quoniam ubi major periculum vertitur, ibi cautius agendum, & ubi perfonæ indultæ eligunt, non per alium debet exequi quod mandatur: presentibus itaque injungimus sub pœnâ suspensionis & excommunicationis quibuslibet subditis nostris, ut & cum alieni a nobis, vel à iudicibus ordinariis nostre Diocesis aliquod mandatum fuerit destinatum, ubi clausula hæc sit inserta: *Si nobis consenserit*: vel, *Si ita est*: vel, *Si contra fecerit*: vel, *Nisi obtemperaverit*: vel finaliter, *Causa cognitorem deservians*: illud mandatum non per alios quàm per ipsos executionem demandent, testes aliquos in executionibus predictis, ut iura volunt, advocantes. Item Rectoribus Ecclesiarum de sub pœnâ precipimus antefatus, ut Capellanos & Clericos jurare faciant, quod fideliter alia mandata exequantur. Inhibentes pœnis predictis repetitis, ne illis quibus aliquid fuerit mandatum factum, per aliam faciat illud exequi ad eas instantiam cujus demandant, vel per litteras deferentem aut etiam presentem.

**IDEAM IN SYNODO SANCTI LUCÆ,**

Anno Domini M. CC. LXXXII.

**V**olentes subditorum utilitatibus providere, statuimus, ut Rectores Ecclesiarum parochiarum civitatis & Diocesis Andegavensis, Capellani & Clerici, eorum iudicium Ecclesiasticorum mandata que exequantur fideliter faciant, nec citantem aliquam vel monitionem faciant, nec aliquos denuntient excommunicatos nominatim, nisi prius super hoc recepto mandato. Præterea quod aliquas litteras non sigillat gratiâ, odio, favore, vel pectio, quoscunque contenta in ipsis litte-

ris fuerint exequuti: transgressores graviter punimus.

Scriptum est: *In Ecclesiâ laudabile te, Domine*: propter quod statumus, ut Proves Prioratum Civitatis & Diocesis Andegavensis cum Monachis suis, item Rectores cum Clerico vel Clericis suis, saltem in Diebus Dominicis & festivis IX. Lectionum contentis seu dicant ad notam Matutinis & Vesperas infra Ecclesias eorumdem.

Intellezimus nonnullos volentes & intendentes matrimonium ad invicem contrahere, nomine matrimonii potare, & per hoc credentes se ad invicem matrimonium contraxisse, carnaliter se committunt. Verùm cum per hoc nullum matrimonium contrahatur, & ob hoc quoniam plures jam fuerunt decepti, vobis firmiter injungimus quod frequenter & publicè in Ecclesiis parochialibus vestris dicatis, quod per predicta hujusmodi nec matrimonium nec sponsalia contrahuntur.

Quoniam aliis statutum existit, ne quartala aliqua quætorum admittantur, nisi appareant sigillata nostro vel Officialis nostri sigillo, cum quætores multa falsâ in chartulis invenimus scriptis, hic statuerè duximus, inhibentes Rectoribus & Capellanis Andegavensis Diocesis, ne aliquem quætozem in Ecclesiis suis ad predicandum, vel suas indulgentias, aut beneficia exponenda admittant, nisi super hæc à nobis licentiam obtinuerint, & hoc appareat litteris nostris vel Officialis nostri, prout superius est expressum: sed ipsi Rectoribus vel Capellanis dictas indulgentias & beneficia parochianis suis exprimat & exponant, prout in litteris nostris vel Officialis nostri viderint contineri.

Quoniam omnis actio proprietatis habenda à Monachis est tollenda, statuimus ut nullus Monachus Ecclesiam vel Capellaniam pro salario, aut pensione, aut metcede deservendam assumat.

**IDEAM IN SYNODO SANCTI LUCÆ,**

Anno Domini M. CC. LXXXI.

**Q**uoniam multos reperimus indurato animo claves sanctæ matris Ecclesie vâpudentes, excommunicationis sententiam distulsi sustinere, Corpus Christi in Ecclesiâ biennio vel triennio non suscipere, vel etiam confiteri: precipimus omnibus & singulis Rectoribus & Capellanis, ut ipsi & quilibet eorumdem in parochiis suis diligenter considerent & inquirent parochianos sibi subditos, qui per biennium & ultra in excommunicationibus suis persistunt, à perceptione Corporis Christi vel Confessione per tantum tempora cessaverint, & eorumdem nomina in scriptis nobis tradant vel mittant, & quanto tempore in eis permanserint, ut in talibus salubre consilium apponatur.

Quia processiones, que ex antiquorum devotione propter necessitatem populi advenit, certis temporibus & diebus fieri consueverunt, per negligentiam Rectorum & Capellanorum, prout intelleximus, in locis pluribus omnino non fuerint, in aliis vero aliqui Rectoribus & Capellanis processionem sine Sacerdote crebris mittant: alio statumus & precipimus sub suspensionis pœnâ, ut singuli Rectoribus & Capellanis die Dominicâ que præcedit septimanam, in quâ ex laudabili consuetudine Ecclesie sue processio fieri solebat, parochianos suos sollicitè diligenterque hortentur & inducant, ut ad processionem eant, vel saltem unam personam de sua familia mittant, prout ab antiquis fieri consuevit: Rectoribus & Capellanis sub pœnâ predictâ injun-

C A P. II.  
736. 10. 11.  
C P. 11.

C A P. III.

C A P. IV

C A P. V.

Synodus  
X X I I.  
Nicolas.

C A P. I.

C A P. II.

gentes, ut ipsi ad prædictas processiones personali-  
ter cantent, vel saltem ad Capellanum & Clericum solum  
sibi mittant, per quos litaniae & orationes consuetae  
fiant, & plebs devota, quae per ipsum negligentiam  
diminuitur, eorum cura & praesentia  
amplietur.

CAP. III.

Cum jamdudum in statuto provinciali fuerit ordi-  
natum, ne excoquitores testamentoꝝ aliquod de  
litteris excoquitioꝝ sibi committat per se vel per  
alium emanet, vel quocumque alio titulo sibi acqui-  
ratur, & praedictum statutum plurimum invenimus  
à pluribus excoquitonibus violari, qui de bonis exco-  
quitioꝝ alter ab altero per se vel per alium sibi  
emunt, vel titulo mortuae devotionis acquirunt  
idcirco praedicta statuta innovantes, tales acqui-  
sitiones in posterum fieri prohibemus, juxta tenorem  
praedicti Concilii statuentes, ut si quis excoquitor de  
bonis excoquitioꝝ sibi committat per se vel per alium  
quocumque titulo acquiratur, acquisitionem & tan-  
tum de suo restituit ad usus excoquitioꝝ commit-  
tendum.

*IDEM IN SYNODO SANCTI LUCÆ,**Anno eodem.*

Item de Receptoribus Ecclesiarum in Ecclesiis suis  
residentibus ordinamus, quod Capellanus suus in  
domo propria secum habeant commorantes, nisi sint  
in una domo plures Capellani propter Ecclesie dis-  
tincta magnitudine.

*IDEM IN SYNODO PENTECOSTES,**Anno Domini M. CC. LXXXII.*

Cum in Diocesi Andegavensi grave scandalum  
ortum esset super eo, quod nonnulli Archidiaconi,  
Archipresbyteri & Decani subditi nostri extra  
civitatem Andegavensem causas & placita in  
locis pluribus quæm soliti essent, audirent & tene-  
rent: & etiam ex eo quod ipsi habeant plures solito  
apparitores, qui homines sine litteris citabant,  
& ab ipsis pecuniam illicitè extorquebant; die Sab-  
bati post Pentecosten consulti coram nobis Ande-  
gavis in camera nostra, & constitutibus Olivero  
Archidiacono Andegavensi, Guillelmo Archidiacono  
Translucanis in Ecclesia Andegavensi, Stephano  
Andegavensi, Guillelmo Burgolensii, Joanne de  
Fixa, Joanne de Lado, & Hamone Salmuentensi,  
Archipresbyteris, Olivero de Camillaco, Gervasio  
de Maugii, Guillelmo de Inter Sertam & Medua-  
nam, Guillelmo de Credenno, & Hamerico de Can-  
deio Decanis.

Super præmissis ita duxerimus ordinandum, vi-  
detur quod Archidiaconus Andegavensis in civitate  
Andegavensi & apud Baugium causas & placita  
tenebit & audiet, & non in paucis locis: item tres  
apparitores habebit, unum in civitate Andegavensi  
& duos extra. Item Archidiaconus Translucanis  
in civitate Andegavensi, apud Salmurium, & apud  
Bechebach, & non in pluribus locis causas & pla-  
cita audiet & tenebit; & pro tribus locis tres tan-  
tum apparitores habere poterit, & non plures. Item  
Archidiaconus Translucanis in civitate Ande-  
gavensi, apud Castrum-Gonterii, & apud Leon-  
causis & placita audiet & tenebit, & pro tribus lo-  
cis tres tantum apparitores habebit. Item Archi-  
presbyter Andegavensis [Andegavis] & non alibi  
causas audiet, & tenebit placita, & unum tantum  
apparitorem habebit. Item Archipresbyter Burgo-

lensis in duobus locis tantum, videlicet apud Bur-  
golum, & apud Loquum-Vadium causas & placita  
tenebit, & duos tantum apparitores habebit. Item  
Archipresbyter dicitur in duobus locis tantum, vi-  
detur apud Inam, & apud Durum-Stallum cau-  
sas & placita tenebit, & duos tantum apparitores  
habebit. Item Archipresbyter Salmuentis in duo-  
bus locis tantum, scilicet apud Salmurium, & apud  
Daudium, vel apud Genas, quem illorum lo-  
corum, videlicet Daudiam, vel Genas elegerit, &  
quem eligere tenetur iuxta octidies, & in quorum  
uno tantum ex tunc una cum Salmurio placita tene-  
bit, & duos tantum apparitores habebit. Item [De-  
canus] de Camillaco in duobus locis tantum, vi-  
detur apud Camillaco, & apud Torceonem cau-  
sas & placita audiet & tenebit, & tantum duos ap-  
paritores habebit. Item Decanus de Maugii in duo-  
bus locis tantum, videlicet apud Sanctam Crucem  
de Rupeforti, & apud Montem-Rebelli, & duos  
tantum apparitores habebit. Item Decanus de in-  
ter Sertam & Meduanam in duobus locis tantum,  
videlicet apud Castrum-novum, & apud Campigud  
causas audiet & tenebit, & duos tantum habebit  
apparitores. Item Decanus de Credenno in duobus  
locis tantum, videlicet apud Credenno, & apud  
Segreiam causas audiet & placita tenebit, & duos  
habebit apparitores tantum.

Item ordinamus quod nullus apparitor predico-  
rum aliquem citare possit sine litteris, nisi in paro-  
chia & villa in qua manserim suam habeat, vel  
nisi à domino suo vel ejus vicario gerente super hoc  
mandatum receperit speciale.

*IDEM IN SYNODO SANCTI LUCÆ,**Anno Domini M. CC. LXXXII.*

Quia illud quod fit à Prelatis, de facili trahitur  
à subditis in exemplum, & Prelati tot moribus  
digni sunt, quot mala exempla & doctrinam de-  
bent populo ministrare: idcirco nos indevotios  
& ut venis dicamus perversitatibus quorundam  
Prelatorum tam Regularium quam secularium, &  
Receptorum Ecclesiarum occurrere cupientes, qui di-  
vini mandati transgressores, qui in diebus Domini-  
cis & aliis solemnitatibus festivis terrenis operatio-  
nes exercent, cum bobus, quadrupedibus, quadri-  
gis & aliis terrenis, spectis & neglectis divinis officii-  
cis, insistentibus, sic fomentum erroris & perditionis  
laicis & plebibus sibi commissis, suis malis exemplis  
exhibentes; precipuis in virtute obedientie, &  
sub pena suspensionis universis & singulis Abbati-  
bus, Prioribus, Monachis, Receptoribus Ecclesiarum,  
Presbyteris & Capellanis, omnibus Ecclesiasticis per-  
sonis in civitate & Diocesi Andegavensi constitutis,  
ne in diebus Dominicis & aliis solemnibus & festis,  
& maxime Martii, & Martii Patronorum coor-  
datorum solemnitatibus, Beate Mariæ & Virginis,  
Sanctorum Apostolorum, & aliis que in civitate &  
Diocesi Andegavensi consueverunt cum Clero &  
Populo solemniter celebrari, operationibus terrenis  
insistant, sed divinis officiis insistentibus, laicos &  
populos sibi commissos verbo & exemplo inducant,  
& eis efficaciter injungant memoratis diebus à ter-  
renis operibus abstinere eisdem, & ad Ecclesiam  
convenienter ad divinum officium exhortando.



**GUILLELMUS MAJOR**  
**EPISCOPUS ANDEGAVENSIS**  
*IN SYNODO SANCTI LUCÆ,*

*Annæ Domini M. CC. XCI.*

**Q**uia à multis ſpiritualiter cognatio contemnitur Judo, quòd non verentur propriis filios ſuos ſpiritualiter carnaliter cognoscere in jungimus Archidiaconis, Archiepſbyteri & Decani quòd circa inquisitionem talium diligenter exiſtant, & ſi quem Rectorem cum aliquâ parochiâ ſua juraſſe, vel eam carnaliter cognoviſſe, de cætero novem, ipſam per ſex menses ab officio & beneficio ſuſpendant, & ſuſpenſiam teneant; medi tempore proventuum quaſi jure deportus inter Archidiaconum & Decanum, vel Archiepſbyterum dimidia pars dividatur, alia parte fabricæ Eccleſiæ, contrâ quam deliquerit, remanente; ita tamen quod eisdem præventibus ſervitoribus Eccleſiarum provideatur competentèr.

Si vero aliquis Sacerdos deſerviens Eccleſiæ non Curatus, tale commiſerit cum aliquâ parochiâ Eccleſiæ cui deſervit, ſtatim à dictâ Eccleſiâ expellatur, in Archidiaconatu nullatenus ſerviturus quovisque tranſitione ſit elapſum; & ſi de facto ipſius ſcandalum caprum fuerit, à daretur per triennium præcipuum expellendum: adimentes omnino poteſtatem Archidiaconis, Decani & Archiepſbyteri diſpenſandi cum aliquo in hoc caſu, vel etiam deſertendi.

Statutum & ordinatum ne quis Monachus aliquam Eccleſiam vel Capellaniam deſervendam aſſumat; & ne Conſeſſus cujuſquam parochianorum, etiam de conſenſu Rectoris alique neceſſitate articulo audiat, niſi de licentiâ Epilcopi & conſenſu: & quòd Monachi in eodem dormitorio coeant, & ad Matutinus de nocte ſurgant, maximè tempore hyemali.

**I. IDEM GUILLELMUS IN SYNODO**  
*Pentecostis,*

*Annæ Domini M. CC. XCII.*

**I**nhibemus inſuper Abbati & Prioribus noſtris Duceſis, ne Monachi vel ſocii in Prioratibus commorantibus tradant ſeu miniſtrent annuatim pro calcementis & veſtibus certam pecunie quantitatem, prout in locis quampluribus noſtræ Duceſis, ipſi viſitantes invenimus retroactis temporibus facta eſſe; cum per hoc, ſi permiſſerentur, occasio daretur veniendi contrâ votum, quod Monachi in ſuis profeſſionibus Deo reddere promiſerunt circa illam partem; ſcilicet de abdicatione proprietatis, ad quam per ipſius voti vinculum ſunt adſtricti: ſed dicti Abbates & Priores in veſtibus, calcementis & aliis necelſariis eisdem provideant competentèr.

**I. IDEM GUILLELMUS IN SYNODO**  
*ſancti Lucae,*

*Eodem anno.*

**C**um nuper à prædeceſſore noſtro in virtute obedientiæ Rectores & Capellani Andegavenſis Duceſis in Synodo fuerit injunctam, ut ipſi ſingulis diebus Dominicis & majoribus feſtis excommunicatos de parochiis ſuis publicè nuntiarent

ac facerent evitare, & circa hoc aliqui de ipſis Rectores & Capellani negligentes exiſtant, & dictis excommunicatis etiam in divinis participate non formidant. Nos prædicta præcepta innovamus, præcipientes de injungentes in virtute obedientiæ Rectores & Capellani prædicti, quòd ipſi prædictis diebus Dominicis in Eccleſiis ſuis dictos excommunicatos publicè denuntient, & ipſos evitare faciant, & evitent, maximè in divinis.

Cum diebus feſtibus ob reverentiam Dei & ſanctorum introductis, præcipui diebus Dominicis honori Majeſtatis altiſſimæ conſecratis, à hereticis Fideiſibus ut ab omni ſervili opere abſtinentiam & ceſſandum, ac divinis cultibus jugiter initiatum, omnibus & ſingulis Rectores & Capellani in virtute obedientiæ præcipimus & mandamus, quòd ipſi parochiis ſuis inſubent ſub obſtinatione divini judicii & poenæ excommunicationis, ne ipſi dictis diebus feſtibus, maximè Dominicis, cujuſquam operi ſervili ſe immoſcent, & præcipui barbitonſonibus, ne ipſi dictis diebus Dominicis barbas radent, vel aliis barbitonſorum officium exerceant, etiam minuendo, niſi mortis vel graviſſimæ periculo immineant. Inſubentes ſubditis ſuis ſub poenâ prædictâ, ne dictis diebus Dominicis de radi faciatis aut permittant, vel barbitonſorum officium recipiant in ſuam periculum animarum. Inſubentes molitionibus etiam quibuscumque ſub poenâ interminatione prædictâ, & molendiſtorum domus, ne ipſi dictis diebus Dominicis, maximè à veſperè diei ſabbati uſque ad veſperam diei Dominicæ, molendina molere faciant aut permittant, non obſtante longi temporis abuſu, qui non uſus cœlendus aut conſuetudo, imò veras corrupela, cum tanto ſint graviora peccata, quanto diuſius infelicem animam detinuerit alligatam; cum aliqua præſcriptio contrâ præcepta decalogi locum ſibi vindicare non poſſit.

Item prædeceſſorum noſtrorum veſtigis inſubentes, dictiſſe præcipimus & mandamus, quod omnes Rectores & Capellani, in Eccleſiis parochialibus ſervientes, qualibet die Sabbati in ſero de in vigiliis feſtorum IX. Leſſi, pro veſperis poſſent ſciant, & Dominicis & feſtis prædictis pro Matutinis & Miſſa & Veſperis ſubſequentibus illud idem faciant, ac Veſperis, Matutinis & Miſſam in Eccleſiis ſuis dictis diebus ſolemniter ad notam decantent.

Item cum aliis in Provinciali Concilio apud Langes fuerit præcipiendo ſtatutum, ut Abbates & Prores Monachos ſibi ſubditos ſingulares incidere, vel ſolitarios in Prioratibus commorari, de cætero non permittant, prædictum ſtatutum innovantes, juxta id præcipimus & mandamus, ne Prores ſibi ſubditos in Prioratibus jacere ſolitarios ſeu dormire permittant, imò Prores & coram ſociis in eadem camerâ, ſeu in eodem dormitorio jacere dictiſſe compellant: nam *va ſols, cum ſi cadiderit, non habet ſublevationem.*

**IDEM GUILLELMUS IN SYNODO**  
*Pentecostis,*

*Annæ Domini M. CC. XCIII.*

**Q**uoniam multi ſunt Sacerdotes, & pauci ſunt Sacerdotes, multi videlicet ſimplices, rudes, idiotæ & illiterati, & pauci alii, & jure ſuadente ſanctus eſt maxime in ordine Sacerdotum paucos bonos quàm multos malos habere Miniſtros; ſicunde notum fieri volumus univerſis, quòd nos nun intendimus aliquem, maximè ad Sacerdotii Ordinem, de cætero promovete, niſi fuerit ſaltem in grammaticalibus ſufficienter iſtruſtus, ut ſcint & intelligat quid deat per nomen. Hortamur igitur & moue-

CAP II.

CAP II.

CAP IV.

Erd. 4. 10.

Synodus IV  
Guilkins.

CAP I.



mus precipue omnes Abbates & singulos, qui nobis habent suos Monachos ad Ordines presentare, ut de Magistris sibi provideant, qui suos Monachos in Grammaticis instruant & informant.

CAP. II.

Quia plerumque aliqui ignovi & alienigenae Presbyteros le dicentes, extra partes suas ad partes longinquas se transferant, qui in partibus suis grava & enormia perpetrarunt, & qui aliunde Presbyteri non sunt, vel qui sine alicui Religioni adscripti, vel alius inhabiles aut irregulares existunt, iuxta antiquorum Patrum statuta statim de ordinamus, quod de cetero alienigenae & incogniti ad officium Sacerdotale non admittantur vel recipiantur à quocumque, quousque à nobis mediante literis commendatibus super promotione eorum, via & moribus confecti, fuerint approbati. Injungentes Rectoribus Ecclesiarum in virtute obedientie & sub pena suspensionis, quod ipsi infra mensem à tempore quo Presbyteros in sua societate vel servitio admiserint, nobis vel depositis à nobis Clericis nostris, & nulli alii fideliter reportent. Pluries etenim, quamquam aliis fuisse statutum, nostram doctrinam visitantes, invenimus inobedientes & negligentia haec in praemissis.

CAP. III.

Quamvis aliis fuerit providè deliberatione statutum, ut nomina eorum qui excommunicationis sententiam per annum sustulerint & amplius, eis parte Rectoris Episcopo vel ejus Officiali tenderentur in scriptis, verumtamen ex hoc tepidam pusillanimitatem Rectorum & negligentiam, qui non curant gregem oberrantem in faucibus demonum eripere, Ecclesia Dei fractus paucissimos recolligit, in hoc unum veros pastores, sed merenarios potius se docentes. Nam si veri essent pastores, & condignam curam haberent de grege sibi commisso, oves deviantes & perichitantes ad causas, ut nunc fieret ovide, propius humens reportarent. Hinc est quod nos innovando statumus, & in virtute obedientie injungimus Rectoribus, ut ipsi nomina dictorum excommunicatorum, qui per annum & amplius dictam excommunicationem sustulerint, nobis vel Officiali nostro rescribant, & negotium propius sumptibus proficiantur, quia magis eorum interest, quousque finem debitum foras.

CAP. IV.

Item enim, de quo valde dolendum est, in haereticum dilabuntur plures; cum quidam ignorantem Rectoris & eorum Capellani in animarum suarum periculo, & etiam subditorum, saltem suam in mellem alienam ponentes absolutionem peccatorum nobis recitatorum sibi usurpare & contribuere non formidant, quamvis dicta peccata in suis quaternis Synodalibus sint contenta. Nos ad eludendum magis eorum negligentiam vel malitiam, ad hoc in praesenti Synodo inhibemus Rectoribus & omnibus Capellanis nostrae Diocesis, ne de cetero sine nostra licentia specialia ad absolutionem dictorum peccatorum manus tam periculosè irreverenter extendant.

Synodus V. Guillelmi.

IDEM GUILLELMUS IN SYNODO

sancti Lucae.

Eodem anno.

CAP. I.

Quoniam nonnulli Sacerdotes in sua salute grave dispendium, statutorum Synodaliū ad praedecessores nostrum dudum, & à nobis eorum vilipendentes & transgressores, Dei timore & Praetatorum suorum obedientia, reverentia & honore irreverenter poppositi, quae dolendo referimus, invenimus resurgentes, non attendentes periculum: quoniam, testante scriptura, peccatorum arisantiū est repugnare. & quasi solum sololarræ

1. Reg. 17. 13.

nocte acquirere. Hinc est quod eisdem injungimus in virtute obedientie, secundum quod aliis eis assumptum exhibet, quod quilibet quaternum Synodalem habeat, quem in Synodo deferat, & illum frequenter perleat, & contenta in eo magis solito, tamquam filius obedientie observare studeat diligenter. Injungimus etiam Archiepiscopis & Decanis, ut dum visitationis officium peragunt, ad inquirendum solliciti sint utrum praemissa & juncta debita fortiantur effectum; & si contrarium invenierint, nobis insinuare non differant, ut transgressores hujusmodi severitate debita compellantur.

Item cum per praedecessorem nostrum aliis statutum fuerit, quod Sacerdotes indumenta superiora classa deferant, nullatenus aperta utendo, & sub certa pena in dicto statuto commutata, ut inter ipsos & alios Clericos, imò potius laicos aliqui distinctus haberetur habitus, & ut secundum statum suum honestiores inter ceteros apparerent: inveniantur tamen innumeri transgressores. Cum igitur vilissimus sit computandus iuxta Canonica Statuta, nisi sanctitate precellat, qui est honore praestatorum, in incellu enim & habitu debet esse Sacerdotis ornatio, ut moram gravitate maturitatem mentis ostendat. Incompositus siquidem corporis, ut ait Augustinus, iniquitasque mentis indicat. Et Salomon 1. Amilium corporis & vestis denotant ematiam de illo. Statum itaque hujusmodi ad convincendum eorum malitiam innovamus, adjucentes, quod si de cetero hujusmodi invenierimus transgressores, sibi caveant, quia eorum indumenta inhonestis & aperta leprosis largiamur, quod fieri volumus cum per Archiepiscopos & Decanos, & alia paritè eos nihilominus penemus.

CAP. II.

Eul. 19. 17.

Cum inter ceteras hujus provinciae Cathedrales Ecclesias, ista Besti Mauriti apud populos & dioecanos in minori reverentia, ut patet ad oculum, habeatur, cum nullus eorum concursus appareat ad eandem, sicut habetur in aliis eventibus, quamvis ibidem requiescant plurimum corpora Beatorum. Ad devotionem igitur popularium excitandam nobis injungimus, quod in praesentis injungendis eis specialiter injungatur (volentes tamen eorum secretis primitis exequantur & obtentis) quod sicut semel in anno singulis annis, vel usque ad septennium vel quinquennium, secundum quod videbitur expedire, limina ipsius Ecclesiae studeant visitare in eorum remissionem peccaminum. Nam multa meritis Beatorum, quorum corpora requiescunt ibidem, Deo inspirante, poterunt promereri, & indulgentias terminis anni & quadraginta dierum in festo Besti Mauriti & per ejus consequentes octavas.

CAP. III.

CAP. IV.

Item injungimus Archiepiscopis, Decanis & Archiepiscopis nostrae Diocesis, ut ipsi dum visitant Ecclesias sibi subditas, si aliqui, quos Capellanos in eisdem invenierint deservientes, litteras nostras testimoniales non habentes, eos à dictis Ecclesiis amoveant, & Ecclesiarum Rectoribus inhibeant, ne ipsos Capellanos in Ecclesiis suis celeberrè permittant.

Synodus VI. Guillelmi.

IDEM GUILLELMUS IN SYNODO

Pentecostes.

Anno Domini M. CC. XCIF.

CAP. I.

Quamvis à sanctis Patribus in pluribus Conciliis ab olim intermissa Spiritus sancti provisa fuerit deliberatione statutum, quod Presbyteri qui dioecesis regunt Ecclesias, non à quibuslibet Episcopis, sed à suo, nec per juniores Clericum, sed per ipsos aut per Diaconum ante Paschae solemnitatem christiana petant, cujus quidem christiana consuetudo

iuxta

Epif. a. ad  
curia Orle-  
tates Epifco-  
pos cap. 1.

juxta Fabiani Papæ decretum per annos triginta et agenda, & de anno in annum renovanda, & est tradenda fidelibus, quia novum est sacramentum, & per annos singulis renovandum, & vetus in lincis Ecclesie cremandum. Super tamen latere reperitur quamplurimus transgressor, in lazarum periculum amaram, sanctum christiana non prentes nisi longè post Pascha; & aliud per Laicos vel Clericos conjugatos, vel alias inhonestas personas requirunt. Ne igitur nobis aliqua negligentia valeat adscribi, dictum statutum innovando nemet injungimus Rectoribus & Presbyteris, qui nostræ Duceis præsent Ecclesie, ut de cætero sanctam christiana ante solemnitatem Paschæ in singulis annis per se ipsos, vel saltem per honestos Clericos querant, petant ubi, & à quibus loco nostræ querendum fuerit & petendum: adjuvantes quòd si quis de cætero hujus contempserit statum fuerit, pena X. S. per suum Decanum vel Archiepiscopum puniatur; in quam penam contemptores hujus volumus incidere in hoc factum.

CAP. II.

Cum secundum sacrorum Canonum instituta, Episcopi eorumque Ministri modis omnibus debeant laborare, ut perniciosam & à zibulo inextricam scelerum & magicam artem ex parochis suis penitus eradicent, & à aliquem virum vel mulierem hujusmodi sceleris sectatorem invenerint turpes dehonorent, ex suis parochiis eiciant & expellant. Et nos prout nostro incumbit officio nostram Duceis visitantes accepimus, quòd mulier fortissime & divinatrices, melius forte quædam sub dissimulatione & conventiva Sacerdotum in plerisque locis Andegavensis ducatus, auguram, divinationibus & sortilegis corda simplicium, diabolo procurante, subvertunt in grave discrimen & periculum animarum; statuerunt præcipimus Rectoribus & Sacerdotibus universis, quòd si in suis parochiis tales sceleratos viros aut mulieres noverint latitare, ad nostram notitiam aut Officium nostrum, respiciam ignavia deposita, diserte procurent, ut à tali pelle sancta Ecclesia emundetur, & hujusmodi reprobatorum periculum horrenda malignitas penam Canonica compescatur.

CAP. III.  
Joc. 2. 14.

Cum dicat sanctus Apostolus Jacobus, *Infirmum quis in vobis, adhaec Presbyteros Ecclesia, & erit super eum, suggerens eum oleo in nomine Domini: & oratio fides salvabit infirmum, & alleviabit eum Domini: & si in peccatis sit, dimittatur ei.* In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum extreme unctionis fuisse institutum, valeant ad peccatorum remissionem, & ad corporalis infirmitatis allevationem. Unde constat, eum qui hanc unctionem fideliter devotique percipit, & in corpore & in animâ allevari, si tamen expedit ut in utroque allevetur: quòd si forte corporis valetudinem sibi habere non capedit, illam quæ est animi sanctitatem in hoc sacramento acquirit. Nosque accipimus reverentibus fide dignis, quòd dictum sacramentum, sine quo, ut dicunt lincis, periculosum est ex hac vice migrare, ex quadam negligentia omittatur, imò ut veritas loquamur, ex sacerdotum rapacitate & avaritia, qui in collatione hujus sacramenti novas & insulas exactiones inducunt abunde, & petendo luteamina quibus jactis inungitur ægrotans, in aliquibus locis nostræ Duceis reperimus fieri per abusum, aut per alias exactiones illicitas, quòd est turpe dicere, faciendo: quare præcipiendo injungimus Ecclesiis Rectoribus & Capellanis, ut populum sibi commissum diligenter hortentur, ut infirmi extremis morbis necessitate gravati pro Sacerdote mittant: & hoc sacramentum tantum est in extremo vite articulo conferendum,

Tom. I.

quando infirmus in brevi ex hac vita creatur migraturus. Caveantque dicti Rectores & Capellani, ne si dicti collatione sacramenti illicitas exactiones faciant, à divinis & canonicis voluerint transgredi ultionem.

ITEM GUILLELMUS IN SYNODO  
Pentecostes.

• Anno Domini M. CC. XCV.

Cum olim per sedem Apostolicam in Generali Concilio salubriter fuerit institutum, ut omnes utriusque sexus postquam ad annos discretionis pervenerint, omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteantur proprio Sacerdoti, & unquam sine penitentiam propriis viribus studeant adimplere, suscipientes reverenter minus in Pascha Eucharistie sacramentum, nisi forte de propria Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab episcopi perceptione discreta abstinendum; alioquin & viventes ab ingressu Ecclesie arceantur, & moventes Christiani carere sepulture. Fuit in eodem Concilio institutum, ut frequenter hoc salutare statutum in Ecclesiis publicaretur, ne quaquam ignorantie casitate velamen excusationis assumat. Nulque nostram Duceis visitantes prout nostro incumbit officio, quòd dolentes relictimus, in eadem invenimus nonnullis, qui non per annum sed per plures annos non confitendo, & à perceptione Domini corporis suæ salutis innumeris damnabiliter abstinerunt, & abinent: & adhuc abstinere non formidant ut suarum periculorum animarum. Cupientes eorum malum obviare, ac sibi eorum providere, ut tenetur, vobis omnibus & singulis nemet injungimus, ut prædictum statutum in Ecclesiis vestris frequenter publicare curetis, ut contenti in eodem sineiter observare & observari faciatis, nulli personæ cuiuscunque status ex fiat, super hoc discretes.

Sane sunt in presenti civitate & Duceis quamplures Rectores Ecclesiarum, & quidam Vicarium tenentes in Ecclesiis civitatis & Duceis Andegavensis, qui in Ecclesiis san parochialibus non resident, licet residentium juratum personalem, sed auctoritate Apostolica oblique prædicti licentiæ ab Ecclesiis suis se absentant, perjuriam damnabiliter incurrenda: sed quia ubi majus periculum vertitur, majus est consilium & remedium adhibendum, ipsorum animarum periculis, necnon Ecclesiarum providere cupientes, ordinamus, præcipimus & monemus districte sub virtute juramenti ab eisdem præstiti, quòd omnia prædicta & singula ab Ecclesiis vel Vicariis suis accedant, moram vel residentiam facturam contumaciam, ut cora exigat, alioquin ipsos tamquam perjuros dictis Ecclesiis & Vicariis privemus, facultates per Patrones ad eos promoveri personarum, quæ velint eòdem potius nisi eisdem personaliter exhibere. Perjuri enim juxta graves & Ecclesiasticas sanctiones privandi sunt beneficiis habitis & habendis.

Volentes Societatem utriusque providere, statum ut Rectores Ecclesiarum parochialium civitatis & Duceis Andegavensis, Capellani & Clerici, iudicium Ecclesiasticorum mandata, quæ exquirunt fideliter faciant, nec citationem aliquam vel mortale faciant, nec aliquos denuntiant econominicatos hominatum, nisi prædicta iudicibus super hoc recepto mandato. Præterea quòd alias lictas non sigillent gratis, odio vel favore, vel pretio, quousque contenta in ipsis literis fuerint exequuta: etiamgressores graviter puniemus. Adjunctis statum, quòd nullus de cætero aliquam peremptorium cum

AAA

Synodus VII  
Guillelmi.

CAP. I.  
Litteræ vt.  
Cunctis fid.  
Joc. II. an.  
Christi 1115,  
cap. 24.

fidem

CAP. II

CAP. III.

defectu libri directam et equatam nec sigillet, nisi prius simplicem circa contentum in dicta peremptoria viderit et reddiderit sigillatim, nisi in dicta peremptoria habeatur, quod simplex exactio facta fuerit per iudicem, aut eos apparitorum: contra huiusmodi contumaces in loco in quo citare potest sine litteris, prout in aliis statutis continetur, aut per aliam personam cui iudex duxerit mandatum citationis simplicis executionis mandatum, de qua prius in peremptoria specialis mentio habetur.

**IDEM GUILLELMUS IN SYNODO**  
Pentecostei,

Anno Domini M. CC. XCVIII.

Synodus  
VIII.  
Galiciana.

Cap. I.

**P**recipimus universis Rectoribus nostrae Diocesis Andegavensis & Capellanis Ecclesiis regibus, ut cum ad nos de suis parochiis inculpatis delincentibus, nobis informare debeant, utrum cruetur huiusmodi in eorum parochiis notum sibi manifestum existat, ut tunc manifestata crimina huiusmodi manifeste puniantur, prout sacre praecipiant functiones.

Cap. II.  
\* Secundi, an.  
119, can. 1.

**S**ane cum super in Concilio provinciali apud Salmurum celebrato provali deliberatione fuerit inhibendum, ne Abbates, Monachi, Priores, & alii Religiosi, qui secundum suorum sollicita Majorum capta classis de panno octavo deferre tenentur, bonitas & clochas deferre praesumerent, quod etiam non absque gravi scandalo & regulari disciplina & divinis Majoribus offensis faciebant, statumque fuit in eodem Concilio & praecipitur, quod contrarium facientes per locorum Ordinarios gravi amercitione punirentur: & nos post publicationem huius Concilii in nostra Synodo factam quamplures transgressores Concilii huius venerimus, monemus in praesenti Synodo una mentione pro omnibus, omnes & singulos Avitores & Priores, & alios Religiosos maxime regulares nostrae Diocesis, ut ipsi Concilio huius [ & sequenti ] cum eis. Ita parentes, de cetero bonitas, vel clochas occultatim deferre praesumant, aliquomodo contrarium facientes eorum exigente contumacia & subdientia, suspensionis sententiam ex tunc et ex nunc promulgamus.

Cap. III.

**C**um ex frequenti & aliudis plimorum conquestione nostris auribus toties intencit acceptimus, quod nonnulli iudices ordinarii Ecclesiastici nostrae Andegavensis Diocesis commodis temporaliibus inhentes, per terrarum sua cultores & quasi exploratores transfmittunt aut rec faciunt & permittunt, qui committere literas super contractibus aliquoties illicitis, chartas & testamenta transfmittunt, ad quorum relationem praedicti iudices seu sigillatores eorum praedictas litteras contractus, chartas & testamenta idifferenter & aded curialiter & benigne sigillet, ac in eorum presentia facte, & ab ipsiis palliare faciant, contra tenorem Concilii \* dudum apud Salmurum celebrati, in vituperium jurisdictionis & clarum sanctae matris Ecclesiae & scandalum plurimum: quodque etiam plures ipsorum iudicum in suis curiis confidere dicuntur procuratores, & ut loquimur veris gentium confidites, qui per villas & burgos mercata, tabernas, & vicus discurrerent querunt quem devocent, homines ad litigandum excitant, lites redimunt, cum hominibus placare volentibus in curiis eorum de quota lites pacificantur, & pro expensis habendis causas ducenda assument, & homines citari ad ipsorum iudicum loca remotiora procurant, & sic homines, maxime simplices & pauperes gravibus damnis & injuriis afficiunt & affligunt, excoriant & expoliant bonos suos, & solutibonibus ta-

les multos procurantes involvi, eosdem a premio sanctae Matris Ecclesiae & communionis fiduciam, ut frequentius hinc iusta causa emendationis & excludi.

Nos talem malignorum fraudibus, exquisitis malicis & calumniolis machinationibus obvare, ac subditorum nostrorum tranquillitati, nostrae fulticitate provisionis remedium, prout nobis ministratur desuper, providere volentes, venerabilibus & discretis viris Normanno Andegavensi, Galfrido Transfigerenti Archidiacono, ac Rogero de sancto Quintino generis vici venerabilis Roberti Archidiaconi Transmeduancensis, necnon Galfrido de Purgobio, Hugoni de Salmuro, Johanni de Fria & Marcano Andegavensi Archipresbyteri, & Nicolao dicto Porehier, & Simoni Gras & Moul, parentibus vices Stephanii Archipresbyteri de Ludis, ac Mattheo de Credonio, Jacobo de Casodio, Petro de inter Serant & Melanem, & Olivero de Camillaco Decanis, & Andrea Galteri generis vices Decani de Maugis, ob hoc & causis alias vocatis, & presentibus coram nobis Andegavis, in camera nostra die Veneris in crastino Synodi Pentecostes, & ipso um super hoc procedente confinio duximus statuendum:

Quod sigillatores praedictorum Archidiaconorum, Archipresbyterorum & Decanorum de cetero aliquas litteras super quibusvis contractibus confectis, chartas sive testamenta nullatenus sigillare praesumant, nisi praedicti Archidiaconi, Archipresbyteri & Decani, eorum officium seu sigillatores praedicti ipsas pallaverint, vel nisi esset aliqua specialis littera, ad quam specialiter transmittendum inter ceteras partes alicui notariarum suorum fiscaliter committant vices suas. Quodque etiam praedicti Archidiaconi, Archipresbyteri & Decani, eorum officium seu sigillatores praedicti per nosdem citationes seu dicti assignationes ad locum remotiores nullum sollicitum suorum teneant, sed trahi faciant, aut permittant, nisi de partium proceller voluntate. Necnon etiam quod notarios & procuratores eorum curas frequentantes jurare faciant, quod homines ad litigandum nullatenus excitabunt, lites non redimunt, de quota lites nec pacificantur cum aliquo, nec pro expensis habendis causas ducenda assument: quae permissa in cura nostra praecipimus observari.

**IDEM GUILLELMUS IN SYNODO**  
secundi Lucae.

Eodem anno.

**C**um nos super ad reformationem curiarum Ecclesiasticarum nostrae Diocesis, & ad quorumdam huiusmodi iniquitatis dictis curiis frequentissimum, subditos nostros sui perveris inclinationibus vexantium & infestantium, calumnias reprimendum, cum Archidiaconi, Archipresbyteri & Decani presentibus, & abicitum Vaarn, habito salubri & diligenti contractu, & ipsorum consensu super hoc procedente ad utilitatem Republicae inter alia duximus statuendum, quod sigillatores praedictorum Archipresbyterorum, Archidiaconorum & Decanorum de cetero aliquas litteras super quibusvis contractibus confectis, chartas sive testamenta nullatenus praesumant sigillare, nisi praedicti Archidiaconi, Archipresbyteri & Decani eorum officium seu sigillatores praedicti ipsas pallaverint, ac esset aliqua specialis littera, ad quam specialiter transmittendum inter ceteras partes alicui notariarum suorum fiscaliter committant vices suas: ac nonnulli Archidiaconi, Archipresbyteri & Decani ipsorum, ordinati, necnon obstante praedicta, pluri-

Synodus IX  
Galiciana.

Cap. I.

\* Secundi,  
can. 4.

bus personis, prout nos experientia docuit, eam loca in quibus sua consecraverint tenere placita, vicces suas committunt, ac ad ipsorum relatum litteras per ipsos passatas, super quibuslibet contractibus, confectis sigillatim committunt, sicut prius, & ac si ab ipsismet Archidiaconis, Archipresbyteris & Decanis, officarius vel sigillatoribus eorum passatis fuissent, in contemptum & elisionem ordinationis predictæ, & provinciali Concilio dudum apud Salernitum celebrati, quo cavetur processibus & litteris per tales curiales & exploratores passatis nullus fore momenti. Decernentes monemus omnes & singulos Archidiaconos, & Archipresbyteros & Decanos predictos, ac officarios & sigillatores eorum nisi monitione pro omnibus, quod statutum hujusmodi studens inviolabiliter observare. In contrarium vero facientes, ac eos qui commissiones tales à tempore notitæ monitionis predictæ recipere & illi uti præsumserint, suspensionis sententiam promulgamus, præter postquam in dicto Concilio Salernitensi statutum.

Cum Abbates de jure ad Synodum venire teneantur, nisi certum & canonicum habeant impedimentum, quod in suis litteris in Synodu Episcopo dirigendis tenetur exprimere, & multoties aliqui se male excusante vasa impedimenta non habentes: statimus quod quicumque Abbas se excusaverit in Synodo, in litteris sue excusationis certum & iustificans præcedat impedimentum, & intra quindem dies à die Synodi Episcopo si in paribus fuerit, & Officiali ipsius si Episcopus abesse contigerit, præsentet, nisi ex certa causa & tutoria excusante consistat agere in remotis, vel infirmitate notanda detineri, impedimento in sua circumscriptione contento scilicet facturus præstato juramento. Si quis vero infra dictas quindem dies pro predictis adimplendis venire distulerit, ipsius quem ex tunc suspendimus, decernimus manere suspensionem.

Familiaritas nimis patit contemptum, quod manifestè hujus temporis experientia declarat, cum sicut sibi oculis contempnere, Rectores Ecclesiarum nostræ Diocesis facerentur & venia facilitate consilii ad Synodos nostras venire contempnant. Hinc est quod omnes & singulos Ecclesiarum Rectores nostræ Diocesis nisi monitione pro omnibus advenimus, quod ipsi ad nostras Synodos veniant ut teneantur, nisi iusto, certo & canonico impedimento fuerint impediti; super quo nobis hinc faciant infra mensis à die Synodi nuntiandos. Si quis vero præmissis parere contempserit, quinque solidos nomine pœnæ nobis solvere teneatur. Sanè qui de facultate obedientiam nobis omnibus nominibus consistere non possit, præcipimus Archipresbyteris & Decanis, quod quilibet super absentibus sui Archipresbyteratus vel Decanatus nos aut Obedientiam nostram studeant reddere certiores.

#### IDEM GUILLELMUS IN SYNODO Pœnitentiæ,

Anno Domini M. CC. XCIX.

Sicut grave jurgum & insultum sine iusta causa impositi non debet noviter gregi Dominico, ne ex mensuratione à se abijcitur antiquarum, sic nec illis debet sacrorum Patrum traditiones antiquissimas iustas nisi causis ingerebant iustissimè præscribere, nec præsumptione damnabili aliquatim immutare. Cum ego olim Moseum nostrorum provisione sibi ubi ad vertendum iram indignationis Dei, quæ in populo de justis scelera iusto Dei iudicio sævebat, & propter istas causas varias processiones faciendas fore, &

etiam certis temporibus, videlicet die festi sancti Martini Evangelizæ, in Rogationibus ac singulis diebus Domini fuerint institutum, statutumque & ordinatum fuerit postmodum in provinciali Concilio Turonensi, Ecclesiarum Rectores per locorum Ordinarios fore cogendos ad processiones hujusmodi faciendas; Nosque nostram Diocesim visitantes plures in hoc negligentis reperimus & remissos; omnibus & singulis Ecclesiarum Rectores nostræ Diocesis districte sub pœnâ suspensionis præcipimus, quod ipsi processiones hujusmodi cum devotione debita studeant facere temporibus prælibatis, nisi temporis tempestate vel alia causa necessarii fuerint impediti.

#### IDEM GUILLELMUS IN SYNODO Pœnitentiæ,

Anno Domini M. CCC.

EX relatione plurium fide dignorum, & etiam factorum experientia didicimus, quod nonnulli, maxime Nobles, ania emercario in nostrâ Andegavensi Diocesi Castellæ & Oratoria nostro consensu minime requisito, nec obtentu, construxerunt & construi faciunt; ac etiam hæcenus construxerunt contra civiles & canonicas sanctiones, quibus cavetur expresse ne qua Oratoria domum irrequieto loci Episcopo fabricet, vel adificare præsumat. Quæ præmissa in contemptum nostræ Episcopatus Andegavensis & Ecclesiarum parochialium, in quibus dicitur Capelle vel Oratoria construantur, gravamen non modicum non dubium reducere. Nos vero tam temerarius abutibus & damnablebus præsumptionibus occurrere satagentes, maxime ne propter nostram negligentiam, quod abiit, talia in consuetudinem deducantur, predictas Capellas & Oratoria taliter fabricata suspendimus, & inhibemus in eis per quemcumque divina Officia celebrent; omnibus & singulis Rectores Ecclesiarum & Capellanorum Ecclesiarum regni nostræ civitatis & Diocesis districtè in iungentes, quod ipsi predictas Capellas & Oratoria sic constructa, suspensa à nobis in Ecclesiis suis publicè nuntient, ne quis ignorant præteritum se valeat excusare. Sanè qui foret aliqua Oratoria predictorum minime sunt perfecta, predictis Rectores & Capellani præcipimus, quod ipsi instimantem parte nostrâ sub pœnâ excommunicationis, illis qui predicta Oratoria sic adificare incubaverunt, ne ad consummationem predicti operis procedant modoquo libet sine nostrâ licentia specialiter intimatis eidem quod si contra inhibitionem nostrâ processerint quoquoque modo, nos ad demolitionem ipsius operis & alias procedemus seu procedere faciemus, prout iustitia innuabit.

Cum ad Episcopos & alios Superiores Prelatos solum beneficiorum uno de jure pertinere noscatur, ac nonnulli Abbates nostræ civitatis & Diocesis temeritate propria potestatem nostram usurpare volentes, Prioratus seu beneficia, qui & que Religiosis vel scholaribus conferri consueverant ab antiquo, aliquoties Cella suæ, interdum Prioratibus suis & quibuscumque administrationibus sui officii sui Monasterii, nostro consensu minime requisito, adungere præsumserunt & unare: Nos tales uniones juris iustitiam & nostræ decernimus irritas & inanes. Inhibentes Abbatibus nostrorum civitatis & Diocesis sub pœnâ excommunicationis, ne talia de cetero attemptare præsumant.

Quæ nonnulli Abbatum nostræ Diocesis, qui ad Synodum venire teneantur legitimo impedimento cessante, multoties impedimenta non habentes canonica, excusationes irritas præcedebant; & olim

Synodus XI.  
Guillelmus.

CAP. I.

CAP. II.

CAP. III.

nos memorimus statuisse, quod Abbas quilibet qui se de veniendo ad Synodum excusaret, certum de sufficienti pretenderet in literis excusationis ipsius impedimentum; & super eo coram nobis, si in partibus essentis, vel coram Officiali nostro, si contineret nos abesse, intra quindecim dies à die Synodi, nisi ex certa causa & notoria excusante constaret agere in remota, vel infirmitate notoria detineri, kalem faceret proprio juramento, suspensionis sententiam in eos qui de praemissis deherent, promulgata. Sanè subditorum nostrorum, quorum salutem appetimus, periculum & illaqueationem evitare pro viribus affectantes, praedictam suspensionis sententiam revocamus ad praesens, districte precipientes & injungentes eidem in virtute juramenti & obedientiae quibus sunt nobis adstricti, quod ipsi ad Synodum veniant, ut tenentur, nisi certo & sufficienti impedimento in literis excusationis sine examine fuerint impositi, super quò intra scriptam Synodum fidem taceant competenter.

**IDEM GUILLELMUS IN SYNODO**

*Sancti Lucae.*

*Esalem anno.*

**C**um nos nostram Dioecesim visitantes invenimus grave dicto, quod filii, fratres, & alii consanguinei, ac heredes decedentium testatorum, quamvis parum beneficiorum immemores, ab ipsis decedentibus licet immeriti receperunt, non solum intentu naturali, imò zelo Christi, & pietatis oblati; & etiam exhortatione dictorum decedentium testamenta ab ipsis decedentibus condita pro animarum suarum liberatione, remedio & salute non solum executioni negligunt demandare, imò & in archis suis aut alibi iniquiter abscondunt: precipiunt Praelatis, ad quos ex injuncto eidem officio spectat, facere ex parte ultimae decedentium voluntates contentas in testamentis eidem, pro compulsione ipsorum filiorum heredum & executorum faciant executioni debite demandari, pro qua frustratur intentio testatoris: unde prout tenentur amantur capientes providere saluti, omnibus & singulis Ecclesiarum Rectoribus nostrae Dioecesis & Capellanis serventibus in eidem, sub pena suspensionis & excommunicationis injungentes precipimus & mandamus, quod infra tres menses à morte cujuslibet testatoris testamentum & nominatim executorum, quos elegerit, & heredum, consultius nostris à nobis ad hoc specialiter deputatis indicite & notificare procurant, ut per ipsos gerentes vires nostras, illi ad quos spectat servare jura formam, compellantur ad ultimas voluntates ipsorum decedentium executioni. Injungimus insuper eidem Rectoribus & Capellanis, quod ipsi quilibet in sua parochia testamenta retroactis temporibus condita executioni non mandata diligenter inquirent, & ea dictis vires nostras gerentibus indicent & notificent, ut superius constituitur.

**IDEM GUILLELMUS IN SYNODO**

*Ponticofras,*

*Anno Domini M. CCC. III.*

**O**lim plebs nostrae inobediens clamore laborioso ad reformationem curarum nostrarum civitatis & Dioecesis Andagavensis, de Archidiacono, Archiepiscopo, Abbatibus & Decanorum praesentium, & Vicariorum absentium voluntate, citra procuratores & notarios diversarum frequentantes, quorum nonnulli simpliciter homines sui perveris & exequiis malis damus officium gravibus, &

venationibus vasis redimebant: ante meminimus statuisse, quod praedicti Archidiaconi, Archiepiscopi, & Decani notarios & procuratores eorum curis frequentantes jurare facerent, quod nunquam homines ad ligandum exciterent, nisi non redimerent, non paciscerentur de quò lita cum aliquo, nec curas decedens aliterent pro expensis, quod in curis nostris praecipimus observari.

Sanè qui nostram Dioecesim visitantes plures invenimus hujusmodi Ordinationis transgressores, & nonnullos qui pauperes ad instantiam diversorum procuratorum non habentes mandatum, & consensum ipsam prohibitionem exprellam citari facerent & vexari adeo, quod jam vergit in grave scandalum laicorum praedecantem super tecta, quod Ecclesia [que] debet subvenire oppellens, tales excoiatur in suis insignitibus convohet & defendit. Iterata vice Archidiaconi, Archiepiscopi & Decani memoratis districte precipimus, quod in curis suis renovari faciant hujusmodi juramentum, & eisdem procuratores jurare faciant, quod nullum faciant citari ad instantiam alicujam sine specialia mandato: quod similiter Offensis nostris mandamus, universis Ecclesiarum Rectoribus nostrarum civitatis & dioecesis firmiter injungentes, quod ipsi in Ecclesiis suis moveant per tres dies Dominicos publice notarios & procuratores praedictarum curarum ipsorum Archidiaconorum, Archiepiscoporum & Decanorum: & monent etiam curas frequentantes, quod homines ad ligandum non excitent, lites non redimant, nec de quò lita cum aliquo paciscantur, nec pro expensis incendant causas decedens allumant, nec homines citari ad instantiam faciant alicujam sine specialia mandato. In procuratores vero & notarios contractum facientes post monitionem praedictam excommunicationis sententiam promulgamus.

**IDEM GUILLELMUS IN SYNODO**

*Sancti Lucae.*

*Anno Domini M. CCC. III.*

**C**um nonnulli Abbates nostrae Dioecesis ex qua Episcopalis potestas sunt sibi usurpare propria temeritate volentes, Prioratus quamplures suis Mensis propriis, & aliis officis & administrationibus Abbatiarum suarum auctoritate propria conjugere praesumerent & curae, nullis Monachis, cumque sacerdotum uno solo, contra canonicas sanctiones dimissis in Prioratibus sic unitis, ex quo sequitur quod perit divinum Officium, & fraudatur de bonis vestrum fundatores, nulli in eo hospitalitas exercetur, currunt adhaec, res, possessiones & jura dictorum Prioratuum deperunt, & ab aliis invaduntur. Praecipimus igitur & singulis Abbatibus nostrae Dioecesis in virtute obedientiae & sub pena suspensionis, quod ipsi omnes tales uniones, quas tenore praesentis statuti cassamus & irritamus, revocent, quantum de facto processerunt, & ad Prioratus praedictos infra festum Purificationis Beatae Mariae Virginis Protes cum debito numero lociorum sui ordinis morantibus mistant, quorum Priorum industria Prioratus ipsi in spiritualibus & temporalibus gubernentur, & omnia solita compleantur.

Item facilius venie incitentur trioit delinquenti, quod in persequi Religiosis, Monachis & Canonicis Regularibus nostrae Dioecesis comprobatur, qui extra Monasteria in Prioratibus commorantur, & cum habitu monachice conversationis, & vix impudenter currunt prope, istum deturpant Ordinis, & populum scandalizant, nec per Superiores suos de talibus poena debita puniuntur; hanc est

Synodus XII.  
Gallicana.

Synodus  
XIV  
Guillelm.

C. a. p. 1.

Synodus  
XIII.  
Gallicana.

C. a. p. II.

quod nos universis & singulis Abbatibus nostrarum civitatis & Diocesis precipimus in virtute obedientie, quod quotiescumque tales Religiosi Religiosos empererint, secundum qualiter excessivum & Ordinis disciplinam sine remissione aliquam puniant, ita quod pariter doceant respondentem quantum excederint, alioque nota petant ipsorum & talibus arceantur.

Uti quidem in nostris Diocesi, ut accepimus, inolevit, quod singuli Sacerdotes Missam in exequiis decedentium celebrantes, quatuordecim denarios exigunt ab heredibus vel exequiis defunctorum. Unde nonnulli Capellani, & etiam Ecclesiarum Rectores nostræ Diocesis intelligentes istum usum, si usus dicitur debet nimis largi, dimissis sine custodie Ecclesie non sine gravi periculo annuam, sicut corvi vultures de longè cadavera sentent, de quoque vel sex laicis catervacim affluunt ad funera mortuorum, & quandoque cum gravi scandalo quatuordecim predicti gratia verus contendunt quis celebrabit, & interdum unus alteri exequiis ornamenta. Nos autem presentis auctoritate statuti usum istum declinantes tantummodo debere intelligi, quoties Presbyteri in talibus exequiis celebrantes ad hoc ex parte heredum vel exequutorum invitati sint, ut rogati: ne periculis animarum cupiditate effrenata talium Sacerdotum, qui se contra fidei dignitatem venales exponunt, obviare volentes, prohibemus omnibus & singulis Ecclesiarum Rectores & Capellani quæstus Diocesis, de cetero Ecclesie, quarum custodes existunt, dimittant sine Presbytero, talium exequiarum obitu, nec pro Missis celebratis ab eis in hujusmodi funeribus præter voluntatem & requisitionem expressam defunctorum, aut heredum & exequutorum ipsorum, aliud petant, exigant, recipiant ab vivis.

**IDEM GUILIELMUS IN SYNODO**  
sancti Lucae,

Anno Domini M. CCC. II<sup>o</sup>.

Let paræ non sunt regulariter amplitudine, sed potius mollioribus, tamen ne facilitas veniat inobediens incertum delinquendi, multis transgressionibus opus est exemplo. Cum igitur tam nos, quam bone memorie Nicolaus predecessor noster, attendentes quod dispositiones clandestine prohibere sint, omnino statuerimus inhibere, ne benedictiones nuptiarum ex tunc celebrantur in Capellis, Prioratibus vel aliis locis solariis quibuscumque, etiam si banna seu iudicia facta essent in Ecclesiis parochialibus super talibus matrimonium facientes per contrahentium Presbyteros, ut mors est, predictis quo ad faciendam ex tunc tam per nos quam per prædictum prædecessorem nostrum suppliciter Ecclesiastico interdicitur ac nonnulli tam seculares quam Religiosi, statuto & inhibitione hujus non obstante, in pluribus partibus nostræ Diocesis, benedictiones nuptiarum clandestinè bonis nonnullis factis, & quandoque impedientes propolium, & super eis sine penitente, in talibus Capellis, Prioratibus, vel aliis locis solariis præsumunt, & adhuc quilibet die dum casus occurrunt celebrare præsumunt adeo indistinctè, quod hoc hodie in assuetudinem transiit, vel veris in absolutum.

Nos volentes tante præsumptioni & temeritati dampnabiliter obviare, considerantes quod illi quos nunc paræ tam malo signi cohibet, aliter paræ tant adjectone plebentis, omnes & singulos Sacerdotes seculares & religiosos qui post publicationem præsentis statuti, quam fieri precipimus in singulis Ab-

batis & Ecclesiis parochialibus nostrarum civitatis & Diocesis per Abbates & Rectores ipsarum per dies Dominicos vel alios festivos proximos venturos, tales benedictiones clandestinè in quocumque loco præsumunt celebrare, suspensio, & illos ac alios qui se taliter habent benedicti, & omnes talibus benedictionibus assistentes, & eos qui fuerint in consilio & auxilio facienti eisdem, excommunicationis vinculo inordinamus, præter excommunicationem benedictionis in locis interdictis à jure statutam.

Cum filius Fidelium ex observatione dependat mandatorum juxta sententiam Salvatoris: *Si quis ad vitam ingredi, serva membrum*: cavere debent summopere Clerici tam seculares quam Religiosi, quorum exemplo illuminari debet populus laicalis, & maxime Clerici Prælati quicumque, quibus cura innimè animarum, ut in observatione ipsorum plebes sine commulsa verbo p. nter instruant & exemplo. Sed prohi dolor! plures sunt hodie, qui licet ad curam positi aliarum, in se ipsis debent ostendere qualiter alios in Domo Dei oporteat conversari, in verbo instruant, sed perniciosè exemplo laicos instruant & corrumpan, non attendentes quod si peccaverint, totus populus committitur ad peccandum; & Prælati totis tormentis digni sunt, quæ ad subditos peccatores exempla transmittunt. Et hæc est quæ licet bonæ memorie Nicolaus prædecessor noster una universis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Monachis, Rectores, Ecclesiarum Presbyteris & Capellanis, & aliis personis Ecclesiasticis quibuscumque civitatis & Diocesis Andegavensis statuendo districtè præcepisset in virtute obedientie & sub pena suspensionis, ne in diebus Dominicis Majestati Altissimi dedicatis, servilibus infisterent operationibus & terris, sed divinis officiis insudantes laicos & populos sibi commissos inducerent efficaciter verbo & exemplo, ut dictis diebus Dominicus à terrenis operationibus abstinerent: plures tamen Abbates & Religiosi alii, & personæ Ecclesiasticæ seculares hujusmodi præceptionis salubris ac divini mandati temerari transgressores, sicut audivimus, diebus Dominicis terrenis & servilibus operationibus insistentes publicè res suas, vites & blada, pelles & ligna, & res alias eorumdem nullo amulicium periculo verisimiliter existente cum bobus, quadropedibus & quadripes portari fecerunt publicè & deterni, & alias terrenis operationibus, quæ à divino servitio avocant, faciunt extorqueri in suarum periculum animarum, laicis suo pernicioso exemplo fomentum peccatorum & erroris damnabiliter exhibentes. Quapropter movemus omnes & singulos Abbates & Religiosos quoscumque, & personas Ecclesiasticas & seculares nostræ Diocesis & civitatis, tenore præsentis statuti eisdem firmiter injungentes, diebus Dominicis à talibus, excepto necessitatis articulo, videlicet ubi de amissione fructuum vel vehetudinem verisimiliter timeatur, nec possit aliud facilius remedium adhiberi, omnino abstinent, & suos servientes & ministros faciunt abstinerere. Eius vero qui contra præmissa fecerint, suspensionis sententiam auctoritate præsentis statuti Synodi incurrere volumus ipso facto.

Lateranensis Generalis, & Lengueli Provincialis Conciliorum, quibus salubriter inhibetur Menachos solitarii [in Prioratibus manere], vestigiis inhærentes, Abbatibus nostrarum civitatis & Diocesis in generali recollectis monuisse, quod ipsi infra certos terminos jam elapsos ad hoc præstare eisdem, ad Prioratus eorum mitterent Priores cum debito numero sociorum Domino famulantes ibidem, prout oculata hæc competens vultantes, nonnulli ipsorum, quod grave grimmus & molestem, dicoriam

CAP. II  
M. CCC. II.

CAP. II  
T. 117.  
ca. 5.

Conciliorum temerarij transgressores contumaciter nostris parere monitionibus contempserint, Monachos solitarios in aliquibus sacrorum Prioratuum sine Prioribus, & Prieoribus abici sine fisco dimittentes. Ea propter omnes & singulos Abbates nostrarum civitatis & Diocesis praedictarum tenore praesentis statuti acrum generaliter monemus, eisdem praecipiendo mandantes, quod ad Prioratus suos mittant infra scriptum instantis Domini debium numerum sacrorum, nullumque deinceps Monachorum locorum permittant in aliquo Prioratuum sacrorum solitariam commorari. In Monachos vero tales solitarios commorantes elapso dicto tempore suspensionis sententiam promulgemus, & Capellas personalis eorum, ubi tales solitarios contingerent commorari, quando ibi Monachi solitarii morabantur, Ecclesiastico suspensionis interdici.

**IDEM GUILLELMUS IN SYNODO**  
*sancti Lucae,*  
*Anno Domini M. CCC. XII.*

**Q**uia Spiritus Sanctus inspirans loquuti sunt sancti Dei homines, qui ordinantes Ecclesiam Dei bono odore usque ad consummationem vitae in primitivis temporibus in sacrosanctis Conciliis convenientes, ad instructionem fidei Orthodoxae & stabilimentum Ecclesiae sacros Canones ediderunt, inter quae quatuor principalia, videlicet Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Chalcedonense, quasi quatuor flumina de fonte paradisi voluptate emanant, horum novellae nascentes Ecclesiae militantis germinatione, pariterque sanguinis effusione sanctissimum Apostolorum concilium & plantatum, fluentis & amaram ulam rivas irrigantia prodeunt. De quibus dicit Beatus Gregorius: «Sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere & venerabile sacros». Et sequitur: «Haec tota devotioe complector, ut integram approbatione custodiam, qua in hoc velut in quadrato lapide sanctae fidei structura consistit, atque consistet. Vix & aditionis norma consistit». Dicta quoque quatuor Concilia praecipit Severissimus Imperator Justinianus tanquam quatuor Evangelia firmare observari. Demum vero post praedicta quatuor principalia Concilia, alia Concilia generalia ac decreta summorum Pontificum ad reformationem Ecclesiae, & reformationem vitae humanae, maxime Clericali, pro varietate temporum & locorum, seu rerum emergentium, iustissimo Spiritu sancti divinitus eadem susceperunt. Quae quidem dicta sacrorum Patrum & statuta Conciliorum, maxime praecipuum quatuor, decretaque summorum Pontificum si ad integrum servarentur, ad sanctae Matris Ecclesiae & fidei orthodoxae stabilimentum, instructionem morum, reformationem criminum, propagationem veritatis procul dubio sufficere videntur, nec opus esset oneroso usurosum multitudinem statutorum hanc rem periculis subditorum, cum multitudine orationis nihil habere dignoscatur honesti.

Verum quia multa de praedictis statutis Conciliorum & Decretis summorum Pontificum tam propter negligentiam Praedicatorum, quam propter abusum solitariam & corruptionem in dissolutam abierunt, & alia nullo modo servantur, sed petulantia & insolentia animorum indocentium, & maxime Clericorum, temere contempuntur & dimittuntur violenter, ideo eisdem sancta statuta reinnovare, renovare & in lucem reducere esset periculum toti mundo, & panes similitudines sacrorum antiquorum Patrum mensis apponere sicutam potum, quam si quis percurat, & panes turbarios

modernorum. Unde et statuta dictorum Conciliorum & Decretis summorum Pontificum ad adhibitionem nostram & plebium futuram hic aliqua indicibus auferuntur, quae volumus & praecipimus in nostris Diocesi & vicibus sibi in observari, salvo moderamine a nobis, si & quando vium fuerit, adhibendum.

**E**x Concilio Maguntino: «Inhibendum est omnibus Sacerdotibus feminas, de quibus suspicatio potest esse, retineat, sed nec illas, quas Canones excoedunt, matrem, amitam, foronemque, quia in inquirenti dubio etiam in illis scelus perpetratum esse reperitur, aut etiam in pedibus eorum, quod intellegimus ubi dicte mulieres sunt suspectae». Item ex dicto Eugenio Papae: «Si quis Sacerdotum, Archipresbyter, Diaconus, Subdiaconus, de quacunque familia erant foronemque suscipit, post primam, secundam & tertiam monitionem invenitur fabulari vel converteri aliquo modo cum ea, excommunicationi subdatur, si femina vero, canonice pudetur». Et istas monitiones hinc praecipimus per singulos Archidiaconos, Archipresbyteros & Decanos in Archidiaconatibus, Archipresbyteratibus, & Decanatibus committere. Item us Gangreus Concilio legitur: Presbyter si foronem commiserit, quamquam secundum Canones Apostolorum deponi debeat, tamen iuxta auctoritatem Beati Salvitii, si in suo vino non perduraverit, sed sponte confusus adiecit ut resurgat, decem annis in hunc modum pernitat, tribus quidem mensibus a ceteris renotus, pane & aqua & aqua & vespera in vesperam utatur & diebus autem Dominicis, & praecipis fuit modico vino & pisciculis atque leguminibus recreetur, sine carne & sanguine, ovis & caseo, sicco indutus humi inhaeret, die ac nocte iugiter orationibus Dei misericordiam imploret. Finis tribus mensibus contumet de carcere exeat, tamen in publicum non procedat, ne grae fidelis in eo scandalum patiat, nec enim debet Sacerdos publice perire sicut Laicus: postea aliquantulum resumit viribus unum annum in pane & aqua explet, exceptis Dominicis diebus & praecipis celebrandis, in quibus vino & sanguine, ovis & caseo iuxta canoniam mensuram uti poterit. Finis primo anno & dimidio, Corporis & sanguinis Domini ne indurecat particeps fiat, & ad pacem veniat, pilosum cuius fratribus in choro ultimis exeat, ad coena altaris non accedat. Deinde vero usque ad completionem septies anni omni quadrum tempore, exceptis Paschalis diebus, tres legitimas fruas unaquaque hebdomada in pane & aqua juret. I septimo septimi anni circulo, si frater apud quos pernitentis ejus congrua penitentiam laudaverit, Episcopus in praesentiam honorum iuxta Calixti Papae auctoritatem potest revocari. Sane sciendum est, quod secundam feriam, usum denarium, si opus est, pauperibus erogando redimere poterit. I autem autem septimo anno, deinde usque ad finem septimi anni I x. am feriam nulla intermissione redemptio ubi recte in pane & aqua. Eadem quoque sententia erit Sacerdotis de omnibus peccatis & criminibus, quae in deperditionem ducunt. Neque hoc custodit videtur orationem, si Sacerdos post lapsum, digni, ut supra dictum est, penitentiam ad honores pristinos redeat.

**I**tem Celestinus: «Si quis Sacerdos cum sua spiritualibus fornicatus fuerit, scilicet si grave adulterium commiserit. Idcirco si multa si licet est, omnino detrahatur, & res suas pauperibus tradat, & converteri in Monasterium usque ad mortem. Deo ser-

Abrahi benedictio...  
 in Concilio  
 Maguntino  
 si cas. 10. in  
 est Concilio  
 Narrensis  
 cap. 3.

Synodus  
 XVI  
 Galliois.

CAP. I.  
 h. Tit. 1. 22.

Abrahi benedictio...  
 h. 1. 2. 22. ad  
 1000. 22. 1000  
 Confessio.

Pape primo  
 cap. 3.

oviat. Item. Non debet Episcopus aut Presbyter committere nisi multibus, quæ eis sua fuerint commissa peccata, si forte, quod absit, hoc contingerit, sic penitent quousque de suis spiritualibus Episcopus quinquies annis, Presbyter duodecim, & deponatur, tamen si in conscientia potuli devent. Item Nicolaus Papa omnibus Presbyteris, Episcopis: Nullus Missam audiat Presbyteri, quem fecit concubinam indubitanter habere, aut introductum mulierem. Unde etiam ipsa Synodus ob hoc capitulum sub excommunicatione statuit.

Item ex Concilio Hilandensi: Presbyteri si à plebe sibi commissa molè opinione infamatus fuerit, & Episcopus legitimis testibus approbat non potuerit, suspendatur usque ad satisfactionem contumaciam, ne populus fidelium in eo scandalum patiantur. Digna verò satisfactio illi, sicut à Majoribus constitutum esse docetur, quando sive secundum Canonem, hve secundum arbitrium Episcopi septem sibi collegas adiungat & jurat in Latino Evangelio coram populo, quod nisi crimen istam seu propositum non perpetravit; & hac satisfactione purgatus, securè deinceps suum officium exequatur.

Item Beatus Gregorius omnibus Episcopis. Si qui sint Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi, qui in carnalibus fornicationibus jaceant, interdicimus eis ex parte Dei omnipotentis, & sancti Petri auctoritate Ecclesie utrumque utique dum penitentiam & emendant. Si qui verò in peccato suo perseverare maluerint, nullus vestrum præsumat audire Officiam, quæ benedictio coram veniat in maledictionem, & oratio in peccatum, dicente Domino pro Prophetâ: *Atalediam*, inquit, *benediximus tibi, ve, ve, ve.* Qui verò huic flagitissimo statuto obedire solent, idcirco peccatum incurram, Samuele teste, & Beato Gregorio instruente, peccatum *atualis vel non velere*, & *scelus solatium mille acquiescere*. Excusatio igitur pigritatis incurrit quousque dum Christianum se esse asserit, sibi Apollolicæ obedire contemnit. Item Bonifacius V. II. in suis cuius Ecclesie etiam interdixit ingressus, cum sibi per consensum censitorum in ipsa divinum celebratio, irregularis officium, si contra interdictionem hujus divini in cæ se ingerat, in suo agens officio licet prius talis quoque, si hoc interdictum durante decedat, non debet in Ecclesiâ vel cœmeterio Ecclesiastico, nisi pœnerent, sepeliri.

Cum igitur ex prædictis appareat evalenter Presbyterum, Diaconos & Subdiaconos fornicatores notatos, quoad se, & quoad alios, jure fore suspensus, & ingressum Ecclesie & per consequens etiam ipsam divinum celebrationem interdictionem, adeo quoad si tali interdictione durante in cæ divinis officiis se ingesserint, agentes in suo officio sicut prius, notam irregularitatem incurram. Ex nos, omnes & singulos Presbyteros, & Diaconos & Subdiaconos notarum civitatis & Diocesis maculæ notorie fornicationis notatos, suspensus quoad se & quoad alios auctoritate Canonis, tenore præsentium publicè interdicimus, & eidem ingressum fore Ecclesie interdictionem. Inhibentes subditis nostris ne Missam talem, si qui sint in notis prædictis civitate & Diocesi, audire præsumant, seu ipsorum corpora hoc interdictum durante dum deciderint, in Ecclesiâ vel cœmeterio Ecclesiastico, nisi pœnerint, sepelire. Item legatur & renovetur statutum juris, Sepelire. Item legatur & renovetur statutum juris, Remediorum, & subliquenter quod loquitur adiungatur.

UT QUILIBET SACERDOS HABEAT  
sua Synodalia, & sicut ea deferat ad Synodum, & quodam Archiepiscopo vel Decano, & qualiter procedant contra inobedientes.

CAP. II.

Cum igitur sicut pro certo didicimus, nonnulli Curatorum ipsorum statuti superius lecti temerari transgressores, dicta statuta Synodalia nondum adhuc habeant, & si qui habeant, illa tamen juxta præceptum nostrum ad Synodum nostram secum afferre, ac suis Archiepiscopis & Decanis hancque neglexerint exhibere, adhuc ad eorum convincendam multum, omnibus & singulis Curatis nostrarum civitatis & Diocesis auctoritate præceptione iungimus, & in virtute obedientie præcipimus, quatinus quilibet ipsorum infra Synodum Pontificales proximè venturam dicta statuta Synodalia habeat, & secum ad dictam diem seu Synodum afferat, ac exhibeat suo Archiepiscopo vel Decano. Prædictis Archiepiscopis & Decanis sub eadem distributione mandantes, quatinus antequam de Synodo prædictâ recedant, nomina Curatorum sub subditorum, qui in præmissis defecerint, nobis non deficiant mittere; sciatum quod contra transgressores hujus tamquam contra inobedientes & perjuratos, quatenus de jure poterimus sine remissione quilibet, parati cum Apostolo omnem inobedientiam ulcisci, procedemus, cum nobis adhiberemus ad culpam in hoc casu relaxare vultam.

IDEM IN SYNODO SANCTI LUCÆ,

Synodus  
XVI  
Guillelmi.

Anno Domini M. CCC. XIV. Ut faveat Ordo  
de festo Omnium sanctorum.

Deus gloriosus & sublimis, in sanctis suis mirabilis, qui semper est laudabilis, & tamen ineffabilis, juxta id Iulianus: *Ataque Dominus & laudabilis homo* in sanctis suis laudari desiderat & honorari in terrenis, ut accedat quoad ait Psalmographus: *Laudate Dominum in sanctis eius*. Non quod bonorum nostrorum aut laudum præconiis egere noscatur, sed ut per merita gloriosa Sanctorum quos veneramus in terris, eorum intercessionibus ad ipsam propitiationem mereamur obtinere in caelis. Sancti enim carnis vinculis absoluti in illâ aeternâ patrâ conversantes, qui videntem omnia semotâ jam caligine luce clarus intueantur, & lumen in lumine revelatâ facie luculentius contemplantur, devota laudum præconiis que sibi à terrenis indidantur, & per supplicationum præconiis que sibi à fidelibus in suis necessitatibus porriguntur, in suo æternitatis speculo, in quo videntem omnia vident, scire & intelligere posse creduntur, vel quantum illis ad gaudium, vel nobis ad auxilium nofcitur petantur.

Cum igitur sancti sint usitati in illâ aeternâ beatitudine jam concepti, de quibus memoriam & festivitatem nullam Licemus: non enim possessus omnium sanctorum festa pergere, tamen propter nostram infirmitatem, quæ infirmi & debiles sumus, nec adhuc maxime propter rerum mundanarum occupationem sustinere possumus, cum propter temporis brevitatem, quæ etiam tempus non sufficeret, nam sicut ait Hieronymus in quadam epistola; que in suo Calendario proponitur, Nullus dies, excepto die Calendarum Januarii, qui non inter quosque missam Martyrum numerum sperari possit ascriptis. Insuper licet paucorum Sanctorum festa agamus, adhuc tamen illa festa pauca intelligenter agamus, & multa ibidem per negligentiam, vel igno-

CAP. I.

Pp. 47. 2.

Pp. 110. 1.



tentum, vel tenentem sollicitudinem obtinimus, hinc sancta Mater Ecclesia praeiuncta attentione considerans, congruentissimè ratione & piissimè devotone per quosdam devotos summos Pontifices Spiritu sancto repletos & inspiratos divinitus ordinavit, ut quia Omnium Sanctorum festa singulariter non possunt, saltem omnes generaliter propter oblationum suspensionem & negligentiam executionem sub una celebrare annua simul honoramus. Et hinc fuit potissima ratio quare Omnium Sanctorum festivitas à sanctis Patribus exstitit jam elapsis multorum annorum curriculum instaurata; licet & multae aliae cause rationabiles instauratiois huius festi in Legenda aurea proferantur. Si ergo plurimorum Sanctorum singularium Octavae ab Ecclesia peraguntur, multo magis per rationes superius praebitas Omnium Sanctorum festivitas Octavae debent ab Ecclesia devotè & solemniter celebrari.

Attendentes igitur rationes praemissas, & quòd in urbe Romana quae est caput mundi, & mater Ecclesiarum omnium & angustia, & plerisque circumstantiis partibus non tantum dicta festivitas una de, sed etiam octavae ipsae ab Ecclesia institutum est ut rationabiliter celebrentur; diligentè deliberatione praehabita & tractata, hac sacra approbante Synodo, & nostris Andegavensium Capituli super hoc accedente consensu, statumur & ordinamus, quòd decemque octavae festivitates praedictae cum devotè quae decet, ab Ecclesia civitatis & Diocesis Andegavensium annis singulis celebrentur. Per hoc enim vincitur credimus, patriam & populum Sanctorum patronis adiuvare, & in suis necessitatibus, tribulationibus & angustiis apud Altissimum facilius exaudiri, & ipsorum Sanctorum intercessionibus quocumque revelari.

Sane ne propter praemissarum celebrationem octavarum aliquae Dominicæ de historiâ, quae incipit: *Die Dominus*, obstantur, ordinamus quòd in Dominicâ praecedente Festum Apostolorum Simonis & Iudae, història, *Die Dominus* intellatur. Quòd si die Dominicâ eveniret celebratio epius, in diem erickianum proleatur, & Dominicâ illius història in debitis vacans locis competenter praerogantur.

Se autem de Officio illarum Octavarum quaeratur, respondemus quòd nos qui à principio Pontificatus nostri dictas octavas facere consuevimus, dictarum octavarum officium ordinamus in hinc formâ. Super ipsas octavas dicimus invitatorium ad Matutinas, *Regem Sanctorum Omnium vocat adhaerens*. Hymnus in matutinis & vespere sicut in die. Antiphona super psalmos, *Securè densis* sola, psalmi plurimorum Martyrum, vel de die; Versus, *Iudaeorum avove*. Lectiones accipiuntur de libro *Sigis mae cap. III.* incipientes ibi: *Iudaeorum animo in mare Dei sunt*; proferentes dictam lectionem usque ad ultimum dicta. Responsoria de Communio Martyrum subsequenter etiam ordinant. Quae autem Bibliam non habent, faciunt lectionem de Communi Martyrum. *De Trano Lectiones* per totas octavas. Versus ante Laudes: *Ipsi autem in perpetuum vivunt*, &c. Ad Laudes antiphona, *Die iudaeorum*, sola. Capitulum, Hymnus, Versus sicut in die. Ad *Benedictus* antiphona prima die, *Prædicantes*, & exterae subsequentes. Ad *Magnificam* antiphona prima die: *Omnes sancti de vig.* &c. Antiphonae ad alias horas, Capitula, *Religiosiorum*, Versus de Communio Martyrum. In octavâ autem die consuevimus totum facere, sicut in die. Si verb infra Octavâ dies Dominica eveniret, consuevimus facere novem lectiones de Communi, vel si molenent totum sicut in die. Octavum autem Messurum in

dictis octabis accipiunt de Communio sanctorum eorum, sicut voluimus.

**UT BONA AD EXECUTIONEM testamentorum deputata, in executionem non transferrantur & de ipsâ executionem contrarium.**

CAP. II.

Primo datum in Provinciali Concilio apud Lensem celebrato, fuit provisâ deliberatione definitum, executorum testamentorum per se vel per alios non posse quaquam sumere, seu quoquo titulo remanere de rebus seu bonis deputatis executioni testamentorum quorum executores existunt, penes certis appoitis in Consilio supra dicto. Verum quia ex hoc plerumque competitus decedentium voluntates executioni debent non mandatas propter avaritiam multorum, qui à testatorum executoribus inscripti, quosdam propriam . . . . . liberationem animarum, qui de ipsorum dilectione & amicitia praetererant plenum fiduciam dum vivebant, nequire praesentes, onus executionem inipudens suscipere in se recusant, ut hinc possint illa quae de bonis testatorum tibi placent hinc habere & retinere emptiois titulo, vel alio quocumque colore contra mentem Consilii memorati. Nos haec fraudibus obvare, & decedentium voluntates executioni debent volentes demandari, distulit in nobis ne quis executor aliquis testamenti coexecutorum suorum eodem testamento inscripto, five executor praedictus onus testamenti in se suscipere, si ve illud duxerit recusandi, aliquis de bonis ad executionem illius qui ipsos executores suos instat, emptiois vel alio quocumque titulo tradere, seu in ipsum transferre, seu traditioni live translationi consentire praesentem. Decretiones contractus super hoc in nos, & traditiones ac translationes bonorum ipsorum taliter factas non tenent; & executores ipsa bona tradentes & taliter transferentes, seu consentientes traditioni & translationi praedictâ, ad restitutionem dupli pro re si tradere vel transferre, in executionem unitatem convertendi auctoritate statuti statim condemnantur.

Gravi nostrarum turbatione movemur, & cum cordis amaritudinè recensimus, quòd nonnulli divini officii manipuli, qui vacatione sui stabilitate pensata, virtutis & honestatis fructus debent producere potiores, per eorum actus improbos splendorem professionis obnubilant, & gestus in compositionis exempli inhonestis & lascivae submanant. Certâ quidem nuper probavimus experientia, & fide didicimus oculatâ, quòd quosdam Clerici beneficiati, & quosdam concludum gravus est, Coraci ac Religiosi nonnulli Clericali modestâ propèdâ sine delecto lacris turpibus miant, ac inhonestis negotiationibus variis se immiscuit: verba Evangelica, quibus Dominus ipse negotiatus de Templo verberatus auferunt expulsi; & Apostolica, quibus ait: *Nemo Deo militans, imphat se negotii secularium*, dissimulatis aure furtis, & quod molèti non modico erit ferendum, dum debent in Ecclesia bonis convenientibus, praesentem sollicitudinem, debitas perolvere Deo laudes cum de vocatione anni & concientiae paritate, praetermissis loco & tempore oportunitas, dicendum ad vandanis & mercatis dicunt lebis horas canonicas synopsis, ut emic fido extranea colloquia & protra, ad negotiationes, quas corde liciant, penitus mente capti. Dum verò sunt in vandanis & mercatis, tabernis frequentant, concellationes sectarum videri p. eorum, & quosdam alios faciunt quae ad praesens duximus silentia commutanda; & quosdam & reddunt secularibus vides, contemptibus & obsequios.

CAP. III.

h. Tom. 1.4.

Sunt autem alii qui laxatis honestatis habentibus, dum per decentiam habitus extrinseci deberent habere & obedire morum intrinseci honestatem, utuntur preter varietatem pannorum suis statum minus congruentem, & bonibus vultum dissolutum cum ornatu & cultu addecensibus. Sicque circumamicti varietatibus incedunt morum, meretricio, scapulis & pectore discooperitis, comam autem & relaxant, longos crines ad modum Laici absque coronae vestigio & tonsuræ ad eorum ignominiam deferentes, dicitur Apostolo: *Utrum qualem si comam natis, ignoramus.* Prædictis & similibus se multipliciter & sæpius involvendo. Quod nec in qualitate negotiorum, nec in vestimentorum forma, nec in coronæ & tonsuræ modo quicquam prævidetur de militæ Clericali. Cum igitur, ut ait Augustinus, incompositio corporis in equalitatem inducit mentis; & in Carthaginensi Concilio caveatur, quod Clerici profissionem suam probare debeant habitu atque gestu, ut gestus gravitas maturitatem mentis ostendat.

Nos attendentes quod tales negligere famam suam, in cujus odore nos convenit delectari, & sacros Canones transgredi non verentur, transgressores hujusmodi & curialitates eorum periculosis & perniciosis exemplo penarum adjectione coartare volentes, monemus tenore præsentium omnes & singulos Clericos nobis subditos, qui in nostrâ diocesi beneficia obtinent, aut in posterum obtinebunt, ut deinceps ablineant à præmissis, alioquin ad excommunicationis penam contra ipsos procedemus, prout iustitia fuerit. Sciantque quod Clerici nunc beneficii obtinentes usque Nativitatem Domini proxime venerant, & qui obtulerint in futurum infra mensem à tempore sibi collati beneficia, assumant habitum Clericalem, & cum deinceps deserant ut teneant. A festo Paschæ Domini usque ad festum Omnisium Sanctorum singulis mensibus nisi ipsos iheremias seu alia causa probabilis excusaret, coronam sibi fieri, barbam & capillos radi seu tondi cum rotunditate debita, & ab inde usque ad festum Paschæ etiam bina mensibus semel coronam radi seu tondi annis singulis facientes. In eos verbò qui quoad tonsuræ, coronæ & barbæ rationem hujusmodi existenter transgressores, seu qui cucupham post lapsum duorum mensium à die hujusmodi monitionis publice deserent in capite, excommunicationis sententiam promulgamus.

Sanè solent plerisque concedi quæ tunc fore nihil pro salute hominum videbantur, quæ demum tendere rependant ad noxam, propter quod ea emendare & temperare studuimus in presenti. Multis etenim literis pluribus personis nobilibus, & aliis tam à prædecessoribus nostris quam à nobis concessas didicimus, quarum auctoritate quibuscumque debus Missas & alia divina officia possint in suis domibus facere celebrari, & eo prætextu, nedum parochialibus in iuribus eorum grandia incommoda immittere non solum sed etiam in alios, quæ parant pericula animarum & quia morum informatum non mittitur, cum sermo divinus populo seminatur in Ecclesiis parochialibus, qui absquebus & non audientibus fructuosus esse nos potest: ordinatio Ecclesiarum ignoratur, quæ ignorantia omnes ligat. Cum ista quæ colenda sunt in honorem Dei & Sanctorum, & coram pœnis publicè solent iudici, non revocantur propter ignorantiam ab eisdem, vel eorum familia, qui dispensant ad parochialem Ecclesiam venire non teneantur; & cum excommunicationis participare non verentur, qui ab aliis evitantur qui mandatorum executionem noverant. Propter quæ & multa alia quæ ad tales gratias modifi-

candas nos inducunt, in hac præsentis Synodo sancti Lucæ statuimus, quod nullus de cetero auctoritate talium licentiarum eadem gratias in gen talibus & tam latam continentium, dicitur Joannis de his novem lectionibus Missas, & alia divina officia in suis domibus vel orationis faciat celebrari, & sine sub penâ excommunicationis, quam in contrarium venientes post mensem, ne facti aliqui prætextu ignorantie se excusent, ipso facto volumus incursum, & domos sua orationis sup. omni ipso facto Ecclesiastico interdico. Statutum autem hujusmodi ad Capellas ad Matricem Ecclesiam pertinetes trahi non volumus vel extendi.

Item statuimus quod nullus Rector parochialis Capellanus, Prioratus seu quævis alia prius in sua parochia existentes seu existens affirmare & attestare præsumat, se unum beneficium propter aliud suis iuribus fraudatorem.

Præterea statuimus quod nullus de cetero dicitur Dominicus & solivus novem lectionum in Capellis, Prioratibus simplicibus, Missas ante horam tertiam audeat celebrare.

Item omnibus Archiepiscopis & Decanis nostre Diocesis præcipimus & mandamus, quatinus omnia beneficia ad nostram collationem pleno iure pertinentia, in suis Archiepiscopis & Decanis existant, nominatus in scriptis nostrâ duos mensis nobis vel Officiali nostro transmittant.

Et de istis statutis quilibet Rector parochialis copiam habeat usque mensem, & exponat quilibet in sua parochiali Ecclesia in generali, ut sic ad notitiam eorum pervenire possit qui per statuta ligentur.

Item cum nullus faciem suam in messem ponere debeat alienam, in hibemus omnibus subditis nostris cuiuscumque dignitatis aut status, ordines seu religiois existant, ne jurisdictionem spirituales contentiosam in quascumque personas religiosas, fiscalisve aut alias quoquo modo, nisi in casibus ad eos spectantibus, exercere præsumant. In contrarium verbò facientes, excommunicationis sententiam promulgamus.

Quamquam omnes & singuli nostri subditi, qui ad nostram Synodum venire teneantur, debeant nostra statuta & prædictiones nostrorum Synodalium penes se habere scripto tenus, ne tamen eorum quicquam hoc omittat, & statutorum hujusmodi ignorantiam præterdere valeat; subditi si dem præcipimus & mandamus, eos & eorum linguam ad hoc canonicè præmonemus, quatinus statuta hujusmodi ad quamlibet nostram & successorem nostrorum Synodum de cetero in quatenus antiquas usas cum novis eis additis habere & integrè decantent, nobisque vel ei quem ad hoc deputabimus patenter ostendant, in virtute obedientie & sub penâ excommunicationis, ad quam contra rebelles mediante iustitia procedemus, nec reputantur sufficienter in Synodo comparere hi qui ea non deferunt, ut est dictum. Si qui verbò ea vel eorum aliqui non habeant, faciant ipsa fideliter iterum transcribi suis sumptibus & expensis. Exemplaria verbò recipient ad hoc ex parte nostrâ posita Andegavis in domibus Joannis Cullant & Thomæ Agellis, Clericorum nostræ Andegavensis Curæ juratorum.

Præterea licet turbatores jurisdictionis Ecclesiasticæ ordinarie cuiuscumque status existant, auctoritate Provincialis Conciliorum sint ipso facto excommunicationis sententia innodati, à quibus nisi condignè satisfactio præstita, cessante saltem mortis articulo, non sint aliquatenus absolventur. Pro ut tamen datur nobis intelligi, nonnulli Sacerdotes secularis & Religiosi potestate sibi permittit damna-

biter abentes, ac etiam quam non habent nequiter usurpantes, excommunicatos hujusmodi factio absolvere praesumit, nulli satisfactione praestita de offensis, in deceptionem & grave periculum animarum, etiam nempe & fraudem, traditorum Conciliorum, ac Ecclesiasticae jurisdictionis deprehensionem immittant. Quapropter omnibus & singulis Ecclesiarum Rectoribus nobis subditis, & eorum loca tenentibus, sub poena suspensionis precipimus, quatinus diebus Dominicis, & maxime in Quadragesimali tempore turbatores hujusmodi demerant, ut praemittitur, excommunicatos. Inimantes quod abique satisfactione laesit & Ecclesiae praestita non mereant absolvi, nec eos reputabimus aliis absolutis: absolutionem autem eorum nobis, & quibus specialiter committimus, quatinus possimus, reservamus ex causa, eam quobuscumque aliis interdicentes expressè.

CAP. XI.

Injungimus vobis Presbyteris, Ecclesiarumque Rectoribus & Capellanis, quatinus singulis diebus Dominicis & festis novem lectionum illos, qui sine excommunicatione quocumque auctoritate, excommunicatos publicè nuntient. Item similiter omnes turbatores jurisdictionis Ecclesiae quomodo libet clam vel palam. Item omnes qui faciunt contra libertates, consuetudines & statuta Ecclesiastica, & hoc videlicet in duobus ultimis casibus auctoritate Canonum & Conciliorum. Item denuntietis publicè in Ecclesiis vestris, quod aliqui & sententia excommunicationis praedictae, videlicet in duobus casibus ultimis, non potest absolvi, nisi nos Andegavensium Episcopus dimittat, & inhabemus ne aliqui absolvat & sententia praedicta. Item quia vobis Ecclesiarum Rectoribus aliis fuerat injunctum, quod in ista Synodo afferretis vobiscum omnia statuta Synodalia & quatenus Synodalia, vobis & vestrum cultibet iterum districte precipimus & mandamus, quatinus statuta & quatenus hujusmodi una cum Concilio Provincialibus in prima Synodo in virtute obedientiae afferatis vobiscum, & procurat quilibet qui non habet, autem transibit, & hoc sub poena suspensionis. Item injungitur sub poena suspensionis vobis Rectoribus praedictis & vestrum cultibet, quatinus nomina excommunicatorum mittat quilibet de sua parochia in septimanam penitentiam Andegavis nos, vel Officium nostrum, & inferatibus, prout ad quemlibet spectat.

CAP. XII.

Moneamus vos omnes & singulos Archidiaconos, & Archipresbyteros & Decanos, Ecclesiarumque Rectoris & Capellanos, Curatos quocumque nomine Ducatus hic praesentes, & vestrum singulos, vobisque & vestrum singulis inhibitionis inhibemus in virtute sanctae obedientiae, & sub poena suspensionis, & quinquaginta liberarum monetarum currentium nobis applicandarum, & in pios usus convertendarum, ne aliqui vestrum recedat ista die nec frequentia de villa Andegavensium, nisi poena licentia & obtenta à nobis vel magistro Petro Vicario Archidiacono Andegavensium, & Mauritio de Snyuzet, Roberto Helye commissariis nostris in hac parte, quos in palatio nostro Andegavensium poterit quilibet invenire: cum istius loquatur vobiscum super aliquibus tangentibus necessitatibus Ecclesiae nostrae, quae per nos vel commissarios nostros praedictos vobis poterit diebus praedictis largiri apparere.

CAP. XIII.

Item vobis omnibus & singulis Rectoribus & Capellanis Curatis praedictis, in quarum parochias sine elemosynarum seu domus Dei ad receptionem seu hospitalitatem pauperum & infirmorum specialiter deputatae, injungimus sub poena superioris declarationis, quatinus unicuique vestrum infra festum Nativitatis Domini proxime venturam nobis, vel Officium

nostro Andegavensium, referat fideliter & subdolo juramento nomen & statum domorum & rerum pertinentiam ad eisdem, & Priorum seu Administratores eorum, ut aditus vestris relationibus in praemissis ordinemus super hoc, & faciamus quod iustitia saadebit.

Item injungimus sub poena praedictis vobis omnibus & singulis Rectoribus & Capellanis Curatis praedictis, quatinus singulis diebus Dominicis festis quae novem lectionum cum Clero & populo congregato ad divina ex parte nostra publicè in vestris Ecclesiis [faciatur] indicari, quod si sint aliqui, cuiuscumque status seu conditionis existant, qui iuste conquiri voluerant de quocumque persona nobis subdita, & potissimè de procuratorum serventibus & aliis, qui tam nostras quam subditorum nostrorum curas frequentant, seu frequentaverunt tempore retroacto, apud sanctam Elemandum in crastino festi Andreae proximo cum diebus sequentibus accedant, & ibidem fiet per nos vel Commissarios nostros, quos faciemus nobis propter hoc specialiter interire, etiam summarè & de plano cultibet iuste consequenti, faciant domino iustitiae complementum. Et ipsi die faciemus extra Synodum injungi Rectoribus, qui non appetaverunt statuta Synodalia & provincialia Concilia, & quatenus Synodalia, quod ipsi in virtute obedientiae ad aliam proxima Synodum afferant & exhibeant, alioquin ipsos sine spe venie puniemus.

CAP. XIV.

CAP. XV.

Sane rem cognoscimus non rectam fieri in hac Andegavensium Diocesi, quam assensus vobis communi sanctione moderi, quoniam calumnias odimus, dolam & tergiversationem averfamur, propterea exanimas legitimas hujusmodi actus egere mediam. Dilectis enim quod nonnulli Clerici parochiam Ecclesiarum Andegavensium Diocesis, aut quisvis alii, de rotulis & registris, in quibus nomina excommunicatorum constituebant, seu conscribit debent ac tenentur, propter favorem, foedes, gratiam ut tamorem scribere & inserere praetermittunt, aut scripsit delent, remouent, aut dum publicari debent, subiciunt seu non nominant, aut aliis dolo vel negligentia obmittunt, aut ita cito legunt quod non possunt audiri, ut sic propter censuram excommunicati non patiuntur ruborem, & ita non timetur, imò potius vilescit Ecclesiastica censura, nec excommunicati à communibus actibus excluduntur. Quibus attentis, nos volentes eorum praevencionibus, veritatis ac malis obviare, in praesenti hac Synodo statuimus, ut quocumque nomen seu nomina quocumque excommunicati de registris seu rotulis in quibus scripta sunt, deleverint, remouerint, seu cancellaverint, nisi prius de absoluteione sibi confiterentur, aut scriptum non legerit, seu aperte non nominaverint, aut scribere omiserint, ut praemittitur, postquam sibi de excommunicationis sententia confiterentur, infra tres dies à tempore praesentationis sententiae, si Rectori aut Capellano fuerit praesentata, si Presbyteri fuerint, in ipsis sententiam suspensionis in hoc scripto firmis, ac ex tunc decreuimus & volumus incuriosos, si dolam vel culpam adhibuerint in praemissis, vel aliquo praemissorum. Et si Clericus vel alius litteratus fuerit, qui circa praemissa vel aliquod praemissorum dolam vel culpam, ut praemittitur, commiserit, ut eos in hoc scripto excommunicationis sententiam promulgamus.

Praeterea interdiciamus omnibus Clericis parochiam Ecclesiarum sub poena excommunicationis, ne procuratores officium publicè & communiter exerceant praesumant, cum in praedicto officio multas calumnias, dolos & fraudes ipsos cognoverimus &

reperimus commisit; qui si contrarium fecerit præsumerat, ipsos privan volumus utroque officio perpetuo in Diocesi Andegavensi, nec in aliqua Ecclesia parochiali vel Curia esse ulterius admissendos.

Præterea sunt nonnulli Rectores, Capellani & Clerici parochialium Ecclesiarum, qui monitione auctoritate iudicium ordinariorum & delegatorum, cum clausula primâ, *Aliquin ipsi quos in his scriptis ex parte &c.* eis directas executioni debent demandandas, qui circa executionem, ipsarum interdictum dolam & negligentiam committere non ventur, interdum propter favorem, sordes aut gratias debitorum, & interdum in odium creditorum, quæ pessimè deducunt in eorum præjudicium & iacturam, & in periculum animarum ipsorum debitorum; ipsi vero monitiones exequi differunt & morantur, assentes debitorum copiam se non posse invenire, qui si nullent, de facili reperire valeant. Et interdum executionem factâ earumdem, eas differunt sigillare, assentes & credentes prædictos debitorum excommunicationis sententiam non posse incurtere, donec literæ monitionum fuissent redditæ sigillatæ; ex quorum dolo & negligentia creditoribus imminet damnam grande, & debitoribus periculum animarum, qui quàmprimum excommunicati decedant, qui reverâ excommunicationis sententiam incurrit, postquam est in monicio facta & nuntiata, & motâ adhiberi in partendo mandatis ex parte ipsorum debitorum, quorum nomina obmittant inter excommunicatos registrare, innotentes eorum erroribus & ignorantis crassis & supinis, qui taliter excommunicatos non reputant innodatos donec literæ fuerit sigillatæ.

Propter quod nos in prædictâ Synodo statuimus in ipsius Rectores, Capellanos & Clericos, aut aliis literatos, qui circa monitiones prædictas faciendas dolum & negligentiam commiserint in posterum, quibus fuerint præsentata, aut qui factis elapsi die quâ monitiones tales fuerint factæ & nuntiatae diliderint sigillare requisiti, aut irregulare inter excommunicatos, elapsi centâ die, suspensionis & excommunicationis sententiam in his scriptis promulgamus, & ipsos Rectores & Capellanos suspensionis, Clericos & literatos excommunicationis sententiam volumus subjacere.

Præterea cum in statuti Synodalibus prædecessorum nostrorum cavetur expresse, quod si qui excommunicati fuerint, & in excommunicatione persevererint per duos menses aut per annum, auctoritate Concilii quod uxor & familia sunt Ecclesiastico supplicio interdictio; & licet tanto tempore plures in excommunicationis sententiâ persevererint, in quodâ familia est interdictio supplicia Ecclesiastico, volumus & mandamus quod ad Ecclesiam & divinum officium non admittantur aliqui de familia durante interdictio, quamdâ principali domus fuerit excommunicationis sententiâ innodatus. Nec similia ad Ecclesiasticam se possint, nisi cum eis per nos duxerint fuerit dispensatum.

Præterea interdum omnibus Archiepiscopis, Archiepiscopis & Decanis, ne super interdictio valeant dispensare, cum super hoc non est eis permilla facultas.

Præterea sunt nonnulli qui dant & passant memorialia, quæ à quibusdam . . . nisi ab his memorialia cum executione recipientur, & in eis contra debitores seu eos passantes hæretur sententia suspensionis seu excommunicationis, si termino inter

partes convenio & in memorialibus contento deberent debitores vel tri in completo vel solvendo quod in prædictis memorialibus reddere & solvere promittunt; ita quod elapso termino sunt excommunicati prædicti passantes propter motam quam faciunt de reddendo & solvendo quod promittunt in termino confictio. Verum qui cognoverint quod multi tales & talia passantes, & non compientes modo & formâ in prædictis memorialibus contentis, excommunicati sunt, nec prædictam excommunicationis sententiam vitentur. Et qui dum post terminum satisfaciunt creditoribus, quibus talia memorialia passaverunt, abolitionis beneficium impetrare non curant, sed in excommunicatione quandoque morantur, credentes quod postquam satisfecerint vel memorialia receperint, non sit eis beneficium abolitionis necessarium; propter quod volumus & mandamus quod iudices & passatores memorialium prædictorum, recipientur iuramenta ab eis creditoribus quibus dantur & passantur memorialia, quod termino elapso portabunt & exhibebunt Rectori Curato illius qui passavit, ad registrandum ipsos inter alios excommunicatos, nisi ante terminum gratiam vel dilationem termino locoutem conferret debitor; & volumus quod Notarii qui scripserint dicta memorialia, de iuramento fiant & de modo.

*Explicium Statuta Synodalia.*



## ORDINATIO

*Facta per Prælatos pro Clericis conjugatis & non conjugatis.*

SACRA approbatione Concilii Rochomagenis provincie super apud Fontem Andemarum in celebrato Decollationis beati Joannis Baptistæ, anno Domini M. CC. LXVII, fervente Domino celebratis, vobis universis & singulis districtè precipimus & mandamus, quatenus in singulis Parochiis & locis publicis vobis subdicos monentibus diebus Dominicis aut festivis solemnitatibus, tribus à se distantibus, Clericos non uxoratos, etiam uxoratos, ut à negotiis secularibus exercendis absterneat & maxime in hiis diebus quodque consueverunt deferant & habeant Clerico congruentem, auctoritate nostrâ solemniter se publice nuntiantes.

Quod si tertio à vobis motis ab huiusmodi non respuerint, Clericos non conjugatos, dum illi se immiscuerint quomodò de suis facultatibus, status & consuetudinibus patrie subiaceant, Ecclesia non defendet. Circa conjugatos huiusmodi aquanimiter tolerabit, quod domus seculares ab ipsis justis debeat, velut ab illis exigant, & servita consueti. Denique si post præmissa monitiones aliqui Clerici in apostasia teneant & habitus clericatus permanent, ac serviti suorum status se immiscuerint, & contigerit quod pro suis excessibus à secularibus iudicibus capiantur in criminibus comprehensum, non precipiemus eos per centuriam Ecclesiasticam liberari.

Item, precipimus ut per singulas Ecclesias nomenur Clerici & Crucifigati, ne licetis Apostolici vis vel Legationis sedis episcopi, aut aliorum iudicum sibi quatenus abstantur, festuri quod nos & alii Prælati sollicitudine quâ convenit vigilabimus contra huiusmodi abusives, ut excessus eorum non remaneant impuniti. Actum & datum ut supra.

# CONCILIUM SENONENSE,

PRÆSIDE GUILLELMO ARCHIEPISCOPO,

CELEBRATUM PARISIIS IN DOMO EPISCOPALI

ANNO M. CCC. L.

**I**N nomine Domini, Amen. Universis presentes litteras inspecturis, GUILLELMUS misericordie divinae Archiepiscopus Senonensis salutem in eo qui est omnium vera LUX. Pastoralis cura sollicitudinis nos invigilare & intendere, ac vacare subditorum nostrorum commodis, & remediis, ac tranquillitati, quieti, prosperitati, & paci; eorundemque subditorum periculis & incommodis obviare, animarum ipsorum saluti providere, scandalaque remove, & deformatam reformationi proficere sollicitas & compellit: hoc est quod profecto desideranter exquirimus, & ad id mentis nostre sedulo destinamus affectum. Ea propter reperit per nos aliis tam visitando nostras Dioccesim & Provinciam, quam alter multis casibus & negotiis totas Dioccesim & Provinciam nostras; ac statum ipsarum tangentibus seu concernentibus: audis etiam & intellexit tunc & abbas, necnon in Concilio, de quo infra sit mentio, pluribus oppressiombus, malis, gravaminibus & injuriis, quae quotide nobis ac nostris subditis inferuntur. In quibus & aliis excessibus iustitia leditur, prorogatur iniquitas, & universi Cleri decoloratur honestas, tam per usus literarum falsarum, & abusum etiam literarum, quam per vocaciones, seu citationes, captiones, & detentiones Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum, ac suorum bonorum modicum; necnon secularium illicitas & indebitas exactiones seu extorciones, & totas jurisdictiones Ecclesiasticas perturbaciones, ac immunitatis seu libertatis Ecclesiasticae infractiones, seu violationes: & per inhonestos gestus, habitus, & mores pravos ac regimina mala ipsorum Clericorum, & ipsarum personarum Ecclesiasticarum, ac etiam Religiosorum: & circa divorsorum celebrationes ac per alios multos modos, quibus hec aliis subreptis sit in parte provium tam per sacras canonicas, quam provinciales, etiam & publicatas in provincialibus Conciliis sanctiones. Quae tamen nulla sanctio quantumcumque perpeno digna consilio ad humane naturae varietatem, & machinationes (quae inopinabiles sufficit, & peccatum quod velle) ad id aliquod certum clarumque statum, quam ex oculis emergentibus quibus quae & statuta jam facta me, deti non possunt, in dubium revocatur: quae etiam ab adolescentia viri proclivis ad malum sensuality humana declinat, per quod morum subvertio in Clero & populo frequenter obrept; & necessaria est superioris auctoritas, ut per cultores providi seculari existeret vna, veritates inserat, excessus corrigat, scandala seu periculis & incom-

modis obviet, subditis providat, morisque reformet.

Hinc est quod nos GUILLELMUS praedictus cupientes adhibere super his, prout ad nos pertinet, remedium opportunum, Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, die Mercurii post Dominicam qua coelestatur *Lazarus Jerusalem*, videlicet quartâ decimâ die mensis Martii, consumuât de die in diem, à die Venetiis praecedenti in nostro sacro provinciali Concilio, unâ cum venerabilibus fratribus Suffraganeis nostris, B. Parisiensis, P. Autissiodorensis, J. Meldensis, J. Trecentis, & B. Nivernensis Episcopis, ac Vicariis, & procuratoribus venerabilium Fratrum Suffraganeorum nostrorum Carnotensis & Aurlianensis Episcoporum, ceterisque personis Ecclesiasticis nostrarum intercedis & provinciae, quae potuerunt commode intercedi ad ordinandum, statuum, & reformandum ea quae essent ordinanda, statuenda, etiam reformanda, celebrato Parisi congressu, eodem approbante Concilio statum & ordinum sacras constitutiones canonicas, & etiam provinciales circa praemissa editas, & alius in Concilio provinciali publicatas, esse involuntate observandas, sub penis in eisdem contentis. Et insuper quod contrarium facientes, seu eas non servantes, per suos superiores ordinarios iudices Ecclesiasticos, penâ arbitraria puniantur.

Verum quia ex dictis provincialibus constitutionibus, & aliis iamdudum in provincialibus Conciliis publicatis, nullas aut raras fructus, seu profectus proveit, quae forte ad multoquod notitium non venierant, seu propter hominum labilem memoriam, vel propter Conciliorum raritatem, seu etiam paucitatem, aut propter tempora longinquitatem seu distatutatem; omnes constitutiones praedictas provinciales, & ceteras in aliis provincialibus Conciliis publicatas, eodem approbante Concilio renovamus, & volumus eas quae etiam per vnum scriptoriam erant male scriptae, & reliquas quae sequuntur, in hoc legi Concilio & etiam publicari. Statuentes quod in Concilio provincialibus quae sicut de cetero legantur ac etiam publicentur; quodque nostris omnes Suffraganei, Abbates, Praefatos Conventuales, & etiam Procuratores Capitulorum, ipsas omnes recipiant & habeant citius quam poterant, ac in suis Synodis, Curis, Conventibus & Capitulis legi & publicari faciant & procurant. Ceterum quia quae generaliter omnino dicuntur, non aliqua specialiter exprimentur, neglecti videntur, quodam de dictis provincialibus constitutionibus, quarum

a In nomine ] Concilium hoc anno 1346. celebratum dicitur infra, acque ad verum esse arbitratur est Acherius: sed hoc deinde movit BARNON. Anno 1346. Guillelmus eodem anno 1346 Archiepiscopus. Praeterea anno 1346 Synodus ista habita est, Dominicae Lazari facta die 11. Martii. Quod anno 1346. non potest, cum in anno Domini. ca. Lazari veniens 30 Martii. Probabilis ergo est habitum

uisse hanc Synodum anno 1350. quo Dominica Lazari facta die 11. Martii.

b quod supra ] An quod supra Saris vulgata lectio fieri non potest. In Senon. Concilio an. 1346. infra: ac aliquod ante eorum statumque sua statum.

c B. Parisiensis ] In hoc Synodi legitur G. Parisiensis.

aliqua fuerunt facta per bonæ memoriæ Dominum prædecefforem & patrum noſtrum dominum GUILIETMUM, quibufdam verbis aditâ & detractâ hic duximus ſpecialiter ſub hac formâ expreſſandas, & etiam inferendas.

CAPUT PRIMUM.

**C**LERICI, & perſonæ Eccleſiaſtici, laicos inſeſtos opâb tradit antiquas, quod & præſentium experientia temporum manifeſte declarat, dum ſuis finibus non contenti oriuntur in vetitum, ad illicita fræna relaxant, nec prudenter attendunt quid ſit eis in Clericos & perſonas Eccleſiaſticas interdicta poteſtas. Nihilominus ipſos & ipſas de die in diem capi, ſeu capi facti iuſtitia ſeculari, & captos ſeu captas in priſonem ſeu carcerem detruat, ſeu detruat detinet, ſeu detinet, & quod grauius eſt, conqueſt ſeu conqueſti, ultimo ſupplicio tradit, ſeu etiam tradi faciunt præiudicium iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſeu libertatis ejuſdem. Nos igitur talibus iniquis actibus obviare volentes, ſacro approbante Concilio ſtatutum ac etiam ordinamus, ut in contingat Clericum ſeu perſonam Eccleſiaſticam in villa, ſeu caſtris, aut locis diœceſis & provincie Senonenſis capi per iudicem ſecularem, ſeu detineri, vel ultimo tradi ſupplicio, Iudex requiritur, ſeu monetur de reddendo eundem Clericum, ſeu illam perſonam . . . . . ipſius, ſeu iudici Eccleſiaſtico non reddiderit, ſeu reſiſterit, vel reddere aut reſiſtere noluerit, ſeu recuſaverit, aut plus debito dilataret, in ſua malitiâ perſeverans ceſſetur à divinis, celebratioque divinarum, ac divinarum laudis, organa . . . . . dictis villa, caſtris, ſeu locis quomodo detineatur, ne dum in illa Eccleſiâ inſerâ cujus fines detinetur, ſed etiam in aliis Eccleſiis in dictis villa, caſtris, ſeu locis, ſi plures Eccleſiæ ſint ibidem; necnon in parochiâ in qua huiusmodi Clericum, ſeu perſonam . . . . . aut transferri contingerit, & etiam in parochiâ ſeu parochos, in qua ſeu quibus capiens, ſeu detinetur, aut ultimo ſupplicio tradens, capi, detineri, aut ultimo ſupplicio tradi faciens, vel procurans morabitur, ſeu habeat domicilium, aut . . . . . alios quibuſcumque, quomodo in Eccleſiâ præſens erit, quouſque huiusmodi Clerici ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ fuerit facta reſiſtatio debua, ſufficiens, integra & perfectâ. Quod & ad Religioſorum Eccleſias & Monaſteria in dictis villa, caſtris, ſeu locis conſiſtentes ſeu conſiſtentes, & ad alias Eccleſias ejuſdem contiguas extendi volumus; ne ſi in quaſdam & non alias ceſſaretur, ceſſationis & ſuſpenſionis huiusmodi interdictio valeat vâpenſis, & prædictas ceſſationes ac ſuſpenſiones auctoritate præſentis Concilii ab omnibus tam exemptis quam non exemptis, cum de iure ad hoc etiam teneantur, volumus obſervari. Et nihilominus præcipimus & mandamus, ut Curati tales capientes, detinentes, transferentes, ſeu ultimo ſupplicio tradentes, capi, detineri, transferri ſeu tradi ultimo ſupplicio facti ſint, ſeu etiam procurantes, excommunicatos à Canone denuntient publicè ſingulis diebus dominis & feſtibus in Eccleſiâ eorundem.

CAPUT II.

**P**reterea cum ſit certum eos, qui ſubjectis veltibus proprio conventibus Ordinis, alias aſſumere & in publico portare, rationabili cauſâ creſcente præſentium, ſe iniquos reddere prærogativâ alius Ordinis profitorum; ſtatutum provinciale per dictum dominum Guillelmum factum, prohibens

Clericis beneficiatis & Presbyteris uti publicè caligis rubes, viridibus, ſiccatis, . . . . . & coman nutire, barbâve prolixam; ſeu tonſoriam inhonoriâ, aut à parte exteriori almus de cendeto, ſeu de veluto deſerre, imponens penam privationis medietatis diſtributionum, quantum ad beneficiatos poſt monitionem canonicam . . . . . ſuſpenſibus, & aliis arbitramur, eodem approbante Concilio extendimus ad Clericos beneficiatos, & Religioſos in Eccleſiâ ſeu locis ſuorum beneficiarum, vel Monafteriorum, & ad Presbyteros ſtentes palam per vias incedendo veſtibus fronsiſtis, unium ſiſtis . . . . . capibus, aut capellis ſuper caput, vel talis; & corrigis inſolentis, ſeu annulis in manibus, aut ſotalaribus ad bouctas argentatis, ſive longis manicis vel comenis. Item ut uniformitas in almocis beneficiatorum de quibus ſuprà . . . . . proviſione Concilii duximus ſtatuentium, quod Canonici Cathedralium & Collegatarum Eccleſiarum utantur almocis nigris, forraris minus varis; & alii Beneficati in dictis Eccleſiis, etiam nigis, non tamen forratis manibus varis, ſed à . . . . . proviſione medietatis diſtributionum, quantum ad Canonicos, & quod alios penam arbitramur, ipſo feſto beate Mariæ Magdalenæ proximo imponentes.

CAPUT III.

**I**tem cum per dictum Dominum Guillelmum in provinciali Concilio ſtatutum fuerit, quod ſi excommunicatus & aggravatus auctoritate ordinari per annum ſic ſeterit, & maneat in ſiſtrâ tres menſes continuos poſt dictum annum factus ſe abſolvi, hoc non licet, ex tunc contrâpſum ut ſupradictum de hæreſi procedatur. Et in quodam conſtitutione canonicâ, publicatâ in quodam Concilio de aliâ, cavetur quod ſi ſuſpectus de hæreſi, vocatus ut de ſiſte reſpondat, excommunicationem in eum latam, pro eo quod parere ſubterfag, aut contumaciter ſe abſentat, per annum ſuſtineat, velut hæreticus condemnatur.

CAPUT IV.

**E**T inſuper quod Ordinarii poſſint capere ſeu capi facere hæreticos, ſeu de hæreſi ſuſpectos, & etiam iudices ſeculares, ſeu domini temporales ex parte Ordinariorum ſuper hoc requirit, eos capere ſeu capi facere teneantur ſecundum legittimas & canonicas ſiſtiones. Eodem approbante Concilio ſtatutum, quod ſi dicti iudices ſeu domini ex parte Ordinariorum ſuper hoc requirit eorundem hæreticos, ſeu de hæreſi ſuſpectos, iſta tempus ab Ordinariis præſentium capere, ſeu capi facere cum poſſent, & captos reddere dilataret, ſeu recuſaverint aut neglexerint, excommunicati ſint auctoritate facti provincialis Concilii, abſolutione, præmiſſâ ſiſtitione, Ordinarius reſervata.

CAPUT V.

**I**tem cum ad ea que ad certum uſum deſtinata ſunt, ad illam debeant, non ad aliam converti; & in ſtatuto provincialibus continetur, quod ea que legantur, vel debeantur ad emendos redditis, illi ad quos pertinet recipiant à detruatis, & deponant ut utilitatem Eccleſiarum convertenda, nec in uſus Sacerdotum proprios revertantur. Nos eodem approbante Concilio ſtatutum huiusmodi decernimus ſic, quod huiusmodi debita vel legata in quodam arcâ in Eccleſiâ opponantur, cujus arcæ unam clavem habeant Decanus Chriſtianitatis,

De immunitate Clericorum, ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum.

De habitis Clericorum.

Quid eſt excommunicatus iſtate agendi

Contra hæreticos.

Legata Eccleſiæ non alio ſiſtente approbata

Archiepiscopus vel Sacerdos, & alium Matriculam seu Privilegium; quodque citatis quomodo poterit fieri, in redditibus, vel aliis secundum Diocesanos arbitram conventantur.

## CAPUT VI.

Item cum in statutis provincialibus caveatur specialiter & expresse, quod illi qui ad provinciale Concilium venire tenentur, si propter impedimentum canonicum remaneant, si exculent per idoneum iuratum literatorem delinquant, qui possit facere fidem per iuramentum de impedimento canonico; super quo etiam debet habere mandatum; quodque litera aliquorum in Concilio unilatensium admittantur, nisi scribant cum obedientia debita. Nos statuta huiusmodi innovando, ipsam taliter declaramus, quod in procuratoris sic scribatur: *Reverendo in Christo Patri ac Domino, Damiano, &c. recomen latorem & obedientiam debitam, cum omni reverentia & honore.*

## CAPUT VII.

Item cum per literas citatorias de Regibus multi quandoque veniantur indebiti & iniuste, nos sacro approbante Concilio statimus, quod litera huiusmodi non transeant, nisi continetur in eis, quod pars impetrans, vel Procurator suus fidem per iuramentum, vel alia fecerit contracta, & legitimum Officialis, si u eius locum tenentis, cum sigillo Curie in eis sit appensus.

## CAPUT VIII.

Item eodem approbante Concilio precipimus & etiam ordinamus, quod Priores, & Ecclesie parochiales, in quibus non sunt sufficientes redditus, uniantur iuxta canonicas sanctiones; quod & per Diocesanos presentatis, per quoscumque personas Ecclesiasticas presentandi ad aliquas Ecclesias ipsas habentes, de proventibus Ecclesiarum huiusmodi portiones debite assignentur, prout & secundum quod in sacris constitutionibus Canonice super hac re cetera continentur.

## CAPUT IX.

Et insuper, quod antique constitutiones, & novae canonice tam in antiquis decretalibus, quam in Clementinis in titulo de Religiosis domibus lituraz, mentionem de xenodochis, leprosis, & elemosynariis facientes, inviolabiliter ac integre observentur.

## CAPUT X.

Item sacro approbante Concilio inhibemus Abbatibus, Prioribus, Curatis & Beneficiatis aliis, ne permittant Monasteria sua, vel Ecclesias, seu domos tuere, aut hereditate inculca remanere; & si non possint in totum referre vel colere, statimus & etiam ordinamus, quod saltem quolibet anno ponant in refectione & cultura huiusmodi aliquam partem, Diocesani arbitrio limitandam, que per depositum ad Diocesano in refectiones & cultura huiusmodi convertatur, nisi ad reparaciones, vel necessitates predictas aliis tenentur.

## CAPUT XI.

Prohibentes etiam Prelatis Regularibus, ne Priores, Ecclesias, Administrationes, aut Beneficia ad eorum dispositionem spectantia, que non sunt de mentis sua, sed specialiter Priores, Administrationes seu Rectores consecraverint habere, applicent mentis sua, vel pensiones veteres auferant, aut novas eis imponant; ipsique precipimus, quod si in contrariam ad statum pristinum reducatur. Et nisi mox per Diocesanos hoc fecerint, per eos arbitrarij puniantur; & nihilominus attentata secus, in statu debito reponantur.

## CAPUT XII.

Item eodem approbante Concilio precipimus & etiam ordinamus, quod Constitutio Clementina in titulo de Iudicio pona, qua cavetur, quod in casibus matrimonialibus usurarum, & decimarum, ac quibusdam casibus aliis ibi expressis, & eas quoque modo contingentes, summarie, simpliciter, & de plano, ac sine litibus & figura iudicii procedatur, uniformiter ab omnibus observetur, preteritum quando Curati, vel viri Ecclesiastici habent super hac litigant. Quodque ad tertiam & integram prelationem decimarum sine deductione aliquo tabulis faciendam illi, qui tenentur ad eas, mentione premissa, per censuram Ecclesiasticam compellantur; & ut libentibus hoc fecerint, constitutionem priusam sitam in titulo de Decimis libro sexto, hic duximus publicandam, & etiam inferendam, que fratribus & predicantibus & Minoribus dirigunt, per hunc modum: « Instructio vestre mandamus, districte inhibentes, ne talia, que audientibus à decimarum, vel aliarum rerum Ecclesie debitorum solutione tetrahant, vel alias animos contumptant audientibus, in sermonibus vestris, vel alibi de cetero proponere premissa; & quomodo verbo & opere infortis eisdem ad ad solutionem predictorum proprie voluntatis animo sint intenti. »

## CAPUT XIII.

Item auctoritate dicti Concilii precipimus, quod observetur inviolabiliter ordinatio facta per sancte memorie Joannem papam vicinum secundum, de dicendo ter Ave Maria tempore seu hora igniteque in qua ordinatione conceditur certa indulgentia decantibus ter Ave Maria, dictis tempore & hora, & cum hoc ipso sacro approbante Concilio, omnibus tunc orantibus pro statu prospero Ecclesie & Regni, ac pro pace, Dominis Rege & Regina, libertique ipsorum, ac decantibus tunc *Pater noster* & *Ave Maria*, concedimus indulgentiam que sequuntur; videlicet singulis diebus auctoritate nostra triginta dies, & quolibet Suffraganei viginti dies in provinciis Senonensi.

In quorum oratione & singularum premissorum testimonium sigillum nostrum, una cum dictorum Suffraganeorum nostrorum presentiam sigillis, huiusmodi litteris duximus apponendum.

Datum & actum in domo Episcopali Parisiensis, anno & die predictis. ....

G. Parisien. P. Autissiodorens. J. Meldens. J. Treverf. B. Nivernens.

Restum Priorem, & aliorum Beneficiorum non sibi inferiorum Prelatis.

D. Martiniano, ut supra, & cetera.

Infulgentia in reformatione filiorum Anglie.



## CONCILIUM SENONENSE,

ANNO DOMINI M. CD. LXXXV.

PRÆSIDE TRISTANDO DE SALAZAR ARCHIEPISCOPO,  
CELEBRATUM.*In quo Constitutiones Concilii itidem Senonensis, an. Dom. M. CD. LX. congregati  
sub LUDOVICO de Molidano TRISTANDI decessore, innovantur,  
nonnulla immutantur, pauca adduntur.*

**I**N nomine Domini, Amen. Univerſis præſentes litteras inſpecturus, TRISTANDUS miſeratione divini Senonenſis Archiepiſcopus, ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Suſcepti paſtoralis officii cura ſollicitat ſubditorum compendii, in quorum proſperitate proſperamus, & amaram ſaluti jugi attentione cogitationis attendamus; quatenus à nobis excuſſo negligentie ſomno, noſtrique cordis oculis diligenter vigilantibus, eorundem ſubditorum periculum & incommodum obviare, animarumque ipſas Deo lucrificare ſua nobis cooperante gratiã valeamus. Sed cum plures non ſecurius incedant, fortius reſiſtant, facilius operentur, & in eo jocundius exultentur: ad hæc facta inſtituta ſunt Concilia, ut in Eccleſiã unitas animorum concordia, & vitæ puritas ordine debito conſervetur. Quod ſi per ſubvertiones morum, illicetbas vitiorum, & divinationum tranſgreſſionem præceptorum hæc impediri vel turbari contingat, dignum eſt, ut ſacris Conciliis ſummã cum diligentia & ſollicitudinis ſtudio reformentur, reparentur, & emendentur. Itaque ſi nunc ſtatum Eccleſiaſticum rectè conſideremus, ipſum multimodis contaminatum, & à ſanctiſſimorum Patrum traditionibus errantem invenimus. Et licet aliis tam per ſacras canonicas quàm provinciales ſanctiones ſubriter ſit proviſum; quia tamen nulla ſanctio quantumcumque perpenſo digeſta conſilio ad humane nature varietatem ſufficit; nec aliquid adeo certum clarumque vix ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus, quibus jura & ſtatuta jam facta mœdri non poſſunt, in dubium revocetur, neceſſaria eſt Superioris auctoritas, ut per cultoris providi ſaculum exſtatet vita, virtutes inferat, exortus eorrigat, moresque reformet. Hæc eſt quòd nos TRISTANDUS prædictus exponeſ ſuper his, quantum nobis ex alto conceditur, oportunitate adhibere remedium, in noſtro ſacro provinciali Concilio die Sabbati vicetiſimã tertiã aſſentis Junii, cum continuatione dierum ſequentiſ anni Domini milleſimi quadringentiſimi octuagetiſimi quinti, unã cum venerabilibus Fratribus noſtris Dominis AGILONE Carnotenſi, Suffraganeorum noſtræ provincie Decano, JOHANNES Autiſiodorenſi, PÉTRO Nivernenſi, JOHANNES Meldeniſi, & JACOBO Trecentiſi Episcopis; ac Vicario & Procuratore venerabili Fratre & Suffragane noſtro Domino FRANCISCI Episcopis Aurdanenſis, venerabili etiam Fratre & Suffragane noſtro Domino LUDOVICO Parisienſi Episcopis eo contanteſter abſenteante, & pro-

contanteſte de eorum Fratrum noſtrorum conſilio à nobis reputato: nonnullisque Abbatibus, Prioribus Conventualibus, tam Cathedralium quàm Collegiarum Eccleſiarum Procuratoribus, ceterisque quamplurimis Eccleſiaſticis tam ſecularibus quàm Regularibus, exemptis & non exemptis noſtrorum diocetiſ & provincie Senonenſis, qui tam de jure quàm de conſuetudine potuerunt & debeant intereſſe, nonnullis tamen licet debet convocatis nimirum comparentibus, nec pro ſe mitentibus ad ordinandum, ſtatuum, & reformandum ea que eſſent ordinanda, ſtatuum, corrigenda, & reformanda; celebrato in noſtra civitate Senonensia congregatiſ.

Eodem approbante Concilio ſtatuum & ordinavimus ſacras conſtitutiones canonicas, & etiam provinciales; cuius præmiſſa in poſtremo provinciali Concilio per deſunctam bonæ memoriæ Dominum LUDOVICUM immediatum prædeceſſorem noſtrum, in dictã civitate Senonenſi die Martis poſt Dominicam diem, quã in ſancti Dei Eccleſiã pro Miſſæ officio cantatum exiſtit *Remanſere*, tertii menſis Martii, enim certarum aliarum inde ſequutarum dierum continuatione, anni valebit Dominum milleſimi quadringentiſimi ſexageſimi celebrato, ordinato & factò, publicatas & editas in eodem noſtro ſacro præſenti Concilio fore publicandas, & ab eã voce legendas, quas ne fraudatæ obſcuri à memoriã evellat, vel exeat, hic propriis duntaxat & juſſimus inferendas vocabuli.

**I**N nomine Domini, amen. Univerſis præſentes litteras inſpecturus, LUDOVICUS miſeratione divini Senonenſis Archiepiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Proviſualis ſollicitudinis cura noſtris incumbens humeris, non ſolum pro merito apud Deum conſequitur, verum ne de torpore, deſidia, aut neglectu villicationis noſtræ in die tremendi judicii arguamur, noſtrum exiſtat officium, ut quantum cum ſupremo direttore poſſimus, ceteris quibuſcumque poſtpoſitis, ſicuti provincialis greſſus nobis commiſſi paterno intendamus iſſectu, & devotus quæque in vum, deformata in formam, & morum obſcuritate vito in ſplendorem reparentur antiquum. Quatenus enim auctoritate provinciali Concilio, quæ à Chriſto, ſacroque Apoſtolorum collegio ſumferant exordia, reſurgant; veritas que ſe ipſam in medioſtare poſſinet, & dicat, eſtende & manifeſtat. Quæ ſi reſortat temporibus, malitiam

Ratas habet  
conſtitutiones  
& reſcriptio-  
ne ſuo Ludo-  
vico editas  
an. 1686.

Conſtitutio-  
nes Synodi  
Senonenſis  
ſub Ludovi-  
co.



dierum, vortiginibus guerrarum exigentibus, minus per eorum celebrationem in notitiam rediit fuerint vel effugium, nunc impedimentis celestis dono cessantibus, & ea venerati & colere ad Dei laudem, animarumque salutem, ac viciorum extirpationem, decreverimus.

Præfatio igitur per nostras patentes literas termino ad diem Martis post Dominicam diem, quæ in sanctâ Dei Ecclesiâ pro Missæ introitu *Remissere* cantatum est, tertiâ mensis Martii hujus anni Domini millesimi quadringentesimi sexagesimi mense gallicano, cum continuatione dierum sequentium, usque ad hanc presentem distinctionis diem. Quæ die, seu sub eâ dependente & continuatâ, eorum de causis rationabilibus nos ad hoc monentibus, videlicet die Jovis inde sequente, quæ fuit quinta prædicti mensis Martii, post presentationes & communicationes cum venerabilibus fratribus & suffraganeis nostris inferius descriptis, diei diei Martii & Mercurii sequentis præhabitis, Patrum & prædecessorum nostrorum, in consimilibus salutaribus insequentibus vestigiis, in presentia dierum Fratrum & Suffraganeorum nostrorum, videlicet MILONIS CATONENSIS, Decani Suffraganeorum nostrorum, GUILLIELMI Parisiensis, JOHANNIS Nivernensis, PATAI Autissiodorensis, JOHANNIS Meldensis, & LUGOVET Trecentis, Dei gratiâ Episcoporum; necnon venerabilis & discreti viri Domini STEPHANI Plaisance, utriusque juris Doctoris, venerabilis fratris etiam & suffraganei nostri Domini THEOBALDI Dei gratiâ Autelaensis Episcopi debet excusati Procuratoris; nonnullorumque Abbatum, & Piorum Conventualium, ac Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum Procuratorum; plurimorumque virorum Ecclesiasticorum tam secularium quam regularium, exemplorum & non exemplorum in magno & notabili numero, tam pro se ipsi quam aliorum absentiam convocatorum Procuratorum, nonnulli tamen licet debet convocati minime comparuitibus, nec pro se mittentibus. Misique de sancto Spiritu cum devotis orationibus atque prostrationibus, per nos in nostrâ Senonensi Ecclesiâ devotissime celebratâ, ac solemniter Dei exhortatione ad reformationem salubrem hujus nostre Provincie præhabita, ad locum pro dicti Concilii celebratione designatum congruo ordine accedentibus, & in eo juxta morem Patrum in locis ordinatis, absque casualiumque dignitatis eorum prejudicio sedentibus; absentibus, qui citati fuerant debet evocatis, & eorum absentia, Dei repleta presentia; iterum in eodem loco expositione & declaratione, de auctoritate & institutione Conciliorum provincialium, de necessitate & utilitate eorum, de modo procedendi in eis scriptis habita atque factâ, ac libertate omnibus concessâ atque datâ, ut quæcumque contrigena vel emendanda in statu Ecclesiastico cognoscant, plena cum libertate, solum Deum habentes præ oculis, in medium suo ordine deducerent, habentes animum liberum atque rectum. Visique & auditis, & verbo atque scriptis nonnullis variis consultationibus, consiliis, tractatibus, & advisamentis, per viros expertos & doctos traditis & expositis, lectisque in publico prædecessorum nostrorum in consimilibus provincialibus Conciliis, ordinationibus, & statutis, ut ordinatis & convenientibus omnia determinarentur, ferrent & concluderentur absque consensione quâcumque, quatuor principalia per dies versus tractanda censuimus. Primum de Dei reverentia atque cultu, & de divini servitii celebratione sincera & devota; in quo præcipuo consistit vocatio & conversatio Ecclesiastica, & in quo summè consistit salus nostra. Secundum de correctione morum

virorum Ecclesiasticorum, & de eorum conversione, vitiis, vitâ, moribus, & doctrinâ. Tertium de fidei administratione, & bonorum temporalium conservatione, eorumque sincera & debita distributione. Quartum opprobriis & gravamina Ecclesiæ & vici Ecclesiastici illata, & inferenda, Domino dirigente persequenda. Nos igitur in hac sanctâ Synodo favente Altissimo divina gratiâ congregati ad reformationem domus Dei, & salutem gregis Dominiaci, morum reformationem, & pacem Ecclesiæ nostre provincie, pro viribus juxta ex nostri officii debito intendere, & solerti vigilare cupientes, cum consilio, deliberationeque, ac voluntate omnium nostrorum pariter & assensu, statuerimus & ordinamus statuta & ordinationes quæ sequuntur.

## ARTICULUS PRIMUS.

### CAPUT PRIMUM.

*De modo celebrandi servitium: de assistentiâ monasterium.*

**L**IBET antiqua Patrum traditio, ac sacrorum Conciliorum, Summorumque Pontificum canones & salutaria decreta, & Conciliorum provincialium statuta, modum & formam, & qualiter in domo Domini conversandum sit, verbo patet & exemplo posterioribus reliquerunt, & salubriter in Domino providentur; quia tamen ipsâ experientia docent in neglectam, oblivionem, vel contemptum nostris, proh dolor! temporibus collapsa sunt, dignum vitium est in præmissis, tum antiquorum innovatione, tum novorum editione præceptorum, ad perpetuum rei memoriam piam adhibere medellam. Cum igitur quæ à majoribus constituta sunt, majori semper auctoritate firmantur, & fœniculis tripliciter de difficultate rumpantur, volentes & cupentes, in sanctâ & salubri ordinatione & constituto sacri generalis Balienensis Concilii per Prælatos totius Regni, pariter & Delphinatus, Burgundie acceptata decernent circa divini celebrationem servitii, in cantu, prolatione, determinatione horarum, assensu & honestate ministrorum, quæ in fluctuantem & neglectam à multis deducit est, sub ipsius auctoritate generalis Concilii congregatos, etiam Burgundicis ac hujus nostri ordinatio Concilii debet publicetur, & fideliter observetur. Illam inter cetera hujus provincialis Concilii decreta duramus intendendam, cujus tenor sequitur & est talis:

Si qui Principem sæculi rogaturus habita beneficio, gestu decerne, prolatione non præcipi, sed distudâ, attentâ quoque mente seipsum ac verba fœdus componere, quanto diligentius in hoc loco sacro Omnipotentem oraturus Deum, hæc omnia facere curabit? Statuit igitur hæc sancta Synodus, ut in cunctis Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, horis debitis, signis congruis pulsatione præmissis, laudes divine per singulas horas non curiam ac festinantem, sed tractam & cum passâ decenti, præsertim in medio casualiter versibus psalmodiarum, debitam faciendo inter solemne & feriale officium differantiam, reverenter ab omnibus persolvatur. Horas canonicas dicitur: cum tunica talari & superpellicia mundis ultra modum tibus longis, vel capis juxta temporum & regionum diversitatem, Ecclesiis ingeduntur, non capitis, sed almicia vel bireta timentes in capite. Qui cum in choro fuerint, gravatam fervent quæ & locus & officium exigat, non in simul aut cum aliis fabulantes seu colloquantes, aut litteras vel scripturas alias legentes; & cum psallendi gratiâ ibidem conveniant, muta sub clausâ labi

Tempus Concilii Senon. sub Ludovico 10. anno.

Patres Concilii.

Concilium generale Balienensis in Ecclesiâ celebrandum fuit.

Syl. 11. Quatuor divini Officiorum in Ecclesiâ celebrandum fuit.

Vestis Canonum in Choro.

Quatuor tractanda & ordinanda hoc in Concilio proponimus.

tene re non debent, sed omnes, præsertim qui majores funguntur honore, in psalms: hymnis & canticis Deo alacriter modulentur. Cum dicitur *Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto*, omnes consergant. Cum nominatur illud gloriosum nomen *Jesus*, in quo omne genu flectitur creatum, terrenorum & infernorum, omnes caput inclinent. Nemo ibidem domo horæ in communi publicè cantantur legat, vel dicat privatim officium: nam non solum obsequium qui obnoxius est choro subtrahat, sed alios psallentes perturbat. Super his debet observandis alioque ad divini officii prosecutionem, ac choræ disciplinam spectantibus, Demons, vel cui incumbit onus, diligenter investiget, hinc inde ne quid inordinatè fiat circumspiciens. Horum autem transgressores, illius horæ in qua circa prædicta excoerent, vel aliâ majori prout transgressiones gravas exigit, plestantur pœnâ. Salvis tamen laudabiliter consuetudinibus & statutis, ac observantis specialibus Ecclesiæ singularem Regni & Delphinatûs. Item acceptat decretum quod tempore quicque debet esse in choro, quod incipit: Qui in matutinis ante finem psalmi: *Veni exultemus*; in aliis horis ante finem psalmi primi; in Missâ ante ultimum *Kyrie eleison*, usque in finem divini officio non intererunt, nisi forte necessitate cogente, aut petita & obtenta à presidente chori licentiâ, discedere oporteat, pro illi horæ officio videatur. Salvis Ecclesiæ consuetudinibus, si quæ forte circa hæc arduiores existant. Item ubi servetur in his, qui à principio usque in finem in processibus non permiserint. Pro cuius executione deputetur aliquis unus habens notandi personam singulas statuto tempore non convenientes, juramento adstrictus agere fideliter & nulli parcere. Jubet etiam hæc sancta Synodus, quod in aliis Ecclesiis, in quibus singulis horis certæ distributiones statuta non sunt, omnino etiam de grossis fructibus, si opus sit, deputentur, ut juxta mensuram laboris plus minusve quicque caput emolumentum; tollens prout abusus illam, quo in unâ dumtaxat horâ prædictis totius diei distributiones usurpat: & illum quem Præpositi, vel Decani, aut alii Officiales, ex hoc solum quod Officialis sint, licet actualiter pro utilitate Ecclesiæ non abint, quotidianas distributiones percipiunt.

Item acceptat decretum qualiter horæ canonicæ sint dicende extra chorum, quod incipit: Quotumque etiam alibi beneficiatis, seu in sacris constitutis, cum ad horas canonicas teneantur, admoet hæc sancta Synodus ut orationes suas Deo acceptas fore cupiant, ut non in gaturæ, vel inter dentes, seu deglutiendo, aut syncopando dictiones vel colloquia, nec rursus intermittendo, sed sine sili, sine associati, diuinam nocturnamque Officiam reverenter, verbisque distinctis peragant; ac tali in loco unde à devotione non detrahatur, ad quem se disponere & preparare debent juxta id quod scriptum est: *Ante orationem prepara animam tuam; ne sis quasi qui tenet Drum.*

Item acceptat decretum, de his qui b tempore divinatorum officiorum vagantur per Ecclesiam, quod incipit: Quicumque in Ecclesiâ beneficiatus, præsertim de majoribus, divinatorum tempore per Ecclesiam vel fors circa ipsam deambulando, vel alio colloquendo, vagari vias fuerit, non solum Mus boæ, sed totos dies presentiam ipso facto amittat. Qui si semel correctus non desisterit, per mensiem distributionibus careat, vel graviori, si pettinaciu egerit, pœnâ subiaceat, ita ut tamen desistere cogatur. Prohibetur etiam ne divina officia tumultu

tuoli quorumcumque per Ecclesiam discutiatur impediatur vel perturbetur. Regulariter qui in Convivialibus Ecclesiis circa penultima excesserint, graviter Superioris arbitrio castigentur.

Item acceptat decretum de tabellâ pendente in choro, quod incipit: Ut cuncta in domo Dei ordinatè procedant, & quilibet sciat quid agendum imminet, statuat tabula pendens continens prægens in choro, in qua quid per unumquemque ex Canonici, vel alios beneficiatis, in singulis horis per hebdomadam, aut majus tempus legendum, cantandumve sit. Qui autem secundum quod ibi defectus fuerit facere per se vel alium neglexerit, pro quolibet horâ distributiones unius diei amittat.

Hæc omnia ex dicti facti Concilii generalis, & Congregatione diuersa; necnon de aliis circa divini officii celebrationem in eodem facto Concilio & congregatione celebrata, que in constitutionibus pragmaticis circa divinum servitium continentur, & hic causâ brevitate obtinuerunt; que latius in dictis constitutionibus & ordinamentis poterint videri, & publicam volumus & servari à adjacencia insuper circa Ecclesiæ & conversationem in ea honestatè, & circa divini celebrationem officii que sequuntur.

CAPUT II.

De honestâ conversatione in Ecclesiâ, & prohibitione garrulationum & deambulationum.

De observandis circa eorum.

Cum domum Domini, que domus orationis, non negotiorum, aut confabulationis esse dignoscitur, debeat sanctitudo, & ex ordinatione sanctissimâ jam dudum celebrata Lugdunensis Concilii, in quo & Luthorum pariter & Græcorum ecclesiasticorum: secularium Principum, & aliorum numerosa convenit multitudo, ad sacras Ecclesiis humilis & devotas esse debet ingressus & egressus, & sancta in eis conversatio pariter & de vota, que Deo & hominibus placida & accepta sit, aspicientes instruat, adhibet pariter, reficiat & delectet. Statuimus & ordinamus, hortamur, monemus; juxta prædicti Lugdunensis statuta Concilii, ut ad Ecclesiâs accedentes devoti orationibus, & divini nominis invocationi & veneratibus miltiter habeant. Nullus in locis istis, in quibus vota Domino convenit celebrari, seditionem excuset, clamorationem moveat, impetumve committat. Cessent universitatum & societatum quarumlibet consilia, conciones, & publica parlamenta, yanque & multo fortius serâ & prophana colloquia, confabulationes, & alia que possunt divinum servitium perturbare, aut oculos divini Majestatis offendere; ne ubi peccatorum venia postulanda, audetur peccandi occasio, aut committi deprehendatur peccata. Quæ verbè petulantio animo dicti facti Concilii inhibitionibus, & ordinationibus sanctissimâ, & inhibitionibus antedictis multo contemnerent non verentur: alii propter ignorantiam & neglectum; alii per temeritatem & contempnum; Statuimus & ordinamus dictam ordinationem prædicti celeberrimi Concilii in corpore jure scriptam, incurrerent: *Domum Domini deest sanctitudo*, etiam verus gallicis Lepus populo predicari, & transgressores quocumque, ultra divine Majestatis indignationem quam incurant: sicuti in eodem facto Concilio constitutum esse dignoscitur, per Ordinarios coherere.

Adjicientes insuper, quod viri Ecclesiastici, in

Tabellâ pendente in choro

Concilii Lugdunensis, prædicti facti Concilii X. cap. 24.

Cap. Decretum de oratione Deo convenerit, l. 2.

b de his qui ] Sic in margine ed. crævis Acharius in Tom. 2.

certa hoc usum legitur, que remota. CGCcc

quibus transgressio periculose esse dignoscitur, tempore serviti in choro diligerenter assistant, & in oratione unanimes à garrulitatibus & confabulationibus, & omnibus quæ divino cultui impedimentum afferre possent, vel scandalum, aut detrimtum, penitus abstant; his quæ in choro cantantur diligerenter intendant, in conformitate cæterarum gentium, flexiones, rationes, vel cõfiones in conformitate & concordia chori, absque disparitate cæterorum conferant. Horas suas particulariter, vel alia sua servent, per se vel cum alio in choro non dicant, ad nihil aliud quam ad servitium chori diligerenter attendant. Quia verò sanctis & salutatis divini servitii cultus observatio per deambulationes prædicas, garrulationes, circuitationes & evagationes à choro & loco servitii plurimum impeditur, & scandala plerumque in Dei Ecclesiâ & fidelium mentibus generantur; Statuimus & ordinamus omnes à talibus deambulationibus & confabulationibus abstinere, prout in decreto sacri generalis Concilii superius citato continetur. Injungentes Decanis, Cantoribus, Abbatibus, Prioribus, & Officiariis quibuscumque, ad quos spectat alius corrigere studeat dirigere, ut zelo Domini qui non numerat de templo & negociationibus publicis & privatis, quàm privationibus distributionum, & penam aliam, & censuram contra nequamiores viriter & absque acceptione personarum procedentes, prout quilibet personarum, & quantitas excessus, ac constantius requirere videbuntur, ad Dei & Ecclesiæ gloriam & honorem, ad exemplum & bonam institutionem exteriarum.

## CAPUT III.

De choro &amp; ludis in Ecclesiis non faciendis.

Item cum per Choras, & ludos theatrales, ludi dicationes, & insolentias soleant templa Domini profanari, & sacra in vilipendium deduci, in vniuersis Ecclesiis talibus se immiscensibus scandala de opprobria generari, ludos, & choras, & tales insolentias in sacris Ecclesiis & locis de cætero fieri prohibemus. Quod si ad memoriam festivitatum, & venerationem Dei ac Sanctorum, aliquid iuxta consuetudines Ecclesiæ, in Nativitate Domini, vel Resurrectionis videatur faciendum, hoc fiat cum honestate & pace absque prolongatione, impedimento, vel diminutione servitii, latione, & sordidatione faciei, ex speciali permissione Ordinarii, & beneplacito ministrorum ipsius Ecclesiæ. Ut autem hæc insolentiarum ludorum, circa festum presertim Innocentium, in aliis nostris provincialibus statutis prohibent, & quam prohibitionem iterum renovamus, penitus arceantur; Constitutionem sacri Basilienensis Concilii observandam, & hinc nostro presertim statuto duximus inferendam, cujus tenor sequitur, & est talis:

Turpem etiam illum abusum in quibusdam frequentatum Ecclesiis, quo certis anni nonnulli cum mitra, báculo, & missivis pontificalibus more Episcoporum benedictum, sicut Reges & Duces indutus quod ferat fatuorum, vel innocencium, seu puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur; alii lervales & theatrales poci, alii choras ac topudiam marmæ ac molinarum facientes, homines ad spectaculo & cachinnationes movent; alii comestiones & convivia ibidem præparant. Hæc synodus decrevit, & statuit et præter tam Ordinarii, quàm Ecclesiæ Dæcani & Rectoribus, sub pena suspensionis omnium preventuum Ecclesiæ trium

mensium (patio, ut hæc aut similia ludibris, etiam mercantibus, seu negotiosis mundanarum in Ecclesiâ, quæ domus orationis debet esse, & etiam cæmeters exercere amplius non permittant; transgressoresque per censuram Ecclesiasticam, aliaque juris remedia, punire non negligant.

Adjicientes etiam quod meritorium negotiationis intrâ Ecclesiâ fieri nullatenus de cætero permittatur. Quodque infra septa seu clausuram Monasteriorum tam vitorum, quàm mulierum, chorum & tripodiam nullo unquam tempore exerceatur per quoscumque; nec etiam extra ipsa Monasteria licet Religiosis personis in quibuscumque locis prefatas choras & tripodias agere; & in contrarium facientes per eorum Superiores debent puniuntur.

## CAPUT IV.

De distributionibus. &amp; de personis qui prebendas in eadem civitate obtinent.

Cum ad sacrum provinciale Concilium Parisiense celebratum vultu fuisset delata quæritio super evagatione & discursu canonicorum, & aliorum, in eadem civitate & villa in pluribus Ecclesiis prebendas & beneficia obtinentium, dictum sacrum provinciale Concilium certas monitiones & injunctiones censuit faciendas: Quarum tenor sequitur sub his verbis.

In aliquibus villis & civitatibus hujus nostre Senonensis Provincie prebende sunt præbendate Ecclesiæ, in quibus omnibus vel duabus ex ipsis aliqui præbendati existunt, qui immodice cupiditatis raderie moti, quotiescunque volunt eidem hoes suas distributiones in utriusque Ecclesiæ lucras; ex quo plerumque accidit, quòd de unâ Ecclesiâ ad aliam cum suis vestimentis Ecclesiasticis per villas discurrunt celeriter, ex quo à popularibus illuduntur, eorumque devotio & reverentia ad Deum & Ecclesiâ dimittuntur. Quapropter nos supradictarum Ecclesiarum Capitulis injungimus, quatenus si circa tales distributiones & abusus ad honorem Dei curent providere, quòd opus non sit aliunde perquirere remedium. Hujus ergo sacri auctoritate Concilii injungimus, quatenus Ordinarii & Superiores dictorum Capitulorum & Ecclesiarum de diligentibus per Capitula circa hoc factis & habitis diligenter inquirent, & cum omni cura & sollicitudine, personarum qualitate, ac ipsarum Ecclesiarum penuriam vel abundantiam pensatis & attentis, provisionem adhibeant, ut omnis turpis querelus & evagatio, & fevitium negligens evitentur, & scandalum ad discursibus talibus occurratur. Providentes etiam, ut hoes singulis, presertim principalibus, Missis, Matutinis, & Vespers distributionibus ordinantur, nec unus unâ horâ distributionem alteras habeat vel liceat. Facientes etiam circa hæc distributionum materiam observari decretum circa hoc in sacro Basilienensi constitutum Concilio, & per Ecclesiam Regis & Delphinatus Buris acceptatum.

Cum sacrum Lateranense Concilium relinqui noluerit incorredum quod quidam Clerici & administratores Ecclesiarum, sic Ecclesiis incultas & immundas relinquunt, quòd domus potius laice vel rurales quàm Dei Basilicæ videantur; alii verò, & præcipue Sacerdotes ad quos spectat, sic corporalia, vasa missivè, vestimenta sacra, palas altarum, & ornamenta sic immunda ineuitate relinquunt, ut interdum aliquibus horum sint potius quàm honori. Præcipimus igitur ut oratoria, vasa, & vestimenta prædica, munda & nitida conserventur; neglectiores per Ordinarios & alios visitantes debite puniantur. Cum nimis videatur absurdum

Joan. 1. 11.

Ex Concilio provinciali Senonensi Parisiensi celebrato.

Sess. 21. Quo tempore quoque debet esse in choro.

Sess. 21. sub finem. De spectaculis in Ecclesiis non faciendis.

Concil. Lateran. IV. cap. 19. Ne Ecclesiæ immunda suspectis personis exponantur.

in sacris fortis negligere que dederat in profana. Ordinamus etiam juxta dicti sacri Lateranensis statuta Concilia, ut Eucharius, & Christina sub dicti sacerdotum custodia clavibus subhibitis censerentur, ne possit temerari manus ad illa applicari incaute. Tali relinquentes ab officio suo, secundum dicti ordinationem Concilii ad tempus suspendantur. Et si quid propter eorum incuriam neandum contigerit, graviter puniatur.

## CAPUT V.

*De observandis circa processiones, & defensionibus videndis.*

**Q**uoniam in processibus tam officinaris & antiquis, quam pro necessitatibus occurrentibus specialiter indistis, spiritualis Cleri & populi devoto & honesto debent potissimum refovere, ut que impetranda sunt à Domino facilius impentur, ac mutua devotione omnes ad sinceram & devotam orationem provocentur. Attendentes multos in ipsis processibus quandoque intervenire dicitus & statuitur & ordinamus, quod vocati ad processiones, præsertim Ecclesiasticas, decenter & cum habitibus ecclesiasticis, cum omni humilitate & reverentia ad loca processionum accedant, maneant, & redeant in ordine congruo & decenti, à laicis & eorum commixtione separati. Illum præsertim & inhonestum egerentes abusu, quo Moniales quadam & religiose mulieres cum viris & clericis in ad dictas processiones accedere & incedere præsumunt. Prohibentes de cætero dictas Moniales ad dictas publicas processiones non venire, sed eas dumtaxat in suis Ecclesiis & Claustris celebrare. Quod si se aliter ad dictas processiones ingesserint, à suis Ordinariis debent puniantur. Et in ipsis processibus minime admittantur. Ordinamus insuper juvenes & alios à ludis & clamoribus circa loca processionis omnino abstinere. Hortantes & monentes usumqueque, & præsertim viros Ecclesiasticos, in Missa, vel in processione, conveniens assilere, & ea pro quibus processio indicta existit cum omni sinceritate & devotione perficere.

## ARTICULUS SECUNDUS.

## CAPUT PRIMUM.

*Circa reformationem morum, ac primò de Episcopis.*

**E**T si cunctis temporibus circa conversationem & vitam monasteriorum Ecclesie probatam esse oporteat, exemplum pariter & honestam, ut cæteris rectè vivendi exemplum & formam insinuent & demonstrent; exigentiam vehementius periculosa temporum nostrorum conditio, quibus & abundare noscitur iniquitas, & refingitur charitas, ut omnia ad sanctam morum reformationem ferventiora studia conferantur. A capite igitur, hoc est à Prælati & Episcopis, qui vixit civitas supra montem, & lucerna super candelabrum, & tanquam speculatorum in domo Domini positi, cæteris reducere tenentur, ex quorum conversatione, vita pariter & doctrinâ, pendere dignoscatur cæterorum salus, directio, atque forma; statuiamus & ordinamus, ut omnes & singuli hujus provincie Archiepiscopus, & Episcopi, eorumque successores, vite munditiâ, morum gravitate, & conversationis exemplo, opere pariter & sermone, omnibus viribus suis decreta Apostolicæ Regulæ, que in consecratione ipsa præ-

fissi sunt, & ea que in divinis Scripturis, Canonibus, & Juribus de Episcopis statuantur, diligenter videant, legant & observent in suis dicitibus: nisi ex causa necessaria, honestâ, vel probabili relicta, & principaliter post tempus visitationis diaconum sacri, & locorum suorum exemptorum, in civitate mansionem & determinationem habeant & faciant. In festivitibus solemnibus per se in Ecclesiis suis solemniter celebrent. Ab omni defumitate & notâ in cappis, caposis, & habitibus suis penitus abstinent; cum roctis & vestibus honestis, ac capis concedentibus & capis, abique notâ & superfluitate more larrum suorum, & cum gravitate mcedant; ut loco quovis que pervenerint, omnia vite proprie integritate illa, ut. Domini sui bene præsent, & sanctam moderatam & disciplinam habeant, & teneant honestos, doctos, & Ecclesiasticos viros, in divinis Scripturis & Canonibus eruditos, præsertim in virtutibus suis sicam semper habeant; contra hereses & fortilegia, doctrinaque persisterent, & superstitiosas novitas, cum omni vigilantia, & probum ac timoratum consilio diligenter vigilent & intendant. Ordines mundè & sanctè contrant dicitis & probatis, & de beneficiis provideant. Ab indignis & injustis exactionibus cessent & abstant, sineque oblatarios & commisso abstinere faciant: illa que de Ordinibus celebrandis, & de jurisdictionibus reformandis inferis suscipiendis, & in antiquis provincialibus statuta, provincialibus notis, etiam inter illa continentur, fideliter observent, & per suos observari faciant: se tales in omnibus exhibentes, quales ipsi Apostolica Regula militent, ordant atque jubet, & canonicè statuunt sanctiones.

## CAPUT II.

*De Ordinibus celebrandis.*

**C**um in sacris ordinibus conferendis fidele, solenne, & devotum procedere debeat scrutinium & examen in scientia, moribus, & ætate; Statuimus & ordinamus ne de cætero Episcopi præsumant aliquos ad sacros Ordines, & præsertim ad Clericam Sacerdotum Ordinem promovere, nisi sint ætate legitima, bone & probæ vite, & conversationis honestæ: sciant legere & conscribere Epistolam & Evangelia, ac reliquum officium bonè & convenienter intelligere. Usus autem non valeant eadem Episcopis supradictorum examinandum examinatione macelle, sicutem provideant de bonis, probis, & scientificis viis, qui salam Deum pro oculis habentes, sciant, & velint, ac teneantur sub pernis & censuris promovendos examinare in moribus, scientiâ & ætate, in articulis fidei, præceptis decalogi, & aliis que videntur ad eorum officium pertinere.

Item quis ad sacrum Subdiaconatus Ordinem promotus, noverit & intelligere debent se Deo & Ecclesie, laicali statu relicto, dedicatos esse; præcipimus omnibus & singulis Episcopis, ut dum contigerint sacros Ordines celebrare, cæteris ordinandis presentibus, licet, claro & intelligibili sermone exponant, qualiter nulli ad prædictum Subdiaconatus Ordinem, & alios superiores sacros Ordines admitti debent, nisi sint vite munditiâ, & conversatione honestâ, literis sacris & divinis, mysticisque Ecclesiasticis, propterea eorum exigat vocatio præsentis, convenienter instructi, probati & examinati. Quibus etiam ad faculi statum, & matrimonium de ca.

contrahendum, omnino sacris Canonibus sub-  
tate, & constanti est interdictus ingressus, cum  
aliis exhortationibus devotis, quæ in libris ponti-  
calibus continentur, aliis etiam oportunis exhor-  
tationibus addendo, prout providentia ipsius promo-  
ventis videbitur expedire.

## CAPUT III.

## De visitationibus.

Cum visitationis officium ad Dei honorem, &  
Ecclesiarum in temporibus & spiritualibus  
utilitatem & profectum, ad salutem animarum, ad  
edificationem populi, & morum reformationem, à  
sanctis Patribus fuerit salubriter institutum, & jam  
plerumque per nonnullos ad officium visitationis  
commisissimè [quod] ad modicum & salutem fuerat  
ordinatum, ad nosm veniat pariter & detrimen-  
tum. Statuimus & ordinamus quòd Episcopi, &  
alii ad quos spectat, & per eos ordinati vel com-  
missi, sic salubriter prædictum officium habent  
exercere, quòd paternæ & publicæ utilitati juxta  
Patrum ordinationes potius attendere videantur,  
quam ad emolumenta vel questum. Ad Dei igitur  
honorem, & Ecclesiarum profectum, loca Ecclesia-  
stica causâ visitationis subintrantes, honestos ha-  
bitus & congruentes deferant; sacramenta, præfatum  
Eucharistiam, cum habitu Ecclesiastico honesto,  
accensis luminariis devotè vident; & verbum  
Domini populo adnotato, aut proponi  
faciant, aut licet salutaris admonitiones, si  
populi paucitas predicationem requirere minime  
videatur, convocaverint faciant & devotè: de vitâ &  
moribus, præsertim Sacerdotum, diligenter inquirit;  
inveniatuoribus Ecclesie mobilium & im-  
mobilium videant; & contra alienantes & alienato-  
res provident; de reparacionibus Ecclesiarum, &  
ornamentorum Ecclesie, juxta locorum pariter &  
temporum qualitates, sollicitudinem bonam gerant,  
provisionem apponant: in procuracionibus exigen-  
dis, si graves de onerosis minime exhibeant; sed  
etiam usque moderationem extravaganti *Fas ecclesiarum*  
quam suo gravissima penis non possunt ex-  
cedere, pro locorum & personarum prout à se pos-  
se & moderatè exhibeant; ad sui utilitatem usque  
super fabricas Ecclesiarum non imponant. Quæ  
in vicualibus eis præstita fuerunt, à summa & ta-  
xatione procuracionis deducant, sicut in eadem con-  
sultatione *Fas ecclesiarum* est cautum: à illis qui so-  
lum tenent ad passum quod appositum fuerit &  
paratum, benignè & gratanter recipiant: se tales  
in omnibus exhibentes, quales jura constituunt, &  
canonicæ sanctiones. Quòd si ex concessione quic-  
cumque, etiam sedis Apostolicæ &c. aliqui per  
procuratores vel commissarios duxerint visitandum,  
probatos, doctos, & timoratis personas ad hujus-  
modi ministerium eligant, qui doctè pariter &  
exemplo locus & populi profecture valeant; & ut  
jam prædictum est, se in omni timore Domini, in  
omni modestiâ, & honestate Clero & populo per-  
hibent, & præmissa omnia, & quæcumque alia,  
quæ visitationis officio solentur incumbere, fide-  
liter exerceant & devotè: se non graves, nec oner-  
osos, sed pios & benignos, & in expendendis pro-  
curacionibus, & alim exhibentes. Qui de ipsis pro-  
curacionibus, etiam expensis & vicualibus, uti di-  
ctum est, deducendo falsis sui laboris percipiunt  
moderatè, non accipientes ad firmam, vel summam  
determinatam, ipsam visitationis officium; nec ali-  
quid attentantes contra prohibitionem jarium, &  
traditiones Patrum in populi scandalum, grava-

mentis Ecclesiarum, & suarum præcipuè periculum  
animarum.

## CAPUT IV.

## De visitatione Beneficiorum.

Cum in provisione, presentatione, collatione,  
& institutione beneficiorum Ecclesiasticorum,  
Prebitorum & Collatorum præcipua veritas debeat  
solicitudine, ut viris providentis idoneis, doctis pariter  
& probatis, & præsertim in dignitatibus, &  
parochialibus Ecclesiis, & maxime parochialium  
Ecclesiarum Rectoribus, quibus reguntur anima-  
rum, quod est ars artium, curaque noscitur esse  
commissa, & in quorum manibus anime fidelium,  
& sacramenta Ecclesiastica, prout ad eorum admi-  
nistrationem competet, fideliter reponentur, & in  
partem sollicitudinis singularum doctorem vocantur,  
sacrique canones & apostolicæ decreta Episcopi,  
& alii quibus præmissa spectare dignoscuntur,  
in periculo animarum suarum tamquam de pretio-  
sissimo talentis per supremum dretorem com-  
missis, bene & fideliter disponente inquirant: quod,  
proh, dolor! multis temporibus multis, aut saltem  
non satis fructuose hæc ita observatum est. Præ-  
cipimus omnibus & singulis Episcopis, ac aliis au-  
thoritatibus, ut neque ad casualitatem, aut præcæ, aut  
aliis inordinatè respicientes, summoque curent in  
beneficiis notabiles viros, provisos & moribus bene  
compositos, probatos, & examinatos insinuare,  
promovere, & ordinare, per quos cultus Dei &  
Ecclesiasticus ordo nostrarum in diebus pulsi & valet  
augmentari. Providentes etiam, & sollicitudinem  
gerentes, ut juxta qualitates & ordinationes  
sacrorum Conciliorum & Canonum viri digni,  
graduati, & per universitates nominati, in ordine  
& turno eorum provideant, decreta Concilii & Ec-  
clesiarum conservando.

## CAPUT V.

## De Concubinariis.

Cum viris Ecclesiasticis, præsertim in sacris Or-  
dibus constitutis, ad cultum Domini, qui  
Sanctus Sanctorum dicitur, specialis vocatus,  
quorum est summa tractare, & ministrare populo  
ministra, viri mandata & castitatis honestas præ-  
cipuè requirantur, & ex immunda & impudica con-  
versatione plurimorum in Dei Ecclesia magna quoti-  
ditè scandala & pericula oriuntur & majora oriri  
verisimiliter formidentur: volentes hunc morbo &  
scandalo pernicioso decernerè abvare, cum jam multa  
in Dei Ecclesia super his fuerint instituta, statu-  
tam præcipuè super concubinariis in sacro Babiloni-  
co Concilio salubriter institutum, & in congrega-  
tione Babilonica publicatum, iterum inter hujusmodi  
statuta inter, publicari, & observari censuimus,  
cujus tenor sequitur:

Quicumque Clericus cujuscumque status, religio-  
nis, conditionis, dignitatis, etiam si Pontificis  
vel alterius preerogative existat, qui post hujus  
constitutionis initium, quam habere præsumitur  
duos menses post publicationem ipsam in Ec-  
clesia cathedralibus, quam ipsi Diocesani omnibus  
facere teneantur, postquam eadem Constitutio ad  
eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus concubina-  
rius, à perceptione fructuum omnium benefi-  
ciorum suorum, tam mensium spatio sit ipso facto  
suspendendus, quos sui dispenseris arbitrio in fabricas,  
vel aliam evidentem utilitatem, ex quibus hi fructus  
percipiuntur, convertat. Neque & hujus-  
modi publicum concubinarium ut primum talem

Lib. 1. de ere-  
libris, exco.  
& procurat.

Concil. Ita  
sub notat.

esse innotuerit, mox suos Superiores mouere tenentur, ut aut infra breuissimum terminum concubinam dimittat, quam si non dimiserit, aut dimissam, aut aliam retinuerit, iubet hæc sancta Synodus ut ipsi suis omnibus beneficiis omnino priuatur. Et si quilibet his publici concubinati usquequo cum eis per suos Superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem manifestaque vitæ emendationem, fuerit dispensatus, ad susceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum, vel officiorum sine inhabiles. Qui si post dispensationem ad huiusmodi publicum concubinatum redierit, siue spe aliquis dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quod si hi ad quos talium correctio pertinet, eos, ut dictum est, punire neglexerint, eorum Superiores tam in ipsos de neglectu, quam in illos pro concubinato, modis omnibus dignè aduertant punitione. In Concilio etiam presuntualibus & synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc crimine defamatos, etiam per suspensionem & collatione beneficiorum, vel aliâ condigna penâ friventer procedatur. Et si hi, quorum delictum ad summam Pontificem spectat, per Concilia provincialia, aut suos Superiores, propter publicum concubinatum reprobantur privatione digni, ita ut cum processu inquisitionis ipsi Summo Pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquisitio in quibuscumque Capitulis generalibus & provincialibus, quoad suos seueretur, penâ alius contra prædictos, & alios non publicos concubinatos statutus in suo robore permaneat. Publici autem intelligendi sunt non solum, hi quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in iure factam, seu per res evidentes quæ nullâ potest tergiversatione celantur, sed qui mulierem de continentia suspectam & infamam tenent, & per suum Superiorem admoniti, ipsam eum effectum non dimittit.

Quia verò in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictiones Ecclesiasticas habentes, pecuniarum quælibet à concubinarum percipere non erubescunt, patendo eos in tali fœderate lordescere, sub penâ maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe aliquis quietus, talia quovis modo tollant, aut sine dissimulatio, alioquin ultra premissum negligentiam penam, duplum ejus quod propterea acceperunt, restituere ad pios usus omnino teantur. Ipsis autem concubinas seu mulieres suspectas, Prælati modis omnibus earent in suis subditis, etiam per brachia secularium auxilium si opus sit, penâis regere: qui etiam de tali concubinata proceratos filios apud patres suos cohabitare non permittant.

Jubet insuper hæc sancta Synodus, ut etiam in prædictis Synodis & Capitulis hæc constitutio publicetur, & quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moncat diligenter. Insuper propterea omnibus secularibus viris, etiam regi- ali prætoribus dignitate, ne ullum qualescumque usurarum impedimentum, quocumque qualitate colore, Prælati, qui ratione officii sui aduersus suos subditos pro huiusmodi concubinato procedunt. Et tam omne fornicationis crimen lege divinâ prohibeum sit, & sub penâ mortalis peccati accessibus evitandum, monet omnes laicos tam uxoratos, quam solutos, ut transierit à concubinato abstinant: inanis enim reprehensibilis est qui habet uxorem, & ad mulierem alienam accedit. Qui verò solutus est, si coisitare nolit, juxta Apostoli consiliū uxorem ducat. Pro huiusmodi autem divini observatiōis præcepti, hi ad quos pertinet, tam secularibus mo-

ditis, quam alius canonica remediis, omni studio laborent.

Post huiusmodi autem consuetudinis facti Concilii novam publicationem in Synodis diocesanim nostrarum facienda, in Synodis Ordinarius nostræ provincie Senonensis, & alii ad quos spectat, ad dicti exequutionem Concilii vincti & diligenter procedere, juxta formam in dicto Concilio & dictâ consuetudine comprehensam, sub penis & censuris quæ contra tales concubinatos, & contra judices negligentes in dictâ consuetudine continentur.

## CAPUT VI.

*De deformitatibus vestimentorum & habituum, maxime in Ecclesiasticis.*

UT autem morum gravitas non solum in vitæ munditiâ, sed & in conversatione honestâ, & habitu & gestibus concordentia in vitiis Ecclesiasticis, & Ecclesiæ Ministris refulgeat, & ad honestatem, & observantiam laudabilem, primoque lætium motes omnia reducantur, volentes novitatibus scandalosis, & deformitatibus monstruosis in pompis & phantasiis tunciarum, superius pariter & inferius: in totâ capitula per capitulorum dilatationem & distinzum super nuda colla, & usque ad superficem frontis & oculorum, in dispositione turpissimâ & indecenti pulestram, quas insolentia petistrâ, & indecentes conuertitio plurimarum exemplo seducta pernicie nostræ temporibus introduxit, salubriter providere, præsertim in vitiis Ecclesiasticis, & Ecclesiæ ministris, qui formam ceteris præbere tenentur & exemplum. Statuimus in vitiis Ecclesiasticis, & Ecclesiæ ministris, ut post publicationem hujus statuti, vitiis Ecclesiasticis in talibus culpabiles sub divini oblatione iudicij, & in suarum periculum animarum, ab huiusmodi deformitate & indecentiâ penitus abstinant, & ad marum decetiam & lætium observantiam solitam in talibus habitibus se reducant, vites honestas, tunciarum concordentes in formâ honestâ, & sui statui concordentia detestando. Super quo etiam unumquemque eorum per suos Superiores particulatim censuram admonendam. Quod si post mensem à die nostrarum præsentium Ratorum publicationis talibus utendum censuerint, & hi nolens salutaribus ordinationibus obtemperare neglexerint, à choro de conversatione excludantur, & eis in Ecclesiâ, donec reliquerint, & prædictas deformitates eiecerint, distributiones penitus denegentur, & pro dilatione & contemptu per suos Superiores arbitrarè puniantur. Quod si præmissa omnia post mensem alium duxerint negligenda, per censuram Ecclesiasticam, vel per totalem subtrahentem fructuum suorum beneficiorum penâ contra eos augeatur, coramqueposito publicetur: taliter quod ceteris eodem valeat in exemplum: in penam omnibus ad quos est officio spectare dignoscatur, vel distributiones ministrare, à choro scandalum facientes eiecere, vel delinquentes coeere, ut in his diligentissimè invigilent absque perfonarum acceptione qualescumque. Quod si in Religiosis, qui ad ampliorem vitam & habitum honestatem voto de professione tenentur, hæc inhonestas velium reperitur, à Superioribus suam Capitula, & alibi, tamquam pro transgressiōibus Regula majoribus debet puniri, & à talibus abstinere cogantur. Alioquin per Ordinarium eorum tamquam pro gravi crimine per neceritationem, aut aliis debet procedatur.

Ut autem concordentis ad honestatem omnia

reducantur, monemus & exhortamur patres, tutores, & directores juvenum, & præsertim Magistrum in scholasticis studiis, ut juvenes in doctrinâ de timore Domini habeant erudire, dirigere pariter & docere, & à talibus deformitatibus arcere & cohibere. Volentes & ordinantes insuper, quòd talibus deformitatibus insistentes, si ad sacros Ordines adveniant, à talibus abstinere cogantur, alioquin ad ipsos Ordines non admittantur; talibus beneficiis Ecclesiasticis tamquam indignis degentur, ad familiaritatem & consortium Prælatorum, & aliorum virorum Ecclesiasticorum minime admittantur. Communi Vicarij ad servandum Curis & parochialibus Ecclesiis, & Capellanis adjacentibus eis, in talibus culpabilis, à tali administratione repellantur. Insuper dignum & congruum arbitramur ut Prælati, & alii Ecclesiastici viri etiam familiares laicos in domo & familia commorantes ad modestiam & moderatorem, quantum fieri poterit, secundum vocationem eorum reducant in præmissis, ad bonam edificationem aliorum pariter & exemplum.

## CAPUT VII.

*De Clericis, tabernis, & negotiationibus illicitis  
se immiscendis.*

Um circa gravitatem moram, & conversationem honestam virorum Ecclesiasticorum, & præcipue Sacerdotum, ac eorum maxime qui curas & regnum obtinent animarum, jam & legi divine & sanctorum Patrum regule, & constitutiones quam plurimæ, atque sanctissima emanaverint instituta, ac plura in nostris provincialibus Conciliis sacris promulgata statuta; & omnibus Episcopis, & aliis ad quos spectat subditorum mores & vitam in melius reformare, & vitam scandalis & inconvenientibus præcludere, districte precipiendo mandamus, de vos ac subditos hortamur, quatenus diligenter observetis, & à suis subditis faciant observari quæ sanctorum Patrum decreta, & canonici institucionibus, ac ceteris prædictis provincialibus Conciliis, de vita & honestate Clericorum factis laudabiliter instituta; Ecclesiasticos viros, & præsertim Sacerdotes Dei, ebrietatis & violentie deditos, & qui tabernis inhonestè frequentant; aut qui negotiationibus, mercimoniis, quælibet, aut officii clericali statui non convenientibus se immiscerent, sæpè committendo. & penis & censuris, prout jura statuant, rigide coercendo; sic quòd & transgressores, & delinquentes in talibus atque ut à transgressione & culpa; & Ordinarij, seu alij ad quos spectat, notari vel reprehendi non valeant de transgressione, tolerantia vel negligentia.

## CAPUT VIII.

*De Indentis ad taxillas, & alias Indes illicitas.*

Um ex debito nostri pastoralis officij iuxta canonicas sanctiones tenemur ludos perniciosos, indecentes, & inhonestos, quorum occasione sub quadam consuetudine aut consuetudine magis ad dissolutionem materiam devenitur, ab Ecclesiâ & Ecclesiasticis, præsertim in sacris Ordinibus constitutis, exulare atque abicere, & delinquentes in talibus coercere. Attendentes circa ludos taxillarum, aleatorum, & alios jam plura à sanctis Patribus constituta, & in nostris provincialibus Conciliis ordinata, quæ à multis hodie penitus negliguntur; omnibus Episcopis, & aliis ad quos spectat delinquentes & scandala in talibus facturos corrigere, specialiter injungimus, quatenus constituta à sanctis Patribus & Romanis Pontificibus sæpè Eccle-

siasticis sibi commissa infrenent, & insinuis proceant: Sacerdotes & alios in sacris Ordinibus constitutos, ad talibus publicè aut consuetudinariè ludere non verentur, per suspensiones aut tempus ab officio & beneficio, per excommunicationem in locis publicis sæpè promulgandam, & aliis debite & rigide coercendo. Alios verbò non sic publicos, nec consuetudinarios, per applicationem unius litteræ parochialis vel Cathedralis Ecclesiæ pro quilibet vice, quæ sciendum duxerit ad taxillas, & aliè arbitrariè puniendo. Aleatores verbò, seu ad aleas ludentes, præsertim illos qui publicis in locis, in offiis & operatoris laicorum in scandalum statum Ecclesiasticis ludere non verentur, aut qui ad ipsam suam in camera, & aliis inhonestè & invidiosè, publicè & consuetudinariè ludere non verentur, aut formidant, Ordinarij & alij ad quos spectat, sæpè commoneant, & corruptores laicorum monitionum ac penis legitimis coercant, quòd ceteris credere valeat in exemplum.

## CAPUT IX.

*De querelis, & reformatione eorum.*

Um ex inordinatâ querelorum multitudie sæpe gravamina plurima Ecclesiæ & fidelibus populis intendant, & per querelatos ipsos abusus multiplices committantur, prædicationem officium usurpando, & per mendaciam & fida blasphemata pauperum & simplicium pecunias extorquendo; & quòd deterris est, sanctæ sedis Apostolicæ reversionem interitum interdum bullas simulando, falsificando, & etiam contempnendo; ac per Ecclesias, Dioceses & Parochias vagando absque literis Ordinariorum, ad quorum officium spectat querelatos & ipsorum litteras probare & examinare. Nos circa tales nequias & abusus providere volentes, omnibus Episcopis hujus provincie injungimus, quatenus non aliis querelatos ipsos per suas Dioceses quælibet tacere permittant, nisi prius per se aut per suos committos probatos & doctos ac talibus, eorum litteras ad plenum viderint & intellexerint, & de eorum veritate ac factitate plenè cognoverint, omni prædicatione & Reliquiarum delatione eidem querelatos penitus interdiciant; nisi Ordinarij ipse ex causâ legitima, prædicationem vel Reliquiarum delationem alicui notabili persone probare & nominare, & in sacris Ordinibus constituta, pro magna & pia causâ in literis Ordinarij expremenda. Aliud duxerit ordinandum. Quòd si querelatos contra prædicta queris uti, aut aliter ab eis competi fuerint, acriter puniantur pena publicâ, & talis, quòd ceteris credere valeat in exemplum; quodque Prælati de participatione iure querelatos, aut de negligentia vel dissimulatione, nullo modo notari valeant, aut in aliquo reprehendi. In his autem querelis atque querelatos jura canonica & statuta laudabiliter observari volumus, & præsertim e. *Comes et*; & *Cle. Absentibus, de pa. & re.*

## CAPUT X.

*De Officiis jurisdictionis Ecclesiasticæ, & eorum reformatione.*

Publica atque communi famâ referente didicimus, quòd Curiarum multarum Ecclesiasticarum Officiarij, Advocati, Procuratores, Promotores, Tabelliones & Notarii in prædictis Curis faciunt abusus multiplices, & à pauperibus & simplicibus, exquasus & illicitis modis pecuniam extorquendo, aliisque in pluribus maliciis & damnandis involucionibus processum in volvendo & illa

queando. Quapropter nos, qui subditorum nostrorum quietem peroptamus, supradictis abutibus de oportuno remedio assistentes providere, omnibus Episcopis hujus Senonensis provincie, ac ceteris qui jurisdictionem habent Ecclesiasticam, sub obtestatione divini iudicii, & [ in ] suam periculum animarum, & penis contra negligentes iudices in iure comprehensis precipimus, quod circa suas jurisdictiones sic curent infra festum Omnium Sanctorum filubriter providere, faciendo scilicet ad ordinationem suam Censuram Ecclesiasticorum ordinationes, statuta etiam penalis, vel jam edita sic faciant observari, quod apud Deum possint meriti reportare, & opus non sit in proximo provinciali Concilio eorum negligentiam corrigere. Provident etiam circa honestatem & probitatem Officiariorum, eorum multitudinem moderando, ac etiam circa taxationem literarum quantumcumque, [ & ] salutum eorumdem & Officiariorum, qui quandoque pro suo salario & laboribus plus debito exigere non verentur, in grave prejudicium subditorum. Provideat etiam infam Prælati, quod non ita faciliter ratetur sententia excommunicationis, & precipit quod pro una contumacia non firatur.

## ARTICULUS TERTIUS.

## CAPUT PRIMUM.

## Circâ reformationem Religiosorum.

Cum Benedictus Papa duodecimus, qui ad Beatissimorum Patrum Benedicti & Augustini Religionem tam gererebat non modicum, ad supradictarum Regularum observantiam multas Constitutiones edidit, que Benedictis nuncupantur, & que à pluribus Religiosis negliguntur, unde penitus ignotatur in magnum suorum periculum animarum. Eapropter omnes Abbates, Priores ac Præpositos eorumdem Ordinum in Domino exhortamur, querentes in suis Monasteriis supradictas Benedictinas Constitutiones habeant, & eas frequenter legant & flegant, ut sciant qualiter oporteat eos in religione semita ambulare. Ad majorem autem evidentiam ex ipsis Constitutionibus aliqua his nostris statutis duximus inferenda, & ab ipsis Religiosis omnia cum aliis Regularibus disciplinis, & suam Religionem laudabilibus Constitutionibus, & institutibus specialiter observanda.

Et primo, cum idem Benedictus duodecimus Papa voluerit & ordinaverit, quod in Monasteriis quorumlibet Ordinum Abbates vel alio Superiores provideant de idoneis Magistris, qui novitios & juvenes, ceterosque illiteratos & indoctos Religiosos in grammaticæ rudimentis, & intellectu Scripturarum sanctarum, & eorum que in Ecclesiis leguntur, habeant convenienter instruere, ut sic sacrarum Scripturarum lecturâ & intellectu Religiosis ipsis otiositate auferat, devotionem dilatat & augeat, & ad Sanctorum Patrum sequendas doctrinas & exempla inducat: hoc salutare statutum duximus de cetero in singulis Religiosis observandum, ordinantes quatenus hi ad quos spectat, super hoc sollicitudinem adhibeant speciem in super quo etiam in visitationibus didicim Monasteriorum per Ordinarios & alios inquisitionem fieri volumus diligentem.

Item cum idem Benedictus Papa circa spiritualia temporalisque commoda, ac commodum statum Religiosorum cupiens providere, inter cetera que ad observantiam Regularum sanctorum Benedicti

& Augustini statuit, voluerit & ordinaverit quod omnes Abbates, Abbatias, Priores, Utriusque singulis annis in suis Capitulis generalibus five annualibus, que scilicet tenentur singulis annis cum Religiosis, Prioribus ac quibuscumque membris sibi subditis celebrare, statum eorum Monasteriorum vel Prioratuum quibus præcise dignoscuntur, quod receptas, mias, atque debita, & credita eorum adstantibus infnuent & declarent. Quodque omnes & singuli eorumdem Monasteriorum Officarii de suis administrationibus saltem bis in anno computum reddant, five rationem; ut singuli Religiosi per hoc scire valeant, saltem in grosso, suorum statum Monasteriorum. Nos igitur ejusdem vestigiis inherentes, omnes Abbates, Abbatias, ceterosque supradictos in Domino exhortamur, quatenus prædictum statutum, & etiam alias in provinciali Concilio ordinatum cum omni diligentia servent, & observari procurant.

Item cum idem Benedictus Papa modum apponere volens circa antiqua iura, que de abstinentia carnis & jejuniis à Religiosis Ordinis S. Benedicti observandis latè rigidè loquuntur, propter quod in pluribus Monasteriis remissè observantur, maior deliberatione præhabita statuerit & ordinaverit, quod idem Religiosi per singulas quartas suas totius anni ab eis carnis ad minus sic abstineant; & quod in Adventu Domini, & Septagesimâ, jejunia observent. Attendentes prædictam moderatorem, licet omni rigore & austeritate carat, in pluribus Monasteriis ejusdem Ordinis omnibus contentant: omnes Abbates, Priores & Præpositos ejusdem Ordinis in Domino exhortamur, querentes de cetero supradictis abutibus & temporibus à carnis abstinentia, & jejunio, cum idem à pluribus secularibus Clericis & merè laicis solentur committant. Ad Regulares Canonicos sicut jejunia & abstinentiam carnis, assidua observari exhortamur quod idem Benedictus præcise in suis Constitutionibus, que Benedictinæ dicuntur, ab eisdem voluit observari.

## CAPUT II.

## Religiosi modestè se gram in vestimentis.

Cum evagatio, dissolutio, atque levitas, maxime indecentia vestium, debeat à Religiosis evitari, cum illa sint devotioni & honestati Religionis contraria & inimica: omnes Abbates, Priores, & Præpositos, five quoscumque alios Religiosos, quibuscumque sint Ordinis vel Religionis, in charitate Domini monemus, quatenus amodo à se & suis subditis omnem evagationem materiam, quantum eis possibile erit, repellent conentur, & servent, ac observari faciant ea que à sanctis Patribus de honestate ac gravitate Religiosorum fuerunt laudabiliter instituta, tam in vestibus quam in calceamentis, necnon in gestibus & mœtibus eorumdem; & quod precipue ea, que de foveis vel cucullis, scappis atque capuciis fixis super humeros, botis, & solariis contriguntur. *Ne in agro, salubriter* statuit, servent, & faciant salubriter observari. Quam quidem Clementinam, & Constitutiones salutare in eâ contentas, in Capitulis, maxime generalibus doctorum Religiosorum precipuas lequas publicari, & verbis etiam gauscitur, si opus sit, clarè & lucidè exponi, ut sic via modestæ & abutibus præcludatur, propter quas bodi Religiosi à secularibus in opprobrium habentur & contemptum; qui tamen ceteris debet esse forma Religionis pariter & exemplum.

Cap. 18. D. 2. ubi de abstinencia carnis, etc.

Extra in Cl. Ne in agro, de Sum. Rem.



## CAPUT III.

*Nihil recipiendum ex pãllo pro ingressu Religionis.*

Quia canonicè institutiones, quæ de simoniâ loquuntur, distictè prohibent pro ingressu Religionis ab ipsis ingredientibus, vel eorum nomine quòquod exigi, etiam prætextu casualitatis consuetudinis, quæ potius daci debet corruptela. Omnibus Abbatibus & Abbatissis, Prioribus & Priorissis, & aliis quibuscumque suademus, quòd iura de hac materia loquentis diligenter observent; sic scilicet, quòd pro ingressu Religionis pro se vel Monasteriis suis ex pacto vel conventione nihil recipiant; si autem post ipsùm Religionis ingressum aliquid fuerit ab ipsis ingredientibus, vel eorum parentibus Monasterio ex devotione oblatum, illud recipi minimè prohibemus.

## CAPUT IV.

*De Decimis & Parochiis quid observandum.*

Lex per iura canonica fuerit sufficienter provisum circa patronos parochialium Ecclesiarum, iura decimarum in parochias obinentes, tam Religiosas quam seculares, exemptos & non exemptos, quòd scilicet bene & competenter provideant Curatis Ecclesiarum perdidarum, in quibus habent ius patronatus. Quia tamen eadem iura multis in locis negliguntur, & propter hoc huic plures ex eisdem Ecclesiis vacantes, & Pastores viduatur in magnam periculum animarum; omnes vero provinciarum Episcopus in Domino exhortamur, quatenus iura prædicta, & præcipuè c. de Monachis, tit. de paroch. & c. 1. eo tit. in vj. & Clem. 1. de iure patronatus irreversibiliter faciant observari.

## ARTICULUS QUARTUS.

Concernens statum laicorum, & generaliter omnium fidelium.

## CAPUT PRIMUM.

*Quomodo festum celebranda.*

Cum circa celebrationem festorum & dierum Majestati divinæ, Christi & Sanctorum solemnitatibus specialiter dedicatorum, multa in nostris provincialibus Conciliis & Synodalibus Constitutionibus diæcesium singularum fuerint laudabiliter instituta, Scripturarum sanctarum & canonicarum institutionum testimonio roborata: omnes Episcopus & parochiales Sacerdotes, & alios ad quos spectat, curam volumus gerere specialem, ut dies ipsi Domino sanctificati nulli servibus operibus profanentur, nec vanitatis aut voluptatis occupentur, sed divinis vacando officiis, expostionis & auditionis divinarum eloquiorum, laudes, vota, & sacrificia Domino offerantur, & ad hæc omnia populi læpni moneantur. Si quid autem in his transgressionis, vel obmissionis fuerit commissum, pena contra transgressores ad devotionis omnia vel neglecta per pia opera supplementam, non ad privatam emolumentum applicetur vel quædam. Ut autem quo celeberrimos & majores Domino solemnitate celebrantur, eo convenientia populi preparentur; volumus, & ordinamus quòd parochiales Sacerdotes & Rectores Ecclesiarum in quinque festivitibus

præcipuis, etiam ultra Pascha, videlicet Nativitatis Domini, Ascensionis, Pentecostes, Assumptionis B. MARIE, & Omnium Sanctorum, populos hortentur pariter & moneant ius communitibus & devotis, & sua coniter peccata, & se ad celebritatem & devotionem in ipsis solemnitatibus specialibus preparare, dictas communitates piis & devotis die Dominicis ante ipsarum celebrationem festivitatum debite faciendo.

## CAPUT II.

*Quibus poene afficiendi qui in blasphemiam, vel execrabilia juramenta incidunt.*

Cum propter horrendam divini nominis blasphemiam, ac execrabilia plurimarum juramenta, ultra æternæ damnationis interitum talia delictum, etiam temporales plæge, bella, pestilentia, fructuum visitationes atque ciades, tempestates atque tonitrua, ac mala in populis evenire solent ex divini animadversione iudici quam plurima; & contra blasphemantes & execrabiles juratores, ac Deum temere denegantes, tam sacrorum Conciliorum quam Romanorum Pontificum, quinimò & Principum secularium pluma emanavit iussuta; quæ à multis hodie negliguntur; attendentes ex testimoniis Scripturarum quòd Dei & Sanctorum injurias dissimulare nefarium & periculosissimum iudicatur; quodque crimen talium in negligentibus Prelatis & Judicibus, qui tales retrahere negligunt à delictis, etiam quandoque severissime vindicatur. Omnibus Episcopis & aliis ad quos spectat in nostris provinciis laicorum mores & vitam in melius reformare, sub obtestatione divini iudicii præcipiendo mandamus, quatenus populos Domini læpni commoneant, ac fiant particulariter ac specialiter commoneant à talibus horrendis abstinere, horrorem ac detestationem criminis, poenas temporales paniter & æternas, corporales & spirituales in contra delinquentes in talibus à iure, & constitutionibus etiam Principum ordinatis atque impostis intimando; ac poenas legitimas, abique acceptione personarum, pro quantitate & qualitate criminum juxta sanctiones canonicas, omni timore ac legentia postposita, delinquentibus imponendo, videlicet pro primâ vice poenas pecuniarias in cerâ vel aliter fabricis Ecclesiarum, & non alibi, applicandas; pro secundâ per incarcerationem & jejunium in carceribus faciendâ; pro tertîâ contra sicutos per installationem vel aliam poenam publicam procedendo, sic quòd ceteri edere valeat in exemplum, & divina valeat ira placari, & Dei misericordiam & pietas à populo obtineri.

## CAPUT III.

*Decime solvenda.*

Quærimonia plurimorum Religiosorum, & aliorum Ecclesiasticorum audivimus, quòd licet Decime in veteri Testamento præceptæ, perceptæ fructuum Ecclesiæ Ministris decimas tribuere; tamen his nostris temporibus easdem diminuerent conantur, ut jam ex eis aliquid dicant & afferant, decimalia iura non nisi ad voluntatem suam solvenda; propter quòd Ecclesiæ & eorum Ministri maxima damna & incommoda patiuntur. Quapropter nos ceteris tales hominum nequitas occurrere cupientes, omnibus Episcopis, Archiepiscopis, Decanis ruralibus, ceterisque Ecclesiarum Rectores præcipimus, quatenus Dominicis diebus, necnon mediis & vindemiarum temporibus admonent & hortentur, faciuntque admoeri & hortari per eos

qui verbum Dei populo predicant, omnes qui ad fontanem de carum tenentur, quod ipsi amodo solvant bene & competenter sine fraude vel deceptione, quolibet illa conerata consuetudine non obstant, penas in scriptis sanctis, & canonicis Institutionibus contra non solventes ordinatas, ac premissa & temporalia & spiritualia subvitiis temporum populo mirando. Singulos autem Ordinum mendicantium Fratres, qui ad predicationes faciendas, vel confessiones audendas, in diocesisibus admittuntur, juxta Constitutiones Concilii generalis, & cap. *Carpentes, De penis, in Clementinis*, admonemus sub penis in eodem capite contentis, quatenus populis predicantes aut confessiones audientes, juxta formam illius populos ipsos commoneant ad predictam solutionem decimarum, nihilque privatum vel publicè proponant, per quod solutarum solutione decimarum populi retrahantur.

## CAPUT IV.

*Matrimonium publicè in Ecclesia est contrahendum.*

Um jura canonica non sine magis rationibus jubent matrimonium contrahit in Ecclesiis publicè celebrari, scilicet propter sacramenti dignitatem, reverentiam & honorem, in quo confertur gratia, sicut et in ceteris sacramentis; & etiam ad tollendam omnem malam peccati suspensionem, cum plures affirmare possent inter ipsos conjuges solum fore concubinatam, si de ipso matrimonio publicè non apparet; his tamen non obstantibus plures sunt, qui à summo Pontifici facillime obtentâ licentiâ, non in ipsis Ecclesiis, sed in privatis Oratoriis matrimonia contrahunt & solemnizant; quod credit in maximum ejusdem sacramenti contemptum. Nos autem circa id providere volentes, omnibus Episcopis, & Ecclesiarum Rectoribus, sub penâ interdicti & ingressus Ecclesie per unum mensem prohibemus, ne de cetero in privatis Oratoriis solemnizationem matrimoniorum faciant aut fecerint, nisi forsitan subite urgens vel necessaria causa, & non ficta, etiam pleribus presentibus, insuper sub eisdem penis propter eandem causam ipsi & alii, quibus de jure vel consuetudine ad competeret injungimus, ne de cetero ita licenter dispentent super banis & matrimoniis concedendis, etiam præterito cuiuscumque penis, sicut hæcenus dispensare consueverunt.

## CAPUT V.

*Certis anni temporibus cur Matrimonium celebrari prohibeatur.*

Um certis anni temporibus matrimonia ab Ecclesiis prohibentur celebrari, scilicet tempore Adventus, Septuagesimæ, & Rogationum, & quia tunc omnes magis quam aliis temporibus debent devotioni & orationi intendere, à quibus tamen retrahit plurimum carnale commercium, eo etiam quod illis devotionis temporibus scilicet, choreæ, iudi & convivia, quæ in nuptiis fieri solent, non bene congruant, sed verius opponantur devotioni & contemplationi: nihilominus tamen in hac Senonensi provincia quædam mala consuetudo vel corruptela molevit, quod scilicet supra dictis temporibus plurimæ fiant festivitates nuptiarum, choreæ, iudi, convivia, & alia indecentia quæ eisdem hiis, conviviis vel choreis frequenter evenire consueverunt; quæ omnia, & non ipsum matrimonium contrahendum intendebat jura prohibere. Expropter nos predictum abusum seu corruptelam extirpare volentes, omnibus & singulis viciis Ecclesiasticis, ac

exterioribus, necnon feminis hujus provincie sub excommunicationis penâ inhibemus, ne supra dictis temporibus audeant facere vel heri procurare solemnitates nuptiarum, vel eisdem convivia, scilicet choreæ vel cetera hujusmodi, vel eisdem quomodolibet interesse. Precepimus interim Episcopis, & Curatis seu Presbyters Ecclesiarum parochialium, quatenus hoc prædictum statutum in suis Ecclesiis publicè, & publicari faciant diligenter, & maxime duobus vel tribus Dominicis ante supra dictâ devotionis tempora.

## CAPUT VI.

*Liberates & immunitates Ecclesie adversus Judicium seculari sunt propaganda.*

Um circa gravamina, quæ per multos judices seculares & Officiarios Curarum secularium multipliciter Ecclesiis sacrosanctis, & Ecclesiasticis viciis in jurisdictionibus suis, libertatibus & privilegiis in personis pariter & in bonis quotidie intrantur, multæ constitutiones & ordinationes in Scripturis sacris atque canonibus fuerint promulgatæ, quæ jam in multis hujus nostre Senonensis provincie locis fuerunt solemniter publicatæ, & secundum consuetudines Ecclesiarum laudabilis multoties ordinatis diebus publicantur; nostrorum prædecessorum vestigis inherentes, & sanctæ Ecclesie jura & privilegia nostre temporibus concalcant dolentes, eisdem Constitutionibus, penas pariter & censuras secundum observationes & consuetudines hæcenus in Ecclesiis conservatas publicari volumus & mandamus, monentes & exhortantes omnes singulos hujus nostre provincie Prælatos, quatenus mentionibus præmissis canonicis vel secularibus ipsi à talibus gravaminibus & molestationibus abstinant, & ad publicationem & executionem dictarum Constitutionum procedant & procedi faciant, peccat uniuscujusque in rebus moderationis & discretions, necessitati ac qualitati temporum videatur expedire, jura Ecclesie licenti ad unumquemque eorum spectat, & se in murum prodromo Domini opponendo, sic quod & jura Ecclesiarum valent conservari, & Prælati & Episcopi de negligentiâ apud Deum & homines minimè valeant accusari.

## CAPUT VII.

*Quæ à Monialibus observari debent.*

Adnotatum quibusdam referentibus devenit ad id, quod Episcopi hujus provincie Senonensis observare & observari facere omittunt, ea quæ statuta canonica circa Moniales observari jubent; propter quod magna scandala, & spiritualia & temporalia incommoda frequenter eveniunt, ac in posterum contingere præsumunt: nisi de futuro remedio occurratur. Quapropter eisdem Episcopis districte præcipimus, quatenus prædicta statuta faciant in suis diocesisibus inviolabiliter custodiri, & persequi Cap. *Monasteria, de vi. & ho. Cleric. Statutum* sancti recordationis Bonificii octavi, quod incipit: *Us periculis*, de statu Monachorum in 6. & cap. *Attentive*, eodem tit. in Clem. Quæ capitula cum aliis consistantibus ad statum Monialium pertinentibus per eos, ad quos spectat, volumus ipsi Monialibus etiam verbis gilicis exponi & publicari, & variâ semper gravitate & honestate, quæ in talibus viciatibus Monialium debet à visitatoribus observari.

Lib. 1. tit. 1.  
c. 8.  
Lib. 1. tit. 24.  
de Civ. vel  
Mon. c. 1.  
c. 1. §. 1. de  
de 2. de Mon.  
c. 2.

## Conclusio totius Concilii.

Pro conclusione autem omnium præmissorum statutorum reformationum, & verâ executione eorum, volumus & ordinamus quod testes Synodales in districtis quilibet ordinati, & inferius nominandi, diligenter inquirant in prædicta statuta ab omnibus observantur, prout in cap. *Sicut olim*. De accusantibus, in Decretalibus continetur, in alio proximo Concilio provinciali debent & fideliter relaturi quæ circa ea viderint minime observari. Statuimus utique & præcipimus quod omnes Suffraganei nuntii, Abbatesque, Priores Conventuales, & Capitula ecclesiarum nostræ Senonensis provincie, necnon Decani rurales cujuscumque diocesis copiam habeant authenticam nostrorum præsentium statutorum, utque faciant infra duorum mensium spatium in suis Synodis, & aliis locis solemniter publicari & declarari. Præcipue autem volumus quod illa, quæ concernunt vel concernere possunt statum & mores laicorum, faciant adem Suffraganei & Decani in publicis prædicationibus & vulgari sermone ad eam populo exponi, ne aliqui valeant eorumdem ignorantiam præcedere.

Testes autem Synodales hujus sacri provincialis Concilii Senonensis eodem approbante Concilio in quilibet districtu ordinamus, nominamus & eligimus nostris scriptis, scilicet pro districtu Senonensi, Decanum Christianitatis Præveneris, & Officium sancti Juliani de Silis; pro districtu Carnotensi, Decanum Ecclesie Collegiate B. MARIE de Medunty; pro districtu Parisiensi, Decanum Ecclesie Collegiate S. Germani Autissiodorensis Parisiensis, & Decanum rurales de Fomenno; pro districtu Auxiliensi, Cantores Ecclesiarum Collegatarum de Sulliac, & S. Petri Puellarum; pro districtu Nivernensi, Abbatem S. Marini Nivernensis, & Prepositum de Tanno; pro Auxiliodorensi districtu, Archidiaconum S. Petri de Vrasaco; pro districtu Meidensi, Decanos rurales de Columbaris, & de Domino-Martino pro districtu Triverni, Decanum Christianitatis Trecentis, & Decanum Christianitatis de Sezannâ.

Nos verò LUDOVICUS Archiepiscopus antedictus in dicto Concilio provinciali præsidens, ipso approbante Concilio, omnia & singula statuta prædicta teneri & inviolabiliter observari ab omnibus & singulis nostræ Senonensis provincie volumus & jubemus, ipsaque statuta & omnia præmissa laudamus, approbamus, concludimus & definimus, prout superius est expressum, ulteriorem ipsius sacri Concilii prosecutionem & continuationem, quoad ea que nondum perfecta sunt, & statum & suffraganeorum nostrorum, & aliorum in eodem nostro provinciali Concilio comparationum voluntate & consensu, hinc ad diem quintum mensis Julii anni Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo Parisiis cum constitutione dierum sequentium, si commode fieri possit, alioquin ex nova assignatione seu evocatione usque in terminum proximo, & deinceps diem cum constitutione dierum sequentium pro ipsius Concilii & agendorum in eo, que nunc expressè obstantibus certis jure & evadentibus impedimentis minui poterunt, ad ecclesiam deducet, totali & finali conclusione, Parisiis præsentibus, statuentibus & ordinantibus.

In quorum omnium & singulorum certitudinem præmissorum præsentibus nostris litteris eisdem fieri, & per Notarios publicos Scribasque Concilii provincialis prædicti nostris scriptis subscribi & publicari mandavimus, nostrorum Archiepiscopi & Episcopo-

rum suffraganeorum præsentium appensione sigillorum fecimus & justimus communiti. Datum & actum quoad præmissorum conclusionem in Ecclesia nostra Senonensi, nobiscumque mane hora Concilii confecta in eodem Concilio prædictis, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo mense Galicano, Indictione nonâ, mensis vero Martii die duodecima, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Pii divini presentis Pape sexti anni tertio: præsentibus ad hæc Reverendissimis viris Patre ac Domino Domino [ Claudio ] Dei gratia Langonensi Episcopo; venerabilibusque & discretis viris Dominis & Magistris Petro Durra, Ludovico Frochet Canonici Senonensibus, Petro Regino Canonico & Officiario Nivernensi, in Decretis Licentiato; unâ cum pleribus multitudine vocatis ad hæc congregatis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Quibus statutis, sanctionibus & ordinationibus præfatis lectis & publicatis, eodem sacro provinciali approbante Concilio, ipsis laudavimus, ratificavimus, approbavimus & innovavimus, laudavimusque, ratificavimus, approbavimus & innovavimus per præsentibus, decernimus eisdem fore inviolabiliter observandas sub penis eisdem contentis. Et ita per quod certissimum transgressores fore contra facientes, & eas non servantes per suos Superiores, Ordinarios, Judices Ecclesiasticos penâ arbitriâ secundum personarum qualitatem, & excelsius gravitatem puniantur. Verum quia secundum varietatem temporum variantur statuta humana, ordinationes & statuta circa correctionem morum vitiorum Ecclesiasticorum, & de eorum conversatione, viciis, vita, & moribus & doctrinâ editis vel edita, cum plures super viciis defuruntur in dilectionem nesciam Ecclesiasticorum, verum etiam licetorum penitus abfuerint, nostrisque temporibus hominum insubilitate quamplures alii supervenerint ordini Ecclesiastico nullatenus convenientes, prædicto sacro approbante Concilio ipsis dominum innovandas, immutandas & emendandas sub hac verborum serie.

Scandalosum habitum defloritatem in vita Ecclesiastica Religiosisque, ac Ecclesie Ministris indecenti conversatione temporibus nostris introduci prohibere volentes statuentes, & de novo ordinamus; quod viri Ecclesiastici, Religiosi, ac Ecclesiastici Ministri tunicas retrorsivas neque curcetas, & pilos, brodequinos seu pantoflas, nisi forsan causa necessitudinis alicujus, signanter per villos & per Ecclesiam, & divino servio intercedente quocumque deferant, & sub divini abiectione jactari ab hujusmodi deformitate & indecentia, necnon à caligantibus albarum vel divertorum colorum delatione penitus abstant.

Item quod Religiosi, consuecunque Ordinis, statuti vel prelatore existant, à suis vocationibus habitu congruo non recedant, neque soderaturas statuti suo non congruentes, & maxime minutos verutes, neque zonas de veluto aureas seu desuatas, aut bullulos etiam, nec habere de serico supra tunicas patenter, neque aliter indecenter, in vilipendium ipsius status & Ordinis deferant; sed more Sanctorum Patrum incedant, & eorum vestitus imbeciorum habitus deferant.

Item volumus & ordinamus omnia supra scripta, sic ut præmittitur, in presenti sacro provinciali Concilio statuta & innovata per omnes Suffraganeos nostros in suis Synodis intimari, publicari, & singulis materiam populis assistentibus per Curatos diebus Dominis in claris exponi, & per eisdem inviolabiliter observari; laicosque omnes & singulos qui

Locus Concilii  
30. 40. 1460Pope PII,  
30. 1.Conferentia  
sub Ludovico  
innovatus  
[ quibusdam  
innovatus &  
aditus ] à  
Tristano de  
Paribus  
Concilio.De habitis  
Cicitorum.Ac Religio-  
sorum.Testes Syno-  
dali hujus  
Concilii.In fine 3-  
ad Concilii  
Parisii celebratum an.  
1460.

negligentes, contumaces, & culpabiles fuerint in premissis & singulis eorumdem, quod veritate comprobata, eorum negligentia, culpa, seu contumacia leveritissimè punientur per Ordinarios suos.

Partes de Luni dicitur, & Benedictus nuntius.

ANNO 1594.

*Littera Universitatis Parisiensis Domino  
Papa missæ.*

*Asservire U-  
niversitatibus  
domini Petri  
de Land, cum  
que lant & pa-  
pam.*

Quamquam, Pater Beatissime, dum ad nos per-  
tata fuit Romani Pontificatus vacatio, zelo pa-  
cificæ Ecclesiæ ferventissimè succenti, quam super illa  
quæque à nobis desiderata resistantem conspiceremus  
impensius semper optamus, Dominis Cardinalibus ut  
suam electionem celebrare aliquantisper differrent,  
humilis cordalique affectu supplicavimus, existiman-  
tes hoc pacto posse nullo facilius leviusque res  
tantopere quatita obtineri, aliâ expugnandarum &  
validiori parte de vivendum medio subiecta, simul-  
que veniri, ne, quod nonnunquam affolet in talibus,  
valida intervenire aliquid pretendendi cupiditas  
sic quod non modo spes omni sibi latu eradi-  
candis intercepta excideret, verum insuper radices  
fructus aliis agere inciperet. Postquam tamen indubi-  
tè compertimus prælatos Dominos nostros Cardina-  
les in vestram electionem patris & consensu voce,  
unanimesse consensu convenisse, ingens animi no-  
stri lætitiæ voxque gratulationis exorta est, sperantibus  
universis sanctum illud propositum, flagrantè  
dichidum unitatis Ecclesiæ Orthodoxæ quod  
vestris in præcordiis indecliniter huc usque gestibus,  
gerereque vos audimus & credimus, nunc tandem  
nacho tempore opportuno, facultateque de celo ex-  
hibita, debere patris, ac in modum produci.

Nunc igitur, Pater Benedicte, ut nos nomine  
vestro aliquamur, Pater inquam Benedicte, in-  
que omni lætula jugiter benedicende, sacratissimam  
illam voluntatem tanto tempore conceptam portu-  
re, opere exequimus que tandem intenditis. Felici-  
tatem illam dico, que perpetuum honorem, decus  
eminentissimum, famam indefectibilem, laudem in-  
corruptibilem, pignus & arthum piosæ sempiternæ,  
vobis (in requirit) offert, alacritate & jocundè susci-  
piat. Oblatum occasione, quam vobis tam fre-  
quentibus optatis, quamprimò, quam ceteris  
antece, rumpe mors animæ, tollere dilanantem  
quantumlibet. Non enim illum, non horam, non  
vel momentum temporis expectate, semper differe-  
te potatis est noxam. Quamprimò, inquit Ethio-  
pius, rapenda cuique est occasio prima. Si cras  
animi meus vestra alacritatem locum admittit,  
ecce coactum alteram, ecce tertium subbit, hocque  
sensum procedendo, donec in noxigentum, operis  
medesum ventum erit. Accedat adulatores blan-  
diloqui, sub amicum specie virus pendensissimum  
hequitate insperantes. Accedent ambitali dignita-  
tum, cupidi promotionum atque beneficiorum. Ac-  
cedent Aulici omnes præfatis afferentores potentæ,  
quibus si aures vestras aperueritis, mentem vestram  
ad ardui huius operis agendum non solum remissam,  
sed linguam & cuervem reddent. Accedent  
denique honorum affuetudum dilectissima, qui ul  
animi nostro jocundis illabunt, vel que magis allic-  
it, & si est verum dicere magis fallit, qua unum  
numquam plerumque satis nostra hæc ætas abundat.  
Hæc ut tractatissima, ut hystoria aliis indicamus,  
de vestro antecessore exemplum: quem quid aliud  
impulit in eâ quam tenentis sustentis tam incerta-  
biliter persistere, nisi illa? Quamvis, Pater Beatissime  
(verbo hæc æquis auribus percipite) non vos  
aliquamque est animas, longè aliter de vobis speramus;  
nec ex diffiducia, sed ex zelo vehementi, &  
cautela quâ vobis tantissimè consultum esse volumus,  
hoc dicimus: nec certè ex his veterum vestram  
offensionem tam placidam animam incurere.  
Veritatem vos amare nobis constat, indeque eam lo-

quendi major malto audacia. Fragilis est, hostis  
humana natura, & sui excellentiam nimium appetens,  
ad quietem præterea & otium fallacissime delin-  
cens, plusquam ad labores parata.

Aggerdit enim ergo quantosvis supplicis precæ que-  
sumus rem istam, cunctatione quilibet aut tergiver-  
satione respicit. Si apti essis hodie, quid eras  
expectatis? Si non hodie estis, cras certe moris eritis.  
Nunc voluntatem intendi pro procuratorem  
& temporis intermissionem, virtum remissa petitis  
& refrigescere certum est. Moribus ille præterea ce-  
leritatem sequantur auxilia, nec ulterius moræ pates-  
cit, quippe qui longa nimium invalescentia, nisi  
cito mediantis invigilaverit manus, in desperatam  
nem jam vergere incipiat. Quod quod nescitis quam-  
diu hæc vobis à Deo data duratura est potestas?  
Multa incidere possunt que eam auferant. Vasa be-  
nevis & incerta, nec nulli sunt crisma. Principi, om-  
& Dominorum in sua voluntatibus, qui nunc Spi-  
ritus sanctus (ut his est credere) monet, mutatis,  
zeli fervescit tempore temporis quoque & certum  
aliam nunc commodè subministraturum factis in  
contrarium conversio. Omnis enim creatura vici-  
tata atque vacillat subiecta est, quæque assidue  
plura emergent impedimenta ab incursio opere ani-  
mæ in his occupatum, & quodammodo potestatem ac  
victum revocantia, ut qui dum licet agere moluit,  
postea si dum voluit, non licet. Principio est itaque  
labore quam acerrimè suscipiendum, ut hæc via tam  
salubris præcepta, occupato multis aliis adrum præ-  
cipiat innotis certè honore & fructu.

Sed nobis fortassis dicturi estis, non ex me uno res-  
pondet, maxima ejus portio in alieno sita est arbi-  
trio, libens quod potero agam, quodque in me erit.  
O Pater Beatissime, in vestris, notis credite, pax Ec-  
clesiæ ita est precitata, si ad quod in vobis sita fide-  
liter, & solido adimpleveritis, nihil ultra postula-  
mus. Abundè est satis, & multum est; aut enim  
pars opposita æque una vobis unum debam scire, &  
rationis consue scilicet subdit, aut rationi ipsi perna-  
tus refragatur. Si quod in se erat negat, & ratio-  
nis pariter judicium se submittat, res acta, est inter  
vos cum de pace conveniet. Sui ultimum summo  
rationis sequatur, omnem que vobis subire reprobata,  
& se ipsum condannabit, & ratio, & totus mundus;  
sic quod rursus concordium facile aditorem.  
Nam & urban universitatem vestram inhiabitur jus-  
tissime ex pacto testem secretis, & ad emulum vestram  
omni viâ possibilibus persequendum, voluntate  
improbissimum habematsum de Sede, quam nuper  
pabot, deturbandum, inob etiam de terra penitus  
extirmandum omnium Catholicorum mentes animad-  
vertimus. Ecce, Pater Beatissime, nunc solutum  
Ecclesiæ, pacem & concordiam, nunc innotissimum  
malorum exterminium, Ecclesiam feramè omnia  
per tot jam schismatis annos vastatam dextera  
vestra portatis. Si qua est spes remitti, si qua ex-  
spectatio, est vobis est. Oculi omnium in te sperant,  
Domine, à te expectant etiam benedictionum. Aperti  
ergo nunc manus tuam, & imple omne animal be-  
nedictione. Sed quæ benedictione? Illa de qua scri-  
ptum est in Psalmo: *Benedicite deo Dom ex Sion.* &  
*valde bona Hierusalem omnibus diebus tua sua.* &  
*pacem super Israel.* O vos certè benedictum, Pater  
Beatissime, si nos benedictis ista benedictione. O  
vos feliciter natum. O fortunatos parentes, qui vos  
ad tam egregium & memorabile opus eduxerunt, certè  
in laudis vestræ celebratorem elegantissimum ali-  
qua personam:

*Quæ tam læta vultum fecula?*

*Qui talem tanti generis portavit?*

*In prædium fluvii currit, dum mensis umbra*

Psal. 127.

*Infratrum, contra vobis dum sidera pascet.  
Semper bonos, nempeque tuum. laudisque man-  
uectus.*

Et profeſſo firmiſſimè, indubieque tenemus, vos id enim facturum, quibuslibet etiam aliis poſſibilibus. Novimus integerrimam veſtræ gentis mentis aſſectum, quem tamen experientia quodammodo didicimus; & ideo vobis astra ſamaque jam latius eundem circumtulit, circumferreque in dies magis gaudeat, ex quo quanta in noſtris obioratur animis lætitia ſicere ne querens, nobis inexplicabile ſermone eſt. Si verò in hoc opere ad exitum perducendo, noſtri moduli parvitas conferre aut ſubſervire veſtræ Beatitudinis aliquantulum valeat, nihil eſt quod recuſemus; ad quaque prorsus omnia ſubstantia que cervicibus noſtris imponere jam dicta Beatitudo dignabitur, prompſiſſimi lumas, ſi modò præcipiat quod per nos agi velitis, & non eretè faciemus, ut noſtram ſoliditatem ſimulque ſidelitatem in eâ re experiamus. Quam ob cauſam ſupplicamus humiliter, uti noſtram Collegam, imò veſtram, ſi in oculis veſtris ullâ gratiâ dignum eſt, hoc honore & munere dignemur, ut Circumſectæ veſtræ lætæ ſuavillimas veſtre benedictionis collatretes, & voluntatis indices mereamur quanto citius commoditatis aſſuerit, accipere; ſi ad eam magis gratiæ apud veſtram Sanctitatem indeſcam, & magis pignori amoris habebimus, & veſtri beneplaciti cogitata intentione, nos idem conformare in agendis emeamur.

Unum vobis ad poſtremum ſupplicamus, & pro veſtrâ cautione ac honore etiam atque etiam obſecramus, ut illam pacis æmulum (ne modo gravâs in eum decimas) de cujus punitione & veſtrum Anteceſſorem monuimus\*, & vos\* congruo tempore Deo duce monebimus, à conſortio veſtro, ab illoque officio, quod ipſe indigniſſimus contuminat, præpropere abigatis. Quomodo enim ſincere quadam adminiſtrabit, qui in caſus flagitii emittitur, ſordibusque volutatus hincque eſt? Sed quia de his aliis, veſtro, Pater Beatiſſime, ingreſſus ſpiritus ſanctus aſpiret, progreſſus comes adit, felicique egreſſus vos iſtat, Amen.

Univerſitatis apices Dominus Papa in uniuersis perſiſtens propoſito, benigniſſimè recepit, literaliſque Apoſtolicis, ut petierat remittens, omnes monuit ut in hoc bono perſeuerarent propoſito, & ſi Rotalum placere pro ſeipſis dirigere, illum liberaliter ſignaret. Hujus nunciû lator ſuit Avenionenſis Epicoſopus, qui poſtmodum Regem adiens, monuit ut uniuersam Eccleſiam impenderet operam efficaciæ ſemper eum conſilio Clericorum Regni ſoi, & præcipuè Univerſitatis Pariſienſis, & quam viam ab ipſa ut poſtremo electum ſummo Pontifici notificare dignaretur. Ut colloquium ſuper hoc ſecretum cum Domino Papa haberetur, Rex Magiſtrum Petrum de Allinco, Doctorem in Gecrà pignâ, Elemoſynarumque ſuum, Avenionenſem ſuavit. Eodem quoque tempore Univerſitatis Rotulum ſignandi illuc iſtit, & quamvis ad Doctorem & Rectorem conſilio ordinatum fuerit, Rotulum tamen ille non ſuit generalis.

*Rex Prælatos Regis ſui evocavit propter pacem  
Eccleſiæ.*

**D**Um ſic ad habendum pacem in Eccleſiâ ſuâ Dei tempus Legatos mittendo & remittendo teretur, Rex non immemor promiſſorum, ex un-

deſiſcit Franciæ Prælatos Eccleſiaſticos, & de ſtudii ſolemniores Doctores apudibus Regis evocavit, ad ſitum iſtantis Puniſicationis Beatæ Mariæ diem dicens, ut ſcietur qualiter horrendum ſcholam ſubſtratur. Ad latius conſultandum ſuper inſiſſimè negotiorum aſtrâ, regie Palatum aſſignavit, ſituetus ut ſpèctabilis vir Dominus Arnaudus de Corbeia & ancillanus ſuus, ceteroque alii notabiles de Conſilio ſuo, quosque poſſent ibidem inter ſitui. Quamvis ad centum & quinquaginta Prælatos, (omnes jure tituli, reſidence, domiciâ principis, vel juridiſtionis ſpiritualis in Regni conſiſtebant) mandatum Regum perveſſit, nulli tamen aſſignatis, vel iſtrumentis cauſa, aut occaſione præſentis rei familiaris excuſationem miterant. Quamvis tamen mandato Regis paruerunt, ſic ſequuntur: Videlicet Patriarcha Alexandria, & Cæſariæ, & Hieroſolymitanus, S. Pontic Themetarius, Eccleſiarum adminiſtratores perpetui, ac Lugdunenſis, Senonenſis, Remenſis, Rotomagenſis, Turonenſis, Burgenſis, & Biſuntinenſis Archiepiſcopi, qui in Congregatione præ merito ſomniani ſunt. Interſuerunt & Eduenſis, Martonenſis, Longunenſis, Cabloſenſis, Suffraganei dicti Archiepiſcopi Lugdunenſis. Epicoſopi etiam Pariſienſis, Carnotenus, Aunſtanenſis, Autliodorenſis, Trecentis, Meldenſis, dicti Archiepiſcopi Senonenſis, Catalanenſis, etiam Tomacenſis, Maurunenſis, Atrabatenſis, Amblianenſis, Novionenſis, Nivernacenſis, Lundenſis, Savelinenſis, dicti Archiepiſcopi Remenſis, Bajeocenſis it-rag, Abracufenſis, Ebroicenſis, Lexovicenſis, Conſtantienſis, dicti Archiepiſcopi Rothomagenſis, Cenomanenſis, Andegavenſis, Redonenſis, Nemunenſis, Archepiſcopi Turonenſis, Mimatrenſis, Avocanenſis Archiepiſcopi Burgenſis Suffraganei. Pictavenſis, Mallacenſis, Lucanenſis, Condunenſis, Petragonenſis, Xantenenſis, de Provincia Burdigalenſis. Aquenſis, Lathorenſis, Conferanenſis, de Provincia Auſtanâ. Magalonenſis, Nemauſenſis, Uxanenſis, de Provincia Narbonenſi. Appamatenſis, Rivenſis, de Provincia Tolonenſi. Valentinenſis, Gratianopolitanus, de Provincia Viennenſi; & Bethleſenſis Epicoſopus.

Necnon Caſterenſis, S. Dionyſi, S. Benigni Divionenſis, Montis S. Michælis, Reſacenſis, Fifcanenſis, De Lira, S. Victoris prope Prilius, S. Georgii prope Rotomagam, S. Eleri Novionenſis, Abbates. Interſuerunt & cum prænomiſſis Abbatibus & Prior ſancti Martini de Campis, & Rotomagenſis, Andegavenſis, Remenſis, & Cæſaræ Divionenſis Decani, Magiſtri Petrus de Aſſico, Guſticienſis de Jarſimo, Aſſidus de Gangis, Petrus Pio, Johannes Brevis Coax & Fratres etiam Michæli Paquer, & quadam alter de ordine Minorum; Johannes de Hoſſari & ſui Auguſtinienſis Pariſienſis; Petrus de Coine Prior de Carmelo, Dominicus Herboly de Aragonia, dicti Ordinis de Carmelo, in ſicri paginâ & Decretorum Magiſtri & Doctores. Necnon Magiſtri Radaphus de Caradoc, Johannes de Mattione, Gerardus Vagon, Viricus de Caſtro Morono & rjus ſocius, ac Petrus Janus de ſtudio Aurelianenſis, Tolonenſis, & Andegavenſis Decretorum & Legum Doctores ſolemnes. Jacobus Bouy, Jacobus Coſſon, Guſticienſis de Cantena, Robertus de Doms, in Curia Parlamenti Conſultari Regi. Andreas Graugeri, Johannes de Millaço, Radaphus de Uianotte, etiam in Curia Parlamenti cauſarum Patroni. Magiſtri Robertus de Frât,

\* *positum*] Triplex eſt hoc loco Baluzii emendatio: ita enim ediderat Achetius: de cujus punitione . . .

de nos cogit.

A melius de Brelio Ansgorei sacri Palatii Apostolici, & Guilelmus Burtacey Licenciosus in Legibus, locus Domini Episcopi Ankenis. Prior Carthagenus presb. Parisius, Prior Cisteriorum Parisinum, necnon Johannes Capus Biterrensis, Johannes Piacus Agathensis, Prior Praetorium Sanctae Columbae de Sarnardo & Vovento Castellensis, Guillelmus C. fiat Lemovicensis, Guillelmus Mucet Abnerensis, Jacobus de Majo Guichardo Ambianensis, cum quodam alio, Muzacensis, I. p. scoporum Vasari & Nunciis: Officiis Lugdunensis, Bertrandus Geneste Archidiaconus Comaotocensis, & quidam Religiosi Almannus de Ordine hitorum, viri utique circumspici & eminentes scientiar, etiam praesentes interfuerunt.

Omnes Praelati praefati consensu unanimi antiquum Concilium inchoarent, Dominum Patriarcham Alexandrinum, simonem Gramandi vocatum, elegerunt, qui pro congregandis consilio, audenda rationibus hinc & inde, determinandisque conclusionibus auctoritate praesideret. Is Decretorum Doctor famosissimus, subtilis ingenio, clarusque eloquentia caelestis, libenti animo peragendum suscepit negotium; quod tamen antequam inchoari precipere, Magister Petrus de Alasco, quem Rex ad Papam miserat, reuertis est, & super legatione responsionem reportavit. Hanc, qua esse lecta, ignoramus; scimus tamen quod ad requestam Universitatis, Februarii mensis primis die, in aula regali S. Pauli publicam audientiam adeptus, prae elegantiissimoque sermone protulit quae in substantia lequuntur.

Primo namque Regem & prosopiam Regalem multis laudibus extollendo, allegit ad audientiam. Et cum vias & motus episcopi Universitatis venerandae sic tenis recitasset, conclusit in finalibus, quod via cessionis erat non modo si supposita Universitatis, imò & à cunctis fidelibus, tanquam brevior, laudior, & expedientior eligenda. His praefatis, jubente Domino Patriarcha, quotquot Praelati Parisii conuenerant, de sequenti in Capella Regali Palatii Missam solemnem celebrari fecerunt, inique Spiritum sanctum, in audis semper conditorem optimum, dignum duxerunt deuotissime invocare. Sequenti igitur die, cum Dominus Patriarcha Alexandrinus praesideret recessiisset omnibus assidentibus, quotiens per iuramenta sua iam praefata Deum solum habendo praeculis dicerent in hac parte quae sibi conscientia dicitant; interrogati super hoc sigillatim & singulatim, fuerunt octoginta & septem: ex illis qui conuenerant, qui per viam cessionis eundem & non aliter conclusiunt. Inde abhuc & usque ad diem xviii. sua colloquia continuantes, multis ad instructionem nuntiorum mutudorum teigerunt, quae scripta, & sub instrumento publico redigi mandauerunt, & quae sequentes dignum duai litteris commendare.

#### Quae talia fuerunt in Concilio Praelatorum.

**I**n instrumento praedicto habebatur: Sequentes illa quae pro instructionibus Dominorum Ducum, & aliorum Consiliariorum suorum, quos Rex intendit mittere in Auisinam ad Dominum papam & Dominos Cardinales, quae unanimi omnium consensu conclusa & deliberata fuerunt. Habeantur primo pro repetitis excusationibus, protestationibus, & curis. Quos Dominorum Praelatorum ponantur inde Orationes, Processiones, Missae, Praedicationes, cum

d. invocare] Ita restitui edidit esse iudicari.

alias pijs operibus, quae tamen non fuissent. Supponatur etiam credentis expositis mensi Octobri per Nuntios Apostolicos Domino Regi missa, & responsio tuae in facta, & eorundem propter quam Rex mandauit Praelatos Regni sui, plures Abbates, Doctores, Magistros, Religiosos, & alios nobiles viros, ut Regi praerogent consilium super requisita per Papam. Tangatur in brevi qualiter de praerogate Regis ante dictum tempus Praelati assignatum, materiae per plures dicitur tui notabiliter & diffusè cum magna maturitate pertractata, tangendo via omnes quae repetit poterant ad amissionem, cum mutuis ad eandem, dubis in contrarium respondendo, & sollicitudinis eorum, & quorumque in praesenti Domino Cancellari France, & quorundam notabilium de Consilio Regi, & Deputatorum Universitatis Parisiensis post aduentum Praelatorum recitata fuerunt in eisdem, quae prius disputata, proloquia & tractata fuerant, ut quosque eorum clarius delinearet. Et inde de praerogate Regis examinatae sunt opinionis singulorum per iuramentum. Opinio motica loquens tua, & est hae in effectus, quod primo ad viam facti nullatenus est procedendum, quoniam in intentione praerogate procedendum gerat. & desiderium Regiam & reguorum, per quod rem factam ius habet in Papam succumbere possit, & si per hanc viam altera potestatem obtineret, de factu non esset finis schismatis, neque Catholicorum corda soluta silent; non enim propter hoc crederent illum qui viduam obtinuit, esse verum Papam. Via resolutionis Intrusi, Regum, Principum, Praelatorum & populi suae obediunt, ad obedientiam Domini Benedicti non videtur possibilis, propter istam oblationem, schismatis duritiam, promotionem Praelatorum, & aliorum Ecclesiasticorum virorum, & quod credendum est Principes partis aduerse in hac materia aequitate velle seruari, maxime cum jam sit notarium ubique, tres vias per Universitatem apertas, esse satis aequales ad honorem utriusque partis. Et si Romanus Intrusus simpliciter renuntiare videret, (quod non est credendum) non ob hoc praefati obediunt fore vellent obedire Domino Benedicto: sicut si Dominus Benedictus solus renuntiaueret, Rex & eius subditi non obediunt Intruso.

Quantum ad tres vias per Universitatem apertas, quae aliqui duxerunt salutare praesenti consilio Regi, quod eas notaret Papa, sic quid unum earum eligeret, vel aliam viam meliorem, aut aequè bonam, videretur loquenti quod ad praesentandum Regi per suos Praelatos fidele consilium, & per Regem Papae, si una via illarum trium, vel aliqua altera inter ceteras melior, expedientior, & breuius apparet, illa sit Regi consulenda, & per Regem, si melius in suo consilio non reperit, rursus exhortando eum consulenda, quoniam alter consilium esset incertum, & frustra forent Praelati congregati, quoniam per epistolam Universitatis alie tres viae iam sunt notoriae. Si Papa, qui vult uti consilio Regis, uteretur ejus Nuntios, quae via de tribus aut quatuor sibi consuleretur, & Consiliarii Regis non eligerent unam viam, verè videatur quod illos oportere ad Regem remitti, vel ad ipsum remittere pro verificatione viae per ipsum consulendae, per quae sequeretur concitatus in hac materia requirenti celestium, propter animarum periculum, & alia inconuenientia tollenda summe vitanda. Licet via Consilio generalis de iure praecedere videatur, non est tamen de praesenti consilium, propter ipsius difficultatem nimiam & prolixitatem, sicut patet per

rationes communes: specialiter quoniam oportet vocare partes & audire, Dominus Benedictus haberet omnes Praelatos suspectos partis adversae, quos reputat schismaticos & excommunicatos; similiter Intrusus de Praelatis obediens Domini Benedicti, iura personam nunquam esset discussa. Et si Papatu ad iudicandum uni, non hoc tibi jus adjudicaretur, nec eadem esse talis per subiectos partis adversae, sicque non haberemus unionem.

Similiter de iordis per viam Compromissi, licet per Commis. non nisi ad iudicandum Papatu, sequerentur etiam inconvenientia supradicta: esset etiam difficultas maxima super consiliis eligendis & conveniendis. Videtur etiam quod haec materia tam spiritualis de Vicariis JESU CHRISTI, potestate clavium solvendi atque ligandi, & cura curiam fidelium animarum, in compromisso vel arbitrio eadere non potest. Et si Benedictus & Intrusus compromittentes edicerent ex nunc prout ex tunc, si compromissarii iudicarent, talis casus condonatus non valeret, quoniam sicut consensus Papatu post electionem canonica debet esse purus & simplex, non recipiens conditionem extrinsecam: sic etiam renuntiatio debet esse pura & libera, sine conditione quaeumque, specialiter extrinseci; quia si apponatur, vivunt adum cessionis, & esset Regi reverendum, Praelatis & Concilio, viam unam offerendum Domino Benedicto & Collegio, vel etiam Intruso, sive via illa esset sola, sive cum aliis viis, quae via non esset rationalis, & de iure sustinenda. Necesse videtur quod Dominus Benedictus, aut Intrusus, viam cessionis ponerent in compromisso, quia magis eis est humilium liberè cedere, quam per Arbitrorum sententiam. Item Arbitrorum sententia non parit actionem, nisi fuerit homologata, nec esset superior coram, quo posset exequutio finem requiri. Et licet aliqui dicerent viam istam compromissi per aliquas rationes posse sustineri, tamen quia posset in dubium revocari, materia verè electam desiderat, omnes viae dubiae rescicari debent, exclusis disputationibus & argumentis, amplectenda viam claram, brevem, schismaticam seditionem, conservativam aequalitatis utraque partis, per quam conscientiae valeant pacificari.

Sanè super eo opinantur quidam quod eligatur aliqua via differentis, donec Dominus noster Benedictus Nuntius Regis exposuerit unam bonam viam per ipsum deliberatam, quae Regi & toti mundo placere debeat. Nec est verisimile Dominum nostrum propter electionem meliorem sibi consulende debere turbari, consideratis suis sanctis propositis, virtutibus, intentionibus, iuramentis per ipsum & alios de Collegio in sua creatione praestitis, imò commendatos habere debere tamquam fideles, Praelatos & alios in illo Concilio congregatos.

Est etiam notandum Universitatem per modum consilii non determinationis unam viam elegisse; si verbò Praelatos eligentes, & Regi consulerent viam suam, iam videtur inter Praelatos & Universitatem divisio quedam. Et si (quod abest) ex fidei consilio secundum conscientias, & per iuramentum Regi praestito vel praestando Dominus noster moveretur, vel permitteret scandalum sequi aut inconveniens (quod nullatenus credi vel dubitari debet) maximum onus esset sui conscientiae & honoris. Tendimus enim ad reintegrationem & conservationem status & honoris summae dignitatis Pa-

patis, & universales Ecclesiae, sicut in nostra consecrationibus juramus, ad quae tenetur adfinitus plus sine comparatione, quam homo vivens. Non enim Praelati suae personae sumus obligati solum ratione suae dignitatis, per consequens magis dignitatem quam personae, qua propter quod unumquodque tale, & aliud magis est. Debemus igitur hunc tenore & commodum dignitatis praefere personae.

Concludendo de eligendo per modum oppositionis & consilii, solum attentis deliberatione Religiosorum Ordinis Carthusiensis & Cisterciensium, & Universitatis Parisiensis, & quia necesse est: casibus sanctae Dei sub periculo desolationis evadens, istud detestandum schisma brevius quam fieri potest extirpari, & Ecclesiam uniri; nec viae praetactae, vel aliae quae imaginari valent, sunt sufficientes ad veram unionem, pacem firmam & concordiam animarum, praeter viam cessionis utraque partis; illam viam satis congruam quali iudicium Spiritus sancti elegit, & Regi consulti, per Nuntios solemnnes Domini Regis Domino Benedicto consulendam, ipsum & eius Collegium ad hanc omnibus modis cum honore & reverentia decentibus exhortando. Exponendo tamen Dominum nostrum primò aliis vias praetactas, causas propter quas non approbatur de praesenti, & causas propter quas cessio casibus videtur eligenda.

In casu verbò quod sic Dominus Rex cum Romanis de genere suo, & aliis de consilio suo iudicaverit, modus petendus & procedendi sicut esse talis; videlicet, quod in Consistorio publicè Nuntii Regis regratiarentur Domino nostro, & articulis de bonis intentionibus suis, de Nuntio iuramentibus per Papam missis Domino Regi. Significarent etiam in genere bonam intentionem Domini Regis, diligentiam per ipsum adhibitam curam nostrorum, convocando suos Praelatos & alios suos viros, & quod cum Universitate habuit consilium, & quod Nuntios misisset ad Papam ad secundum ipsum institutionem, & viam per ipsum deliberatam, prout ipse daturum per suos Nuntios Regi significavit. Item aperit & secretè Nuntius Regis innotuit loqui cum Domino nostro, relinquens ejus arore, si prius voluisset viam per ipsum desideratam aperire, vel audire viam ex parte Regis consulendam. Et quicumque prius viam aperuit, si viae sunt concordēs in nomine Domini; si verbò clare patet Nuntius Regis, viam Papae non ita convenientem sicut viam Regis, vel quia eligeret vellet viam compromissi, seu Consilii generatim, ipsas vias impugnet secundum suas instructiones per nos praetactas, & alia suis congrua. Sed si via per Papam exponenda, quae foret alia de tribus praetactis, Concilio, Compromissi, vel Cessionis, revocaretur in dubium, an esset melior vel aequè bona (quod est incredibile seu multum difficile) super hoc Rex esset consulendus, & ejus beneplacitum expectandum.

Restat modus executionis & prosecutionis in causa<sup>b</sup> quo Dominus noster viae renuntiationis consentiret, scilicet significare per ipsum Dominum nostrum & Regem Regibus & Principibus obedientiae suae, deinde per ipsum Regem & alios Reges Principes praedictos, non autem per D. Benedictum Regibus & Principibus partis adversae, quoniam ipsius significationem gratam non haberent. Nec primò via Cessionis est Intruso significanda, qui

<sup>a</sup> *judicantur*] Hic leguntur *medicantur*, quod medicam indigetibus.

<sup>b</sup> *adhibet*] Hic novella desit, etiam facile perspicitur, cum etiam moxet Baluzius, qui integritatem codicem à se vitam tollitur, sed lacunam, qui de causa nescio,

reliquit.

<sup>c</sup> *injunctandum*] Hic etiam novella desiderat, quae à se in altero codice reperitur sicut, annotat Baluzius.

<sup>d</sup> *in causa*] Lego in causa.



Principibus obedientie suae malignari possent. Creandum est autem Principes & Praelatos suae partis tantum unionem desiderare, & quod ad ipsam toto posse praesertim inducentur i qui in consensu refusa- ret, censetur notori foret causam injustam, possitque contra ipsam remedia reperiri substructione obedientie, vel alia remedia juris aequa, tunc Principibus consideranda. Nec videtur Principes illius obedientie congregandi, donec aliqua via certa sibi significetur. Non est enim verisimile, quod ipsi sub incerto convenire velent, & [ si ] etiam congregarentur, creandum est, quod ipsi non deliberarent, nisi postquam forent ad sua regna reverti, consilium habuerint cum suis Praelatis, Clericis & notabilibus viris, prout observat Rex Dominus nostrus.

Si diceretur quod alii Principes Nuncios suos mittere possent ad Regem, ut forent deliberationem ipsius, & suis Dominis referrent, &c. Respondetur quod attendit magnitudine materis, securus exponatur Principibus aliis per Nuncios Regis, quam per alios, brevius etiam possit factum expediri.

Postquam Principes alterius obedientie viae praedictae consenserint, & ad consentiendum eundem iterum & suos Anti-Cardinales induxerint, appropinquarent se partes in duabus civitatibus convocatis, in limitibus duarum Obederentium situatis, & illuc conveniant aliqui Dominos temporales potentes utriusque partis, cum Praelatis & literatis viris, tam ad conservandum pacem & Concordiam libere & securae, quam etiam ad perturbandum eam quae pro complemento negotii communi a tractantur, videlicet de oblationibus, dispensationibus, revocationibus, confirmationibus, & creatiombus de novo, in quantum fuerit opus, Cardinalium, Praelatorum, & aliorum Beneficentiarum; necnon bonae reconciliationis & pacificationis partium, cum dependentis & connexis; quibus omnibus concordatis, conveniant amice partes cum Collegis in eadem civitate complectur tractata; nec fieri possent nisi per Procuratorem, propter varias multas quae fieri potest possent inveniunt.

Trahitur etiam ante renuntiationem de modo & forma electionis Summi Pontificis. Videtur autem scribenti ad vitandam odia & animulorum utriusque Obederentiae, qui sunt partes contrariae, minus astricto, quilibet pars pro capite suo, cum aliis pluribus caulis magis expeditis, & populo cuiuslibet partis placens, quam pro sua vice Beneficentis & Institutus de consensu Collegiorum ordinaretur utriusque Collegia, qui sine praedictis Cardinalium pro hac vice pacellente habent eligendi. Praesertim fortissimum iuramentum de fidei tenendo de Collegio vel extra, favore vel odio quibuscumque secularis, & quod pro hac vice sufficeret Electum vocem majoris partis Compromissariorum habere. Sin autem ad hoc Cardinalis induci non possent, exiret eligere numerum certum utriusque Collegii, qui ad electionem omnes admitterent, & recluderent in Conclavi secundum formam juris; hoc addito, quod sufficeret majorem partem convenire.

Nec obstat si dicatur, per istam viam conjunctionis Collegiorum plures erunt Italici quam aliarum nationum, sicque habitus Papam italicum, & sic Italici ex suo delicto, videlicet intrusione praesentium reportabunt; quoniam apud Deum non est acceptio personarum, & est similiter comparatione mutis habere italicum ( utinam sanctam ! ) quam Ecclesiam manere laetantem. Et si percipiant Italici quod caeterae nationes ad habendum unum de suis,

ipsi nitentur in contrariis, ex quo scilicet novam possent laborum.

Dubitaverunt quidam, quod si via cessantis publicetur, ducere adversarij Dominum Benedictum. hanc viam consuevit propter dubium sui juris; & quod Rex non tantum sibi foret, quia non est Regnicola, sicut favorat Dominus Clementis cum multis aliis, &c.

Respondetur quodam quicumque via supervenient multa, quae non omnes prevalere valent, sed ex quo hinc per omnes hanc via cessantis reputatur laetior, & utilior, est proficienda, sub spe quod omnibus pacem Ecclesiae diligenter placabit, & quod optatum foret effectum, quod annuat Altissimi. *Hac Amachus S. Diem.*

#### Littera Universitatis Parisiensis CAROLO Regi Francorum.

ANNO 1564.

Christianissimo, ac Religionis orthodoxe reuerentissimo Principi CARO DEI gratia Francorum Regi Illustrissimo, devota suae Celestissimae filiae Universitatis Studii Parisiensis, devotae & filialis obediens sinceritatem. Quamquam Majorum nostrorum revocata ante oculos exempla nobis & maximos in arduis quibuslibet ad virtutem capillandam stimulos incutunt, atamen ut Religiosis & fides regitur, ad strenuam & viriorem agendum, quantum nostrae interesse potest, ex eorum monumenta ac gestis majori quodam ardore accenduntur, quibus ad semper maxime cura fuit, pro sacrosanctae Religionis Catholicae custodiam constanti vigiliis excurbare, ne quid in eam erroris, detrimenti aut scandali irreperet. Sic nempe sollicitudinem suam fore studium zelantibus, si illud ad profectum & tutelam Ecclesiae converterent. Ea non occasione ducti, etiam quoque domus Dei potissimum excitati, sublimis sanctissimae abominabilem pestem, quae Ecclesiam Christi radicibus extenuat, de medio summoque defiderantes auferri, per seducendo evolutos annos, quibus idem sceleratissimum schisma jam viguit, nunc privatim disceptando, conferendo, & firmando, nunc palam & in aperto coram vestra Celestissima regni praedicando, proponendo, atque exhortando ad Ecclesiae ipsius unionem quantum nobis divinitus facultatis erat datum, eniti & anhelare nullatenus cessavimus. Verum obstitente semper & prevalente hostis nequissima virulosa, qui in flore Christi agro hanc libem zizaniorum seminavit, seminatamque aluit, & magis in dies alit ac radicat, universi consensu nostri, etiam non praesertim irrita castitate, intentione tamen propria utique ad huc firmiter sumus: *Facem enim quae sitis, ut cum Propheta loquamur, & ecce turbatus turbati quippe sumus hinc usque, & pessimum quorundam nostrae factione impedit. Accessit eodem, Princeps Christianissimus, vestrae Majestatis Regis, sine qua nihil possumus, excusata legitime mitantia atque adolefcentem.* Sed postquam evacuatis his quae parvuli fuerant, Clementiae caelestis placitum est vos in vram petentium adducere, & tam atrocis vulneris Ecclesiae perniciem mente generosissimam concipere, illud non degenere ab institutis praevia ad salutem Ecclesiae, & dei hujus vulneris amputationem totis viribus animus intendit. Sed qualiter intendit, audient fides universi, & Christianissimum vram Regem; clarissimamque Francorum progeniem Majorum venerationem agnoscant. Jam certe rerum status immutatur, jam procedenda ratio in contrariam ordinem

Per viam ad  
finitum  
profe-  
ctum  
Regi  
proposui Un-  
versum.

i miki affitave Hoc loco librarius turbavit, sed ser-

veria in universum perspicua est.

revolvit: qui exhortari aucta à nobis solus erat, nos hortatur; qui se pulsari toties audivit, nunc ultra ad id ipsum nos pulsât, & non modo nos pulsât, sed quod suo jure potest, ut vias & rationes quibus id fieri possit, sollicitè ac si dūdū excogetur imperat, se & sua universa in hujus œnebrabilis scilicet relaxacione imperisurum pollicetur, etiam si regni sui aut corporis impendium, argotum hujusmodi depoliceret. O vocem Francorum Rege & Christianorum omnium Christianissimo Principe dignissimam! O nos tali Rege fortunatos! O in tantis miseris adhuc abundè felicem Ecclesiam, cui talem Christum filium, patronum, & curatorem delegit! O vocem summis laudibus decorandam, & omnium firmionibus, linguis atque præconis extollendam! Quam utramque quaeveretum Catholicis orbis audivisset; vocem, inquam à quâ pacis Ecclesiasticæ zelatores animantur, & prolatu hæc tunc reviviscunt, quâ sagacissimi ejus inimici formidoloso terrore quatantur, curis atque angoribus deficiunt; quâ Ecclesia ipsa prius sæh gematibus & dolore conficta, nunc gaudio letabunda resolat, se prope diem sperans ab Ægyptiaca ista servitute libertandam: quâ postremò Cives ætherei totisque chorus superætorum gratulantur, tartari autem ingemiscunt hostes. Immemulus tibi gratias clemensissime Christe referimus, qui hanc sanctam voluntatem in cor Regis immiseris, utque eam adaugas, servas atque perficias, obsecramus.

Sed ut ad mandata vestra, Regum illustrissime, revertamur, jussit paternæ vestræ benignitas, ut vias, modos, & formas, quibus ad hanc concordiam maturius vinceretur per deputatos nostros, & solemnem utique viros & discretos, cum majoribus vestris Consultatoribus conveniendo excogetemus: cui quidem jussioni pro virili portione gaudentis promissio animo parvitas, vitioque celebratissimè toto corpore nostro probos, & valde sincerè ad materiam affectus delegimus, qui Consilium vestrum semel, iterum, tertio, & repetitis vicibus adentes, nihil ab eo audire, quamquam vehementer admodum insisterent, de materiâ istâ potuerunt, quum potius omnium congressu idem Consilium perfructerent omnino responderent se nullatenus nobiscum collatos, neque ad aliud se se delegatos, nisi ad nos, si quid fortis diceret aut aperire in materiâ vellemus, audiendos. Quibus in eâ omnino obfirmatis sententiâ, quia regis vestri Majestatis hinc aberat, ne quidquam nobis obijci ab obsecratoribus posset, per nos aliquâ ex parte stetit, quominus vestra voluntas & jussio impleretur, vias quasdam tres numero ad pacem in Ecclesiâ obtinendam excogetimus, quas diuturnâ super his consultatione, gravique digestâ deliberatione præmissis, tamquam justas, congruentes, & maxime pro tunc nobis apparerent idoneas ad perficendum scilicet celestem tractandum, pacemque in Ecclesiâ reformandam, unanimes omnium consensus, nec uno quidem in tanto suppliciorum conventu resistente, non sine Spiritû sancto, ut credimus, interventu acceptavimus, probavimus, atque ratas habuimus, non per hoc vias alias, si quæ sunt commodiores, aut factu faciliores excludendo, sed tantummodo illas in modum avilissimi præsentando, ad dandam occasionem laborare volentibus: omnis enim vi per quam bona & unanimes Ecclesiæ concordia possit verisimiliter obtineri, nobis est eo ipso accepta.

Illas itaque tres vias, Princeps Christianissime, Celestidini vestræ hac præfata epistola, prætermittimus propter brevitatem rerum & temporum varietatem, prævisi curam dispositionibus, præsentamus, quandocumque & ubilibet videbitur opportunum ni-

hæc omnia explicandas.

Prima igitur via est cessio & renuntiationis pænariæ utriusque partium, scilicet Domini nostri Patris, & alterius de summo Pontificatu contentendæ, ad totale jus illud quod vel habet in Papata, vel se habere prætendit; live cessio illa sit aliqui tantum in manibus vel presentibus amborum Collegiorum in annis conventuum, pro bono potest fieri, live in manibus vel in presentibus sui Collegii pars quælibet seorsum cederet, live postremò in manibus & presentibus aliquorum per eos & sui Collegii nominandorum, live alia modo ratione dicitur excogetandis: qua cessio factâ, de futuro Pontifice per veteres Cardinales fieret provisio, seu pro bono pacis per Collegium amborum. Est hæc via, Princeps Christianissime, ad ceteras, conveniens & efficaciâ hujus plagi lectissima remedium ceteris in hac nostra epistola contentis anteposuit: tum propter facilitatem faciendi; sic nempe labores, sumptus, difficultates plurimas, maxima denique Christianissimæ totius videretur dispendia: tum propter universorum fidrum utriusque obedientiam, totiusque in genere Christianitatis in cordibus & conscientiis pœnitentiam atque integritatem absque remorsu aliquo quaestione: tum maxime propter Principum & Regumque utriusque adhibentem honorum ea antequam conservandum, & devotandum scandalum; quod iudicio nostro summo opere attendendum, pensandumque in hac materia est; fratres quoque omnes sumus in Christo; & nonne Domini vox est, quâ qui scandalizaverit fratrem, à nobis expellitur: præcipitur, etiam si pes fuerit, manus uti oculus; tum propter apparentiam rationum utriusque partis, quales nunquam in schismate aliis via est: tum propter adhaerentiam suam, atque radicatum consuetudinis patris ad suum, ut nulla venerationis spes sit alicuius ad alium portem accedere, aut alius ad nostram illatenus verti posse.

Et profectò ad hanc viam debet eos, ut videtur, proprii amor honoris inducere, voluntati quoque reddere, ne si discussio fiat, in alterius eorum aut emborum ignominiam res veniat: debet & gregis Christi cui se prædicant, linguarum, exitus, & misericordibus dillipio, eis non æquo animo (si quid misericordie & compassivus habent) notanda: debet zelus numerum dicit gregis, pro quibus si peritura sint eis eorum neglectu, sui in ultimum reproficerentur à Domino (dura planè contra eos est sententia, & quam multùm attendere & temere debuerunt: ) debet præterea tam virtuosè operis, tamque sublimis meriti apud Deum respectu: debet nominatim gloria, quâ ipsi perenni laude succedentibus scilicet ex hoc insigni facto omnium ore hominum & scriptis celebrabuntur; plus profectò quam si utriusque eorum centum aut ducentis annis etiam virtuosè, pacati quoque prædicatis: debet postremò cbaritas amplissima, quâ prædicti esse debent, quibus pro ovibus suis juxta supradictos Pastores sententiam, suam etiam animam in casu ex parte adstringuntur; quanto igitur amplius in tam horrendo scandalo gregis sui, temporalem suum statum in tam evanescente bono Ecclesiæ resignare à sinuaverit profectum quod cuiuslibet eorum de seculo, excellenti & honorifico statu fuerit in Ecclesiâ, sicut verisimile est, provisio. Et de primâ quidem vi hæc hæc tunc sufficiunt.

Quod si ambo jure suo vago vel ælimato tenacius inhaerint, sicut hæc tunc fecerunt, & hanc viam celsissimè plurimùm expediturum subire recusaverint, de secunda vi consilii particularis, seu mutue & submissivæ compositionis amborum in aliquos solennes viros, quos ipsi ambo duxerint nominan-

I. V.

II. VI.

das, vel in aliquos alios debite & canonicè exigendos, tamquam in prelariorum delinquentes controversiæ, qui sunt honorati & authoritati de discutendo & sententiando; & si forsan opus esset aut expediret visum, & per eos ad quos spectat canonicè approbatum, de noviter eligendo. Per hæc autem viam vitaretur Concilii generalis difficultas; cessaret cavillatio dictionum, quod in dicto Concilio generali Dominus noster Papa ob ampliorum numerum aliorum, jus suum exponeret discrimini. Per hæc maior esset terminatio facti, quam nos omnes maximo opere desiderare debemus; per hæc quoque nota omnis perverfæ ambitionis dominandi tolleretur, quam rigorosa nimium & pertinax defensio cogniti etiam juris sæpenumero inducit; denique subterfugens viam istam æquitas sceleratæ, charitatis & amicitie plenissima, vehementem suspitionem de injulio titulo suo in omnium animos hominum ingerere videretur; nam præsumptio juris est, & rationis judicio consentiens; quod æquè, si non amplius, necesse, atque injulius alicui usurpare, æquitate judicis propriæ causæ diffidens subterfugit, sicut juslus innocensque prope innocentiam conscientiam securas hoc appetit.

Hujus viæ nobis formam Cbristus, qui est pax nostra, faciens utraq; unam, nos docuit: *Ubi*, inquit, *des*, unus scilicet ex una parte, & alius ex altera, *vel tres*, in casu scilicet discordiæ, *in nomine meo congregati*, in nomine videlicet charitatis, concordie & pacis, *illuc ego in medio stiteram sum*, ad concordiam revocans alterasque fratres, & inter se dissidentes in pace reconcilians. Nec valet si quis dixerit Papam nullatenus posse in aliquos hujusmodi seipsum subjucendo compromittere. Primum quidem, nihil ad rem hoc attinet, quia illic neuter eorum se tamquam Papa subiecit, sed tamquam in dubium revocatus, de suo atque alterius in Papata jus, imò quilibet eorum ab adversâ parte suâ velut Papatus invasor & usurpator ipsius arguitur, & quoad hoc arbitrio se lobere postulat. Simile quoque omnino ut videtur in generali Concilio, si super hoc ageretur, & in parte istâ censendum est. Constat vero quod illic neuter eorum ut Papa præfideret, quare nec etiam istilicet ut Papa se subiecit. Præterea ad falsum est, quod subjungitur, Papam non posse seipsum in alterius ditionem submittere; immo quod Christo major erit, de quo sacratissima Evangelii prophetæ hactenus, quia erat subditus illi, scilicet Marti & Joseph! Marti namque suæ, hoc est suæ Ecclesiæ, quam Fidei sum omnium matrem esse constat, si ipse Catholicus est, materno jure subditi; nisi forsan quis dixerit postquam sponsa facta est, matrem esse destitisse. Numquid Petrum antea, cui non ad Evangelii veritatem ambulanti Paulus in faciem liberè reflicto, quam Pauli correptionem submisit & humiliter sustinuit. Numquid & Patris jure à fraternæ correctionis cimeter lege, ut eadem omnium malorum agendorum licentiam imponit donemus? De Deo solo Job dicitur ad loquens: *Nus est qui dicat tibi: Cur ita fecit*. Caveant qui hunc titulum soli divinitus opposuerunt debent, & sacris literis adscriptum, in seipso usurpando transulerunt, atque, ut ita dicam, suo ipsorum gladio ad instar nefandi Golie jugulerunt. \* Ab eisdem percunctari libet, jura si que hoc prohibent, divinant, an humana ac purè positiva sint? Non divinat profectò aliqua allaturi sane; restat ergo ut positiva sint, quibus, ut ipsi aiunt, non est Papa subiectus; necrò demeritum compromittendo lubens, non contrâ illa ageret. Nihil

igitur casus est quominus se subiecit ac compromittere possit, & mirum est quod non videtur hæc dicentes, se se illi potestate quam cælo acquirere volunt, tam aperte derogare.

Poteramus rationis multo copiosiores & ad hæc viam, & ad alteram præcedentem, exempla etiam quædam Romanorum Pontificum inducere; sed quoniam brevitas studemus, & hoc alibi annuente Altissimo tractare diffusius speramus, de eis in presens tempus supersedendum putamus. De secundâ ergo viâ hæc dicta sint.

Sapereit tertia viâ, quam, si non superiorum alteri acquirerint, fraternè ad hoc seculò & amicè admoniti, velut hujus sacrilegæ discordiæ conveniens nostrâ estimatione remedium subijcimus. Et hæc utique viâ est Concilii generalis, aut secundam formam juris ex Prælati tantummodo celebrandi, ut quia plures eorum satis, proh pudor! hodie illiciti sunt, pluresque ad alteram partem inordinatè affecti, mixti usq; cum Prælati ad æqualem eorum numerum Magistris & Doctores Theologie, ac Juris, de Studiis solemnibus utriusque partem antiquitus approbati; aut adhuc si alicui prædicta provisio non sufficit, adjunctis ultra præmissa Capitulum Cathedralium & Religionum principalium uno vel pluribus deputatis, ut ea que tunc illis decerni aut desiniri contingeret, essent majori pondere & certiori etiam examine digesta.

Et quamvis via ista à nonnullis adulatoribus, ac hujusmodi monstruæ Sectionis frustoribus, ab ipsius initio usque ad ista tempora, magis turbandis studio, quam veritatis radice, velut incepta omnino repudiata sit; tamen abique fermentum infectionis malignæ, veritatem lutenti non adeo refellendam esse satis liquidò clarescit. Nam ut ab altiori repetamus, usque varis hæresis scæculi antea in Ecclesiâ Christi irruerunt, nisi quia ante ipsissimi Constantini Imperium Christianis Præsulibus in usum conveniendi licentia interdicta erat, quæ ab ipso accepta, universalium Conciliorum decretis hæresis innumeræ ac perverfissimæ cum suis assertoribus damnatæ sunt, sicque Catholica fides intemerata permanuit? Si igitur ad tollendum hoc pestiferum scisma, quod jam propter longam moram hæresis speciem habet, (inveteratum quippe scisma, sicut ait Augustinus, hæresis est) non liceat Ecclesiâ congregari, repudiatis præsertim viis superioribus, quid restabit? Restabit profectò, ut sicut per gravissimam inexcusabilemque negligentiam amborum, de quibus sermo, Præsulibusque & Collegiorum suorum, jam per sexdecim annorum spatium hoc dissidium duravit, ita adhuc per totidem attentâ majori semper invalescenti, & pacis turbatoribus, durare poterit, sicque in oblivionem cum Græcorum dissidio, atque in finem scæculi perducatur. Quis igitur obvius surgentibus hæresibus, & jam ex nunc pullulare ac in lucem erumpere nitentibus, cum ab altero plerumque ad alterum de facili propter impunitatem confugit? Grassabitur passim & liberè iniquitas, nec erit qui obstat, permescente quolibet partem sine & favore manere, atque hostes Ecclesiæ sue concitare; quod quam verisimile sit, viâ experientia de illo perditissimo Jacobicæ, divinx Majestatis ac Virginis gloriæ blasphematore, insinuat.

Porro que amplior unquam aut fuit aut futura est congregandi Concilii occasio, cum universalis status Ecclesiæ in disciplina, moribus, legibus, institutis, traditione Majorum ac observantiâ, & ut brevi absolvamus, in spiritualibus & temporalibus funditus

III. VI.

Mart. II. 10

Job 9. 13.

\* ut in his diebus in alio codice, ait Achertus, ut ipse dicitur. . . . jugulatus, legitur, quod quidem minus placet.

per hoc schisma innumerique abutis hinc in se-  
cutes subvertatur: & nisi maturissime plūmum mili-  
tatoris ac confessoris ejusdem respiciat, impendens  
a vertens scandala, in tumum horribicum atque ter-  
ribilium venturus sit? An non hoc inter illa nu-  
merandum quæ maxime ad fidem spectant? An non  
lata ad arduum, ut super hoc provito per Con-  
cilium quærat? Sed, hinc est credere, & ostēdes,  
remedium vos quartū p̄sumēte, si non modo dum  
potestas adit, sollicita prop̄ mala avertit. Quis  
putatis hoc regnum latens ut? Quis arguit illas  
& Ecclesie spūa? Quis promoveat illas, utique  
mercenarias, indignorum quorumlibet ignorantissi-  
morumque ad altissimi quæque dignitatis? Falli-  
mini profecto, fallimini, si illa dū lucere adsumis,  
quamvis homines ipsi dissimulando taceant, lapsales  
certē clamabant adveniens vos.

Sed ut jam ad Caputem revertamur, Christus  
Dominus nosse legem nobis fluxit de fratre cor-  
ripendo, si quid fortale in nos peccaverit, præcipit  
ut illum primò inter nos & ipsum sēdō corrigamus;  
deinde si non audit, testes aliquos nobiscum adma-  
natos; & si tunc nihil magis adit, Ecclesie man-  
tiamus. Cum igitur per tam longa jam annorum  
curricula neuter alterum, nec se solo audire, nec tes-  
tibus adhibitis vobiscum, quin etiam nec spes ulla au-  
dendi reliqua sit; quid jam restare videtur si Christi  
præcepta non pleamus, nisi ad dicere Ecclesie generali  
Concilio convocata; quam si ipsi, vel alter, audi-  
re recusaverit, aut ipsius iudicio nequaquam ob-  
temperare, planè & liberè cum Christo faciamus eos  
nobis ut Ethnicos & Publicanos habendos. Quod si  
dixerit alter, se nondum sufficienter fratrem suum  
prævisi alia monuit correptionibus, suis certè ibi  
impulerit neglectis: an turpitudinem suam allega-  
tioni sibi suffragari putat? Nonne sibi factis ad hoc  
concilium esse ipatū? Execrationes hæc dū ab  
peccato ille sunt, & subinde requiritur obliqua  
subterfugia, audibus inceptis similia, nec à viis aut  
gravis, aut peritus audienda.

At quàm frivola multa concordie turbatores ex  
adverso obyēbant? Quomodo, inquit ipsi, Papa  
nosse canonice electus sui suum clarum adducit in  
discutionem, & illud, de quo constat, in dubium re-  
Videntes autem tunc Domini Cardinales in Lucà existentes Dominum Gregorij pertinaciam, contumaciam, & dispositionem notoriam, nedum in vâ cessionis jurata, voto firmata, & in verbo eum Dominus Benedicto concordatæ, imò & ad omnem aliam viam per quam haberi possent unio, & quòd ipse D. Gregorio absque gravi offensa Dei, & schismatis perpetuatione, ac iustorio multorum eorum detrimentum fides, & usorio se evidenter periculo animarum ac Ecclesie desolatione reparabili, non poterat adhærere, nec velle nec juramenta per ipsos præstita observare: ipsi DD. Cardinales tunc in Lucà existentes, seu eorum dux partes, & finaliter omnes, uno dumtaxat excepto, ab ipso D. Gregorio receperunt, & ad hanc civitatem Pisanam, vel ad locum tutum se transfugerunt, cum firmâ intentione & proposito ut se conjungerent cum DD. Cardinalibus, qui D. Benedicto adhærerant, ad finem

XXVI.

ut ipsi simul unitis utilibus & liberis possent extirpationi schismatis intendere, prout vigore instrumenti in Concilio celebrati obligabatur & tenebantur, & secundum multorum valentium Doctorum consilium per ipsos DD. Cardinales habitum in Senis, de mandato expresso dicti Domini Gregorii expressè tunc discutit, quòd contentabatur quòd haberent consilium, & secundum consilia procederent, impedimentis, pertinaciis, & indispositioibus rationis Dominorum Gregorii & Benedicti non obstantibus, cum evidenter foret notorium, quòd si attenditur ipsorum Dominorum Gregorii & Benedicti voluntas, nunquam ipsi viventibus extirparetur schisma, sed potius perpetuaretur, & Christi characterè insigniti erroribus involverentur ex eorum factis, dictis & damnatis perjuracionibus, à cunctis Christi Fidelibus detestandis.

Molestè autem genus Dominus Gregorius recessum Dominorum Cardinalium, & de statu suo dubitans, per suos amicos insequi fecit bonæ memoriæ Cardinalis Ledensium, quamplurimam assiduitatem ad unum procurandam bonum, dato dictis suis attingere mandato crudeli, ut ipsum quoniam dictum Dominum Cardinalium ad Dominum Gregorium vivum redirent, vel incensum per fratres. Ecce mandatum Pontificis adeo crudele, ut videretur impus Menelus contra Quam Sacerdotem sanctum ab infens redisse, cuncta dissipans & civitatem inficiens bonorum sanguine cruento. Sed Altissimus qui bonis assidit & malis consiliis obviare consuevit, ut protegeret ipsum quondam dictum Dominum Cardinalem, ut in incensuram manus non incideret, sed à Domino protectus, ad locum Libesacke Pisanæ districtus Galvus & incolumis pervenit. Deinde de sequenti tam ipse bonæ memoriæ Cardinalis Ledensium, quam alii Domini Cardinales quæ de Lucâ recesserunt, ad hanc civitatem Pisanam se personaliter contulerunt. Exposita tamen existit domus ipsius quondam Domini Cardinalis in Lucâ existens prædictæ rapæ, & bona mobilia ibi reperta, fuerunt volentes ad domum tuæ Camere & nepotis Domini Gregorii apportata, & idem credatur quid fuisse dictum de aliis Domini Cardinalibus, nisi per dictum Dominum Lucanum extitisset obvium.

Ex quo verò Domini Cardinales in civitatem Pisanam convenerunt, voluerunt adhuc libetate ut Dominus Gregorius debitum suum faceret, & veritatem agnosceret, ac ad unitatem Ecclesiæ procurandam procederet iuxta vota & juramenta per ipsum præstata; & de his fecerunt ipsum requiri & exhortari, præmo per eorum literas, secundo per Dominum Cardinalem Burlegalem, tertio per duos nobiles Episcopos, videlicet Varmensem & Lubocensem, qui licet exhortationibus piis, humilibus supplicationibus, & rationibus luce clarioribus initerunt, ut ipse D. Gregorius pertinacià depositâ veritatem agnosceret, vota & juramenta servaret, & uteretur pacis & unitati Ecclesiæ se obicem non poneret in hoc animæ detrimentum, & Ecclesiæ scandalum offerendo eadem quod in casu quo præmissa faceret, ipsi Domini Cardinales omnem honorificentiam & adhiberent debitam præstarent & exhiberent. Requirentes eundem, ut ad civitatem Pisanam veniret, ad quam venire debebat, quam ipsam obtulit & in submissis commendavit, quam etiam offerri fecit per ipsos Domini Cardinales, & promitti quod ad ipsam irent, ut supra piensè traditum est, vel si venire nollet per procuratorem renouariet. Ipse tamen Dominus Gregorius velut in eor durum datus acquirere noluit, omnia contentans, & in sua iusta permanens pertinaciâ, im-

pediendis & erroribus antedictis.

Demum quatuor ex dictis Domini Cardinalibus qui ad Pisanam se transfugerunt civitatem, cum quatuor ex DD. Cardinalibus, qui D. Benedicto adhaerebant, in Liburno diocesis Pisani de voluntate D. Benedicti, & totius ipsorum Collegii convenire ad tractandum de unione Ecclesiæ elenter procurandi. Et quia Dominus Benedictus de tribus suis Cardinalibus ad hoc deputatis confidentiam non habebat iuxta suæ considerationis mentem, adjuvit eidem quatuor suos familiares, videlicet Rothomagensis quosdam, Tolosanæ & Terracencensis Archiepiscopos, ac Magistrum Generalem Ordinis Predicatorum. Et his omnibus existentibus in Liburno, post aliqua colloquia aperta fuit inter eos via Concilio Generali utriusque partis & obiter in uno loco partium Italicæ convocandi ad finem, quòd ibidem duo de Papato contententes renuntiarent iuxta concordatâ juramento & voto firmata, aliis in eorum contumaciam provideret Concilium & Ecclesiâ congregata, ut foret secundum Deum, divinus & canonicus sanctiones providendum. Quæ via sic aperta, velut necessaria & canonica, accepta & grata fuit Dominis Cardinalibus partis utriusque ibidem existentibus, & aliis per Dominum Benedictum, ut præmittitur, deputatis, qui Dominum Benedictum de hac via Concilii sic aperta certiteraverunt, & ex post reulerunt, quòd ipse Dominus Benedictus erat contentus de via Concilii sic aperta, & idem restitit in Liburno Magister Symon Salvator Decretorum Doctor, ipsius Domini Benedicti familiaris, ad hoc destinatus. Et ex post antequam Dominus Benedictus à Porta-Veneris recederet, scripsit literas credentes Domini Prædicti, de Thurisio, & sancti Angeli, in Liburno existentibus, per Sacristam Magalotte, quoniam vim credentur ipsi exposuit quòd Dominus Benedictus erat recitatus ad partes Catholice, & quòd erat contentus ipse Dominus Benedictus quod ipsi Domini Cardinales prosequerentur viam motam generalis Concilii utriusque partis & obedientiæ; & quòd ipse Dominus Benedictus erat dispositus dimittere aliquos de suis ad illam materiam prosequendam unâ cum ipso Dominis Cardinalibus prædictis, dummodo à gubernatore Janæ posset pro illis saluè conductum habere.

Conclusio verò tractatu de via generalis Concilii in Liburno inter dictos Cardinales prædictos utriusque partis, & alios deputatos per Dominum Benedictum, subter Dominum Cardinalis de Chalento, tres Archiepiscopos prædicti, & Generalem Ordinis Predicatorum, è Liburno recesserunt, & ad Portam-Veneris accedentes reulerunt Domino Benedicto quæ gesta fuerant, & eidem confiterentur Domini Cardinales tunc in Porta-Veneris existentes, & alii Prælati sui Consiliarii & familiares, ut omnino sequeretur & amplecteretur viam Concilii generalis utriusque partis, de quo apertum fuit in Liburno inter Cardinales partis utriusque; quorum spreto consilium, & mutata voluntate deliberavit ad Perpignanum accedere; & volens viam Generalis Concilii utriusque partis impedire, ibidem publicavit quòd in fello Omnium Sanctorum in loco Perpignan terneret Concilium sui obedientiæ. Dominus etiam Gregorius in Lucâ audiens, & per D. Benedictum certitatus, quòd DD. Cardinales concliserant de via Concilii utriusque partis, etiam deliberavit è Lucâ recedere; & volens pariter viam Concilii generalis utriusque partis impedire, ibidem publicavit quòd terneret Concilium suæ obedientiæ & partis in festo Pentecostes futuro in Provincia Aquilegensis, vel Exarchatu Ravennatenis; per quæ Concilia sic divisa, & in locis adeo remotis se di-

veris terminis, & si impediti possent pax Ecclesie iuxta intentionem ipsorum duorum contendendum de Papato, qui una collusionis ac concordia damnata in hanc vacantem conveniebant, nullo tamen modo poterat schisma extirpari, sed potius nutri & foveri in majorem Ecclesie detrimentum, & periculum animum.

XXXI.

Ex post Dominus Benedictus de mense Junii proximo preterito recessit à Portu-Veneris, suos gressus dirigens ad Regem Aragonum, & ad locum Perpiniensis applicuit, nullo alio dato ordine ad schismaticam extirpationem, imò tractatu pacis rupto, & prosecutione unionis Ecclesie omnino deserta, in dicto loco Perpiniensis de mense Septembris proximo præteriti promovit de facto quinquæ in Cardinales, suos familiares, opusonum suarum & virium in impedimentum unionis tendentium sequaces, & pertinaces defensores: & pari modo Dominus Gregorius de Luca recedens, & de unionis Ecclesie nullo modo curans, novem de facto in Cardinales promovit. Et hæc per ipsos facta sunt collusionis mutua, & concordia damnata, ut evidenter ostendunt eorum facta & dicta in impedimentum unionis concurrentia & concordia, per hoc credentes plures habere sequaces & defensores, & facilis viam generalis Concilii utriusque partis impedire.

XXXII.

Ex post Dominus Benedictus cum fuit in Perpignano, antequam suum inchoaret particulare Concilium in impedimentum unionis, & ut suam Concilium particulare majoris videtur auctoritatis, tres alios suos familiares in Patriarchas promovit, & tales qui contra suam voluntatem veritatem dicere non audent. Et demum per plures dies tenuit suam particulare Concilium, in quo interfuerunt ferè quadraginta Prælati, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & ibidem legi fecit secundum se fuisse assumptum modum, & que fecerat pro unione habenda; sed non fuerunt ibi descripti sui recitati sui descripti, & impedimenta per eum paci Ecclesie præstita, nec alia que in precedentibus sunt veridica narratione descripta. Et ex post, ut fertur, dici fecit per Concilium suum particulare, quod ipse erat verus Papa, & quod fecerat debitum suum in unione Ecclesie profecturum, & quod ipse semper fuerat Catholicus absque labe hæresis vel schismaticæ pravitatis; fecit etiam publicè dici & prædicari in Perpignano, quod Concilium in hac civitate Pisana convocatum teneri non poterat, nec convocari sine ipso, & quod ad ipsum in solidum pertinebat convocatio Concilii generalis, contra veritatem juris, volens per hoc impedire hoc Concilium generale utriusque partis; & quod Prælati Aragoniæ & Castellæ ad ipsum Concilium non venissent. Et si ad ista impedimenta unionis Ecclesie & schismaticæ nutrementum pertinere, deliberet & decernat hoc sanctum Concilium.

XXXIII.

Et licet per præmissa velut ex evidentibus & certis iudiciis, ac presumptionibus violentis, famæque communi & vulgata, appareat notoriè de eorum collusionis & damnata concordia ad impediendam viam mutua cessionis per eos jurata, & omnem aliam per quam possent haberi unio & schisma extirpari tamen ultra præmissa in Româ, Senis, & Luca, & Portu-Veneris inter Curias ipsas sequentes fuit & est communis fama & opinio, & aliqui Notabiles viri dicunt se vidisse literas & cedulas, continentes quoddam inter Dominos Gregorium & Benedictum est & fuit confederatio, concordia, & collatio juramento firmata, quod ad hoc, ut ipsi evitarent & repellere valeant viam mutua cessionis, ipsi stipulis & suos dicunt se tractare debere materiam unionis, & non Concilio Dominorum Cardinalium, Principum, seu

aliorum quorumcumque qui de suo consilio & opinione non essent, quia ad ipsos, ut asserunt, & non ad alios præcisa spectat prosequi unionem, nisi in quantum illi per eos essent requisiti, & quod ipsi loca electa pro pace danda Ecclesie possent mutare pro eorum libito voluntatis, & dicere contrarium, est Ecclesie, ut aiunt, contradicere, & pacem impedire. Tenent etiam mutua concordia, quod melius est Ecclesiam stare in divisione, ut est, quam si cogenerentur ad viam mutua cessionis. Tenent etiam & concordem existunt, quod si simul haberent in uno loco convenire, traderent de reductione unius ad alterum de viâ compromissi & successionis, ut sic manerent, dum viverent; & de defuncto superiores unicus Papa remaneret; & ista asseritur plus placere ipsi contendentibus, ut asserunt viri Notabiles, qui præmissa audiverunt, & aliquos scripturas ipsorum contendendum viderunt & legunt.

XXXIV.

Postquam autem Dominus Benedictus recessit à Portu-Veneris ad partes Cathalonie dirigens gressus suos, disposuit D. G. à Luca recedere, & sic se ad eum locum elongare, ut unus ad Occidentem, & alter ad Orientem videretur incertum dirigere, omnino deserto unionis negotio & in desperationem passio, Domini Cardinales partem utriusque in majori numero hinc inde in Libano convenientes, quia adhuc non habebant alium locum accommodatum præ conventionem, & materiam Concilii utriusque partis & obedientie ibidem apertam velut necessariam prosequentes, præviderunt fore utile & necessarium ut ipsum Concilium generale partis utriusque convocaretur, ut prædicta deliberarent, ad vigintiannam quintam diem proximi præteriti mensis Martii, cum continuatione dierum sequentium in hac civitate Pisana, que curas alias per ambo de Papato contendentes ad consummandam pacem & unitatem vinculum fuerat electa, oblata & nominata, & sionem ac conveniens reputata; sic quod per Dominos Cardinales; huius Domini Gregorium adhaerentes, in eorum parte convocarentur Domini Cardinales abstantes, Prælati, Principes, & alii qui forent convocandi; & pariter per alios Dominos Cardinales in sua parte ad prædictum locum & diem; in quo de factum existit per ipsorum patentes literas de comunis & concordia ipsorum consensu, in forma canonica & juridica. Adhuc fuit etiam de consensu, quod pars mutua per ipsorum Dominorum Cardinalium literas, præmissa omnia ratarentur Dominis Benedicto & Gregorio, & requirerentur ut vocati ipsi Concilii præstarent consensum & operam; & ex superabundanti vocarentur ad prædictos locum & diem una cum Dominis Cardinalibus sibi obedientibus. Et quod ipsi contendentes de Papato vocarentur & provocarentur ad dictum Concilium renuissent, ut promissum, juratum & voto firmatum & concordatum fuerat, per se, vel procuratores suos ad hoc sufficientes, speciale & irrevocabile mandatum habentes, cum intimatione quod alias in ipsorum contumaciam, contradictionem vel recalcitrationem providerent Concilium, & Ecclesie congregata, eorum vel alterius ipsorum absentium non obstantem, prout foret secundum Deum, & alia fuit in Romana Ecclesia facta & virtuosissime observata. Que omnia fuerunt per patentes literas dictorum Dominorum Cardinalium Domino Benedicto intumata in personâ sui propria in loco Perpiniensis, & solemniter fuit vocatus & provocatus ad hoc prius Concilium, etiam in causâ schismaticæ & fidei, ut constat literis ipsius Domini Benedicti, & publicis & authenticis instrumentis. Et nihilominus prædicti Domini Cardinales in vim cedulae in Concilio jurata, & de novo ipsum

Domini Benedictum requiverunt per suas literas, ut renuntiaret, quia hoc reputabat & reputant pro bono unionis expedire. Ut autem præmissa omnia notificarentur Domino Gregorio, duo Domini Cardinales, videlicet Domini Aquilegensis & Mediolanensis vulgariter nuncupati, de voluntate & mandato ac assensu aliorum Dominorum Cardinalium, ad civitatem Senarum, in qua residebat Dominus Gregorius, secesserunt. Et quia ibidem Dominus Gregorius non poterunt habere præsentiam, ipso impediente, nec ipsam personaliter ad prius Concilium provocare, nec alia facere quæ ordinata fuissent, licet ibidem cum Senensibus sollicitam facerent diligentiam, per plures videlicet octo dies, ut præsentiam ipsius Domini Gregorii habere possent, literas patentes provocationis ipsius ad Concilium in causa fidei & schismatis aliis præmissis plenarie contentis, publicè ac patenter sub publico testimonio, in præsentia multorum Clericorum & laicorum pont fecerunt & dimiserunt in principali altari Cathedralis Ecclesie civitatis Senarum, & in valvis Ecclesie sancti Christophori ejusdem civitatis, sub testimonio publico & multorum præsentia, affixerunt taliter quòd de illis Dominus Gregorius non possit ignorantiam allegare, prout fiti sacro Concilio est per instrumentum facta hies, imò ad ejus notitiam pervenerunt, & haberi debent de jure perinde, ac si sibi personaliter intimatæ fuissent.

Ex post Dominus Gregorius per varios nuntios & alios conatus est impedire hoc sanctum Concilium in impedimento unionis Ecclesie, procurando ut Domini Cardinales, qui sibi adhererant, mutarent locum & diem ordinatum, & convenirent cum ipso Domino Gregorio in alio loco & termino. Et quia Domini Cardinales evidentè perperuerunt, quòd istud petebatur ad impedimentum unionis Ecclesie, & ut impediretur hoc sanctum & universale Concilium utriusque partis in hac civitate Pisana congregatum, cum in hoc tractatu nulla fieret mentio de Domino Benedicto & parte que sibi adheret, sine quibus schisma extirpari non potest, nec unio haberi: propterea præfati Domini Cardinales constantes in incrispi permanserunt, nec voluerunt, sicut nec debeuerunt tam evidenti malicie & notorio impedimento unionis aliquatenus consentire, ut etiam evidentibus responsionibus dicti Domini Cardinales nuntius hoc tractantibus luce clariùs ostendunt.

Et alteris Dominus Gregorius nedum viam Concilii generalis, sed omnem prosecutionem unionis impedire volens, notificavit per suas literas, quas ad varias mundi partes direxit, quòd Dominus Cardinales qui sibi adhererant, & qui unionem Ecclesie prosecutionibus, privaverat dignitatibus & beneficiis, & contrà Prælatos & Officiales sequentes Dominos Cardinales, & eis in unionem prosecutionis adherentes, processit ad privationem dignitatum, beneficiorum & officiorum, nulliter & de facto, cum de jure hoc facere non possit in impedimento unionis. Et pari modo Dominus Benedictus volens impedire omnem prosecutionem unionis Ecclesie, sic de facto certos processit contrà Dominos Cardinales, Prælatos, Reges, & Principes, & alios qui se à sua obedientia subtraherent. Et ut viam Concilii generalis impediret, citari fecit eorum se in Perpiniano comparituros certos Prælatos, Universitatem Studi Parisiensis, & nonnullos Magistros & Doctores, & alios viros literatos, responsiones super certis articulis in impedimentum unionis & Concilii generalis, cum ipsi citati constanter prosecutionem viam Concilii generalis, & schismatis extirpationem. Intendentes per hoc præfati Domini

Gregorius & Benedictus prosecutiones unionis Ecclesie & Concilii generalis utriusque partis terrere, & avertere à prosecutione unionis & pacis Ecclesie, ac vice Concilii generalis utriusque partis, in eorum animarum detrimentum, & Ecclesie gratæ & notorum scandalum.

Ultra præmissa verbus & literis præfati Domini Gregorius & Benedictus conati sunt impugnare hoc sanctum & universale Concilium, & ejus vocacionem, dicens & asserendo quòd hoc universale Concilium non poterat se intrinsecè, vel cognoscere, seu aliquod diffinire de causis ipsorum, & schismatis extirpatione, & sic per consequens nec de aliis erroribus quibus ipsi notorè, quantum in eis est, corpus Ecclesie commaculant; & hoc est factis evidens & notorium, ac etiam evidens existit & certum, quòd ipsi licet solebant de ex superabundanti cautèlè requisiti notauerunt huic sancto Concilio assensum ferre & opem, nec ad ipsum venire Concilium, ut fuerunt solemiter vocati, & etiam provocati, renuntiari pro unionis bono, ut juramento & voto multipliciter sunt adstricti, ut manifestum existit & notorium, per que evidentiùs constat de eorum notoriè contumacia, hæresim in hoc casu importante, & jamjam damnationem futurum Canonem in eis distante, incorrigibilitate & damnatè pertinacia adeo evidenti & notoriè, ut adversus ipsam admittenda non sit excusatio.

Quare pro parte dicti Procuratoris, Promotoris seu Solicitatoris petatur, postuletur & requiretur, per hanc sanctam & universale Synodum, de ejus sententiam decerni & pronuntiari: primò unionem & conjunctionem factam de duobus Collegiis in unicam Collegium fuisse & esse legitimam & canonicam, ipsamque auctoritate præfate Synodi roborari pro bono tam sancti & pii negotii, ac validam & rationabilem declarari pro bono & evidenti necessitate sanctissime unionis: ac etiam hanc sanctam Synodum per Dominos Cardinales utriusque Collegii ad tantum bonum simul legitimè unitos & congregatos, ut & debet convocatum, ac etiam congregatum, & tempore congruo, in loco tuto, habili & idoneo, securo & libero, & ad eam velut representantem universalem Dei Ecclesiam, cognitionem hujus causæ, ac etiam decisionem pertinere & spectare. Decerni etiam & declarari omnia & singula superius enarrata fuisse & esse notoria, & super eis tamquam notoriis procedendum, & exinde memoratos contendentes, & eorum quemlibet toti populo Christiano denuntari, & ostendi debere omni dignitate & honore, etiam Papali se reddidisse indignos, velut notorios schismaticos, notorios hæreticos, & schismatis matriones, pertinaces hæreticos, & notorios criminibus enormibus, perjuro & violatione voti irreticos, etiam notoriè scandalizantes cum incorrigibilitate, contumaciè & pertinaciè evidentibus & manifestis; ipsosque propter præmissa iniquitates ne regione vel imperent, seu prætor, à Deo & sacris Canonibus fore abjectos, privatos, ac ab Ecclesia præclusos, suis ligatos peccatis; & nihilominus sententiam privari, objici & præcisi: & insuper eisdem & eulibus eorum inhiberi, ne aliquis eorum pro Summo Pontifice gerere se presumat. Omnes & quoscumque Chriaticolas ab eorum obedientia, non obstant quocumque fidelitatis juramento aut alio vinculo adstrictos, perpetuò abolutos declarari. Inhibendo etiam curiam Christi Fide libus, ne dictis contententibus, seu eorum alteri, tamquam Papæ seu Summo Pontifici obediant, pareant, vel intendant, nec consilium, auxilium, vel favorem præstent, aut eos recipiant vel recipient, etiam sub populi excommunicationis, & alia à sacro

XXCVIII

XXXVIII.

de Patribus & Canonibus sollicitis, promulgatis & ordinatis. Et si parere contempserit ordinationi & licentiae huius sacri Concilii, decernendum fore & decerni ipsius, & eorum fautores, defensores, & adherentes etiam per potestates seculares compellendos fore & compelli, juxta sacrorum Canonum dispositiones & divina mandata.

Et pari modo prestat, postulat & requirit decerni, & declarari omnes singulos processus & sententias per dictos contentas, & eorum quolibet factos, latus, & solvatos, ac privationes ordinum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum, ac graduum quorumcumque, & qualiacumque, ac quomodocumque susceptas, seu adinventas, contra Dominos Cardinales, & eis adherentes, ac eos sequentes, ac etiam contra Dominos Reges & Principes, Prelatos & alios Ecclesiasticos & Sacerdotes cujuscumque conditionis & status, & etiam contra Universitates, Parochias, Bononicensem & alias Universitates seu Communitates, ac singulares personas, cum habeat omnem ordinem prosecutionis unionis, & impedimentum ejusdem apparent esse facta, fuisse & esse nullas, & cassas, & irritas, ac nullas vigoris vel momenti; & quatenus de facto processerint annullandos, cassandos & irritandos, ac annullari, cassari & irritari debere. Et nihilominus etiam promotiones vel potius promotiones Cardinales, vel in impedimentum unionis attentatas, & quacumque alia quomodocumque, & qualiacumque per eos, vel eorum alterum gesta, vel facta sub colore Pontificalis officii in impedimentum unionis, fuisse & esse nullas, cassas, irritas & inanes, & quatenus de facto processerint, annullari, cassari, & irritari per hanc sanctam & universalem Synodum debere. Et consequenter omnes sententias excommunicationis, inhabilitationis, vel aliam alicuius penae per eos vel eorum aliquem latus in adherentes, accusatos, seu eis obedientiam substantes, auctoritate presentis Concilii nullas declarari. Et insuper omnem supplet dictum, si quis forsitan intervenit in presentibus processibus ex solemnitate juris omnia.

Et ad informandum plenius hanc sanctam Synodum, si praedicta omnia omnibus notoria non existant, licet omnia & singula praedicta sint vera, manifesta & notoria, ita quod aliqua tergiversatione clari non possunt, nec indigeant clamore alicujus accusatoris, tamen Procurator seu Promotor praesentis dat, exhibet, producit articulos presentes, & contenta in eisdem narrative & dispositivè, & de quolibet ac conjunctim & divisim, & in quantum videatur huic sanctae universali Synodo esse se probaturum in eis contenta vel ea quae ei sufficiant, seu sufficere valebunt, ad suum propositum consequendum in toto vel in parte, & non aliter, nec alio modo; de quo solemniter protestatur, vestrum benignam auxilium humiliter implorando.

Et praedicta omnia & singula dictus Procurator seu Promotor dat, exhibet & producit omni meliori modo, viâ, formâ, & causâ quibus potest & debet, salvo jure sibi corrigendi, addendi, detrahendi, &c.

Sessio VI.

Sexta sessio fuit die ultimâ Aprilis: & ibi statim post Missam & Litaniis proposuit Episcopus Salubertensis de Angliâ, qui tempore medio cum multis aliis Dominis Anglicis applicatus Pisis, exhortans in ecclesiâ eamdem Concilium ad procedendum in negotio secundum bonam justitiam & aequitatem, dicens se cum aliis habere sufficienti mandatum ex parte Regis Angliæ & Regni ad tractandum & prosequendum cum aliis, & tenendum seu accordandum quicquid ibidem ordinaretur in facto Ecclesie

seu unionis &c. Et qui nondum ex parte dictorum Anglicorum, nec ex parte illorum de Alemania fuerant nominati per eos eligendi ad examinandum testes, de quibus dictum est in sessione precedenti, ideo fuit dies continuata ad diem sabbati proximum, quæ erit dies quarta Maii; in qua, sicut dictum fuit per Advocatum ex parte Concilii in hoc negotio ordinatum; Dominus Petrus de Ancorano, utriusque jura Doctor Bononicensis, debet dare responsiones ad proposita alius in quarta sessione per Episcopum Verdensem, & alios Ambassadors Regni Ruperi, de quibus ibi dicitur: *Et fiet etiam commissio nominandis ad examinandum testes* (de quibus est supra dictum); *Et ulterius in negotio procedatur prout fuerit rationis.* Fuit etiam illud propositum per dictum Advocatum ad instantum Promocorum & Procuratorum ad hoc totum negotium prosequendum, ex parte Concilii ordinatorum, de prosequendo tempore & loco contra dictum Episcopum Verdensem, & alios Ambassadors dicti Ruperi, (de quibus supra) qui non expectato responso illiciti accesserunt; quodque ipse & alii qui cum eo sic recesserant, & debebant Concilio interesse, incurrerant penas juris contra sic recedentes vel non venientes latus à jure, &c.

Septima sessio fuit die Sabbati quarta Maii: & ibidem post Missam & Litaniis Doctor Bononicensis, vocatus Dominus Petrus de Ancorano, dedit responsiones ad proposita alius per Oratores & nuntios D. Ruperi, &c. de quibus supra est facta mentio in quarta sessione. Postea fuerunt lecta nomina electorum pro quolibet patriâ ad recipiendum testes & instrumenta, ad probandum notorietatem propositorum in quarta sessione contra illos duos contentas; & illud fuit eis auctoritate Concilii data commissio, de quo Promotores petierunt instrumentum. Fuit etiam dictum, quod expediat auctoritate totius Concilii mittere ad Regem Ladislaum Siciliæ, ad cohortandum eum quod non impediat Concilium, & quod cessare ad impedimentos, quodque teneat & servare ius deliberandi, &c. & ab omnibus fuit dictum, *Placet.* Et fuit dies continuata ad procedendum ulterius in hoc negotio ad diem Veneris, quæ erit dies decima Maii.

Sessio VII.

Octava Sessio fuit dicta die Veneris, decima die Maii, & post Missam & Litaniis, fuit potestas data in aliâ sessione ad examinandum & recipiendum testes & instrumenta, continuata ad octavo dies, videlicet ad diem Veneris decimam octavam dem Maii. Ibidem etiam ad instantum Promotorum & Procuratorum, &c. fuit determinatum, quoniam amborum Collegiorum Cardinalium propter bonum usum Ecclesiæ & pro necessitate prosequendi hoc tam pium negotium, alius factam, fuisse bene rite & debite factam, eamque Synodus roboravit & confirmavit, & declaravit quod per eos potest Concilium Ecclesiæ universalis congregari ad providendum alii negotio; & quod hoc praesens Concilium est sufficienter representativum totius Ecclesiæ Catholice, in loco tuto, idoneo & secreto, & tempore congruo congregatum; quodque hoc praesens Concilium habet potestatem cognoscendi de hoc toto negotio &c. & decedendi, tamquam quod non habet alium quod hoc superiorem in terra. Et haec omnia fuerunt illud per dictum Concilium accordata, pronuntiata, & conclusa per eos Domini Patriarcham, prout in codicillo super hoc factâ & lectâ continetur, cujus scriptus est tenor infra.

Sessio VIII.

Item fuit auctoritate Concilii dictum & declaratum, licet pro tunc non pronuntiatum in scriptis, quod à tempore quo fuis contententes recesserant adimplere jura menta sua & vota de viâ ecclesiarum

per eos preſtata, licet ſubditis ab eis ſubſtrahere obedientiam, ab eo tempore quo viam ceſſionis proſequi omiſerunt, &c. Et quod nunc erat ab omnibus obedientia eis de eorum cuilibet ſubſtrahenda; & quod proceſſus, inhabitationes, & cenſuræ late per eos, aut eorum alterum in præjudicium proſequutionis unionis erant irrita & caſſa, &c. ſed quia de hoc non erat litera ſua proſtatatio dictata, ſuit hoc fic diſmiſſum ulque ad aliam ſeſſionem, que ſuit ſignata ad decimam ſeptimam diem menſis Maii proximam.

*Tenor autem diſtæ Cedula in hac Seſſione  
pronuntiatæ ſequitur, & eſt talis:*

**S**ancta Synodus habita plura & maturè deliberatione decernit, pronuntiat & declarat unionem & conjunctionem factam de duobus Collegiis Dominorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium fuiſſe & eſſe legitimam & canonicam; & ipſamque ſua auctoritate roborat, approbat & confirmat pro bono tam ſandi & pù negotii, ac ovidenti & imminente neceſſitate univerſalis Eccleſiæ Catholice, exſpiratione ſchiſmatis, ac unionis & reintegracionis ipſius Eccleſiæ: ac etiam hanc ſancitã Synodum per Dominos Cardinales utriuſque Collegii, ad tantum bonum ſimul unitos & congregatos tempore congruo, & in loco toto, habili, ſoneto, ſecuro & libero, rite, debite & canonicè convocata. Declarat inſuper, pronuntiat & decrevit per Dei gratiam hic eſſe generale Concilium repræſentativum totius univerſalis Catholice Eccleſiæ, rite, juſtè & rationabiliter fundatum & congregatum, & ad hoc generale Concilium, tamquam ad unicam Superiorem & judicem in terris pertinere huiusmodi cauſe, & omnium proſequutionem contra Dominos Benedicte & Gregoriam nominatos, contententes, ſeu, ut aſſeritur, colludentes, cognitionem, examinationem, deciſionem, & omnimodam determinationem omnium ſingularium ad dictam cauſam pertinentium, quoquo modo dependentium, incidentium, ſeu emergentium ex præmiſſis.

Item ſancta Synodus habita maturè ac plenè liberatione ex cauſa præmiſſis, pro ſecunda dilatione adproducentem teſtes, ſtatuit terminum ab hodie ad octo dies, que erit decima ſeptima præſentis menſis Maii, & ad illum diem assignat proximam ſeſſionem.

Nona ſeſſio fuit die Veneris xvii. Maii, in qua poſt Miſſam de Litaonis fuit ex parte Concilii dictam & declaratum, quod ordo ſolendi in Coocilio per quocumque Prelatos ſive Ambaſſatores, aliquorum non faceret præjudicium Eccleſiæ, vel perſoon, ſeu eorum dignitatibus aut prerogativis; quodque de hoc nullus de cætero contra alium poſſet ſe jurare in aliquo, tam in proprietate quam ſiſinã ſeu poſſeſſione, vel quaſi.

Item per os Domini Patriarche Alexandrie de mandato Synodi fuit pronuntiatum in ſcriptis ſuper illis tribus, de quibus in proximã ſeſſione dictum fuerat, ſed pro tunc non pronuntiatum, videlicet, *Quid ſentis, &c.* ut in præcedenti ſeſſione dictum fuit; & quod ſubſtrahit obedientiam ex nunc in antea curretes; & quod proceſſus contra hoc facti non teneant, &c. ut ibi dictum eſt. Et ulterius in eadem ſententiã pronuntiatum fuit & declaratum, quod Domini Cardinales & alii Prelati producti in teſtimonium in hac cauſa poterunt eſſe conſiſudices, ac etiam teſtes: tenor autem huius cedule eſt iſta ſcriptus.

Item, in eadem Synodo commiſſio aliã data examinatoribus teſtium fuit continuata ad diem Mer-

curi proximam, que erit dies vigintiſima ſecunda Maii que dies octavo fuit pro proxima ſeſſione assignata. Et ſuit data auctoritate Concilii poteſtatis dictis Examinatoribus addendi articulos alios novos, vel declarandi jam datos, &c. prout valeret expedire pro cauſa.

*Tenor autem diſtæ pronuntiationis factæ in prædicta Seſſione ſequitur, & eſt talis:*

**S**ancta & univerſalis Synodus hic in Chriſti nomine congregata declarat, pronuntiat & decrevit, ex juſtis & rationabilibus cauſis à Petro de Luna, qui Benedicte decimus tertius, & Angelo Corario, qui Gregorius duodecimus dicebantur, improbè contententes de Papatu, & ab ipſorum cujlibet obedientiã licentiſſe recedere liberè & impunè, videlicet à præfato Benedicte ex eo tempore quo viam ceſſionis per eum jactam ſolemniter, realiter proſequi, & eandem effectualiter adimplere damnablem omiſiſſi; & à præfato Gregorio ex eo tempore quo viam ceſſionis per eum jactam, & ſolemni voto firmatam & promiſſam, realiter proſequi, & effectualiter adimplere damnablem prætermiſi.

Inſuper eadem ſancta Synodus ex cauſis, quibus ſuprà, pronuntiat, ſtatuit, ordinarè & decernit præſatis contententibus de Papatu, & ipſorum cuilibet, qui canonicè requiſiti & vocati in præſentis cauſa ſchiſmatis & fidei fuerint declarati legitime contumaces, fore à eundem Chriſti Fideiſub omnimodam obedientiam ſubſtrahendam, & ex nunc in antea ab omnibus pro ſubſtrahã haberi; & ita obſervandum decernit, pronuntiat atque mandat.

Proceſſus autem & ſententias, con demnationes, privationes, inhabitationes & cenſuras quacumque per ipſos contententes, aut ipſorum alterum, in præjudicium unionis Eccleſiæ, ſunt proſequutionis ejaſdem contra ſubſtrahos, aut in poſterum ſubſtrahentes factos, ſunt in poſterum ſentidos, hæc ſancta Synodus decernit & declarat caſſos eſſe, & nullas eſſe roboris vel momenti, & eandem caſſat & annullat, quatenus de factis proceſſibus aut in futurum procederent.

Item, eadem ſancta Synodus in favorem fidei, & pro ſchiſmatis exſpiratione, ac lætitiã Eccleſiã uniendã & pacificandã decernit, pronuntiat & declarat omnes ejuſcuſcuſque ſtatutis, etiam ſi Cardinalis præſideant dignitate, qui in cauſa præſentis fuit, & eſſe poſſunt iudices ſeu conſiſudices in Concilio, etiam eſſe poſſe legitimos teſtes, eorumque tam ſententias quam teſtimonias ſidem eſſe indubiam adhibendam.

Item, eum propter diverſitatem & prolixitatem articuloſum, in præſentis cauſa productum, poſſet teſtum examinatione diſpendioſè proleteri; propterea ſancta Synodus decernit, pronuntiat, & declarat quod Domini Commiſſarii, ſeu Examinatores ad hoc per ſancitã Synodum deputati, poſſint dictos articulos declarare, ſpecificare, & in eis addere, detrahere, mutare, ac etiam novos articulos de novo recipere, & ſuper eis teſtes examinare, interrogatoria facere, prout utilitati & accelerationi cauſe videbitur expedire, & mittere etiam extra locum Concilii, maximè Florentium, ad recipiendum & examinandum diſpendioſè teſtes; & ex prædictis cauſis cognitã & deliberatã, dat, ſtatuit & decernit teſtium dilationem ad proſequentem, & teſtes producentem, prout eadem ſancta Synodo videbitur expedire, diem Mercurii proximam, que erit vigintiſima ſecunda huius menſis; ad quam diem ſtatuit & ordinarè proximam ſeſſionem.

Decima ſeſſio fuit die Mercurii vigintiſima ſecunda

Maii. Et primò post Missam & Litanias fuit peti-  
tum, quòd Benedictus & Gregorius de Papatu con-  
tendentes, quibus alià data fuerat dilatio ad audiendum  
jurare testes, & dicendum contrà eos si quid  
dicere vellent, nunc antequàm fieret publicatio voca-  
rentur ad valvas, & si non comparerent, decre-  
veruntur quoad hoc contumaces. & in eorum con-  
tumaciam ulterius procederet ad publicationem  
testium, &c. Et ita fuit factum. Postea illò de-  
cretum fuit publicationem esse faciendam; & illud  
fuit incrypta per bune modum, quòd unus de No-  
tariis legebat articulos, & unus de Examinatoribus,  
scilicet Archiepiscopus Pisanus ad hoc deputatus le-  
cto articulo dicebat, contenta in hoc articulo proban-  
tur notoria per tot testes, nominando in genere  
eorum dignitates, sed non personas: & quia illà  
die nos potuit perfici istud, iste actus contumatus  
fuit ad diem sequentem, quò pro alià sessione fuit  
assignata.

Sessio XI.

Undecima sessio fuit die Jovis vigesima tertià Maii,  
in quà post Missam & Litanias contumatus fuit actus  
heterò deinceps; & post articulos lecturam  
completam, secundum formam alià die inchoatam,  
petitum fuit & requisitum, quòd per Concilium de-  
cremeretur publicationem testium esse factam, & esse  
ulterius procedendum in causà prout Concilio videretur;  
super quò si placeret, daretur dilatio ad diem  
Sabbati proximum ad respondendum super istis, &  
deliberandum tempore medio quòd dicendum, & ita  
fuit accordatum, & ad aliam diem Sabbati, quæ  
erit dies vigesima quinta bujus mensis Maii, fuit  
sessio assignata. Et ulterius illò fuit requisitum, quòd  
de novo ad valvas Ecclesie assignaretur illa dies duo-  
bus de Papatu contendentibus ad audiendum ordi-  
nationem Concilii de modo ulterius procedendi, &  
audiendum decremi publicationem testium debet esse  
factam, & debere haberi pro factà, nisi dicant, vel  
aliquis pro ipsa causam quare, &c. & ita in omni-  
bus fuit accordatum.

Sessio XII.

Duodecima sessio fuit die Sabbati vigesima quintà  
Maii, quæ fuit viginti Pentecostes, & post Missam  
& Litanias fuit requisitum per Advocatum, quòd  
dicti duo contendentes ad valvas vocarentur, & ita  
fuit factum per duos Cardinales more solito; & quia  
non comparuerunt, nec aliquis pro eis, fuerunt repu-  
tati contumaces, & in eorum contumaciam dictum  
fuit publicationem testium haberi pro factà, & ulterius  
procedendum; & illò fuit per os Domini Patrò-  
bræ Alexandrie pronuntiatum auctoritate Concilii,  
videlicet quòd attentà notoritate eorum, de qui-  
bus agitur, nisi attestacionibus receptis, & publi-  
catis, crimina & excessus & alia necessaria ad de-  
cisionem causæ, fuerunt & sunt notoria, & pro ca-  
ribus reputabatur, decremunt ulterius tamquam super  
notorio esse procedendum. Postea fuit peticum & re-  
quisitum ex abundantia, quòd adhuc prorogaretur  
potestas aliàs data Commissariis ad examinandum tes-  
tes, de quà super, usque ad tempus late sentencie  
ad finem; quòd si aliquæ literæ producerentur, quæ  
facerent ad causam, vel si fugerit adhuc alii nove  
articuli super illis, testes possent recipi, & ita fuit  
accordatum.

Item etiam peticum fuit & accordatum, quòd pro  
bono causæ, si Cardinalibus videretur esse mittendum  
ad D. Lucanum & ad Venetias pro aliquibus  
quæ ad hanc causam essent expedientia, ipsi Cardi-  
nales ad hoc sine alià congregatione possent nomine  
Concilii ibidem nuntiare, & ad hoc eligere personas  
sicut voluerunt.

Item ad procedendum ulterius fuit dies & sessio  
assignata ad diem Mercurii post festum Pentecostes,  
quòd erit viginti nona Maii, videlicet ad delibera-

dum de die assignandà dictis contendentibus ad au-  
diendum sententiam diffinitivam, & de citando eos  
ad illam diem ad sententiam audiendam.

*Tenor verò pronuntiationis factæ, de quà in hac  
precedenti Sessione fit mentio, talis est:*

SANDA Synodus attentè eorum de quibus agitur  
notoritate, de quà per factorum evidentiam, de-  
positiones testium, & alia documenta legitime con-  
stat, habet super his deliberatione maturè pro-  
nuotiat & declarat delicta, crimina & excessus,  
& alia ad decisionem necessariis in petitione pen-  
tentis causæ deducta, contrà dictos Benedictum  
& Gregorium de Papatu contendentes, per Promo-  
tores seu Procuratores per hanc sanctam Synodum  
deputatos, fuisse & esse notoria, & tamquam su-  
per notorio fuisse & esse ad ulteriora procedendum,  
& tamquam in causà in quà immixta scandalum,  
& periculum notorium est in morè,

Tertia decima sessio fuit die Mercurii vigesima  
nona Maii, quæ fuit in septimanà Pentecostes, in  
quà post Missam & Litanias Magister Petrus Plouff  
pro Universitate Parisiensi dixit, & declaravit opi-  
nionem Universitatis esse istos duos contendentes  
debere reputari schismaticos, & antiqui schisma-  
tis nutritores, & hæreticos pertinaces, firmans au-  
thoritate Concilii ad decidendum hanc causam,  
& declarandum eos esse ab Ecclesià hæreticos & ab-  
jectos, & eos quantum opus est abdicandos & epi-  
cendos, &c. sumens thema suum, *Congregabatur  
sibi Iuda & Hierusalem, & pœnes sibi caput unum,  
&c.* Postea immediatè unus Episcopus italicus, di-  
ctus Novariensis, lege quendam credulam facien-  
tem mentionem qualiter schismaticos & hæreticos  
Mediolanensem fuerunt simul congregati omnes  
Magistri in Theologia, & Licentiat, & Bachelari  
magistri formati, qui ad dictum Concilium de multis  
paribus & Universitatibus convenerat, & inter  
eos fuerat habita plena deliberatio super istà mate-  
rià, & postea in eadem opinione convenerunt,  
& concordet fuerunt, videlicet quòd dictos ambos  
contendentes tenent schismaticos & hæreticos per-  
tinaces, &c. ut supra; & omnium & singularium  
nomina recitavit, quorum multi sunt Episcopi &  
Prelati, & faciebatur omnes numerum centum &  
trium.

Item postea dixit quòd in eadem opinione fuit  
Universitas Florentina, in quà fuerunt centum &  
viginti Magistri subierunt. Idem etiam deliberavit  
Universitas Bononiensis, quòd de hoc mair literas.  
Idem Universitates sive studia Aurelianensis, & An-  
degavensis, & Tolosana per suos Ambassadors  
penitentes ibidem.

Postea advocatus petiit, quòd ad procedendum  
ulterius in hac causà assignaretur dies Mercurii pro-  
xima pretempore istis contendentibus, ad audiendum  
sententiam diffinitivam in hac causà; & quòd  
de hoc cedula assigneretur in valva Ecclesie; quòd ad  
hoc agendum assignaretur sessio ad diem Meteorii,  
quæ erit dies quinta mensis Junii.

Uterius dixit quòd si placeret tempore medio, scilicet  
die Sabbati proximi, fieret una sessio, in quà  
ferret relatio de testibus quibusdam examinatis post  
relationem aliàs factam, quò scilicet fuerunt exami-  
nati super quibusdam novis articulis de novo  
additis & traditis, & etiam super antiquis juxta or-  
dinationem aliàs in proximo procedenti sessione fa-  
ctam; & ad faciendum etiam, si sit opus, plenio-  
rem relationem quam aliàs facta fuit super examina-  
tionem testium aliàs receptorum, ad servandum con-

Decretum.

Sessio XIII.

Opus. et.

scientiis aliquotum, si visum fuerit expedire. Et ita fuit per Concilium accordatum, & sessiones illas ordinavit, scilicet unam ad diem Sabbati, que erit prima dies Junii, & aliam ad diem Mercurii sequentem, que erit quinta dies Junii.

Quarta decima sessio fuit die Sabbati prima die Junii, in qua post Missam & Litania Examinatores sive Commutarii, ad examinandum testes alios dati, fecerunt per os D. Archiepiscopi Pisani, unius ex eis, recitari numerum testium, qui de veritate contentorum in articulis deponerant, designando eorum dignitates & titulos, non propria nomina recitando summatim effectum articuli non ad longum, & postea subjungendo: Iste articulus probatur per tot testes de veritate, quorum testium tot sunt Cardinales, tot talis Ratus, &c. sicut in simili super notorietate factum in decima & undecima sessione, & quando testes fuerint recitati, qui de notorio deponerant, & facti hoc factum ad pacificandum aliquos qui volebant scire, si per testes probarentur esse vera illa, que dictis contenditibus opponerantur, quia interdum dicuntur aliqua notoria, que tamen non probantur esse vera. Et hoc facto subjunxit dictus Archiepiscopus, quod si aliquis vellet videre depositionem testium, ut magis probaret veritatem illorum que dicebantur, reperiret die Lunæ & Martis proxima apud Castelinas, quidam depósitos ostenderet cuicumque videre volens, sed non expediret aliter publicari.

Quinta decima sessio fuerat ordinata ad audiendum jus ad diem Mercurii quinta die Junii, que fuit vigilia Sacramenti, & illa die fuit hujusmodi sessio. Et prius per Advocatum nomine Procuratorum & Promotorum in hac causa fuit requisitum, quod ad causas Ecclesie vocarentur duo contendentes, qui ad hanc diem vocati fuerant & citati, prout ex relatione, & per instrumentum apparet, & sic fuit factum per duos Cardinales more solito, nulliusque comparum. Postea dictus Advocatus requisivit contumaciam contra eos, & quod ulterius procederetur ad sententiam proferendam, sicut alias fuerat ad hoc hanc dies assignata, fuit responsum, Placet. Postea surrexit Patriarcha Alexandrie, qui de consensu Synodi ibi data protulit nomen totius Synodi sententiam diffinitivam, per quam declaratur ac diffinitur, quod objecta contra dictos contendentes sunt & fuerunt notoria, & quod ex his sunt schismatici, & antiqui schismatici notitiores & fautores; quod etiam sunt heretici, & à fide devii, & ex hoc ab Ecclesia præcis, & ideo ne præsent dejecti & abjecti, & sic declarat dicta Synodus; & nihilominus eos privat & deicit ab omni honore & dignitate etiam Papali. Et ultra hoc decernit processus per eos factos, aut eorum alteram, contra aliquos Cardinales, sententias, censuras, aut privationes esse irritas & inanes, etque cassas ad eandem & irritas. Et ulterius decernit sanctis Synodus, promotiones seu ordinationes, imò professiones Cardinalium, per dictos contendentes, & eorum utramque factas, videlicet per Petrum de Luna à die xv. Junii, & per Angelum Corrarium à die tertia Maii, anni millecensii quadringentesimi octavi, esse irritas & inanes, & quantum opus esse cassas & irritas, &c. prout in forma que est hic infra scripta continetur, de quibus omnibus Promotores petunt instrumentum.

Postea etiam ex parte Concilii fuit lecta una cedula, per quam Concilium ordinat, quod ordo sedendi in illo Concilio tentas & habitus per quoscumque sit, non possit euiquam facere præjudicium, nec etiam commoedium, aut prærogativam asserre, &c. sicut fuerat etiam factum in nona sessione.

Postea etiam dicit dictus Patriarcha Alexandria quod à multis petebatur ordinari & decipi, quid dierum aut tenendum esset de promotionibus factis per illos contendentes, quoad alias dignitates quibus Cardinalatus; & similiter de processibus per eos factis contra alios quos contra Cardinales, de quibus omnibus in forma sententia nulla facta est mentio, super quo si placeret, ordinaretur ius dicti die Junii, in qua decerneretur super illis, & interim deliberaretur plenius super hoc quid dicerendum: & sic fuit ab omnibus accordatum, & ad dictam diem fuit propter hoc sessio ordinata. Fuit etiam petum quod infra sententia prædicta diffinitiva omnes se deberent subscribere, quando posita esset in forma; sic fuit accordatum, & etiam postea factum. Et illic etiam prohibita fuit omnibus, ne de villa recederent, quousque prædicta omnia essent completa. Et his factis & dictis statim veniente Clerici qui Litania dixerant cantare, *Te Deum* alii voce, & hymno perfecto omnes recesserunt de Ecclesia.

*Tenor autem promotionis Sententia diffinitiva contra predictos Contendentes sequitur, & est talis:*

**C**hristi nomine invocato, sancta & universalis Synodus universalem Ecclesiam representans, & ad quam cognitio & decisio hujus cause noscitur pertinere, Spiritus sancti præsit, in hac major Ecclesia Pisana congregata, & que pro tribunali sedens, viis & diligenter inspectis omnibus & singulis productis, probatis & agitis in presenti causa unionis Ecclesie, hæretici & schismatici contra Petrum de Luna, Benedictum XIII. & Angelum Corrarium, Gregorium duodecimum olim nuncupatos, que in presenti processu hujus cause plenius continentur, ac quibuscumque aliis ipsam sanctam Synodum ad infra scriptam diffinitionem moventibus & indubitantibus, habita præis inter ipsos, & demum cum copiosa multitudine Magistrorum in sacra Theologia, ac utriusque juris Doctorum, pluries & pluries diligenti collatione, & tandem deliberatione monstrata, omnesque pariter in hac sententiam reperiens unanimiter concordare omni modo, viâ & iure, quibus magis & melius poterit in prædictorum contententium, seu veris colludentium de Papatu, & euiisque eorum contumaciam, in his scriptis promanant, decernit, diffinit & declarat omnia & singula crimina & excessus, & alia cuncta necessaria ad infra scriptam declarationem presentis cause deducta per providos viros Magistros Henricum de Monteleone, Johannem Desirvanum, & Bertholdum de Wildonqnen Promotores, Insuperatores & sollicitatores, seu Procuratores deputatos ad proseguendum presentem causam, per hujus detestandi & inveterati schismatici exstirpatione, & unione atque reintegratione sancte matris Ecclesie contra & adversus prelatos Petrum de Luna Benedictum decimum tertium, & Angelum Corrarium Gregorium duodecimum (de Papato damnabiliter contendentes) ab aliquibus nuncupatos, in personam eorum ipsa sacra & universalis Synodo presertim & exhibita, fuisse vera & esse itaque notoria, ipsique Angelum Corrarium, & Petrum de Luna de Papato, ut præfertur, contendentes, & eorum utramque fuisse & esse notorios schismaticos, & antiqui schismatici notitiores, defensores, fautores, approbatores, mantentiores pertinaces, nec non notorios hereticos, & à fide devios, utriusque criminibus enormibus percurri & violationis voti iuretores, universalem Ecclesiam sanctam Dei notorie scandalizantes, cum in-



corrigibilitate, concamaci & permissis notoriis, evidentibus & manifestis. Et ex his de aliis se reddidisse omni honore & dignitate, etiam Papali indignos, ipsosque de eorum utrumque propter premissas iniquitates, crimina & excusilas ne sequantur, vel imperent, suo perferunt, à Deo & sacris Casaribus fore ipso facto abjectos & privatos, ac etiam ab Ecclesia praecisus, & nihilominus ipsos Petrum & Angelum, & eorum utrumque, per hanc sententiam subsuivam à his scriptis privat, abjicit & praecedit, imbibendo eisdem ut eorum aliqui pro Summo Pontifice gerere se praesumar, Ecclesiamque vacare Romanam ad cautelam insuper decernendo.

